COMMENTARIUS
In
LEGEM REGIAM
GERMANORUM, SIVE CAPITULATIONEM IMPERATORIAM,
Juridico-Historico-Politicus,
Vivam faciem
Status *IMPERII ROMANO-GERMANICI MODERNI,*
veramq; delineationem coadunatæ & indivisæ potestatis
CÆSARIS AUGUSTISSIMI, PROCERUMQUE REGNI Illustriss. circa summa Majestatis jura, Imperiiq; administrationem exhibens.
Accessit tenor Capitulationum
CAROLI V. FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. RUDOLPHI II. MATTHIÆ, FERDINANDI II. ET FERDINANDI III. Impp. Augustissimorum invictissimorum.

AUTORE
BENEDICTO CARPZOVIO J.U.D. Consiliario Electorali Saxonico, Supremi Appellationum judicii Dresdensis Assessore, Facultatis juridicæ in Academiâ Lips. Ordinario, & Scabinatûs ibidem Seniore.

Cum duplici Indice, tàm Capitum & Sectionum generali, quàm Rerum & Verborum speciali.

Editio secunda, priore auctior & correctior.

LIPSIÆ,
Sumptibus TOBIÆ Riesens/

Typis exscribebat Johannes Bauer/
Anno M. DC. LI.



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

Dno. JOHANNI GEORGIO,

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ac Bergæ, Sacri Romani Imperii ArchiMareschallo & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Superioris ac Inferioris Lusatiæ, Burggravio Magdeburgensi &c. Comiti de Marcâ & Ravensburg, Dynastæ in Ravenstein, &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

NOn heri aut nudius-tertius, SERENISSIME ET POTENTISSIME ELECTOR, PRINCEPS AC DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME, Brachia Imperantium vinculis ligari, Sceptraq; legibus frenari cæperunt; sed Magistratuum potestatem certis constringere conditionibus, pactorumq; & juramentorum formulis coarctare, utilissimum Reipublicæ jamdudum Proceres Imperiorum judicavêre prudentissimi, ne ad gubernacula rerum evecti, ex potestate in tempestatem, ex admini-

ministratione in effrænem ruerent licentiam, Remq; publicam pro privatâ habentes, pessundarent aut everterent. Antiqvitatum nube qvod heîc tectum est, neqvaqvam nos fugit: Statim enim apud *Lacedæmonios* Rex & Ephori mutuo jurejurando sese alii aliis obligabant: qvorum vestigiis jam non modò Galli, Angli, Hispani, Bohemi, Sveci, Poloni, aliiq; insistunt populi; sed nec ullus hodie in toto ferè Christiano orbe Princeps existit vel Rex, cujus potestatem non comprimat certa cum Ordinibus inita pactio, qviq; Legum nexu haut constringatur, qvas vel plures, vel pauciores exhibent nobis Historici pro moribus scilicet gentium qvarumcunqve, ac seculi cujusq; statu & ratione; qvo ductu *Veneti*, mortuo Duce, priusqvam ad novam congregantur electionem, qvinqve Correctores solent creare, eum in finem, ut cum tribus inqvisitoribus in vitam & acta præmortui Ducis inqvirentes, operam dent sedulò, si qvâ Lege opus esse videatur novâ ad circumscribendam potestatem futuri Ducis, qvâ fortè Antecessor abuti visus fuisset, ejus perferendæ magno consilio autores sint in Interregno, anteqvã in pristinum locum alter succedat. Nostri sanè Imperii facies alia haut est, nec unqvam Regibus vel Imperatoribus infinita & absoluta fuit potestas, sed certis limitibus ac legibus circumscripta: qvas ut Romani suas, *Regias*, ita Majores nostri *Palatinas* voca-

Goldast. in Polit. Imp. part. 14. p. 647.

Waremund. ab Erenb. de Regni subsid. c. 11. n. 40.

Frid. Hortl. in discurs. de Leg. Reg. German.

Don. Gianott. de Republ. Venetor.

vocarunt: Hodiè utplurimùm *Capitulationes* appellitamus. Harum initium qvi à Caroli Magni temporibus arcescere satagunt, longissimè à scopo aberrare videntur: Cum enim in Carolo Imperium Romano-Germanicum inceperit, & ab ipso ut hereditariũ in Ludovicum filium testamento translatum sit, haut verisimile est, vel ipsum vel Successores ejus Legem de modo administrationis certo poni sibi passos fuisse. At propius veritati accedũt, repetentes originẽ ab eo tempore, qvo stirpe Carolinâ in Ludovico Arnolphi filio extinctâ, electio successioni cæperit substitui; Proceres namq; motibus ac mutationibus ex translatione Imperii ab unâ familia ad aliam imminentibus obviare volentes, hanc Legẽ posuisse credibile est, ne noviter electus sub unius arbitrio, sed Ordinum qvoq; consensu res majoris momenti perageret, ipsosq; in partem solicitudinis vocaret. In qvo non parùm confirmamur, qvod etsi Cunradus I. Ludovico defuncto per electionẽ substitutus, opibus ac robore animi & corporis, fideq;, existimatione ac Majestate moli Imperii sustinendę, ipsius etiam Ottonis Saxoniæ Ducis testimonio, judicaretur longè aptissimus; Principibus tamen placuerit, inter alia Capitulationis membra & hoc adjicere, ut summa rerum gerendarũ administratio penes Ottonẽ, qvi tamen Imperium recusaverat, permaneret. Licentiâ non liberiore, sed eodem impe-

Abb. Ursbergens.

Eginhard. in vitâ Caroli.

Cuspin. in vitâ Cunradi I.

randi temperamento Henricum Aucupem, Ottonis filium, alioſqve Succeſſores ad Sceptra & honoris faſtigia admiſſos, perſuaſum nobis eſt, ex monito *Taciti*, novum Principem eodem modo, moreqve recipiendum eſſe, cùm minima mutatio, in rebus licet non magni momenti offendere ſoleat. Succeſſu temporis qvæ porrò annexa fuerint capitula, formulæ *Capitulationum* à tempore Caroli V. imperatoris, avido Lectori ſigillatim ob oculos ponunt. Nulla verò non utiliter, qvibus Majeſtas Imperantis non tollitur, ſed coarctatur; non opprimitur, ſed premitur; non extingvitur, ſed ceu candela, vitreæ incluſa capſulæ conſervatur, ne favoniis adulationum ventis admisſis, ſplendor ejus pronâ licentiâ pereat, ſummamqve patiatur ecclipſin. Saluberrimum ſcilicet hunc Fabrica Capitulationis operatur effectũ, ne duriùs qvàm oportet, Regnantes aliqvid contra Eccleſiam Chriſtianam, Rempublicam, ejusqve libertatem faciant: utqve homines noſtri intelligant, ſe, non in hominis cujusdam acerbioris, ſed in Patris, ejusqve perbenigni poteſtatem venire: ac perſentiſcant Imperatores, ſe minores eſſe Imperio, ut Pontificem Concilio, Epiſcopum Capitulo: adeoqve non ſervis, ſed liberis hominibus & conſociis impe-

lib.3. annal.

Joh. Limn. de jur. publ. lib. 1. cap. 12. num. 37.

Jul. Pflug. in Orat. de cur. Repub. germ.

Reform. Pac. profan. Auguſt. an. 1500. tit. von auffgerichten Landfr. *Wormat. anno 1521. & Auguſt. 1548. ſub eod. tit. Frider. Hortl. in diſc. de Leg. Reg. lit. d. Goldaſt. tom. un. Conſt. Imper. pag. 379.*

imperare (†). Ex qvo sacratissimus Imp. *D. MAXIMILIANUS I.* Princeps optimus & fortissimus, se tantò digniorē dicebat, qvantò * dignioribus præesset, liberis nempe hominibus, qvin & liberrimis Regibus, hoc est, Electoribus atqve Ordinibus. Nec inepte hoc dictum ad honorem & dignitatem Imperii, qvæ (*a*) longè præstantior censetur in libertate, qvàm servitute eorum qvi parent. O felices ergo Cæsares, vere divinos, verosqve Patriæ Patres, qvi Principes Electores in consortium potestatis recipere, cumqve iis operas suas partiri non dedignantur: qvi Principum & Ordinum Imperii consilio atqve consensu summa negotia tractare, decus Reipublicæ, suæqve Magnanimitatis generosæ excellens ducunt numen.

† *Gregor. Magnus, Pont. Roman. in Epist. ad Phoc. Imp.*
* *Goldast. in præfat. tom. un. Constit. Imper.*
(*a*) *Plat. lib. 5. de Republ. cap. ii.*

Augustissima hinc ex augustissimo Capitulationis fonte Collegii Electoralis dignitas, Majestati Cæsaris ceu vinculo adamantino annexa; tantoq; augustior, qvanto Imperiali fastigio propior, ējusqvè qvasi legitima & ordinata creatrix. Summa hinc Principum Electorum in Imperio potestas, robustissimum inter potentiam Magnatū, & imbecillitatem tenuiorum repagulum. Gloriosissima hinc Septem-Virûm acta & gesta laudatissima, in variis Reipublicæ turbis ambiguisqve negotiis, ut meritò *CAROLUS IV.* Imp. Electores in Lege suâ fundamentali, qvam Auream Bullam dicimus, Palmites

Schard. in Præfat. de Elect. instit.

Imperiales & propinqviora membra, Bases solidas & immobiles columnas, lateraqve Imperii appellitaverit: qvorum ex germine qvasi, decedente Imperatore, Aqvila alarum suarum umbra Occidentem tegens producitur.

Aut. anon. de stat. polit. lib. 4. disc. 34.

Specialiori qvadam prærogativa, *SERENISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS*, ac jure qvasi præcedentiæ & *Senioratus* in Collegio Electorali, encomia hæc *SERENITATI TUÆ* consecranda dixerim, cui Augustissimus Septem-Virûm Senatus titulum *Senioris* hoc ævo non invidet, qvo S. T. fato felicissimo condecoratam, fatebitur qvisqve haut ignarus rerum à TE gestarum longè præclarissimarum, augustissimarumqve: qvarum memoria non interibit, qvousqve homines trinæ Electionis Imperatoriæ, superioribus ab hinc annis feliciter peractæ; Vicariatus binæ functionis gloriosissimæ; aureæqve cum Majestate Cæsarea pacis laudabiliter recuperatæ recordabuntur, qvibus si labores reliqvos in Imperii Comitiis, Conventibus Electoralibus, suppullulantibus turbis, & exterorum molitionibus indefesso studio impensos, factaqve heroica alia speciatim annectere vellemus, Bone DEUS, qvæ paginæ, qvæ tempora nobis sufficerent!

Vel sola igitur *TUÆ SERENITATIS* monumenta in toto Orbe Christiano nunqvam satis laudanda,

danda, de ſaluberrimo Legis Regiæ effectu abundè teſtificantur, nec fore ſpondent, ut Senatū Collegii Electoralis glorioſiſſimū in conſortium Imperii ac poteſtatis recepiſſe, S. Cæſaream Majeſtatem unqvā pœniteat. Sub gratioſiſſimo hinc *SERENITATIS TUÆ* auſpicio in prædictam Legem Regiam Commentariolum hunc in ora, manusqve hominum devenire, eumq; S. T. offerre ac conſecrare volui, qvin & debui: nec enim ulli alii præter *SERENIT. TUAM* ſubmiſſa devotione adhæreo: miniſteria & ſervitia mea devoveo, fortunas meas, vitamqve & ſangvinem ſacrifico. Cujus animi mei teſtes eſſe volo haſcē ipſas lucubrationes politicas, qvas *SEREN. TUA* eâ benignitate, gratia & clementia acceptare velit, qva qvondam Patrem meum, Fratrem, & jam me, licet indignum, numero ac Ordini Conſiliariorum ſuorum fideliſſimorum aſciſcere dignata eſt. Id *SERENITATEM TUAM* adorabundus veneror, ſubmiſſus precor. Dabam Lipſ. Anno 1640.

SERENISSIMÆ CELSITUD. VESTRÆ
Subjectiſſimus

Benedictus Carpzov. D.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QVum de nobilissimâ illâ juris portione, Lector amicissime, quæ circa Statum Imperii occupata est, nihil aut perpauca nobis exhibuerint Compilatores librorum juris civilis, eaq; parcissimâ, atq; ad avaritiam usq; constricta manu tractarint, nempe quod qui Sacra, Sacerdotia & Magistratus administrant, omnes per se ipsos expedire debeant, nec Prudentum consilio egeant, quo egent passim privati, ut autumat subtilissimus Anton. Faber: vel quia admodum pauca Justiniani Imp. ævo de jure publico Veterum scripta extitêre; cùm vix ulla ejus fuerit habita ratio, ut præsumit Frideric. Rosell. vanâ hæresi, studium juris publici non ad JCtos pertinere, sed Politicis relinqvendum, jurisq; studiosis tanqvam Syrenes avocatorias, omnium maximè Commentarios juris publici fugiendos haut pauci arbitrantur. Quorū ductu jus hoc augustissimum multis retrò seculis incultum mansit, ejusq; cognitio & tractatio quasi sepulta, ac pro re verè sacra, quam privatis contrectare sacrilegum fuisset, à plærisq; habita est. Jacturam,

in Ration. ad l.1.§.2.ff. de just.& jur.

de jur.public. th.2.

quæ

qvæ in Rempublicam hinc redundârit, ingentem tum animadvertes, si commoda studii hujus nobilissimi jure qvasi postliminii, vel jussu, vel benigna conniventia eorum, qvibus summum DEUS rerum dedit judicium, Majestati suæ restituti pensitaveris. Cujus fati inclementiam iis licet imputare, qvorum ingenia sunt venalia, qviq; studia non alio fine, qvàm opificia tractantes, privata potissimum jura excoluêre, ceu ad panem lucrandum, & molam farinariam exstruendam facientia. Qvod etsi certò asserere non ausim, attamen non suspicari non possum, postqvam maximam doctiorum JCtorum partem circa nummos colligendos occupatam noverim. Non eqvidem à primis incunabulis ad juris publici tractationem properandum svadeo, ne forsan, ex vulgi opinione, id fiat mantellum ignorantiæ juris privati, attamen nec pulcherrimæ hujus Virginis svavitas prorsus contemnenda, nec fructus virginitatis negligendi, qvibus perfecti JCti, Viriq; Politici nunqvam carere potuerunt, de qvibus ingeniosissimè dictum: I meri Legisti sono puri asini. *Utrumq; ergò ambiant, utrumq; conjungant, qvi Juris prudentiæ castris nomina dedêre, ne unius vel alterius ignari, ad functionem publicam, ut asinus ad lyram prorumpant. Perpendens hoc ego, ante vicennium, adolescentiæ annos nondum egressus, cùm legendo pariter & disputando in utroq;, juris & publici & privati studio*

Bertazol. consl.82. Bernhard. Zieritz de Princip. prærogat. p. 4. Cluver. in præfat. de German. antiq. Warem. ab Erenb. de fœd. part. 1. n. 48.

Trajan. Boccalin. in relat. ex Parnasso cent. 1. relat. 31. p. 113.

dio vires ingenii mei exploraveram, nescio qvo præcipiti illius ætatis calore inflammatus, de augustissimâ juris publici materie, Lege nempe Regia Germanorum seu Capitulatione Cæsarea, ex qvá uná horâ qvandoq; plus addiscendum, qvàm viginti annis vix conseqvi licet experientiâ, aliqvem animi conceptum parturire, & ipso qvasi conceptionis momento in lucem producere cœpi, non absq; nævis, ætati & judicio imbecilliori condonandis, qvos typographi incuria, & correctoris negligentia haud parũ auxit, ut inter Viros eruditos partum istum luce fruisci non posse, ipsemet pœnitentiá nimis serâ ductus existimaverim. Sed præter omnẽ spem & expectationẽ à doctissimis etiam viris benigno eum hospitio exceptum, inq; ipsorum scriptis ac documentis publicis, honestam ejus mentionem factam comperi. Animum hæc res mihi fecit, calamumq; jamdudum sepositum denuò in manus tradidit, ut in profectiori ætate scriptum istud sub limam revocare, nævosq; ex facilitate inconsultæ ætatis adspersos abstergere, ac per totum ferè augere cœperim. Hoc num effecerim, ipsemet non testabor, ne qvisqvam jactantiæ alicujus me insimulare arripiat ansam. Reor tamen, partui præfato, si nec jam ad perfectionem desideratam pervenerit, novam nihilominus formam, & recentem qvasi animam fuisse insitam, multaq; nova, ac forsan etiam specialia qvandoq; addita, ut dissimilis prorsus & alienus à priori hic sit Tractatus; qvem perlustrare neminem laboris

Warem. ab Erenb. de fœder. lib. 2. pag. 132.

ris

ris pœnitebit. In qvo sicubi ex humana fragilitate à recto tramite exorbitaverim, lapsum, qvisqvis hunc inveniet, pro eâ comitate, qva par est, condonet, meq; rectiùs informatum ad obseqvendum facilem sibi persvadeat.

Pedem hic figerem, si non metuendum, mihi objectum iri tritissimũ illud Impp. Grat. Valent. & Theod. effatũ, omnium ferè Dd. libris ad nauseã usq; infarctũ, disputare scilicet de Principis potestate, instar esse sacrilegii: *ex qvo Romæ Tribunũ plebis ad furcã condemnatũ legimus apud Pierre Matthieu ita dicentem:* Un tribun fut crucifie à Rome pour avoir demandè, qvel estoit le Dieu tutelaire & protecteur de la Ville de Rome, &c. *At speciem si qvam hoc enunciatum habeat: ponderis certè ei inest nihil; qvod literaliter & crudè acceptum, potius ingeniis servilibus & abjectissimis mancipiis, qvàm illis, qvibus ratio & oratio competit libera, verissimè dicitur conveniens. Ut enim varios Dd. intellectus taceamus, non de potestate, sed judicio Principis, ceu consectario potestatis maximam illam Dd. ab Impp. prolatam credimus; qvis verò hinc potestatem populi per Legem Regiam in Principem translatam notari, asserere vellet? Et si qvispiam absurdo huic intellectui annuat, verendum omninò, ne crimine sacrilegii insimulandi essent Politici, inter magnos maximi Impp. ac Principum Electorum Consilia-*

in l. 3. C. de crim. sacr.

tom. 1. de l'histoire du temps de la paix &c. livr. 1. narrat. 2. p. 44.

Limn. de jur. publ. lib. 1. c. 13. n. 39.

rii & Cancellarii, qvos suprema novi ætas, qvi de Statu Imperii, potestate Imperatoris & jurisdictione Principum ac Statuum Imperii publicis in scriptis differentes, mitiorem effati illius sensum amplexi fuêre, aut certè illud non intellexêre. Qvod posterius ut dictu nefas, ita prius erroris expers. Longius ne evagemur, exemplo nobis sit hæc ipsa Legis Regiæ materia, à cujus tractatione nullo sacrilegii periculo deterreri se passi fuêre Politici nostro tempore præclarissimi, jurisq́; publici experientissimi; innuo Melchiorem Goldastum ab Haiminsfeld, & Fridericũ Hortlederum, utrosq; Consiliarios Saxonicós, *qvorum ille Capitulationes aliqvot Impp. exhibet: iste verò, breviter qvidem, sed eleganter & nervosè in hanc materiam est commentatus; cui haud parum lucis additur in Oratione de Germanorum Lege Regia, ab* Illustrissimo Saxon. Duce *habitâ in Academia Salana. Horum dum perseqvor vestigia, à crimine sacrilegii me immunem fore confido, eoq́; magis, qvod contra Cæsaream Majestatem, qvam adoro; vel Status Imperii, qvorum splendorem veneror, nihil sinistri hoc in scripto prolatum spondeo, aut si forsan qvid lapsu humano contra mentem in pennam properantem inciderit, id prorsus deletum cupio. Vale.*

p. 2. der Reichssatzungen & in Polit. Imp. p. 12. In Polit. Goldast. p. 12. In Polit. Imp. Goldast. dict. p. 12.

Benedictus Carpzov. D.

In

In Nomine JESU CHRISTI.

INDEX CAPITUM ET SECTIONUM, QVÆ IN HOC COMMENTARIO HABENTUR ET TRACTANTUR.

CAP. I.

De Nomine, Causâ, Origine & aliis generalibus Legis Regiæ Germanorum, ſive Capitulationis Cæſareæ.

SECTIO

c 2   *12. Præ-*

CAP. II.

De Ecclesiæ ac Pontificis Romani defensione, & qvalis competat circa jura Ecclesiastica, potestas Imperatori: qvodq; sit jus Majestatis Ecclesiasticum, sive sacratum?

SECTIO

Magni facta, haut asscribenda est potestati & autoritati Papæ, contra Robertum Bellarminum.

9. *Coronatio Papalis Italica neq; Imperatoriam dignitatem vel potestatem confert electo Regi Romanorum, neq; necessaria est: & quæ hujus sit origo atq; finis?*

10. *Defensio Pontificis ac Sedis Romanæ, ad quam Imperator ex hoc membro Capitulationis obligatur, non tollit professionem Lutheranæ Religionis, sed utraq; salvo Imperatoris juramento subsistere potest.*

CAP. III.

De jurium ac Constitutionum Imperii, Aureæ Bullæ, Pacis prophanæ & Religiosæ, nec non Privilegiorum confirmatione ac observatione.

SECTIO

1. *Hodiè Imperator non nisi consensu Principum Electorum & Statuum Imperii, Leges fert universales.*

2. *Quâ de causa in Capitulatione Cæsareâ specialiter confirmetur Aurea Bulla, quisq; hujus sit finis: & quo in loco ea fuerit promulgata?*

3. *In nonnullis articulis hodiè per contrariam observantiam ab Aurea Bulla fuit recessum.*

4. *Saluberrima est Constitutio Imperii de Pace prophanâ, cui in Capitulatione Regem Romanorum devincire Principes Electores necessum judicarunt.*

5. *Satius est in Imperio, utriusq; Religionis & Lutheranæ & Catholicæ exercitium permitti, quam Subditos per inquisitionem Hispanicam ad unitatem Religionis compelli: quem in finem Pax Religiosa in Imperio promulgata ab Imperatore, in Lege Regia confirmatur.*

6. *Ineptiunt Pontificii, Pacificationem Religiosam ex dissensu Papæ impugnantes, eamq; a Cæsare vi extortam, nugantes.*

7. *Viget etiamnum Pacificatio Religiosa post Concilium Tridentinum.*

8. *Ne quidem ex potestate plenaria Imperator Pacificationi Religiosæ contravenire potest.*

9. *Non obstante jure divino, Principes Seculares ex Pacificatione Religionis, ecclesiasticam exercent jurisdictionem.*

CAP. IV.

De jure Belligerandi Imperatoris in Imperio Romano-Germanico, per Legem Regiam limitato.

SECTIO

5. In-

CAPITUM.

5. Injustum est Bellum pro amplificatione Imperii susceptum.

6. Pro tuenda Religione justum atq; legitimum suscipitur Bellum: secus verò ad Religionem propagandam.

CAP. V.

De articulis, Comitia & Conventus concernentibus.

SECTIO

1. Non valet Imperator Comitia indicere vel reassumere absq; consensu & approbatione Electorum, qvod prudenter & magna ex ratione receptum, atq; in Capitulatione Cæsarea provisum.
2. Ultra Electorum approbationem, reliqvorum Principum & Statuum Imperii consensus specialis ad indictionem Comitiorum haut reqviritur, multò minus verò consensus Pontificis Romani.
3. Majoris Electorum partis scitum & consensus concors ad Comitiorum indictionem sufficit, nec tamen hic collegialiter, sed seorsim reqviri & accommodari solet.
4. Extra fines Imperii Germanici Comitia non sunt indicenda: Et qvousq; fines Imperii Romano-germanici porrigantur?
5. Bohemia qvia est pars Imperii Romano-germanici, Comitia in eâ celebrari nihil prohibet.
6. Comitia hodiè in liberis & immediatis Imperii Civitatibus celebrantur, pro arbitratu Cæsareæ Majestatis: Nec enim ratione loci & temporis habendorum Comitiorum, Electorum voluntas est necessaria, sicuti nec ad Comitia, de uno ad alium locum transferenda.
7. Electoribus pro salute & incolumitate Imperii Comitia particularia celebrare specialiter permissum est. De qvo jure reliqvi Imperii Principes nihil participant.
8. Non competit hodiè jus Sessaræ ac Suffragii Bohemiæ Regi in conventu Electorum collegiali.
9. Neq; in Comitiis Imperii universalibus hodiè Rex Bohemiæ beneficium Sessionis & voti habet.

10. Rex

CAP. VI.

Circa fœderum jura, qvatenus potestas Cæsarea per Capitulationem sit limitata: qvidq; Imperatoris officium exigat?

SECTIO

CAP.

CAP. VII.

In administratione, oppignoratione, alienatione, infeudatione, & recuperatione Bonorum Imperii, qvidnam Capitulatio ab Imperatore observari velit:

SECTIO

1. Gravissimis de causis oppignorationem, distractionem & alienationem bonorum Imperii absq; consensu ArchiPrincipum Electorum fieri, Capitulatio Cæsarea prohibet.

2. Alienatio bonorum Imperii ne qvidem in subditos facta & juramento confirmata subsistit, si non consensus Electorum accesserit, qvem nec casus necessitatis excludit.

3. Feuda Imperio aperta ad labescentes Imperii vires nonnihil restaurandas, eidem reservari & reincorporari vult Capitulatio Cæsarea, qvæ tamen ad feuda Electoratus non extendenda est.

4. Capitulatio Cæsarea Regem Romanorum non nisi ad recuperationem Provinciarum ab Imperio divulsarum obstringit: Et qvatenus Imperator totius dicatur Mundi Dominus?

5. Provincias saltem illegitimè & absq; justo exemtionis titulo ab Imperio divulsas recuperari vult Capitulatio Cæsarea: Et qvid de Româ aliisq; Civitatibus per Donationem Constantini alienatis habendum?

6. Jurene vel injuria, exemtionem ab Imperio Romano-Germanico sibi vendicent Venetiæ, Mantua, Parma, Ravenna, Dux Mediolanensis, aliiq; Civitates ac Domini in Italia?

7. Superiorem qvoq; recognoscit Imperatorem Dux Sabaudiæ, qvi est Status, Vicarius & Vasallus Imperii Romano-Germanici.

8. Nec Gallia, nec Hispania hodiè ad Imperium Romano-Germanicũ pertinet.

9. Anglia hodiè plenissimâ gaudet libertate: Non etiam Helvetii Imperatorem recognoscentes Superiorem, neq; Dux Lotharingiæ, qvi Status & Princeps Imperii habetur.

10. Ducatus Burgundiæ unà cum cohærentibus provinciis Belgicis, Imperio Romano-Germanico etiamnum hodiè subest.

CAP. IIX.

De potestate Imperatoris circa impositionem & concessionem Vectigalium, indictionem Collectarum, & jus monetandi per Capitulationem Cæsaream limitatâ.

SECTIO

bent, quod tamen non pro arbitrio, sed secundum Imperii Leges ac constitutiones exercent.

9. Prudentes Reipublicæ moderatores extra fines territorii, aurum & argentum evehi non patiuntur, quod tamen ex mente Bodini nec præcaveri potest, nec Reipublicæ utile videtur.

CAP. IX.

Circa administrationem justitiæ, ad qvidnam Regem Romanorum Capitulatio obstringat.

SECTIO

1. Justitia in Imperio Romano-Germanico ita est administranda, ut ratio habeatur cujusq; loci Statutorum ac consvetudinum, dummodo eæ sint rationabiles.
2. De causis Subditorum in Imperio mediatorum Imperator non dijudicat, prius qvam per appellationem ad ipsum devolvantur.
3. Duplici gaudent privilegio ArchiPrincipes Electores circa justitiæ administrationem, nimirum: De non evocando: & De non appellando. Quæ duo privilegia ab invicem sunt distincta: Horum qvisnam sit autor? quæq; causa?
4. Qvemadmodum privilegia de non evocando & non appellando omnibus Electorum provinciis; ita adversus omnia alia judicia, adeoq; etiam judicium aulicum Cæsareum data sunt atq; concessa.
5. Ea vis est privilegiorum de non evocando & non appellando, ut ne qvidem Subditi Electorum ad aliud tribunal citati comparere & fori incompetentiam allegare teneantur, neq; privilegiis renunciare qveant, ut maxime id facere velint.
6. Utrumq; privilegium, nimirum de non evocando & non appellando, non solis Electoribus secularibus; sed & eorundem successoribus, ejusdemq; familiæ Principibus concessum est.
7. Non tam generaliter intelligendum est privilegium de non appellando, qvin Subditis in causâ denegatæ justitiæ, vel casu nullitatis, saltem supplicare & Imperatoris vel Cameræ auxilium implorare liceat.

 8. Non

8. *Non uti reliqvi Electores, ita etiam Saxo & Brandeburgicus privilegium de non appellando amiserunt, sed uterq; constanter hucusq; id retinuit.*
9. *Insciis & non consentientibus Electoribus, Banni seu proscriptionis processus non agitandus ab Imperatore adversus Imperii Status: qvæq; hujus rei causa?*
10. *Præter Imperatorem & Cameram Imperialem, Status qvoq; Imperii, turbatores pacis publicæ proscribere valent, ita tamen, ut solus Imperator & Camera Imperialis Banni sententiam executioni mandet.*
11. *Solus Imperator jure Majestatis suæ atq; Regalium, veniam Reis delinqventibus ex justâ ac gravi causâ largitur: qvod idem Magistratus inferiores facere neqveunt.*
12. *Absolutio à juramento pertinet ad Regalia: qvorum intuitu multa specialia soli competunt Imperatori circa justitiæ administrationem.*

CAP. X.

De officiis illustribus, Feudorum investituris & Dignitatibus in Imperio conferendis, nec non idiomate latino & germanico excolendo, inq; Rescriptis Imperatoris usurpando.

SECTIO

1. *In exercitio & administratione officiorum illustrium, Nobiles & Illustres personæ aliis qvidem præferuntur: non tamen inferioris conditionis Viri prudentes & docti ab hisce simpliciter excluduntur.*
2. *Officia illustria ac imperialia solis Germanis sunt committenda, non exteræ nationis Hominibus: & qvare hoc ita provisum in Capitulatione Cæsareâ?*
3. *Iis solummodo, qvi Cæsari & Imperio fide & officiis reperiuntur obstricti, munia ac præfecturæ illustres sunt committendæ: & qvidem gratis, non etiam pretio vendendæ.*
4. *In Scriptis & actis Imperii publicis nullo alio sermone vel stylo qvàm germanico aut latino uti jubet Capitulatio Cæsarea: qvæq; hujus rei causa?*
5. *Certa jam tùm ab antiqvis fuit SeptemVirûm Officiatorum dignitas & electio, certusq; & immutabilis eorum numerus.* 6. *Qvon-*

6. *Qvondam temporanea & ambulatoria: hodiè verò certa sunt Electorum Secularium qvatuor illa summa Imperii Romano-Germanici officia: quæ tamen absentibus Electoribus in Curia Imperiali non ab eorundem Legatis, sed Vicariis administrantur: Et in specie de officio Vice Mareschalli hereditarii de Pappenheimb.*

7. *Non ut Electorū, ita etiam reliquorum Principum certa ubiq; est Sessio & præeminentia: Sed qvandoq; in Comitiis de hac multum fuit disceptatum: qvaq; ratione & modo controversiæ hæ sint sopiendæ?*

8. *Valet in Comitiis pluralitas votorum: Discordantibus vero Collegiis Electorum & Principum, Cæsar suam interponit autoritatem.*

9. *Qvo in loco: Qvomodo: qvibusq; ceremoniis investituræ Feudorum Principalium peragantur?*

10. *Comitum Palatinorum qvænam sint jura ac privilegia: ab iisq; Doctores creati num privilegiis paribus cum creatis ab Academia fruantur.*

CAP. XI.

Ad qvidnam Rex Romanorum in puncto electionis novi Imperatoris & Interregni Imperio vacante, ex Capitulatione Cæsareâ obstringatur.

SECTIO

1. *Imperium Romanum tempore Conradi I. Imperatoris factum est electivum, contra Aventinum, qui usq; ad tempora Friderici II. Imp. id Successorium fuisse scribit.*

2. *Liberrimâ etiamnum hodiè est electio Regis Romanorum in Imperio, nec Domui Austriacæ alligata: ex qva tamen jure & ratione optimâ eliguntur Imperatores.*

3. *Non solùm cum Imperator in fata concedit, sed & cum ei alium, vel ob invalitudinem aut senium aliamvè sonticam causam adjungi, vel substitui necessitas flagitat, Rex Romanorum eligitur, permittente id Aurea Bulla Caroli IV. Imp.*

4. *Qvalenam sit discrimen inter Regem Romanorum & Imperatorem.*

5. *Vivo Imperatore Rex Romanorum non nisi delegatam habet potestatem, & qvicqvid in Imperio agit, non suo ac proprio, sed Imperatoris nomine censetur exercere.*

CAP. XII.

Derogetné qvicqvam Lex Regia sive Capitulatio juri Principis, qvo legibus dicitur solutus.

SECTIO

CAP.

CAP. XIII.

Attemperatâ per Capitulationem Cæsaream potestate Imperatoris: qvalisnam hodiè remanserit Status Imperii?

SECTIO

1. *Vocabulum Majestatis ambiguum est: Eaq; duplex, Realis & personalis: Qvænam verè & propriè dicatur Majestas personalis?*
2. *Vera Majestas in summâ, perpetuâ legibusq; solutâ potestate consistit: eamq; Regalia seqvuntur, ex qvibus dignosci potest.*
3. *Jus clientelare passivum haut officit veræ Majestati: quam tamen non habent Principes jure Vasallagii aliis obstricti.*
4. *Vera competit Majestas Regibus Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sveciæ &c. Ut & Pontifici Romano: Non etiam Duci Venetorum.*
5. *De Majestate Regis Bohemiæ veriorné sit opinio Melch. Goldasti vel Dom. Arum. hâc de re diversimodè sentientium ac invicem concertantium.*
6. *Summa Imperatori Romano competit Majestas: de quâ hodiè participant Proceres & Status Imperii.*
7. *Monarchiæ vocabulum qvot modis accipiatur: Qvisq; Status Imperii propriè dicatur Monarchicus: & qvomodo differat ab ipsâ gubernatione?*
8. *Status Imperii Romano-Germanici modernus verè ac purè Monarchicus non est.*
9. *Est tamen Status Imperii Romano-Germanici hodiè Monarchicus, sed aristocraticè mixtus.*
10. *Etiamnum hodiè Imperator Romanus jure habetur ac salutatur Monarcha.*

CAP. XIV.

Resistinė possit Imperatori, si qvid contra Capitulationem agat?

SECTIO

In

In Nomine JESU CHRISTI.

COMMENTARIUS
Juridico-Historico-Politicus.
In
LEGEM REGIAM GERMANORUM SIVE CAPITULATIONEM IMPERATORIAM.
CAP. I.
De
Nomine, causâ, origine & aliis generalibus Legis Regiæ Germanorum, sive Capitulationis Cæsareæ.

SUMMARIA.

1. *Saluberrima est Lex Regia sive Capitulatio Cæsarea. n.5,*
2. *Limitatur potestas Imperatoria per Legem Regiam. n.3.*
4. *Falsa Martini Bononiensis sententia.*
6. *Apud alias qvoq; gentes usitata est Lex Regia.*
7. *In Regno electivo bono saltem Principi fasces Imperii deferuntur. n.10.*
8. *Non semper respondet electioni eventus.*
9. *Verba & cogitata mali Principis qvænam sint?*
11. *Rex Romanorum sub certâ pactione ad Imperium admittitur.*
12. *Sententia Julii Pflugii de Capitulatione Cæsareâ.*
13. *Imperator ad observationem Legis Regiæ juramento se obstringit.*
14. *Per Legem Regiam Subditis pariter & Proceribus Imperii prospectum est.*
15. *Status Imperii in Provinciis suis Imperatorem repræsentant.*
16. *Facies Imperii Romani hodiè mutata est.*

1 INter varias Imperii Romano-Germanici Leges fundamentales † saluberrima ea est, qvam vulgò Capitulationem Cæsaream seu legem Regiam ap-
2 pellitant: † Qvæ potestatem Imperatoriam limitat, ipsumq; Principem arctioribus vinculis constringit, ut minus contra Regni utilitatem moliri qveat, † utqve 3
sciat, sibi in populum nō tantum licere, qvantum adulatores auribus suis melle diluto veneno infundunt, Jul. Pflug. *in Orat. de Republ. german. curand.* † qvam fal- 4
sam Martini Bononiensis sententiam

tiam

tiam confutavit Andr. Alciat. *in*
5 *libell. de form. Roman. Imper.* † Uti-
lissimum sanè Legis hujus benefi-
6 cium, † qvo & aliæ gentes ac po-
puli ad conservationem suorum
Regnorum omni tempore usi fuê-
re contra Principes atqve Reges
protervos, qvi officium boni prin-
cipis negligentes tyrannidem af-
fectant, Hottom. *in Franc. gall. c. 12.*
omniaq; pro lubitu cum injuria
Procerum & damno subditorum
facere se posse, sibi persvaderi pa-
tiuntur, Erasm. *apophtheg. lib. 6.*
7 † Qvantumvis enim in Regno o-
ptivo sive electivo, qvo per suf-
fragia Princeps ad Imperium a-
scendit, bono tantummodò ac
pio Principi sceptrum & diadema
deferatur, nec unqvam, qvi non
virtutes & animi facultates ad be-
nè gubernandum idoneas viresq;
ingenii præ se fert optimi, ad so-
lium admittatur, Petr. Gregor.
Tholos. *lib. 7. polit. cap. 13. 16. & 17.*
Girolam. Frachetta de Rovigo,
nel seminario de governi di stato e di
8 *guerra. cap. 2.* † Attamen electioni
non semper correspondet even-
tus, nec talis in recessu habetur,
qvalis ab initio qvis præsumitur:
sed sæpiùs in fine qvo qvisq; po-
tentior, eò turpius abutitur suâ
potentiâ, Piccard. *in observat. hi-*
9 *stor. polit. decad. 2. cap. 1.* † Cui acce-
ptum Caligulæ responsum: Me-
méto mihi omnia in omnes lice-
re, Erasm. *dict. lib. 6. apophth.* Cui pro-
babilis jactantia Neronis: Nem i-
nem Principum ante ipsum sci-
visse, qvid sibi liceret: Cui haud
ingrata ejusdem vox arrogans:
Ego vitæ necisqve arbiter, qvid
cuiq; mortalium fortuna datum
velit, meo ore pronunciatur:
Nulla pars unqvam nisi vollente
me floret. Senec. *de Clem. cap. 1.*
Cui jucundæ & svaves Tyrannicæ
vel voces vel cogitationes: Si lu-
bet, licet, anné scis, te Imperato-
rem esse, Leges dare, non accipe-
re, Spart. *in Caracalla.* † Hunc si ad 10
Imperii fasces evehi contingat,
vix alio qvopiam remedio Rei-
publicæ prospectum erit, ut me-
ritò Regem Romanorum ad gu-
bernationem Imperii non nisi sub
† certâ pactione & lege admitti 11
dixeris, qvâ scilicet potestas Cæ-
sarea veluti frenis sistitur ac reti-
naculis, Casp. Ens *in libell. de elect.*
& inaugurat. Reg. Roman. cap. 1. Ge-
org. Sabin. *de elect. & coronat. Ca-*
roli V. Imper. Melch. Goldast. *de*
Reb. Imper. part. 2. sub An. 1519. 1520.
& in lat. edit. Polit. Imper. part. 12. sub
Anno 1575. Wolffgang. Fridéric. à
Pappenheim *apud Domin. Arum.*
tom. 5. jur. publ. disc. 33. Christoph.
Besold. *de jurisdict. Imper. Roman.*
quæst. 10. & de elect. ac success. Regiâ,
lib. 2. dissert. 2. num. 17. † De qvâ Ju- 12
lius

lius Pflug. Episcopus Numburgensis ita loqvitur: Ad hoc institutum, inqvit, accessit alterum, non minus bonum ac salubre, ut qvi in illo excelso honoris gradu collocarentur, ne duriùs, qvàm oportet, regnarent, anteqvàm aliis imperare inciperent, eas Leges qvodammodo imponerent sibi, nihil ut contra Ecclesiam Christianam atq; Rempublicam nostram, ejusq; libertatem facerent, *in Orat. de Republ. German.*
13 *curand.* † Ac qvominus legibus sive conditionibus hisce Cæsar cōtravenire præsumat, ad observationem Capitulationis vi juramenti astringitur, Pflug, *dict. loc.* Aut. anon. *de stat. polit. seu ci-*
14 *vili, lib. 4. disc. 10.* † Qvo ipso subditis pariter atq; Proceribus seu Statibus Imperii maximè consultum videtur: Illis qvidem, ne tyrannidem vel sinistram gubernationem metuere habeant; His verò, ut in consortium qvasi potestatis ac gubernationis à Cæsare recepti, modumq; Regiminis temperantes & ipsi Majestate ac autoritate aliqvâ in Imperio
polleant, † inq; Provinciis suis 15
Imperatorem repræsentent, Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 39. & seqq.* Besold. *de jurisdict. Imper. Roman. qvæst. 13.*
† Ex qvo ultrò perspicuum est, in 16
qvantum facies illa Romani Imperii, qvod florebat tempore Justiniani, hodiè fuerit immutata, Cæsarisq; potestas limitata, Christoph. Besold. *dict. tract. qvæst. 16.* ut vel generalia saltem Capitulationis Cæsareæ id manifestum reddere possunt. De qvibus, accuratiorē qvippe disqvisitionē reqvirentibus, jam pluribꝰ agendū.

SECTIO I.

Electio Successioni in Principatu præferenda.

SUMMARIA.

1. *Boni Principis officium qvodnam sit?*
2. *Rex tutelam Reipublicæ gerit. n. 3.*
4. *Et ad subditorum defensionem est obstrictus. n. 5.*
6. *Laudes Eberhardi I. Ducis Wirtenbergici. n. 7.*
8. *Multi boni Principis officium negligunt. n. 10.*
9. *Dictum laudabile Antigoni Macedonum Regis.*
11. *Occurrendum malæ gubernationi per electionem boni Principis. n. 12.*
13. *Controversa qvæstio: Præferendané Successio vel Electio in Principatu.*
14. *Galliæ Reges non moriuntur.*

1 BOni eqvidem Principis officium est, justitiam administrare, Rempublicam benè curare, commodum subditorum & salutem Imperii omnibus modis promovere, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 12.* Caspar Ens *in thesaur. polit. tom. 1. cap.* 1. Petr. Heig. *part. 1. qvæstion. 10. n. 6.*
2 † Ut enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad utilitatem eorum, qvi commissi sunt, non eorum, qvibus commissa, est gerenda,
3 Cic. *lib. 2. de offic.* † Unde Rex tanqvam populi sui tutor præscriptam tutoribus regulam servare debet, ut tum deniq; pro Domino habeatur, cum populis providet, hoc est, cum salutem & incolumitatem populi tuetur, Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. pag. 154.* Christoph. Besold. *de appellat. cap. 1. n. 4.* Sicuti namq; subditi Principi suo obedientiam & fidelitatem debent, † ita hic ad illorum defensionem & protectionem est 4
obstrictus, ut verissimè scripserit l' autheur *d' utile & salutaire advis au Roy pour bien regner: Tout ainsi qve tes subjects te doivent obeissance, service & fidelite, aussi tu leur dois soupport, defense & protection contre toutes oppressions & contre tous outrages, & que tu l' as ainsi promis & jure en ton sacre. pag. 19.* Idq; Princeps cum advertit, regiam vitam agit, regiumq; officium facit; † 5
Eoqve modo sibiipsi prospicit, cum subjectorum commodum Principis dicatur proprium, teste Justiniano Imp. *in l. un. §. 14. C. de caduc. tollend.* † Qvo regio functus 6
offi-

officio dicitur Eberhardus I. Dux Würtembergiæ, tantâ cum laude Imperium tenens, ut Trajanus aliqvis in memoriæ templo tabellā suspendere hâc inscriptione potuisset: Qvinqvennium Neronis longissimè abfuisse à principatu Eberhardi, Thom. Lansius *in orat. pro illustr. Colleg. ad Duc. Würtemb.*
7 † Indeq; subditos suos tàm fideles sibi reddidit, ut cùm in qvodam conventu, nonnulli Principes Saxoniæ & *Bavariæ* suas provincias laudibus exornarent, Eberhard9 verè dixerit: De multis commodis meæ Regionis gloriari neqveo, hoc tamē scio, qvod in cujuslibet subditi mei sinum caput reponere, & tutus dormire possim, Franc. Carol. Dux Würtemb. *apud Frider. Achill. de princip. inter prov. Europ. in orat. pro German.*

At non omnes curam Reipublicæ gerunt, nec commoda sub-
8 ditorum promovent. † Sed qvamplurimi boni Principis officium negligentes, privatoq; lucro studentes tyrannidem affectant, cujus antiqvi Philosophi tres notas constituêre, qvarum tertia numeratur, si non ad civitatis & subjectorum, sed ad ipsius dominantis commodum atq; arbitrium omnia referantur, Hottom.
9 *in Franc-gall. cap. 14.* † Non similes sunt hi Antigono Macedonum Regi, qvi cuidam dicenti: Omnia Regib9 justa honestaq; esse: Sunt, per Jovem, respondit, Barbarorū duntaxat Regibus; At nobis ea tantùm honesta sunt, qvæ honesta sunt sui scilicet natura, & ea tantùm qvæ justa sunt. Vasq. *in præf. lib. 1. qvæst. illustr. n. 103.* Christ. Besold. *disput. polit. 2. class. 1. th. 44.*
† De qvibus verissimè asseveran- 10
dum, qvod aliàs minus verè de omnibus Principibus Scurra qvidā inimicus protulit: Omnes bonos Principes uno annulo posse depingi, Joh. Baptista *in observ. polit.*
† Horum itaq; vestigiis ne Princi- 11
pes insistant, eorumqve mores nec ament, nec imitentur, tyrannicos scilicet & diabolicos, omnibus modis præcavendum: † Id 12
qvod facilius in Regno electivo vel optivo fieri potest.

Etsi enim diu varieq; à variis discussa, nec tamen decisa sit qvæstio: † Subditis ac Reipubli- 13
cæ an magis expediat, per suffragia ut ascendat ad Imperium Princeps, an jure successionis, ut videre est apud Christoph. Besold. *in certam. prærogat. qvod Elect. cum successione est, ante tractat. de Success. & elect. regiâ.* Joh. Bodin. *de Republic. l. 6. cap. 5. & in method. histor. cap. 6.* Lips. *2. polit. 4.* Hermann. Kirchner. *de Republ. disp. 4. thes. 2.*

thes.2. Keckermann. *1. polit. 4.* Jacob. Aleman. *in palæstra consult. cap.4.* Schônborner *2. polit. 9.* Petr. Gregor. Tholos. *de Republic. lib. 7. cap.4. n.10.* Reinh. Konig *apud Goldast. in polit. Imperat. part. 14. p. 653.* Zecchium *1. polit. 3. n.1. & 2.* Henr. Arnis. *lib. 2. polit. relect. cap. 2. sect. 4.*
14 † Galli qvoq; licet Rempublicam suam qvietam jactitent, eò qvod Galliæ Reges non moriantur, Johan. Bodin. *lib.1. de Republ. c.8.* Qvod & Reginæ Mariæ, inopinatâ mariti morte consternatæ & exclamanti: Heu, heu, Rex mortuus est! Cancellarius respôdit: Non autem moriuntur, qvia nascuntur, non eliguntur, Joach. Ernest. Dux Hols. *apud Frid. Achill.*
15 *in Orat. pro Galliâ.* † Qvam formam in suis qvoq; Regnis tenent hodiè Turcæ, Moscovitæ. Tartari, Hispani, Angli, Scoti, &c. qvorum
16 Imperia sunt † successiva & hereditaria, Melch. Gold. ab Heimsfeld. *in polit. Imper. part. 14. fol. 653. & de Majoratu lib. 3. c. 20. & seqq.* Petr. Rebuff. *in declarat. feud. n. 33.* Cabotius *lib. 1. var. jur. disputat. cap. 11.* Joh. à Chokier *in thesaur. polit. aphor. lib. 1. cap. 2. exempl. 5.* Henr. Arnis. *de Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 8. n. 44. & 46.* Ricardus Basinstoch. *in historiar. notis, l. 1. & l. 3. not. 2.* Melvinus *in Gathelo sive de gentis Scotiæ origine.* Joh. Selden. *analect. Anglo-Britan. lib. 1.* Joh. Lupus, sive Palatios Ruvios (prout vocatur ab Hispanis) *in tract. de obtent. regni Navarræ, part. 6. n. 9. & seq.* Molina JC. *lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 2. n. 13.* Molina Jesuita *de just. & jur. tom. 3. part. 1. tract. 2. disput. 576. n. 5.* Eman. à Costa *in tract. de success. patr. & nepot.*

Tutior tamen in Republicâ fuit semper † Electio, qvam et- 17
iam successioni præferunt † Germani, Dani, Sveci, Poloni & Ungari, eò qvod monstret eum, qvi præstantior est, & imperare debet, Tacit. *lib. 1. hist.* Scipio Amirat. *lib. 1. discurs. in Tacit. 2.* † Idqve 19
emolumenti singulariter suffragia habent, vitia ut Successoris emendare, & si improbus speretur ex stirpe Rex, eum prævertere possint, ad sceptrum deferre ei, qvi pius, justus, prudens sit, ac subditorum & Imperii salutem conservare studeat, Christ. Besold. *in dict. certam. prærogat. qvod elect. cum success. est.* † Qvod eleganter de- 20
clarat Girolamo Frachetta de Rovigo, electionem successioni præferens, qvando inqvit: *Li prencipi, che si eleggono, sono per ordinario migliori di quelli, che succedono naturalmente & per hereditâ, perciochel' elettione si fa con giudicio, ma l' hereditâ è per ventura.* Et paulò post: *Percioche questi secondi bisogna*

gna pigliargli, quali la sorte gli da,
che alle volte sono tronchi, ò storpiati
di membri & alle volte di poco senno;
Ma l' electione si fa con giudicio &
per conseguenza de più idonei al go-
verno, è senza notoria imperfettione
del corpo. nel seminario de governi di
21 *stato e di guerra.* † Hocq; anim-
advertens Alexander Magnus, in
agone interrogatus, num fratrem
vel filium Herculem sibi succes-
sorem, aut alium qvempiam vel-
let? respondit: Dignissimum
mihi successorem opto, Justin.
22 *lib. 15. histor.* † Et laudabili exem-
plo Cunradus I. Imperator ad-
ductus admiratione virtutis &
sapientiæ Henrici Aucupis, etsi
inimici, ad eum fasces Imperii
deferri jussit, Peucer. *lib. 4. Chroni-*
23 *cor. in Cunrado Imper.* † Neq; aliâ
de causâ Carolus IV. Imper. pon-
tificiis involutus tenebris, electi-
onis Regis Romanorum initium
à missæ decantatione desumen-
dum esse voluit, *in Aur. Bulla,*
tit. 2. qvo scilicet Spiritus Sanctus
corda Electorũ illustret, eorumq;
sensibus lumen suæ virtutis in-
fundat, ut suo fulti præsidio, ho-
minem justum, bonum & Impe-
rio utilem eligere valeant, Petr.
Gregor. Tholosan. *lib. 1. partit. jur.*
Canon. cap. 29.

24 Ex qvo sanè perspicuum est, †
nullum unqvam successionis in
Principatu commodum & emo-
lumentum dari vel excogitari
posse, qvod non etiam in Electio-
ne semper sperandum sit, qvippe
qvod successorem sive heredem
eligere, eiq; sceptrum deferre li-
ceat: cum econtrà haud futurus
sit successor, qvem per suffragia
Proceres ad fasces Imperii evehe-
re mallent, ut vel ex hâc solâ ra-
tione qvisq; sanæ mentis Electio-
nem successioni prætulerit. † Ut 25
taceam, Regna, ubi electio viget,
multò liberiora esse illis, in qvibꝰ
successio est radicata: qvam ob
causam, relictâ successione, Ger-
mani electionem sunt amplexi,
ceu libertatis amantissimi, † ut 26
verè dixerit *Landgravius Hassiæ:*
Die Teutsche *Nation* ist ein frey
Reich/ und billich das freyest auff
der Welt/ apud Hortleder. *de caus.*
belli germ. lib. 4. cap 5. pag. 65. † Ad- 27
ditur præterea & hoc emolumen-
ti Regno electitio, ut ad guberna-
culum evectus arctioribus con-
stringatur legibus, qvi & ideò mi-
nus contra Regni utilitatem mo-
liri, ejusvè dominatum ad se su-
osvè pertrahere, aut subditos mi-
nimè affligere poterit, Christoph.
Besold. *in dict. certam. prærog. qvod*
elect. cum success. est. Keckerm. *in sy-*
stem. polit. lib. 1. cap. 4. † Idq; exem- 28
plo Principum Imperii, qvorum
cum alii successione, ut Secula-
res,

res, alii verò electione, ut Ecclesiastici ad Principatum deveniant, hi non eâ libertate suos, qvâ illi sibi subjectos, constringere valent: Nimirum qvod legibus astricti impediantur.

29 † Illi siqvidem, qvorum in manu eligere qvos velint, jus est atq; potestas, electos qvib9 velint, cōstringere possunt legibus ac certis conditionibus, qvibus Princeps ad Imperium evehitur, Buchan. *de jure Regn. apud Scotos, p. 53.* Tob. Paurm. *de jurisdict. cap. 17.* Anton. Gothofr. *in disp. AntiVultej. de pot. Imper. apud Melch. Goldast. in Polit. Imp. part. 13.* Rich. Dieter. *de summ. Imper. potest. concl. 45.*

SECT. II.

Qvalis Princeps eligendus; & qvisnam finis atq; usus Legis Regiæ?

SUMMARIA.

1. *Princeps bonus eligendus. n. 25.*
2. *A malo Principe peccatum ad subditos transmittitur. n. 3. 12.*
4. *Sylla qvare ludibrio habitus sit apud Romanos?*
5. *Leges ab ipso Legislatore servari debent.*
6. *Vita Maximil. I. Imp. plena fuit exemplorum.*
7. *Principes qvasi signum ad sagittam sunt expositi.*
8. *Exemplo Principum mores populi reguntur. n. 10. 11.*
9. *Vita Principis censura dicitur à Plinio.*
13. *Potestas Principum non exemta Regulis.*
14. *Sed justâ ratione est temperata. n. 15.*
16. *Principes vocantur sanctissimi, optimi, piissimi, Serenissimi, Divi & divini. 17. 18. 19. 20.*
21. *Domus Principis dicitur divina.*
22. *Majestas Regia etiam apud Ethnicos habetur sacrosancta. n. 23. 24.*
26. *In Electione dotes animi plus respiciuntur, qvàm bona fortunæ.*
27. *Consilium Friderici Sapientis in eligendo Imperatore.*
28. *Electoris Moguntini judicium in electione Rudolphi I.*
29. *Summa juramenti, qvo Electores in electione obstringuntur.*
30. *Fridericus Elector Saxoniæ donum Caroli V. renuit.*
31. *Qvod tamen tutò acceptare potuisset.*
32. *Electioni non semper correspondet eventus. n. 48.*
33. *Imperia ex fastu & superbia originem trahunt.*

34. Cain

34. *Cain quare ædificaverit civitatem Hanoch?*
35. *Hanoch maxima fuit Gigantum civitas.*
36. *Cain ex rapinis & deprædationibus vixit.*
37. *Violentum & tyrannicum fuit Nimrodi Imperium. n. 41. 42.*
38. *Nimrodus unde dictus?*
39. *Qvare dicatur fortissimus Venator?*
40. *Latrocinium veteribus fuit species Venationis.*
43. *Saturni quinam à veteribus dicebantur?*
44. *DEUS autor imperii & potestatis. n. 45. 46. 47.*
49. *Qvare Principes non semper sint optimi?*
50. *Improbi Consiliarii in nefas bonum præcipitant Principem.*
51. *Aulici inter Laudum & placentiam ambulant.*
52. *Summa Principis potestas Lege Regia est attemperata.*
53. *Veteres Romanorum Impp. plenariâ potestate uti noluerunt.*
54. *Augustus Imperator non omnia proprio egit consilio. n. 55.*
56. *Theodosius Aug. Leges suas autoritati SC. submisit.*
57. *Ut & Alexander Severus.*
58. *Multitudo melius judicat, qvàm singuli. n. 59.*
60. *Encomium Imperii Romano-germanici ex Lege Regiâ.*

1 MUltum Reipublicæ interest, Principem eligi talem, qvi recto tramite incedat, qvippe qvi teste Dion. Cass. *lib. 52. p. 488.* vivat velut in orbis qvodam terrarum theatro.
2 † Nec enim fieri poterit, ut vel minimum ejus peccatum lateat, qvod non ad subditos posteà transmittatur, Scip. Amirat. *lib. 3. dissert. polit. 9. in Tacit.*
3 † Unde Cicero: *Ut cupiditatibus Principum,* ait, *& vitiis infici solet tota Civitas, sic emendari & corrigi continentia.* Et paulò pòst: *Nec tantum mali est, peccare Principes (qvanqvam & hoc magnum per seipsum est malum) qvantum illud, qvod permulti imitatores Principii existunt.* Ac posteà: *Qvo perniciosius de Republicâ merentur vitiosi Principes, qvod non sòlum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: Neq; solùm obsunt, qvod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam qvod corumpunt, plusq; exemplo qvam peccato nocent.* Hactenus Cicero *lib. 3. de legibus.* † Qvocirca 4
apud Romanos ludibrio fuit habitus Sylla, teste Plutarcho, qvod cum ipse intemperantissimus esset, luxuq; difflueret, Cives tamen Romanos legibus ad frugalitatē sobrietatemq; revocare niteretur: *Nihil enim,* inqvit Machiavel. *tàm mali*

mali exempli in Republ. esse credo,
5 † *qvàm si Leges nuper latæ non obser-*
ventur, ne ab eo qvidem, qvi eas tu-
6 *lit, lib. 1. disp. de Republ. cap. 45.* † E-
contra Maximilianum I. Impera-
torē non immeritò laudibus ex-
tollit. Peucer. qvod vita ejus pri-
vata plena fuerit exemplorũ, non
simulatæ sanctimoniæ, honesta-
tis, gravitatis, temperātiæ, sobrie-
tatis, castitatis, &c. *tom. 7. hist. Aug.*
7 *in descript. Maximil. I. n. 2.* † Absq;
dubio namqve sciebat, Principes
qvasi signum ad sagittam exposi-
tos esse, ut dixisse fertur Frideri-
cus III. Imper. Æneas Sylv. *lib. 1.*
comm. in dicta & facta Alphonsi Re-
8 *gis, n. 37.* † eorumq; exemplo mo-
res populi semper regi, Bodin. *cap.*
4. method. histor. pag. 65. Scip. Amir.
lib. 3. diss. polit. in Tacit. disc. 9. Johan.
Werner. Gebh. *lib. 1.* Der Fürstli-
chen Tischreden *cap. 11.* Daß ein
Fürst bey den Unterthanen mehr
mit seinem Exempel / als mit der
9 Straffe zu wege bringen kan. † Ut
rectissimè Plinius vitam Princi-
pis censuram appellaverit, camq;
perpetuam, ad qvam dirigimur,
10 & ad qvam convertimur. † Est e-
nim subditis omnibus, inqvit *Joh.*
Bodin. qvasi Lex ab ipsa natura
insita, ut omnia Principis dicta,
facta, gestus, mores accuratissimè
imitentur, atq; in id unum inten-
tos habeant oculos, studia, men-
tes, qvo ejus singula vitia, virtu-
tes, omnem deniq; corporis & a-
nimi habitum, ipsis animis &
mentibus expressum habeant, *lib.*
4. de Republ. cap. 6. pag. 708. † Hinc 11
cùm Franciscus Major Rex Gal-
liæ, accepto vulnere capillos, qvo
facilius curaretur, tonderi jusse-
rat, repentè domestici omnes ca-
pillos de capite decuti curave-
runt, cum tamen Regum insigne
ab Imperii Gallici primordiis sem
per anteà fuisset, nec nisi Patriciis
ac Nobilitati capillitium nutrire
fas fuerat, Bodin. *dict. loc.*
Ita nimirum suo exemplo Princi-
pes ad vitia subditos alliciunt,
† maximoperè verò nocumento 12
sunt Reipublicæ, si veros guber-
nationis tramites excedant, &
pro lubitu suo animiq; arbitrio
potestate abutantur: Qvos potiùs
considerare deceret, † potestatem 13
à Deo sibi concessam, omnibus
juris publici regulis non exem-
tam, ceu voluit Bald. *in lib. 2. n. 45.*
C. de servit. & aqva. Peregr. *de jure*
fisci, lib. 1. tit. 3. n. 63. Decian. *vol. 2.*
consil. 41. n. 20. Rol. à Valle *consil.*
61. n. 32. vol. 3. & consil. 100. n. 58. vol. 4.
ut qvadrata rotundis, & candida
nigris mutare possit, Abb. *in cap.*
cum venissent. n. 8. de judic. Cotta
in memor. verb. Imperator. Rol. à
Valle *consil. 3. n. 130. vol. 1.* Vant. *de*
nullit. in tit. an qvæ sent. poss. dici
nul.

14 *nul.n.10.* † sed justa ratione tem-
peratam esse, ut qvantò sit im-
mensior, tantò magis æqvitatem
exigat & justitiam, qvam impri-
mis Principes colere & colen-
dam præscribere debent, Zas. *in
l.2.in pr.n.99.ff.de orig.jur.* Gail. *lib.
2.observat.56.n.12.* idq; vel eò ma-
15 gis, † qvod non alio modo ac re-
spectu Imperia à DEO sint confir-
mata, *Novell. 6. in pr. Novell. 73.
in pr. §. 1. cap.1. de pac.ten.& ejus
violat.c.qvoniam.dist.10.c.qvæsitum.
23.qvæst.4.* Specul. *in proœm. vers.
cæterum.* Felin. *in c.novit. de judic.*
Carol. Tapia *in rubr.de constitut.
princip.n.5.* Chass. *in consvet.Burg.
in proœm.verb.par la grace,n.1.* Mo-
lin. *de monarch. Franc. n.191.* Al-
phons. Alvaretz. *de jur. ac potest.
Rom.Pontif.cap.54.n.6.* Joh. Bodin.
16 *de Republ.lib.1.cap.10.* † Ex qvo et-
iam Principes vocantur Sanctis-
simi, *l. 87.§.ult.ff.de legat.2.l.3.de
17 natal.restit.* † Optimi & maximi,
*l.in honoribus.8.in pr.ff.de vacat.&
18 excusat.muner.* † Piissimi & Sere-
nissimi, *l.donationes.26.C.de donat.
19 int.Vir.& Uxor.* † Divi, *l.1.& 2.ff.
de his qui sunt sui. l.qvod me.8.ff.de
adoption.l.3.ff.de Senator.l.divus.4.
ff.de off.præsid.l.cum hi.8.in pr.& §.
qui transigit.12.ff. de transact.* †
20 Divini, *l.3.circa fin.C.de qvadr.præ-
script. l. ult. C.de acqvir. possess.*
21 † eorumqve domus appellitatur
divina, in *l.ad instructiones.7. ubi*
Gloss. & Fulgos. *C. de SS.Eccles.* † 22
Apud Ethnicos qvoqve Majesta-
tem & dignitatem Regiam sem-
per fuisse sacrosanctam, testatur
Joh. Bodin. *de Republ.lib.2.cap.5.*
† Qvemadmodū de Persis scribi- 23
tur, qvod tanta ab iis fuerit exhi-
bita Regibꝰ veneratio, ut etiā Re-
giæ Sellæ, qvā vocabant βασιλικὸν
θρόνον, honorē deferrent talem, ut
ei insidere capitale esset, Petr.
Greg. Tholos. *lib.8.de Republ.cap.3.*
† ubi & moribus Romanorum, 24
Siculorum, Lacedæmoniorum,
Æthiopum, Indorum & Scytha-
rum Regibus non minùs eximios
honores habitos ostendit.

Tales itaq; Principes sunt eli-
gendi, † qvi digni tantis honori- 25
bus habentur, virtutes amant,
magnoq; sunt animo, ut in asse-
rendâ & conservandâ verâ reli-
gione, in administrandâ justitiâ,
in exhibendâ clementiâ, neq; pe-
ricula, neqve privatum commo-
dum, neqve personarum respe-
ctum, neq; affectus suos sese à re-
cto tramite suæ vocationis depel-
li aut abripi patiantur, Luc. O-
siand. *ad cap. 2. Reg.3.* † Neqve 26
enim in electione respectus ma-
jor habendus est ad divitias, po-
tentiam & antiqvitatem generis,
qvàm ad virtutes & animi facul-
tates ingeniiq; vires, qvæ prima-
riò

riò ad gubernationis felicitatem reqviruntur, Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 7. de Republ. cap. 13. 16. & 17.* Lamb. Danæus *lib. 6. polit.* Girol. Frachetta de Rovigo *nel ſeminario de governi di ſtato è di guerra cap. 2.*
27 † Idq; juxta conſilium Friderici Sapientis, Elect. Saxon. qvod in conventu Electorum in hanc ſententiam protuliſſe prædicatur: Non eſſe in eligendo Imperatore rationem habendam divitiarum, non familiæ potentioris, ſed potiùs earum virtutum, qvas Imperii adminiſtratio à Principe maximè deſiderat, Herm Kirchner.
28 *de Republ. diſput. 4. th. 3.* † Qvod & voto ſuo in electione Rudolph. I. comprobavit Elector Moguntinus: Sapientiam ſcilicet divitiis & potentiæ præferendã aſſerens, Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 30.*
29 † Eoq; reſpicit juramentum, qvo Principes Electores in Imperatore eligendo obſtringuntur, cujus ſumma eſt: *Ego Elector N. N. juro, qvod per fidem, quâ DEO & ſacro Imperio ſum adſtrictus, ſecundum omnem diſcretionem meam & intellectum meum cum DEI adjutorio eligere volo temporale caput populo Chriſtiano, h. e. Regem Romanorum in Cæſarem promovendum, qvi ad hoc exiſtat idoneus, in qvantum diſcretio & ſenſus mei me dirigunt, & ſecundum fidem prædictam, vocem meam & votum electionis præfatæ dabo absq; omni pacto, ſtipendio, pretio vel promiſſo, ſeu qvocunq; modo talia valeant appellari, ſic me DEUS adjuvet,* Henning. Göden. *de elect. Regis Roman. cap. 5.* Adam & Nicol. Heyden. *in hiſt. de elect. & inaugurat. Maximil. II.* Georg. Sabin. *de elect. & coronat. Carol. V.* Goldaſt *in polit. Imper. de elect. Maximil. pag. 91.* Caſp. Ens *in libello de elect. & inaugurat. Reg. Roman. cap. 1. & cap. 11.* Onuphr. Panvin. *de comit. Imp. c. 10.* Hocq; juramentum fidem Electorum in tantum ſtringit, † ut Fridericus Elector Saxoniæ, cum delatum ſibi Imperium 30
ad Carolum V. ſuffragio ſuo detuliſſet, à Caroli Legatis 30 millia florenorum oblata conſtantiſſimè rejecerit, cumq; urgeretur, ut tantùm 10 millia pateretur dare miniſtris: Accipiant, dixerit, ſi velint, attamen nemo valebit poſtridiè apud me, qvi vel aureum acceperit, Joh. Schleid. *lib. 1. hiſt.* Eraſ. *lib. 4. epiſt. 13.* † qvamvis optimo jure hanc ſummam pecuniæ 31
Elector accipere potuiſſet, cum juramentum non loqvatur de eo, qvod poſt electionem datur ſpontaneâ voluntate.

Accedit tamen qvandoq; , ut electioni non correſpondeat eventus, † nec qvi boni Principes 32
per ſuffragia ad Imperium & guberna-

bernationem sunt evecti, tales semper existant, & non in pessimos degenerent, qvippe qvi sæpissimè ad fastum, vim & superbiam sunt proclives. Dubium etenim non est,
33 † Imperia Regum & Principum initio ex qvodam fastu & superbiâ originem sumsisse, Chassan. *in catal. glor. mund. part. 1. consf. 1. in pr.* Carol Tapia *ad*
34 *rubr. ff. de const. princip. n. 1.* † Qvemadmodum de Caino legitur, *Gen. 4. v. 17.* qvod ædificaverit primam civitatem Hanoch, eo fine, ut in eâ dominaretur, August. *de civit.*
35 *DEI, lib. 15. cap. 14.* † Eamq; civitatem illis temporibus maximam fuisse Gigantum circa Libanum, qvi universo orbi imperabant ab occasu solis ad ortum, roboreq; corporis confisi inventis armis omnes oppresserunt, Beros. *lib. 1. de*
36 *antiq. regnor.* † Cainum qvoqve ipsum prædâ & rapinis vixisse, colluviem sceleratissimorum hominum in societatem & consortium adscivisse, pondera & mensuras invenisse, limites agrorum posuisse, & ita pristinam simplicitatem & candorem sustulisse, suosq; domesticos, ut in civitate à se conditâ & muris cinctâ habitarent, vi coëgisse, autor est Jo-
37 seph. *lib. 1. antiq. cap. 3.* † Post diluvium qvoq; Nimrodus primus sibi imperium vindicavit, atq; auxilio aliorum vicinos cœpit opprimere, *Gen. 10. v. 8. & 9. cap. fin. dist. 6.* Chassan. *dict. loc.* Philipp. *lib. 1. Chronicor. pag. 19. & 20.* † Unde 38
etiam Nimrodus, h. e. Dominus metuendus dictus fuit, Joh. Bod. *lib. 2. de Republ. cap. 2.* † qvem Sacra 39
Scriptura fortissimum appellat Venatorem, loqvendi genere Hebræis familiari, qvo Latronem significari voluerunt, sive hominũ oppressorẽ, Isidor. *lib. 1. sent. c. non est peccatum. dist. 6. in fin.* Henning. Göden. *consf. 1. n. 2. cent. 3.* † siqvidẽ 40
veteres, Plato, Aristoteles, Xenophon latrocinium inter genera venationũ posuerunt, Bodin. *dict. c. 2.* Göden. *dict. consil. 1. n. 2.* Sebast. Medic. *de venat. pisc. & aucup. part. 1. quæst. 1. n. 2.* Et tradit Josephus *dict. lib. 1. cap. 5.* qvi eum Nabrodum vocat, † qvod tyrannidem 41
suam stabiliverit constituendo se ipsum Ducem, persvadendo miseræ plebeculæ ἀποστασίαν & defectionem à DEO, promittendoq; illis opem & auxilium, si denuo ab eo cataclysmus & aqvarũ inundatio expectanda esset. Hinc Berosus *lib. 4. de antiq. reg.* memorat † Nimrodum assumto filio Jo- 42
ve Belo cum populo venisse in campum Sennaar, ibiq; designâsse urbem, & fundâsse maximam turrim, Anno salutis ab Aqvis 131. atqve regnâsse annos 56. & deduxisse

xisse turrim ad altitudinem & magnitudinem montium, in signum atq; monumentum, qvod primus in orbe terrarum esset populus Babylonicus, & Regnũ Regnorum dici deberet, qvâ de causâ etiam Saturnus Babylonicus fuit appellatus. † Saturni
43 qvippe dicebantur familiarũ nobilium, qvi urbes condiderant, Seniores, eorumqve primogeniti Joves & Junones, nepotes Herculis, patres Saturnorum Cœli, Uxores Rheæ & Cœlorum vestæ, Xenophon *de æqviv.pers.* Dionys. Gothofr. *lib.1. hist. antiq.* Verùm cum malitia hominum indies augeretur, alterq; in alterum insultaret, eumq; supprimere conaretur, ac si Imperium deesset, majori incommoditate homines af-
44 fici viderentur, † ab ipsomet Deo istiusmodi potestas postmodum confirmata fuit, Chassan. *dict. consid.1.* Carol. Tapia *ad dict. Rubr.*
45 *de constit. princip. n.2.* † perinde ut postulatio Regis apud populum Israëliticum ab initio qvidem Deo invisa & odiosa, nihilominus tandem ab eo in personâ Sauli confirmabatur, *1. Samuel. 8. vers.*
46 *22. & cap. 10. v. 1.* † Nec non Davidis & Salomonis, *1. Samuel. 15. vers. 28. 2. Samuel. 2. v. 4. 1. Reg. 1. vers. 39. & cap. 3. vers. 6. & 7.* reliqvorumq; Regum Judæ & Israelitarum,

† cum nulla unqvam nisi à Deo 47
fuerit potestas, *Joh. 19. v. 11. Rom. 13. vers. 1.*

Ex fastu igitur & superbiâ cum Regna originem suam traxerint,
† Principes sæpissimè rursus eò 48
inclinant, nec tales semper se præbent, qvales tempore electionis sese gerebant, ut certè gubernationi certas leges præfinire, atq; sic potestatem qvasi freno moderari Reipublicæ consultissimum
videatur. † Qvin & cum nemo 49
facilè tantâ præditus sit sapientiâ, ut possit in summâ rerum omnium potestate modum tenere, Herodot. *lib. 3.* nec effœta hæc mundi natura Principes ferat semper optimos, nec ut sint optimi, ita lynceos atq; beatos, ut in tantis, qvibus circumvallantur, tenebris nusqvam vel ipsi incurrant, vel impellantur ab aliis, qvos aula interdum nutrit, Con-
siliariis nempè improbis, † qvi 50
bonum ac probum in nefas præcipitant, inscientem venduntqve Imperatorem; ipse qvoqve Princeps cum à cunabulis nihil aliud
qvàm assentationes audiat; † Au- 51
lici qvippe inter Laudum & Placentiam, non autem Veronam versus ambulare solent, ut olim Pius Pontifex ad Ducem Ferrariæ scripsit, Petr. de Gregor. *de concess. feudi in proœm.* adeòq; difficile

le ſit, in tantâ rerum licentiâ
Principem recto tramite incede-
52 re. † Ideò majores noſtri ſecum
perpendentes, optimo qvidem
Principi tutò permitti poſſe om-
nia, at mediocri non omnia, ma-
lo autem nihil, Eraſm. *in lib. de
inſtit. princip.* abſolutam ſummi
Magiſtratûs poteſtatem ſalubri-
ter definiendam, & injecto Legis
Regiæ ſive Capitulationis qvaſi
freno moderandam putaverunt,
ita ut non ſolus omnia ſine Pro-
cerum conſilio & conſenſu age-
re posſit, Jul. Pflug. *in orat. de Re-
publ. germ. curand. pag. 25.* Auct. des
wolmeynenden *Discurs*, Warumb
die Catholiſchen in Teutſchland
ſich von den Spaniern und Jeſui-
ten abſondern ſollen. Rich. Dieter.
de ſumm. Imp. poteſt. concl. 74. Auct.
des wacht frühe auff den Frantzo-
ſen und andern Benachbarten.
Hoc qvàm ſapienter ita conſti-
53 tutum, vel ex eo apparet, † qvod
Imperatores veteres Romanorũ
circa ea, qvæ ſtatum publicum
concernunt, ſponte in ſalutem
communis Patriæ à jure ſuo, qvo
plenariâ poteſtate agere pote-
rant, receſſerunt, Melch. Goldaſt.
in polit. Imper. part. 14. pagin. 648.
54 † *Ita Auguſtinus non omnia proprio
conſilio egit,* inqvit Dio Casſius, *ſed
multa publicè deliberanda propoſuit,
ut ſi qvid aliis diſpliceret, id corri-
gere poſſet: Omnes verò adhortatus
eſt, ut ſuum ſibi conſilium aperirent,
ſiqvid rectius invenirent, liberta-
tem omnem eis concedens: eorumq;
motus ſententiis, qvædam retracta-
vit: Ex magiſtratibus etiam ſingu-
los, ex Senatoribus ſorte qvindecim
delegit, qvi per ſex menſes Conſilia-
rii ſui eſſent, ita ut videretur per hoc
etiam reliqvis omnibus ea, qvæ ſta-
tueret, communicare.* Hactenus Dio
lib. 53. hiſtor. Rom. fol. 510. † Hæc 55
fuit Auguſto generalis Imperii
adminiſtrandi ratio, & optima
qvidem, nimirum ne uno ictu ve-
terem Rom. Reipubl. guberna-
tionem evertendo, populum ty-
rannide opprimere videretur.
† Pariter Theodoſ. Aug. leges à ſe 56
latas non aliter vim habere vo-
luit, qvam ſi probarentur SC. cui
Senatores omnes acqvieviſſent,
l. humanum. C. de ll. † Sic etiam 57
Alexander Sever. nullam promul-
gavit legem, qvam Senatus prius
non approbaſſet, Lamprid. *in A-
lex.* † Nam multitudo verè melius 58
qvàm ſinguli de rebus omnibus
judicat, ſinguli enim qvasdam
habent virtutum particulas, in-
qvit Buchanan. *in dial. de jur. Re-
gni apud Scotos,* qvæ ſimul collatæ
unam excellentem conficiunt
virtutem. † Qvod in Medicorum 59
pharmacis, ac imprimis in anti-
doto eo, qvod Mithridaticũ vo-
cant

cant, perspicuè cerni potest: In eo enim pleræq; res per se noxiæ, ubi confusæ fuerint, salutare adversus venena remedium afferunt; Similiter in hominibus aliis tarditas & cunctatio, aliis præceps temeritas obest. Hæc in multitudine commixtâ temperamentum qvoddam, & qvam in omni genere virtutis qværimus mediocritatem, pariunt. Qvæ certè usum Legis Regiæ præstantissimum abundanter docent.

60 † Ex qvo etiam encomium istud Imperii Romano-germanici promanavit egregium: Daß man/ Gott Lob/ in Teutschland ein hochlöbliches und heiliges Regiment hat/ welches von den hochgelahrten Vorfahren so weißlichen verfasset/ *& in capita & membra* auff alle Fälle mit hochvernünfftigen *Constitutionibus* und *Cautelis* dermassen *clausulirt* vorsehen und verwahret/ daß sich viel Hochgelahrte/ Weltweise Leute auch bey den *exteris* darüber verwundern/ Auct. des Discurs. Ob es heilsam und nützlich sey in heiligen Römischen Reich *Uniones* und Bündnüsse anzurichten.

SECTIO III.

Quodcunq; ferè Regnum certas suas habet Leges fundamentales; qvisq; harum finis?

SUMMARIA

1. *Mali Principis Regimen frenis est constringendum.*
2. *Apud omnes ferè gentes reperiuntur Leges Imperii fundamentales. n.26.*
3. *Pro diversitate Rerumpublicarum diversæ ac numero dispares sunt Leges Regiæ.*
4. *Lex Salica dicta qvasi Gallica.*
5. *Vel à Sale condimento.*
6. *Vel à Sala flumine.*
7. *Vel à Sale h.e. aula.*
8. *Tenor Legis Salicæ.n.9.*
10. *Legis Salicæ explicatio.*
11. *Rationes Legis Salicæ.n.14.*
12. *Flagitia qvarundam Principissarum sexum fœmineum à successione in Regno Galliæ excluserunt.*
13. *Reges Galliæ ad observationem Legis Salicæ obstricti.*
15. *Alia est Lex fundamentalis in Galliâ de non alienandâ dominii parte.*

16. *Ratio*

16. *Ratio hujus Legis.*
17. *Senatus Pariſienſis ex hâc Lege Carolo IV. contradixit.*
18. *Alia Lex fundamentalis in Galliâ qvoad ſucceſſionem. n. 19.*
20. *Lex fundamentalis ſucceſſoria in Regno Gotho-Hiſpanorum.*
21. *Lex Mentalis in Regno Portugalliæ qvænam fuerit? n. 22. 23.*
24. *Anglia ſuas habet Leges fundamentales.*
25. *Aliorum populorum Leges fundamentales refert König.*
27. *Proceres in Imperio Romano-Germanico certas promulgarunt Leges fundamentales.*

1 MAlo itaq; Principis regimini, ſi qvod forſan metuendum, vix aliter occurri poterit, qvam, ſi poteſtas Imperantis frenis qvaſi conſtringatur & limitetur, ac non niſi ſub certis conditionibus
2 Princeps ad ſolium evehatur. † Factum inde, ut qviq; ferè populi ad conſervationem ſuorum Regnorum Leges qvasdam poſuerint certas & immotas, qvas fundamentales appellitant, qvibus Princeps obligetur, contraq; eas
3 nil qvicqvam tentare qveat. † Eæqve pro diverſitate Rerumpublicarum vel pauciores vel plures reperiuntur, prout Status Imperii cujusq; Monarchicus purior eſt & liberior vel Ariſtocratico aut Democratico temperamento reſtrictus, aut hiſce vel aliis everſionibus obnoxius, Gothofr. Anton. *in diſp. apologet. de poteſt. Imper. & hodiern. Imp. ſtatu adverſus Herman. Vultej. concl. 12. apud Melch. Goldaſt. in Polit. Imper. part. 13.*
4 † In Galliâ ſanè fundamentalis eſt Lex *Salica*, dicta ſic, qvia eſt gallica. Galli enim ſæpiſſimè vocantur in lingvâ ſuâ Saliens, Jean de Serres *tom. 1. de l' inventaire de l' hiſtoire de france, fol. 41* Eſtienne Paſqvier *de recherches de la france, livr. 2. chap. 16. p. 176.* Molin. *in conſvet. Pariſ. tit. 1. §. 6.* Arniſ. *lib. 2. relect. polit. cap. 2. ſect. 12. n. 53. p. 376.* Alciat. *lib. 2. diſp. cap. 22.* Paradin. *de antiq. Burgund. ſtatu, cap. 10. p. 75.*
† Vel a Sale, licito condimento, 5
qvod lex Salica licitè ſit condita, Claud. de Seyſel. *de la loy Saliqve p. 85.* † Vel à Salâ flumine, cu- 6
jus Franci Orientales olim accolæ fuerunt, Choppin. *de doman. gallico, lib. 3. tit. 1. n. 2. p. 405.* † vel à 7
Sale, h. e. Saal/ aula, unde terra Salica, Saalgut/ Hoffgut/ Saalbücher/ in qvibus prædia, qvæ aulæ Regiæ cenſum præſtant sunt inſcripta, Paul. Matth. Wehner. *in pract. obſervat. verb.* Saalbuch. Chriſt. Beſold. *lib. 1. diſſert. nomico-polit. diſſ. 11. n. 8.* qvia ſcilicet Lex Salica ad aulam Regiam eſt accommo-

commodata, Estien. Pasqvier *dict.*
loc. ubi plures adducit derivatio-
8 nes. † Salica hæc Lex fundamen-
talis fœminam Regno præesse
vetat, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ.*
cap. 8 eaq; hisce verbis posita est:
En la terre Saliqve aucune portion de
l'heritage ne vienne à la femelle: A-
ins le Sexe viril acqviert la posses-
9 *sion.* † Vel ut alii: *La couronne de*
France ne tombe pas en qvenoville
h.e. Gallorum Imperium in co-
lum & fusum non cadit. Vel: *Les*
lys ne sçavent point filer. h.e. Lilia
non nent, Pierre Matth. *liv. 2. de l'*
histoire de Henry IV. narrat. 1. p. 266.
10 † Qvam Legem ita explicat Jean
de Serres; *Les masles sont seuls ca-*
pables de la Couronne de France. Les
femelles en sont du tout forcloses &
par conseqvent le leurs, qvi ne peu-
vent avoir plus de droict qve leurs
11 *meres, dict. tom. 1. fol. 37.* Ne † sci-
licet summa Regni ad aliqvem
Principem exterum deveniret:
Reginæ enim exemplo Mariæ
Reginæ Angliæ nubere volentes,
non subditis nuberent, sed ad pe-
regrinos & exteros animum adji-
cerent, & sic per conseqventiam
Imperium ad exterum perveni-
12 ret. † Qvinimò Cleopatræ Ægy-
ptiacæ, Messalinæ & Faustinæ Im-
peratricum, ac Fredegundis Gal-
licæ, qvæ omnes flagitiorum sor-
didæ fuerunt cloacæ, infelix me-
moria nigrum thetha Sceptris
fœmineis in Galliâ præfixit, Jo-
ach. Ernest. Dux Holf. *apud Fri-*
der. Achill. de princip. inter prov. Eu-
rop. in orat. pro Galliâ. † Hanc Le- 13
gem fundamentalem si violari
fas esset, violassent illam filiarum
gratiâ Philippus Longus, Carolus
Pulcher, Ludovicus XII. iisq; Re-
gnum dotale reliqvissent, Rich.
Dieter. *de sum. Imp. potest. concl.*
34. Addunt Franci & aliam ratio-
nem Legis hujus Salicæ: † Ne 14
scilicet ii supra alias orbis uni-
versi nationes generosi ac belli-
cosi, muliebri Imperio subderen-
tur, & per fœminarum domina-
tionem à masculâ virtute degene-
rantes tandem & ipsi effœmina-
rentur. Seysel. & Pasqvi. *dict. loc.*

Alia qvoq; fundamentalis Lex
est in Galliâ: Ne Regi jus sit, ul- 15
lam dominii sui partem sine pu-
blici Concilii autoritate alienare,
Jean de Serres *en inventaire gene-*
ral de l'histoire de France, dict. tom. 1.
† Qvippe qvod ei ad tuendam 16
tantummodò Regiam dignita-
tem datum est, ut non majorem
in eo potestatem habeat, qvàm
Marito in Uxoris dote concedi-
tur. † Hinc cum anno 1399. Rex 17
Franciæ Carolus IV. Comiti Sam-
paulino particulam qvandam sui
dominii sive donasset, sive aliâ ex
causâ cessisset, Senatus Parisiensis
pro vetere veteris Parlamenti ju-
re

re intercesſit, atq; Regii dominii alienationem, niſi autor Senatus Pariensis fuiſſet, nullam pronunciavit, Melch. Goldaſt. Haim. *in Politic. Imper. part. 14. pagin. 647.*

18 † Qvoad ſucceſsionem porrò in Regno Franciæ Legé fundamentalem profert Natal. Comes *lib. 12. hiſt. de Anno 1559. fol. 266.* hiſce verbis: Lex eſt Gallorum, qvæ ſanctiſsimè ſervatur, ne facultates familiarum diſtrahantur in plures partes per diviſionem filiorũ, ut univerſum Gallorum patrimonium ad primogenitos tantùm perveniat: reliqvi filii, qvi Cadetti vocantur, id tantùm conſeqvuntur vel ex ampliſsimis patrimoniis, qvod victui & veſtitui ſatis ſit, omni prorſus pecuniæ facultate obliterata. Mortuo primogenito pro ætate ſuccedunt.

19 † Cujus etiam meminit Vincent. Cabotius *lib. 1. var. jur. diſp. cap. 12.* Jacob. à Petrâ *in Pract. tit. de ſucceſſ. feud. n. 63.*

20 Pariter fuit Lex fundamentalis ſucceſſoria in Regno Gotho-Hiſpanorum circiter annum Domini 720. Ut Regis filius primogenitus vel major, ſi deeſſet primus, ſi pater fuerit catholicus, cujuscunq; etiam minimę ſit ætatis, ſubſtituatur in Regnum. Si autem deſit filius maſculus, filia ejus ordine prædicto adſumatur in Dominam: & illa Magnatum Gothorum providentia de Nobilibus Gothis accipiat virum, de qvo Regalis poſteritas conſervetur. Qvam legem referunt Palacios Ruvios *in tract. de obtent. regni Navarræ, part. 6. n. 9. & ſeq. &* Molina *lib. 1. de Hiſp. primogen. cap. 2. n. 13.*

† Huic ferè ſimilis eſt in Regno 21
Luſitanico vel Portugallico Lex Mentalis Johannis Primi Regis Portugalliæ, ad favorem Patrui lata, Eman. à Coſta *in tract. de ſucceſſ. patr. & nepot.* Alvar. Valaſc. *de jur. emphyteut. qvæſt. 50.* Anton. Gamma *in deciſ. Luſitan. deciſ. 307,* qvam in ſcriptum redegit Edvardus filius *in Ordin. Luſitan. tit. 17. l. 2.* † Eaq; varia continet ca- 22
pitula: Nempe, ut donata à Regibus de bonis Coronæ Regni, licèt donata alicui ſint, & omnibus illius deſcendentibus aut heredibus & ſucceſſoribus & conceſſa ſint cum clauſula, ut dividi inter eos nõ poſsint, cenſeantur legata vinculo majorato, maneantq; inalienabilia ac indiviſa omninò, & per mortem ultimi poſſeſſoris deveniant integra ad filium illius legitimum, majorem natu ex ipſo relictum. Qvod ſi ultimus poſſeſſor mortuus fuerit, nullâ relictâ Sobole legitimâ virili deſcendente per lineam virilem, licet relinqvat filias aut Sobolem virilem ex filiabus, excludantur tamen

men in ſucceſſione ab eis bonis, bonaq; illa eo ipſo devolvantur ad Regni Coronam, eiq; reuniantur. A ſucceſſione qvoq; in Regno excludatur ſoboles omnis ultimi poſſeſſoris, qvæ fuerit Ordinis ſacri aut beneficiatus, atq; univerſim omnis, qvi de ſolâ Eccleſiæ jurisdictione fuerit, licet ſoboles legitima illius virilis ac
23 per lineam virilem ſit &c. † Et qvæ ſunt alia Legis Mentalis capita *in dict. tit. 17. Ordination. Luſitan. l. 2. §. 2. 3. 7. 8. 11. & ſeqq.* de qvibus Molina Jeſuita *de juſt. & jur. tom. 3. part. 1. tract. 2. diſp. 576. n. 10. & diſput. 630.*

24 Anglia qvoq; peculiares ſuas habet Leges fundamentales, qvas ex parte refert Polydor. Vergil. *lib. 11. hiſtor. Angl.* † Et aliorum po- 25
pulorum Leges fundamentales profert Reinhard. König *in diſſertat. polit. de ſtat. Imp. Romani, apud Melch. Goldaſt. in Polit. Imp. part. 14.* Ex qvibus manifeſtiſſimum eſt, † nullam ferè gentem unqvam 26
extitiſſe, qvæ non certas conſtituerit Leges fundamentales, iisqve Principem in gubernatione Reipublicæ conſtrinxerit, † ut pro- 27
inde in Imperio Romano-germanico Proceres Imperii idem feciſſe, nemo mirari debeat, Jul. Pflug. Epiſcop. Numburg. *in Orat. de Republ. german. curand.*

SECTIO IV.

Qvidnam ſit Lex Regia ſive Capitulatio; & unde ſic dicta?

SUMMARIA.

1. *Promulgatio Legum fundamentalium in Imperio Romano-Germanico.*
2. *Capitulatio Lex fundamentalis ſaluberrima.*
3. *Capitulatio qvid ſit?*
4. *Omnes Leges à Regibus promulgatæ, dicuntur Regiæ. n. 5. & 6.*
7. *Alio ſenſu Capitulatio dicitur Lex Regia.*
8. *Sive Lex Imperii.*
9. *Capitulatio dicta à variis conditionibus & capitulis. n. 11.*
12. *Qvod nomen aliis id genus legibus eſt commune. n. 13. 14. 15.*

1 QVemadmodum ergò populi alii in ſuis Regnis, ita etiam Proceres Germaniæ in Imperio Romano certas poſuerunt Leges fundamentales, pro conſervatione ac felici gubernatione Reipublicæ: † inter eas ſaluberrima 2
eſt Capitulatio Cæſarea, qvæ definiri poteſt, † *Lex Regia vel Lex* 3
Imperii, quâ Regimenta populi in

Impera-

Imperatorem designatum transferuntur certis conditionibus sive ca-
4 *pitulis.* Leges eqvidem † omnes à Regibus latæ dicuntur Regiæ, qvarum fit mentio *in l.2. §.fuit autem.36 ff.de orig.jur. l.negat.lex.2.ff.*
5 *de mort.infer.* † Qvod & animadvertit Johan. Coras. *lib. 6. miscell. jur. civil. cap. 8.* ejusq; appellationis originem eleganter docet Pomponius *in dict. l.2. ff. de orig. jur.* ubi *in* §.2. hæc verba habentur: *Et ita Leges qvasdam & ipse (Romulus) curiatas ad populum tulit, tulerunt & seqventes Reges, qvæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papirii: is liber appellatur jus civile Papirianum.* Et in §. *fuit autem 36. Fuit autem imprimis peritus Publius Papirius, qvi Leges Regias in unum con-*
6 *tulit.* † Ex qvorum §§. collatione liqvet, à Papirio Leges Regias in unum collatas inde nomen traxisse suum, qvod à Regibus fuerint latæ, qvæ & Curiatæ sunt appellatæ, *dict. §.2.* Carol. Sigon. *de antiqvit. jur. civil. Roman. lib. 1. cap. 5.* Franc. Connan. *comm. jur. civil. lib. 1. cap. 12.* Thomas Lansius *in discurs. de Lege Regia, concl. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. Imp. Romani lib.*
7 *2. part. 1. cap. 1. n. 66.* † Sed alio sensu hic legem Regiam accipimus, ut qvæ à potestate Regia sic dicta, de Regno sive Imperio Principis a-
8 git, & ideò ab Alexandro † Lex Imperii dicitur, *l.3. C. de testam.* Matth. Stephan. *dict. cap. 1. n. 68.*
Thom. Lans. *dict. loc.* † Estq; ea 9
propriè fundamentalis, sub qvâ Imperium Romano-Germanicum est constitutum, & tanqvam fundamento innititur, Joh. Alth. *polit. cap. 6.* Lamb. Danæus *3. polit. christ. cap. 6.* Keckerman. *polit. lib. 1. cap. 6.*

Dicitur autem vulgò Lex hæc Imperii Regia seu fundamenta-
lis † Capitulatio, ab iis scilicet, 10
qvibus constat, capitulis variis ac conditionibus, Anton. Coler.
de jur. Imper. germ. sect. 33. † Hinc 11
Ulricus Dux Würtembergiæ: Ob es aber ie geschehen / inqvit, als wir der Gerechtigkeit nach nicht hoffen wollen / so were solche Nacht uns in Rücken / auch unser uncitiret / unerfodert und ungehöret geschehen / und also wider des heiligen Reichs Ordnung / das gemeine Recht auch die Capitell / so Käys. Majest. in ihrer Wehlunge zu der Römischen Königl. Krone gnädiglich verwilliget hat / ꝛc. Im Ausschreiben an alle Stände der Wiedereroberung des Hertzogthums Würtenbergk halben *apud* Frider. Hortled. *de bello german.*
tom. 1. lib. 3. cap. 9. † Ex qvo etiam 12
id nomen ei haud peculiare, sed commune est cum multis aliis id genus legibus atq; pactis, capitula vel

la vel articulos varios in se con-
13 tinentibus, † ut cum Capitulis
Caroli Magni aliorumqve Impp.
qvæ exhibet Melch.Goldast. *Con-
stit.Imper. tom.2.& 3.* cum Capi-
14 tulis Corradi, *tit.11. FF.2.* † Capi-
tulatione seqvestrationis Duca-
tus Brunsvicensis: Capitulatio-
ne deditionis Ulrici Würtember-
gici, Hassiæq; Landgravii: Ca-
pitulatione captivitatis Electoris
Saxonis &c. qvas refert Friden
Hortled. *dict.tom.1.de bell.german.*
† Ita etiam Justinianus Impera- 15
tor se diversis capitulis derogâsse
dicit in *l.ult.§.fin. C. de jur. delib.*
& novæ Constitutionis capitu-
lum clariori interpretatione san-
civisse in *l. 2.in pr. C. de bon. qua
liber.*

SECTIO V.

Lex Regia Germanorum neutiqvam contraria est juri ac Legibus divinis.

SUMMARIA.

1. *Capitulationum contraria juri divino?*
2. *Jus Regium apud Israëlitas.*
3. *Jus hoc Regium in libro erat scriptum.*
4. *Convenit Lex Regia Germanorum jure Israëlitarum Regio ex mente Vulteji, Lansii & Lutheri.n.5.6.*
7. *Strigelius jus Regium Israëlitarum ad casum necessitatis restringit.n.9.*
8. *Strigelii opinio placet Warem. ab Erenb. & Alb. Gentili.*
10. *In casu necessitatis refuso pretio bona subditis auferre licet.n.11.*
12. *Non etiam extra casum necessitatis.*
13. *Refutatur opinio Strigelii.*
14. *Vera explicatio Juris Regii in 1.Samuel.8.n.15.*
16. *Rationes hujus explicationis.n.17.19.*
18. *Pii Regis officium qvomodo à DEO describatur?*
20. *Explicatur vocab. hebr. Misphat.*
21. *Intellectus 1. Samuel.27.v.11.*
22. *Intellectus 1.Samuel.2.v.14.*
23. *Explicatio Genes.40. v.13.*
24. *Intellectus 2.Reg.17.v.34.*
25. *Convenit Capitulatio cum jure Israëlitarum Regio.*
26. *Duplex erat Regis pactio apud Israëlitas.*

Cum

Cum per Capitulationem seu Legem Germanorum Regiam potestas Imperatoris haud parum fuerit limitata, vinculisqve arctioribus Princeps constrictus,
1 meritò qvis dubitaverit, † annon ea contraria sit juri Regio, qvod Israëlitis Regem sibi dari postulantibus *1. Samuel. 8.* proponitur,
2 † hisce verbis: *Hoc erit jus Regis, qvi imperaturus est vobis: Filios vestros tollet & ponet in curribus suis, facietq; sibi eqvites & præcursores qvadrigarum suarum & constituet sibi tribunos & centuriones & aratores agrorum suorum & messores segetum & fabros armorum & curruũ suorum. Filias qvoq; vestras faciet sibi ungventarias & focarias & panificas. Agros qvoq; vestros & vineas & oliveta optima tollet & dabit servis suis. Sed & segetes vestras & Vinearum reditus addecimabit & dabit Eunuchis & famulis suis. Servos etiam vestros & ancillas & juvenes optimos & asinos auferet & ponet in opere suo. Greges qvoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei servi & clamabitis in die illâ à facie Regis vestri, qvem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illâ, qvia petiistis vobis Regem, dict. c. 8. à vers. 11. usq; ad v. 19.*
3 † idq; judicium sive jus Regium in libro scriptum fuisse, testatur idem *Samuel lib. 1 cap. 10.* Ex qvo sanè Regi, qvod lubet, licitum qvoq; videtur, ac proinde potestatem Regiam de jure divino haud limitandam, nec ad certas conditiones restringendam dixeris. † Nihilominus tamen Herman. Vul- 4
tejus Legem Regiam ad jus istud regium referendam putat, *ad §. sed & qvod principi 6 Inst. de jur. nat gent. & civil.* † Nec convenienti- 5
am Legis Regiæ Romanorum & juris regii à Samuele descripti negat Thomas Lansius *in discurs. de Lege Regiâ, concl. 11.* † Lutherus 6
qvoq; ea qvæ Cæsaris sunt, *Matth. 22.* dicit esse jus illud Regis, qvod à Samuele describitur, *in Postill. domest. super Evang. 23. post Trinit.* Ea verò, qvæ Christus Cæsari tribuit, Lege Regiâ Germanorum sive Capitulatione Cæsarea limitata esse, aut prorsus ablata, asserere impium foret.

An ergò dicemus cum † Stri- 7
gelio *super cap. 8. lib. 1. Samuel. n. 27.* jus istud sive judicium à Samuele propositum Regium qvidem esse, sed in extremâ demum necessitate (ubi tam Principes qvàm Subditi patriæ debent patere omnes, *l. 2. ff. de just. & jur.*) usurpandum? Qvod & placet
† Waremundo ab Erenberg *in* 8
tract. de subsidiis Reg. cap. 7. n. 13. & seqq. & cap. 9. n. 8. & seqq. cap. 10. n. 21. Alber. Gentil. *disput. regia 1. fol. 18.*
† Etsi enim gemitus pauperum 9

boni

boni non ſint, eos tamen non-
nunqvam non Princeps ſed ne-
ceſitas exprimit: Et agros, vineas,
oliveta ſubditis auferre injuſtum
10 qvidem: † Sed vel eadem refuſo
juſto pretio, urgente imprimis
publicâ neceſſitate, vel proven-
tus ex iis ſumere (veluti *verſ. 15.*
ſemen & vineæ pro proventibus
inde natis ſumuntur) ad ſuſten-
tationem militum & ſuorum ne-
ceſſariâ ex causâ, injuſtum non
eſt, Joh. Gerhard. *in explic. Evang.*
11 *Dominic. 23. poſt. Trinit.* † Qvod &
convenit juri civili, qvo Majeſta-
ti Supremæ civibus res ſuas, ea-
rumq; Dominium publico com-
modo ſvadente, refuſo pretio
auferre licet, *l. 13. ff. comm. prædior.*
Chriſtoph. Beſold. *diſput. polit. 2. de*
polit. majeſt. claſſ. 1. th. 46. §. 2. Frider.
Pruckm. *de Regalib. c. 4. effect. 5.*
Vaſqvius *lib. 1. illuſtr. controv. qvæſt.*
5. Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 56.*
12 † Qvamvis extra caſum neceſſi-
tatis extremę hoc neutiqvam ipſi
ſit permiſſum, Nicol. Betſ. *de pact.*
famil. illuſtr. fol. 515. Freher. *ad Petr.*
de Andlo fol. 187. Bornit. *de Majeſt.*
cap. 10. fol. 76. Pinell. *part. 1. rubr. c. 2.*
de reſcind. vendit. Pruckm. *dict. loc.*
Joh. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8.*
Hottom. *illuſtr. qvæſt. 1.* Henning.
Arniſ. *de jurib. majeſt. minor. cap. 1.*
Thom. Lanſius *in diſcurſ. de Lege*
Regiâ concl. 91. Zaſ. *ad l. princeps. 31.*
n. 13. & ſeqq. ff. de ll.

Sed vereor, † ne explicatio hæc 13
generalitati textus repugnet: nec
veriſimile eſt, DEum Legem Re-
giam præfinientem ad ſolum ex-
tremæ neceſſitatis caſum eam re-
ſtrinxiſſe. Qvin potiùs dixerim,
† judicium ſive jus Regium *1. Sam.* 14
8. propoſitum, non de jure & pri-
vilegio, ſed de injuriâ & tyranni-
de accipiendum eſſe. ac Regis fu-
turi mores ibi deſcribi, non qvi
ipſum deceant, ſed qvi Monar-
chis utplurimùm ſint familiares,
† prout ſentiunt Johan. Brentius 15
ad dict. c. 8. Samuel. 1. Luc. Oſiand.
in Bibl. dict. cap. 8. Buchanan. *de ju-*
re Regni apud Scotos. Marta *in tract.*
de jurisdict. part. 1. c. 36. Chriſtoph.
Beſold. *in polit. cap. 2. de polit. maje.*
† Non enim Samuel ibi Regem 16
inſtituit, ſed populum alloqvi-
tur, & officium populi erga Re-
gem docet: non qvod pio Regi
eâ tyrannide in ſubditos ſuos
graſſari liceat: ſed qvod ſubditi
Regem ſuper ſe eligentes & do-
minium ipſi conferentes jure ta-
lem tyrannidem ferre debeant,
nec liceat eis reſiſtere, Brent. *dict.*
loco. † Unde finis ſermonis erat 17
dehortatorius enumeratione
malorum, & Dominium hæc di-
xiſſe putant, ut deterreret popu-
lum à petendo Rege. † Pii ſiqvi- 18
dem Regis officium longè aliter
à Domino deſcribitur *Deut. 17.*
qvod

qvod videlicet Rex non debeat habere argenti & auri immensa pondera, nec debeat cor ejus elevari in superbiam super fratres
19 suos. † Qvin & si illud veri Regis jus & officium fuisset, qvod depingitur *1.Sam.8.* Achabus ob Nabothi vineam direptam absqve dubio reprehensus & punitus nõ esset, *3.Reg.21.* nec posteritas ejus gravissimas facti illius pœnas de-
20 disset, *4. Reg. 10.* † Neq; aliud innuit sanctæ Lingvæ proprietas: Vocabulum enim (Misphat) eo loco significat morem & consve-
21 tudinem, † prout accipitur *1.Sam. 27.v.11.* Et hoc erat judicium, h. e. mos & consvetudo & ratio Davi-
22 dis omnibus diebus. † Et *1.Sam.2. v.14.* Hæc erat ratio filiorum Eli, h.e. hæc erat prava consvetudo &
23 qvotidiana injuria, † *Gen.40. v.13.* Dabis calicem Pharao in manum ejus secundum judicium pristinum, h. e. veterem consvetudi-
24 nem. † *2.Reg.17.v.34.* Usqve in præsentem diem seqvuntur judicium (morem) antiqvum. Tantum itaq; abest, Capitulationem sive Legem Germanorum Regiam juri divino contrariari, † ut 25
& huic pactio similis apud populũ Judaicum fuerit usitata, qvando nimirum in constituendo Rege duplex fœdus sive pactum iniebatur: Primum inter DEUM, Regem & populum: Secundum inter Regem & populum. † In pri- 26
mo fœdere pietas in obligationẽ veniebat: In secundo, justitia. Illo promittebat Rex, se piè obediturum DEO: Hoc, se justè imperaturum populo. Illo, se gloriam DEI: Hoc, utilitatem populi curaturum. Illi inerat conditio: Si Legem meam observaveris: Huic, si jus suum unicuiqve tribueris, Stephan. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyrann. qvæst.3. pag.126.* Thom. Lans. *in discurs. de Leg. Regiâ concl. 99.*

SECTIO VI.

In Regno Angliæ, Scotiæ, Poloniæ, Ungariæ & Hispaniarum, Regia potestas certis conditionibus & capitulis limitata atq; circumscripta est.

SUMMARIA

1. *Omnium ferè Principum ac Regum potestas hodiè nexu Capitulationum est constricta.*
2. *Nec ullus Princeps absq; consensu Procerum firmiter qvicqvam agit.*
3. *Forma administrandi Rempublicam in Anglia.*

4. *Non promulgantur Leges in Angliâ absq; Procerum consensu.*
5. *Absq; consensu Statuum exigi in Angliâ neqveunt tributa.*
6. *Juramento Rex Angliæ obstrictus est Proceribus.*
7. *Scotiæ Regum potestas limitata.*
8. *Exemplum Roberti II. Regis Scotorum.*
9. *Reges Scotorum jurant in Leges majorumq; ritus.*
10. *Jurant etiam Reges Poloniæ in electione ac coronatione.*
11. *Leges Regi Ungariæ proponuntur.*
12. *Qvænam sint eæ Leges?*
13. *Juramento ad observationem Legum constringuntur Reges Ungariæ.*
14. *Eademq; est ratio Regum Hispaniarum.*
15. *Potentia & latitudo Regni Hispaniæ. n. 16.*
17. *Reges Hispan. cur Sphæram habeant in insignibus suis.*
18. *Longum titulorum agmen Hispanici Imperii insigne est summum.*
19. *Sine consensu Ordinum Rex Hispan. non imperat tributum.*
20. *Nobilitas Hispanica rarò Pyrenæum transcendit.*
21. *Rex Hispan. certis conditionibus est obstrictus.*
22. *Qvibus ceremoniis Proceribus obligetur in Regno Aragonico. n. 23.*
24. *Fide à Rege neglectâ, soluti sunt suâ fide Proceres.*
25. *In Regno qvoq; Castellæ Rex jurat in Leges.*
26. *Ut & in cæteris Hispaniæ Regnis.*

LEgem Germanorum Regiam, qvâ potestatem Imperatoriam certis conditionibus definitam & limitatam videmus, rem novi exempli nemo existimet,
1 † cum nullus ferè hodiè in toto orbe Christiano existat Princeps sive Rex, cujus potestatem non comprimat & circumcidat inita cum Ordinibus certa pactio, qviq; Capitulationum nexu haud constringatur, Waremund. ab Erenberg *de Regn. subsid. cap. 11. n. 40.* Christoph. Besold. *de appellat. cap. 1. fol. 18.* Frider. Hortled. *in discurs. de Lege Regiâ Germ. apud. Goldast. in polit. Imper. part. 12.* Stephan. Jun. Brut. *de vindic. contr. Tyrann. qvæst. 3.* Auct. **des wolmeynenden** *discurs*, **warumb die Catholischen in Teutschland sich von den Spaniern und Jesuiten absondern sollen/** *pag. 80.* Henning. Arnis. *de Majest. cap. 6.* † ita ut qvod sta- 2
tum Regni attinet, nil sine consiliis, deliberationibus & consensu Procerum atq; Ordinum ratum & firmum habeatur, Autheur *du Reveille matin.* Reinh. König. *de stat. Imperii Romani, apud Melch. Goldast.*

Goldast. in Polit. Imper. part. 14. pag. 648.

3 In Angliâ sanè hanc esse administrandi Regni formam, testis est Polydor. Vergil. *lib. 11. histor. Anglic.* ubi vitam Henrici XI. Regis exponit: Ante hæc tempora, *inqvit,* Reges non consveverant populi conventum consultandi causâ nisi perrarò facere, adeò ut ab Henrico id institutum manâsse, jure dici possit, qvod tàm altis defixum radicibus semper stetit, ut deinceps, qvicqvid ad Rempublicam bene gerendam ejusq; conservationem deliberandum foret, illud ad consilium referretur: Et si qvid Regis aut populi jussu decretum factumqve esset, id totum pro nihilo haberetur, nisi ejusmodi Concilii autoritate foret comprobatum; Ac ne imperitæ vulgi multitudinis, cujus proprium est nihil sapere judicio, Concilium impediretur, certâ Lege exceptum fuit à principio, qvi ex Sacerdotum cætu, qvivè qvotvè ex reliqvo populo vocari deberent, ad Concilium: More gallico vulgò Parlamentum appellant, qvod unusqvisq; Rex initio sui Regni habere solet, ut ibi, si qvid ex antiqvis institutis legibusqve tollendum, ac rursus condendum sit, id de Concilii sententiâ fiat: qvi & deinde, qvoties res postulat, suo arbitratu illud ipsum convocat. Hactenus *Polydor. Vergil.* Et consvetudinem Angliæ esse, † ut Leges extra Co- 4
mitia & sine ordinum consensu promulgatæ, qvæ ad Rempublicam pertinent, nihil valeant, docet Hottom. *in Francogall. cap. 12. ex veteri qvodam scriptore Anglico* Anon. JC. westphal. *de jur. princip. conclus. 5.* † Nullam 5
qvoq; Rex Angliæ potestatem habet tributa exigendi sine Ordinum & Statuum consensu, Phil. Cominæus *lib. 4. comm. de rebus gestis Ludovici XI. Regis Galliæ.* † 6
Proprioqve motu, sine consensu Procerum ne qvid faciat Rex Angliæ, statim cum initiatur, juramento promittere tenetur: Se Leges Patriæ minimè violaturũ, Johan. Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 8.*

Scotiæ qvoq; † Regibus nihil, 7
qvod totius Regni statum attinet, inconsultis Ordinibus permittitur, Buchanan. *lib. 8. rer. Scoticar.* † Idqve probat exem- 8
plum Roberti II. Regis Scotorum. Nam cum ex induciis in spem pacis inter Francos & Anglos per Pontificem & vicinos Principes ventum esset eâ Lege, ut utriusqve partis amici adscriberentur, Anglorum videli-

cet Lusitani, Francorum Scoti & Hispani Castellanenses: Robertus Rex omnibus suis repugnantibus unus frustra assentiebatur: Neq; enim ipse pacem vel inducias facere poterat, nisi ex sententiâ publici conventus, neqve firmas polliceri sine publico decreto, Buchanan. *lib.9.rer.Scotic.*

9 † Et sanctè promittunt Reges Scotorum populo universo, cum publicè inaugurantur, se Leges & majorum ritus, veteraq; instituta servaturos, eoqve jure qvod à majoribus acceperunt, usuros, idem Buchan.*in dial. de jur. Regni apud Scotos.*

10 In Regno † Poloniæ idem observari, apparet ex ritu in Henrici Andegavensis electione ac coronatione observato: imprimis, cum conditio de utrâq; Religione tum Evangelicâ tum Romanâ conservadoâ opposita fuit, qvam conceptis verbis ter stipulantibus Proceribus ter spopondit, Steph. Jun. Brutus *in vindic.contr.Tyrann. qvæst.3.*

11 Qvin etiam in † Ungariæ Regno idem obtinere, videre licet apud Anton. Bonfin.*decad.4.lib.9. rer. Ungar in vit.i Vladislai II. Regis Ungar.* ubi inter cæteras Leges Ungaricas Uladislao hæ proponuntur: † Ne qvando Moraviam, Silesiam & Lusatiam, qvas Matthias Rex olim in provincias redegerat, ab hujusce Regni ditione alienari patiatur, sed sub Ungaricâ ditione retineat: Qvod si forsan ipse sine liberis humanis excederet, qvod Dii prohibeant, ante diem extremum ita prospiciat, ne qvo illæ prætextu abalienentur. Pecunia omnis unà cum sacra coronâ in Reipubl. usum, & utilitatem pariter asservetur, nulloq; modo sine Patrum Procerumq; consensu à Rege tractari & erogari qveat, sed ad extrema pericula & regni defensionem recondatur. Præterea ne Austria cum plerisq; Styriæ, Carinthiæ, Carniolæq; civitatibus à Matthiâ in provinciam redacta, publicoq; consensu parta, ac Ungariæ Regno inconsultis Patribus & Optimatibus abdicetur: imò pertinaciùs pro nostrâ Republ. retineatur & propugnetur: Nullaq; cum Cæsarea Majestate citra Senatusconsultum & autoritatem concordia incatur, fœdusq; percutiatur: qvin etiam, si qva ultro citroqve concordia iniretur, & aliqva hinc oppida, possessiones, pecuniave Regi cederet, id omne Ungaricæ ditioni adscribatur. *Hactenus Bonfinius.*

Jurant qvoq; † Reges Ungarorum in Leges Ungariæ, Regnum suum ineuntes: Cujus juramen- 13

ti

ti formulam Uladislao II. Regi
Bohemorum, Ungarorum Regi
renunciato à Johanne Varadien-
se Episcopo propositam Anno
Christi 1490. recitat Ant. Bonfin.
dict. decad. 4. lib. 9. rer. Ungar.
14 Idemq; de † Rege Hispania-
rum dicendum: Hic enim qvam-
vis sit potentissimus & maximæ
apud suos autoritatis, Dom. A-
rum. *de jur. publ. tom. 1. disc. 1.* qvip-
pe † cujus Imperium decuplo
15 majus qvàm Turcarum Impera-
toris, Johan. Bodin. *de Republ. lib.
2. cap. 2. pag. 292.* Lips. *de magn. Rom.
16 lib. 1. cap. 3.* † & cujus terram ali-
qvam, qvocunq; se die nocteqve
17 Sol vertit, semper collustrat, † ita
ut non aliâ de causâ Reges Por-
tugalliæ, qvorum potentia omnis
hereditario jure ad Philippum
II. Hispaniarum Regem transiit,
Sphæram mundi insignibus suis
conjunxisse videantur, qvàm ut
ostenderent, illorum Imperium
in omnes mundi partes, in Ortum
& Occasum, in Meridiem & Se-
ptentrionem extendi, Pet. Matth.
in histor. Henrici IV. lib. 1. narrat. 4.
18 † Unde longum illud titulorum
agmen Hispanici Imperii insigne
summum: Philippus DEI gratiâ,
Rex de Castilla, de Leon, de Ara-
gon, de Siciliâ, de Jerusalem, de
Portugal, de Navarra, Georg. Ba-
ro Stubenberg, *apud. Frider. Achill.
Ducem Würtemberg. in orat. pro Hi-
span.* Hisce tamen non obstanti-
bus † tributum non nisi ordinum 19
consensu imperat, Johan. Bodin.
lib. 6. de Republ. cap. 2. Anon. JCtus
Westphal. *de jur. principat. concl.
5.* Auct. der Politischen Schatz-
kammer *part. 2. lib. 2. disc. 8.* Von
Macht und Gewalt des Königs in
Hispanien. † Et Nobilitas in Hi- 20
spaniâ cum non nisi ex conventi-
one privilegiis suis firmata pro
suarum provinciarum defensio-
ne militet, rarò Pyrenæum tran-
scendit, Thuan. *lib. 49. histor.*

Qvin etiam † Regi Hispania- 21
rum sub ingressu sui Regni, certæ
conditiones proponuntur, qvi-
bus jurejurando se obstringere
tenetur. In Regno enim Aragoni-
co, peractis multis ceremoniis le-
ctisq; legibus & conditionibus,
qvibus implendis obligatur, his-
ce tandem verbis † Proceres lin- 22
gvâ vernaculâ Regem affantur:
Nos, qvi nec virtute inferiores &
potestate superiores teipso su-
mus, Regem te creamus, hisce
conditionibus legibusq;, ut unus
aliqvis plus habeat, qvam tu, po-
testatis & imperii, Hottom. *in
Franco-gall. cap. 12.* Joh. Bodin. *de
Republ. lib. 1. cap. 5. pag. 131.* ubi hunc
modum initiandi Regis Arago-
num jam pridem exolevisse tra-
dit. † Ne verò perfunctoriè aut 23
con-

consvetudinis antiqvæ observandæ causâ jurasse se putet, tertio qvoq; anno in publico conventu hæc eadem verba repeti solent. Qvod si fidem datam negligit,
24 † ipso jure se indignum Imperio reddit, ita ut non pro eo amplius, sed in eum preces concipiantur, ipsi verò suâ fide & obligatione soluti sunt, Stephan. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyrann. quæst. 3.*
† Similiter in Regno Castellæ, 25
Concilio indicto Rex inaugurandus publicè primùm admonetur sui officii, mox perleguntur conditiones, tùm jurat Rex, se eas fideliter observaturum.
†Qvod & in cæteris Hispaniæ Regnis perinde observatur. 26

SECTIO VII.

Galliæ quoq; Regis potestas certis conditionibus & Capitulis est circumscripta.

SUMMARIA.

1. *Galliæ Regi absolutam tribuit potestatem Bodinus. n.2.*
3. *Blanditur Bodinus Regi suo.*
4. *Bodinus encomium patriæ ab asinis mutuatur.*
5. *Limitata est potestas Regis Galliæ. n.6.*
7. *Confirmantur Leges in Galliâ à Senatu Parisiensi.*
8. *Curia Parisiensis contradixit Ludovico XI.*
9. *Pacta Regis confirmantur à Parlamento Parisiensi. n.11.*
10. *Probatur hoc exemplo Ludovici XI.*
12. *Bellum in Galliâ Parlamenti decreto suscipitur.*
13. *Decretum Parlamenti reqvisivit Franciscus I. ad bellum contra Carolum V. Imp.*
14. *Amplissima Senatûs Parisiensis jurisdictio.*
15. *Sine autoritate Parlamenti neqvit Rex Galliæ mutare monetam.*
16. *Nec Magistratum regni exauctorare.*
17. *Decretis Parlamenti Rex acqviescere tenetur. n.18.19.*
20. *Freno qvasi Reges Franciæ coërcentur.*
21. *Monarchia Francica est mixta & temperata.*
22. *Refutatur opinio Bodini de absolutâ Regis Gall. potestate. n.23.*
24. *Formulæ jurisjurandi, qvibus Rex Gall. obstringitur.*
25. *Rex Galliæ qvare dicatur Rex animalium?*
26. *Rex Galliæ vocatur etiam Rex gallorum.*

Abso-

1 ABsolutam eqvidem potestatem † Galliæ Regem habere, & propriâ autoritate Leges condere, tradit Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8. pag. 151.* hisce verbis: Ea verò, qvæ dicitur Legum publicatio ac probatio in Senatu vel comitiis, apud nos magnum habet ad leges tuendas pondus atq; monumentum: Non, qvia Princeps hujusmodi probatione teneatur, aut Legem sine Senatus populivè autoritate vel consensu jubere per sese non possit, sed id Senatu probante fieri humanum
2 est. † *Et posteà:* Sed aliud est ultrò ac sponte qvid facere, aliud ad id exeqvendum obligatione teneri. Qvod & passim repetit *in dict. cap. 8. lib. 1.* Sed nimirùm hæc
3 profert Bodin. † ut Regi suo blandiatur, & Galliæ Monarchiam probet, cui tanti est patriæ cari-
4 tas, ut etiam ab † Asinorum majestate illius supremum præconium mutuetur, qvando contra Aristotelem negantem, excandescens, in totâ ferè Galliâ ac potissimùm in agris Andium & Arvernorum asinos robustos & mulos robustissimos nasci scribit, *in theatr. natur. lib. 3.*

Etsi enim Gallorum Regis potestatem magnam haud inficiat,
5 † tanta tamen ea non est, qvantam alii opinantur, ut benè ait Rudolph. Maximil. *apud Frider. Achill. in orat. contr. Gall.* † Regi 6
siqvidem nihil, qvod ad statum Reipublicæ in universum pertineat, sine publici consilii autoritate, statuere licere, testis est Hottom. *in Franco-galliâ cap. 25.* Cujus rei, inqvit, expressissimum & evidentissimum usqve ad hanc ætatem nostram vestigium illud manet, † qvod Senatus Parisiensis, 7
qvi veteris illius Parlamenti autoritatem sibi magnâ ex parte adscivit, nullas Regis Constitutiones, nulla Edicta rata esse patitur, nisi qvæ apud se pro consilio cognita & Consiliariorum suorum sententiis comprobata fuerint.
† Hinc Ludovico XI. Curiæ Pa- 8
risiensi exitium minitanti, nisi Leges à se latas promulgaret, purpurati Patres constanter repugnarunt, & Rege ipso compellato: Mortem, ait Lavacrius Præses, potiùs subibimus, qvàm tuas Leges iniqvas ferri patiemur, Rud. Maximil. *apud Frider. Achill. in dict. orat. contra Gall. pag. 291.*

Neqve pactum à Rege initum ratum est, nisi † cujus Parlamen- 9
ti Parisiensis Consiliarii autores comprobatoresvè extiterint, Hottom. *in Franco-gall. c. 15.* Hinc † cum Ludovicus XI. Galliarum 10
Rex cum Carolo Burgundiæ Duce pacem fecisset, petiit à Carolo, ut

ut ejus voluntate sibi discedere licceret, qvo in Senatu Lutetiæ
11 curet pactiones recitari. † Sic enim fert Galliæ consvetudo, inqvit Philipp. Cominæus, & alioqvi non sunt ratæ futuræ, tametsi Regum potestas in iis rebus omnibus est singularis & eximia, *lib. 3. de Reb. gest. Ludovici XI. pag. 416.*
12 *& 417.* † Bellum qvoq; Rex Galliarum non ex suo arbitrio sed Parlamenti decreto suscipere de-
13 bet. † Unde Franciscus I. bellum Carolo V. illaturus in Parlamentum venit Parisiense, & per Advocatum suum expositis, qvas ab illo factas sibi dicebat, injuriis, demonstravit, bellum sibi necessariò suscipiendum esse, ut Flandriam & Arteliam, qvæ nunc illius vitio & culpâ ad se pertineant, recuperaret, & Galliæ, è qvâ prodiissent, rursus aliqvando
14 conjungeret. † Amplissimam siqvidem jurisdictionem habet Senatus Parisiensis, ait Johan. Sleidan. cum in eum aliqvando venire soleant ipsi Reges, qvoties aliqvid magni decernere volunt, *in illustr. rer. & Gall. descript. præfixâ comm. Com. de bello Neapolitano pag. 718.* Jean de Serres *tom. 1. de l' inventaire de l' histoire de France, fol. 484.*
15 Neq; Rex Galliæ † monetam sine publici Consilii autoritate mutare: Nec sine Parlamenti autoritate † Magistratum aliqvem Regni exauctorare, aut crimen abolere potest, Franc. Hottom. *in Francogall. cap. 25.* Rudolph. Maximil. *dict. orat. contra Gall. pag. 292.* Auct. der Politischen Schatzkammer/ *part. 1. lib. 2. discurs. 12.* 16

Estq; Parlamenti ea autoritas, † ut Decretis ejusdem Rex acqviescere cogatur, inq; controversiis non rarò causâ cadat, neqve suis adversariis, qvibus cum litigat, præjudicare potest. Unde cum Henricus II. Italum servum in carcerem duci jussisset, & sanctè jurasset, in turpissimo scelere hominem à se deprehensum, judices nihilominus fidem affirmanti Regi non habuerunt, & Reum liberaverunt, Rudolph. Maximil. *dict. loc.* † Hocq; ipsum luculenter probat Autor gallicus *du Reveille matin, in versione germanicâ* hisce verbis: Eben solche gestalt des gemeinen Nutzes ist auch vor Zeiten in Franckreich angestellet worden/ also/ daß die höheste Gewalt nicht bey dem Könige allein stünde/ sondern bey den dreyen Ständen/ das ist/ bey dem gantzen ReichsRath oder *Parlament*, also/ daß auch kein König einen Krieg vornehmen oder neue Zölle anrichten dürffe/ wo nicht diese drey Stände solches bewilliget/ nemlich: die *Justitia*, die Ritterschafft/ 17 18

und

19 und das gemeine Volck. † Cui assentitur Auct. des Frantzösischen *Catonis ad Regem Galliæ;* hisce verbis: daß sich nemlichen Ew. Maj. der rechtmässiger Weise versamleter dreyer Stände ihres Königreichs Schluß unterworffen. †
20 Hancq; politiam Franciæ seu instituta & mores Regni, Hottomannus non immeritò frenum appellat, qvo Reges Franciæ coërceantur, *in Franco-gall. cap. 28.* Qvod & confirmat dictus Autor des Frantzösischen *Catonis* oder nützlichen Unterrichts/ welcher gestalt der König in Franckreich seine Regierung nützlichen anstellen sol/ qvando ait? Ew. Majest. Vorfahren haben zu dem Ende das Parlament georduet / damit sie durch dieses Mittel ihr grosses Ansehen/ wie einen Zaum zu rücke hielten/ und den übrigen Gebrauch dessen abschnitten/ als welcher dem
21 Laster fast ehnlichen. † Nec aliâ de causâ Jean de Serres Monarchiam Francicam adeò commendat, illamq; ex omnibus justi & legitimi Imperii speciebus, mixtam & temperatam deprædicat; hisce verbis: *C' est (scilicet, Nostre Monarchie) un chef souverain ave cune autorité absolvement souveraine, mais affermie l' un pouvoir si bien attrempé par la contrebalance de ses subalternes autoritez, qu' on peut à boin droict appeller la Royauté francoise une temperature de tous les legitimes gouvernements de la chose publiqve, par une proportion du tout bien reglée, si les loix de son reglement sont bien observées. In præfat. tom. 1. de l' inventaire de l' histoire de France.*

Tantum itaq; abest, ut Bodino credamus, † Regem Galliæ, Ludovici XI. verbo, pratum gallicum tondere posse, qvoties ipsi libuerit, sive plenariam atqve absolutam habere potestatem, ut vel ipse Bodinus fateri cogatur, 22
† Regi nihil, qvod ad Reipublicæ summam pertineat, sine eqvestris Collegii decreto suscipere licere, *lib. 1. de Republ. cap. 8.* † Qvin imò duas jurisjurandi formulas recenset: qvarum priori Philippus I. Rex Francorum, Henrici filius Regno sese obligavit: posteriorem verò ex antiqvissimis Bibliothecæ Gergobiorum archivis excerptam, omnibus Regibus ad intuendum & imitandum proponit, *dict. lib. 1. cap. 8.* 23 24

Aliàs sanè † magnam & ferè liberam esse potestatem Galliæ Regis in subditos, non negaverim: ex qvo ipso Rex Galliæ dicitur Rex animalium, cum populus Galliæ facillimè se patiatur naso ubilibet duci, ut aliæ bestiæ, Norderman. *de jur. Princip. concl. 9. lit. a.* 25

 † Qvò

26 †Qvò & pertinet illud Pierre Bonfons *livr. 1. des antiqvites de Paris. c. 5.* Regem Galliç portare titulum non solùm Roy de France (Regis Galliæ) sed etiam Roy des François (Regis gallorum.)

SECTIO IIX.

Origo Legis Regiæ Germanorum sive Capitulationis Cæsareæ qvænam sit; & qvo tempore ea cœperit?

SUMMARIA

1. De Origine Capitulationis multùm dubitatur.
2 Juravit in administrationem Romanorum Imp. Augustus.
3. Ut & Trajanus Imperator.
4. Non tamen horum Impp. potestas fuit certâ pactione limitata. n.6.
5. Sed respiciebat in genere jurata illa promissio officium boni Principis.
7. In Republ. Roman. populus absolutam habuit potestatem.
8. Reges ab initio habuerunt jus vitæ & necis.
9. Exactis Regibus, per Consules, Tribunos & Dictatorem Respublica fuit administrata.
10. Tempore Julii Cæsaris cœpit fieri Monarchia.
11. Et confirmata fuit in Successore Octavio.
12. Lex Regia cur dicatur Lex Imperii?
13. Leges Regiæ & Curiatæ à Regibus latæ.
14. Tempore Octavii Imp. Lex Regia fuit renovata.
15. Origo Legis Regiæ malè tribuitur temporibus Vespasiani.
16. Pro Lege Regia malè legitur Lex Rhemnia.
17. Qvo tempore Lex Regia promulgata?
18. Tenor Legis Regiæ n.19.
20. Per Legem Regiam omnis potestas à Populo in Principem fuit collata. n.21.
22. Duo fuerunt Augusti tempore M. Aurelii Antonini.
23. Tempore Diocletiani qvatuor fuerunt Augusti.
24. Ante Carolum Magnum in Occidente non fuit certa Monarchia.
25. Constantinus Imp. Italiam per Præfectos gubernavit.
26. Odoacer qvando Italiam & Romam occupaverit?
27. Justinianus Imperat. Romam per Belisarium recuperavit.
28. Per Longobardos qvando Italia occupata?
29. Longobardorum Dominatus ad Carolum M. usq; duravit.

30. Lon-

30. Longobardi qvando ex Italia ejecti?
31. Proceres Italiæ omne Imperium ad Carolum M. transtulerunt.
32. Absoluta fuit Impp. potestas usq; ad tempora Caroli M.
33. Nero a Senatu Romano hostis judicatus.
34. Qvanam potestas Regum antiqvorum ex Tacito?
35. Explicatio art. 54. lib. 3. Landrecht.
36. Origo Capitulationis non petenda à tempore Caroli M. n. 37.
38. Carolus M. Successores sibi in Imperio constituit.
39. Ludovicus Pius jure hereditario Imperium ad posteros transtulit.
40. Cœpit Capitulatio in Imperio electivo, extinctâ Stirpe Carolinâ. n. 41.
42. Conradus I. fuit electus primum in Imperatorem.
43. Conrado I. Imperium certis conditionibus fuit concessum.
44. Nata Capitulatio in Electione Conradi I. Imp.
45. Postea aliis capitulis aucta.
46. Præsertim tempore Henrici IV. n. 47.
48. Non cœpit demum Lex Regia sub Henrici IV. Imperio.
49. Tempore Rudolphi Habspurgensis plures fuerunt Capitulationi insertæ conditiones.
50. Nec non tempore Adolphi Imperatoris.
51. Wenceslaus Imp. ab Imperio depositus.
52. Præsumitur aucta Capitulatio, tempore Caroli IV. Imp.
53. Tractu temporis crevit Capitulatio donec usq; ad formam præsentem pervenit.

OMnes ergò prudentes Nationes, sive proprio sive alieno periculo edoctæ, sapienter Principum suorum potentiam certis conditionibus sive capitulis temperaverunt, Stephan. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyrann. quæst. 3. pagin.*
1 *159.* † Qvo tempore verò hoc fecerint Germani, & qvando de Imperio Cæsarum lata sit Germanorum Lex Regia, nemo est, qvi doceat, inqvit Frider. Hortleder. *ad Cap. Cæsar. apud Melchior. Goldast in Polit. Imper. part. 12.* † In veteri qvidem Republicâ Romanorum Imperatorum potestatem certis limitibus fuisse constrictam, apparet ex juramento Augusti, qvod hâc de re præstitit, Sveton. *in vitâ Augusti.* † Simili modo Trajanus juravit, & domum ac caput suum, aliter si faceret, Deorum iræ consecravit. Unde Plin.: Vota (inqvit) in qvæ sint verba suscepta operæ pretium est annotare: Si benè Rem-

2

3

publicam & ex utilitate omnium
rexeris digna vota, qvæ ſuſcipiantur,
ſemperqve ſolvantur. Egit
cum Diis, ipſo te auctore, Cæſar,
Reſpublica, ut te ſoſpitem incolumemq;
præſtarent, ſi tu cæteros
præſtitiſſes. Si contra, illi qvoqve
à cuſtodiâ tui corporis oculos dimoverent.
Et posteà: Nam cum
ita, Cæſar, excipias, ut ita demum
te Dii ſervent, ſi benè Rempublicam
& ex utilitate omnium rexeris,
certus es, te benè Rempublicam
regere, cum ſervent. *Hactenus*
4 *Plin.* † Sed ex eo, originem Capitulationis
noſtræ ſumere qvi velit,
jus Lege Regiâ Impp. Romanorum
tributum, deminutum
fuiſſe, ut is doceat, neceſſe eſt,
qvod qvàm difficulter fieri qveat,
5 vel exinde conſtat, † qvod jurata
illa promiſſio, qvam Impp. faciebant
Romani, non ſpecialem aut
exorbitantis poteſtatis inducebat
obligationem: ſed tantummodò
eos id facere jubebat, qvod Regiæ
Majeſtatis & poteſtatis pro-
6 prium eſt, † Summa namq; Imperatorum
Romanorum in veteri
Republicâ, non obſtante ullâ
promiſſione, extitit poteſtas, *l. 1.
ff. de conſtit. princip.* Qvæ Legis Regiæ
beneficio in Cæſare Auguſto
tanta fuit, ut qvæcunqve ex uſu
Reipublicæ divinarum, humanarum,
publicarum privatarumq;
rerum eſſe cenſebat, agere poterat,
Sveton. *in ejus vitâ.*

Utq; rem ab Origine repetamus
† ſumma poteſtas & majeſtas in 7
Republicâ Romanâ tempore Cõſulum,
qvo ſtatus ejus erat Democraticus,
penes populum Romanum
abſoluta fuit absq; ullâ
reſtrictione, *l. de qvibus 32. §. 1. ff. de
lb. l. 1. in pr. de conſt. princip.* Bodin.
lib. 1. de republ. cap. 8. Initio qvidẽ,
qvando Reſpublica † in poteſta- 8
te Regum erat, qvæ ad annos 244.
duravit, omnia illorum arbitrio
adminiſtrata ſunt, apud eosqve
ſummum jus vitæ & necis, nec
non omne gerendi belli Imperium,
univerſaq; fuit jurisdictio,
*l. 2. §. qvod ad magiſtratus 14. de orig.
jur.* Feneſtell. *de magiſtr. Rom. cap. 1.*
Carol. Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom.
cap. 20.* † Verùm exactis poſteà Re- 9
gibus Anno mundi 3464. & Conſulibus,
tandemq; etiam Tribunis
plebis creatis, & urgente neceſſitate
Dictatore conſtituto,
ſumma illa poteſtas penes Populum,
non qvidem ut ſingulos, ſed
ut univerſos remanſit, ab illo tamen
exercitium ejus certo & limitato
modo Conſulibus, Tribunis
plebis, ipſiq; Dictatori fuit
conceſſum, *d. l. 2. §. exactis 16. de orig.
jur.* Feneſtel. *de Magiſtr. Rom.
cap. 2.* Polyb. *lib. 3.* Dion. Halicar.
lib. 6. antiq. Saluſt. *in conjur. Catil.*
Sigon.

Sigon. *d. c. 20. & 21.* Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 1.* Obrecht. *de jurisd. c. 3.*
10 *n. 6.* † Atq; hoc modo tum temporis Respublica Romana regebatur, postmodum autem facies ejus mutata, & Principatus seu Monarchia fieri cœpit, qvando sublato Pompejo, Cajus Julius Cæsar solus regnavit, & Monarcha primus Romanorumq; Imperator factus est, Anno mundi 3924. Flor. *lib. 4. histor. c. 2. & 3.* Sex. Aurel. Vict. *in addit. vir. illustr.* Matth. Dresser. *in Isag. histor. mill. 4. p. 470.* Ea mutatio licet invisa
11 initio Romanis fuerit, † in Successore tamen Julii Octavio, qvem heredem Cæsare testamento scripserat, fuit istiusmodi Imperium confirmatum, qvi ob res præclarè gestas Divus etiam Augustus & Pater patriæ appellatus est, Sex. Aurel. Victor. *de loco p. 2.* Unde scribitur, populum Romanum omne suum Imperium & potestatem in Principem per Legem Regiam transtulisse, §. *sed & quod principi. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. pr. de Const. princ. l. 1. §. sed in hoc 7. C. de vet. jur. enucl.* Dio *lib. 53.* Förster.
12 *in hist. jur. civ. c. 32. n. 6. lib. 1.* † Ex qvo Lex Regia dicitur Lex Imperii, in *l. 3. C. de testam.* Multumq; à prima Lege Regia differt, qvâ populus Romulum Regem declaravit, eiq; Regnum confirmavit, adeoqve cum ipsa prope urbe Roma nata est, Liv. *decad. 4. lib. 4.* A Romulo namq; tres Rerumpublicarum formas Regiam, paucorum, & popularem propositas fuisse, ut Qvirites eam, qvæ magis placeret, eligerent, tumqve temporis Regiam eos elegisse, Romulumq; Regem creasse, Dionys. Halicar.
lib. 2. testatur. † Inde Romulus Le- 13
ges aliqvas tulit, ut & Reges alii subseqventes, qvæ Leges Regiæ qvoq; fuerunt appellatæ & Curiatæ, nec non à Papyrio in unum librum congestæ, *l. 2. §. 2. de Orig. jur.* qvarum meminit *l. 2. de mort. inf.* Sed illæ Leges ejectis Regibus rursus fuerunt abrogatæ, *d. l. 2. §. 3. de orig. jur.* Non qvidem omnes, sed eæ duntaxat, qvæ ad Regiam dominationem constituendam pertinerent, reliqvis, qvæ de rebus humanis aut divinis disponerent, salvis manentibus, veluti ex Dionys. Halicar. & Livio conjecturam capit Carol. Sigon. *lib. 1. de antiq. jur. civ. Rom.* Tib. Decian. *in prax. crim. lib. 2. c. 25. n. 17.* Et suo adhuc tempore extitisse, commemorat JCtus *in d. l. 2. §. 2. de orig. jur.*
† Octavio verò Augusto Impera- 14
tore declarato, Lex Regia, qvæ dominationem Regiam confirmabat, rursus fuit renovata, Anno urbis 729. attestante Dion. *lib. 53.* & Tacito *in annalibus,* Förster. *dict.*

dict. cap.32. n. 6. lib. 1.in histor. jur. civil. Johan. Calvin. *in tr. de principe c.1.* Just. Eccard. *in expl.leg.Reg.* Unde Lex Augusti appellatur *in l. apud eum 14. inf.de manum.* †
15 Qvapropter contra fidem historicam Vespasiani temporibus ejus originem tribuunt Zas. *in lib. 1.de Constit. princip.* Salamonius *in*
16 *tract. de principatu lib.6. in pr.* † Et pro Lege Regia falsò legunt Rhemnia Alciat, *in l. bona civit.n.1.de V.S.* Coras. *lib. 6. misc. cap. 8.n.2.* ut ostendit Pruckm. *de solut. princip. potest.c.3.n.100.& seqq.*

17 Qvâ verò verborum serie † Lex Regia lata, apud nullum autorem se reperire, tradit Walther. *lib. 2. miscell. c. 29.* Monumentum extat Romæ in Capitolio æri incisum, translatum eò ex templo S. Johannis in Laterano & in pri-
18 stinum locum repositum, † cujus verba etiam referunt Johan. Barthol. Mar. *in antiq. Romæ topogr. lib. 2. cap. 9.* Mar.Salam. *dict. lib. 6. de principatu.* Just. Eccard. *in d. expl. L. Regiæ.* Ea hæc sunt: *Fædusvè cum qvibus volet, facere liceat, ita uti licuit Divo Aug. Tib. Julio Cæsari Aug. Tiberioq; Claudio, Cæsari Aug. Germano. Utiq; ei Senatum habere, relationem facere, remittere Senatus Consulta per relationem, discessionemq; facere liceat ita, uti licuit Divo Aug.Tib. Julio Cæsari Aug. Tiber. Claudio Cæsari Aug. germanico. Utiq; cum ex voluntate auctoritatevè, jussu mandatuvè ejus, præsentevè eo Senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur, servetur, ac si è Lege Senatus edictus esset habereturq;. Utiq; qvos magistratum, potestatem, Imperium curationemvè cujus rei petentes, Senatui populoq; Romano commendaverit, qvibusvè suffragationem suam dederit, promiserit, eorum Comitiis qvibusq; extra ordinem ratio habeatur. Utiq; ei fines pomerii proferre, promovere, cum è Republica censebit esse, liceat ita, uti licuit Tib. Claudio Cæsari Aug. germanico. Utiq; qvæcunq; ex usu Reipubl. majestate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq; rerum esse censebit, ea agere, facere jus potestasq; sit, ita uti Divo Aug. Tiberioq;, Julio Cæsari Augusto Tiberioq; Claudio Aug. germanico fuit. Utiq; qvibus legibus, plebisvè scitis scriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusvè Julius Cæsar. August. Tiberiusq; Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus, plebisq; scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit, qvæq; ex qvâq; lege, rogatione Divum August. Tiberium Julium Cæsarem Aug. germanicum facere oportuit, ea omnia Imper. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat. Utiq; qvæ ante hanc legem rogatam acta, gesta, de-*

decreta, imperata ab Imper. Cæsare Vespasiano Aug. jussu mandatuvè ejus à qvoq; sunt, ea perinde justa ratag; sint, ac si populi plebisvè jussu acta essent. SANCTIO. Si qvis hujusce legis ergo adversus leges, rogationes, plebisvescita Senatusvè consulta fecit, fecerit, sive qvod eum ex lege, rogatione, plebisvè scito, Senatusvè Consulto facere oportebit, nō fecerit, hujus legis ergò ei nil fraudi esto, neve qvid ob eam rem populo dare debito, neve cui de ea re actionevè judicatio esto, neve qvis de ea re apud eum agi sinito. Hactenus verba monu-
19 menti antiqvi. † De qvo tamen, num Legem Regiam contineat necnè, à qvibusdam dubitatur, adeò ut Walther. *d.c.29.lib.2.miscell.* de eo nihil qvicqvam affirmare vel negare audeat. Ac verisimilius est, prædictis verbis duntaxat repeti Legem Regiam prout fuerit temporibus Vespasiani, Just. Eccard. *dict. loco.*

Illud tamen est extra contro-
20 versiam, † per Legem Regiam à Populo Romano omne imperium & potestatem Principi & in Principem fuisse collatam, ita ut sibi nihil reservârit, & penes Principem semper & perpetuo Imperium, qvod anteà populus obtinuerat, nimirum absolutum & nullo modo restrictum aut limitatum remaneret, jusq; creandorum Regum, qvo populus usus fuerat, evanesceret, Claud. David *in velit. Leg. in §. sed & qvod principi, n.3.* Tib. Decian. *in prax. crimin. lib.2.c.25.n.2.* Hieronym. Muscor. *in tr. de jurisd. n.35.* qvemadmodum non dissimili loqvendi modo utitur JCtus *in l. 1. de off. præf. Prætor.* Atqve eo tempore
† penes solos Principes summa 21
potestas & majestatis jus consistere cœpit, eamqve potestatem sibiipsis pedetentim magis magisqve auxerunt, Conan. *lib.1. Comm. c. 16. n.3.* Divisa autem fuit
† qvando M. Aurelius Antoninus 22
Philosophus Collegam ascivit Lucium Annium Verum generum suum, qvo tempore Imperium Romanum à duobus Augustis est administratum, Eutrop. *in brev. lib. 8.* Sex. Aur. Vict. *in hist. antiq. de Cæsar. p.2.* Bodin. de Re-
publ. *lib.2. cap. 2.* † Imò tempore 23
Diocletiani à qvatuor regebatur Augustis, qvando is Consortem elegit Maximianum Herculeum & paulò post Galerium Maximinum & Constantium Chlorum, qvi ante obitum Constantino filio Imperium commendavit, Eutrop. *in brev. lib. 9.* Sext. Aurel. Victor. *d. loco.* Pompon, Læt. *in compend. histor. Rom.* Joh. Baptist. Egnat. *lib.3. Rom. princip.* Constantinus verò Imperator Collegis mortuis

tuis ſolus imperavit, & Sedem Imperatoriam in Thraciam Byzantium, à ſe Conſtantinopolim appellatam, transtulit, ſicqve ſummam etiam poteſtatem in Orien-
24 tem traduxit. † Ex qvo tempore usqve ad Carolum Magnum Occidens certá & conſtante Monarchiâ caruit, Romanis oppresſis, Græcis Imperatoribus excluſis à gentibus diverſis, qvæ conflictatæ inter ſeſe ſunt de ſedibus & principatu id Italiâ, Germaniâ, Galliâ, Hiſpaniâ & Pannoniâ, Philipp. *lib. 4. Chron. ſub tit. Imper. Orien. pag. 415.* Münſter. *in Coſmogr.*
25 *lib. 2. cap. 56. inf. & c. 57.* † Conſtantinus qvippe Imperator Italiam in decem & ſeptem provincias diſtinctam certis præfectis gubernandam commiſit, usq; dum Gothi circa annum Chriſti 407. Italiam invadere, eamq; vaſtare cœperunt, Phil. *lib. 3. Chr. p. 106.* Mynſing. *in procem. Inſt. ad rubr. n. 10.* Carol. Sigon. *lib. 1. de regn. Ital. in pr.* Paul. Diacon. *lib. 3. de geſt. Rom.* Johan. Bapt. Egnat. *lib. 3. Rom. Prin-*
26 *cip.* † Poſteà cum Odoacer Italiam urbemq; Romam occupaſſet, Imperium occidentale penitus deſiit, anno ab urbe condita 1229 à Cajo Cæſare, qvi primò ſingularem arripuit principatum Anno 517. ab incarnatione autem Chriſti 475. Paul. Diacon. *de geſt. Rom. lib. 6.* Gothofred. *in hiſtor. antiq. p. 2. lib. 4. ſub tit. de Zenone.*

Juſtinianus tandem Imperator Orientis † Romam recuperavit 27
per Beliſarium, qvam tamen Totilas Gothorum Rex denuò in ſuam poteſtatem redegit, usq; dum Narſes Juſtiniani Dux rurſus eam occupavit, Totilam occidit, & Gothos penitus Italiâ expulit. Diacon. *de geſt. Roman. lib. 7.* Pompon. Læt. *in hiſtor. Rom.* Egnat. *d.*
lib. 3. † Qvi poſteà Longobardos, 28
qvi tum temporis in Pannoniâ florebant, evocavit, eosq; ad occupandam Italiam invitavit, Procop. *de bello Gothor.* Herm. Kirchn. *in leg. lib. 2. c. 9. n. 129.* Illi anno Chriſti 568. de Pannoniâ egresſi Italiam vaſtarunt, Dominatumq; ibidem, præſidiis Imperatorum & Exarchis tandem expulſis inſtituerunt, Paul. Diacon. *d. lib. 7.* Sex. Aur. Victor *in append.* Phil. *lib. 3. Chron. tit. de Longob.* Sigon. *d. lib.*
1. in pr. † Horum Longobardorum 29
Dominatus usq; ad Caroli M. ætatem duravit, Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. verb. de fiefs. n. 37.* Qvi prælio facto, Deſiderium Regem cepit, Longobardosq; prorſus ex Italiâ ejecit, Volaterr. *lib. 3. de vit. Imp.* Annal. Francor. *p. 71. & 74.* Eginhar. *in vitâ Caroli M. p. 309.* Platina *in vitâ Hadr. 1.* Alb. Crantz. *in Saxon. lib. 2. c. 1. & 2.* Sigon. *lib. 3. de regno*

de regno Ital. in vitâ Desiderii. Phil.
lib. 3. Chron. p. 160. & lib. 4. p. 377.
30 † Et posteà Anno Christi 801. Imperator Occidentis & Romanus
factus est, Egnat. *d. loco*. Sigon. *d.*
lib. 4. Annal. Franc. *p. 143.* Crantz.
Saxon. lib. 2. c. 8. & 18. & lib. 3. c. 3. &
31 *in Metrop. lib. 1. c. 14. & 15.* † Sicqve
Italiæ Proceres ei & in eum omne
Imperium suum & potestatem
transtulerunt, ut olim populus
Romanus per L. Regiam Octaviano Augusto concesserat, Molin.
in *Consf. Parisiens. tit. 1. verb. desiefs.*
n. 55.

32 Ex qvibus manifestum, Impp.
usq; ad tempora Caroli M. semper habuisse ac retinuisse absolutam potestatem nullis limitibus
aut conditionibus circumscriptam. Nec enim eorum promissio aliò respiciebat, qvàm ut
Impp. facerent id, qvod honestas
& commodum publicum exigit,
33 qvod cum negligeret † Nero, omniaq; pro lubitu ageret, à Senatu hostis fuit judicatus, Cuspin.
in vita Neron. Sext. Aurel. Vict. *de*
Cæsar. p. 2. Dionys. Gothofr. *in hist.*
antiq. lib. 4. de vita Neron. Cujus tamen potestatem certis & specialibus conditionibus limitatam fuisse, ex historicis non apparet.
34 † Et de hac generali promissione
istud Taciti accipiendum, qvod
Regibꝰ etiam antiqvissimis nunqvam infinitâ aut libera fuerit
potestas, *de mor. German.* De illo
nempe veterum Germanorum
Regum loqvitur jurejurando,
qvo inaugurationis initio generatim fidem dabant, justè se regnaturos, facturosq; nihil præter
boni Principis officium, Illustr.
Dux Saxon. *in orat. de Germ. Lege*
Regiâ. † De qvo & verba juris Sa- 35
xonici sunt accipienda: Als man
den König wehlet/ so sol er dem
Reich Hulde thun und schweren/
daß er die Warheit sagen wolle/
und alles Unrecht kräncken/ und
daß er des Reichs Gerechtigkeit
beschirmen wolle/als beste er könne
oder möge/ Land R. *lib. 3. art. 54.*
Jurat siqvidem Imperator antiqvo more, inqvit *gl.* & jam inde
usq; à Carolo Magno ad nos deducto, *in d. art. 54. & gl. ad art. 8.*
Weichb.

† Proinde nec à Caroli M. regi- 36
minis initio origo Capitulationis petenda; tantum enim abest,
Legem Regiam & potestatem
summam ac plenariam Imperatoribus tributam, in personâ Caroli M. fuisse imminutam, ut Populus etiam omne jus suum &
absolutam potestatem in ipsum
transtulerit, Avent. *lib. 4. Annal.*
Lup. de Babenb. *de jure Imp. c. 12.*
† & qvis ipsi certas conditiones 37
& articulos, qvibꝰ in administra-

tione Reipubl. obſtrictus fuiſſet,
præſcribere aut voluiſſet aut po-
tuiſſet, cum hic ab initio ante
Populi confirmationem & Leo-
nis Pontificis declarationem ac
coronationem jus iſtud Regium
in Imperio Germanorum bello
obtinuerit, & ut proprium ac he-
reditarium habuerit, Albertus
Crantz. *lib. 3. Saxon. cap. 29.* Ca-
rol. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4. in
vit. Caroli M.* Æmil, Ver. *de geſt.
Franc. lib. 3.* Marin. Frecc. *de feud.
lib. 1. de antiq. ſtat. Regn. n. 16.* Cruſ.
in Annal. Svevor. p. 1. lib. 12. cap. 4.
Heig. *p. 1. q. 1. n. 58.* Unde & Suc-
ceſſores poſteà in Imperio ſibi
conſtituit, deqve eo ut de re pro-
38 priâ diſpoſuit. † Extremo namq;
vitæ tempore, inqvit Eginhard.
evocatum ad ſe Ludovicum Aqvi-
taniæ Regem, qvi ſolus filiorum
Hildegardis ſupererat, congrega-
tis ſolenniter de toto Regno Fran-
corum primoribus, cunctorum
conſilio conſortem ſibi totius Re-
gni & Imperialis nominis here-
dem conſtituit: impoſitoqve ca-
piti ejus diademate, Imperatorem
& Auguſtum juſſit appellari, *in
36 vitâ Carol. Magni.* † Eodemq; mo-
do, jure ſcilicet hereditario, Lu-
dovicus Pius Imperium in poſte-
ros & ſucceſſores transtulit, qvos
Legem certam de adminiſtatio-
nis modo ſibi poni paſſos fuiſſe,
haud probabile eſt, *arg. l. in re man-
data. C. mandat.*

Itaq; ut de origine verâ conſtet 40
Capitulationis, ad id tempus re-
ſpiciendum, qvo Imperium cœ-
pit eſſe electivum, id qvod fa-
ctum ſtirpe Carolinâ in Ludovi-
co Arnolphi filio extinctâ, ubi li-
bera Regni adminiſtratio jure
Gentium ad populum viciſſim
rediit; Et cum is Reipubl. nego-
tia tractare non poſſet, ſtatim ad
Optimates, ſalvâ tamen populi
libertate, Regni jus deductum eſt,
cum & ipſi tantæ Civitati, niſi
per unum autoritate & potentiâ
præ cæteris armatum conſuli non
poſſe animadverterent, Princi-
pem creârunt, cui certis limiti-
bus circumſcripta poteſtas non
perpetua & ad heredes tranſito-
ria, ſed ad vitam adminiſtranda
commiſſa eſt. † Hoc igitur 41
tempore Capitulationem, ſive
Legem Regiam Germanorum na-
tam primùm, deinde tractu tem-
poris magis magisq; auctam exi-
ſtimo: In qvâ opinione me con-
firmat, qvod Populus & Proceres
Germani ſtirpe Caroli M. ſublatâ
in electione Conradi I. valdè e-
rant ſolliciti, ut Imperium com-
mitterent idoneo & tali, qvi re-
ctè & juſtè ſciret Rempublicam
adminiſtrare.

† Cum enim univerſus Fran- 42
corum

corum & Saxonum populus, *inquit Cuspinian.* Germanorumqve Procerum concursus ad Ottonem Ducem Saxoniæ fiebat, eumqve Augustum salutabant, excusatione usus: Si Germanicis rebus, *dixit*, usui dextra mea esse posset, nullum corporis laborem, nullam animi sollicitudinem pro communi salute recusarem, sed cum Imperium à familiâ Caroli translatum ingentes motus facturum sit, Dulc opus est, qvi sciat, possitqve ac audeat inter tela volitare, exercitumqve non consilio magis regere, qvàm exemplo movere. Talis est itaqve Vir nobis qværendus, non qvi ex Imperio decus sibi expetat, sed Imperio afferat; Id qvod unicum possum, consilio vos remqve Germanicam juvabo, Conradus Franconiæ Dux & opibus & robore animi ac corporis, fide, existimatione ac Majestate, sustinendæ moli hujus rei, qvam mihi judicio vestro ultrò detulistis, longè est aptissimus, hunc vobis Regem constituite. *Hactenus* Cuspinian. *in vitâ Conradi.* Hisce Othonis verbis persvasi Proceres Imperii, summum Imperii decus in Conradum contulerunt, idqve, ut eò melius Reipubl. prospicerent, † non nisi sub certâ pactio- 43
ne & lege, cujus inter alia membra etiam hoc adjiciebatur, ut Conradus qvidem Imperator salutaretur & Sceptrum teneret, summa tamen rerum gerendarū administratio penes Othonem esset, Cusp. *d. loco.*

Hæc pactio in electione Conradi nata, in Imperio recepta & confirmata est, † ita ut subseqventes Imperatores sub eâdem lege ad solium Regale admissos fuisse conjecturare liceat. Imò tractu temporis † pactionis istius membra ac puncta qvædam sublata, alia verò substituta & adjecta fuisse, probabile est, prout de electis, qvibus summa rerum potestas committenda, Proceres spem administrationis concipiebant; & sæpissimè eveniebat, ut qvæ in Imperatore desiderabantur, subseqventi tempore Capitulationem ingrediebantur; † Cujus rei exemplum habemus in Henrico IV. Is enim adolescentiæ libertate, cum venationi & luxui operam dare, Principes alios contemnere, Nobiles opprimere, ignobiles efferre, filias illustrium obscurioribus conjugare, præsidia non iis, qvibus debuit, committere, & omnia licentius agere cœperat, omnium inde in se traxit odia, ita ut pleriqve Principes eum Regno privare studerent, pleriqve vitâ, pleriqve apud sum- 44 45 46

mum Pontificem maximis accu-
ſationibus & gravisſimis qverelis
onerarent, ac de Simoniacâ pra-
vitate redarguerent, Cuſpin. *in
vita Henrici IV.* Unde cum Ordi-
nes Imperii in Comitiis Forchei-
menſibus Anno 1077. propter im-
manem ſuam truculentiam ipsũ
deponere Imperio, ac novum Im-
47 peratorem † certis qvibusdam
conditionibus præſcriptis creare
volebant, & Legatus Pontificius,
qvi fortè tunc ibi aderat, contra-
dicere, cumq; creandi modum
& omninò novum & inſolitum
oppugnare cœperat, non obſtan-
te iſta Legati contradictione cau-
ſæ qvædam, qvas, qvod injuſtè
viguerant, deberet emendare,
ſpecialiter exceptæ fuerunt; Una:
ut Epiſcopatus nec prece nec pre-
tio corruptus daret, ſed ut Eccle-
ſiis electionem liberam permit-
teret; Altera: Ut eligendi Cæſa-
ris poteſtatem Ordinibus conce-
dens, dignitatem Imperii mini-
mè faceret hereditariam, Bruno
*in hiſt. belli Saxon. in hiſtoricis vete-
ribus Marq. Freher. tom.1. fol.134.*

Ex eo tamen, qvod Legatus
Pontificius hunc creandi modum
ut novum & inſolitum oppugna-
bat, malè concludunt Illuſtr. Dux
Saxon. *in orat. de Capitulat. Cæſar.*
& Frid. Hortleder *ad Capitul. Cæ-
ſar. apud. Goldaſt. p. 12. Polit. Imper.*
† ſub turbulento Henrici IV. Im- 48
perio demum hanc Legem Regi-
am natam fuiſſe, cum non tam
ipſe eligendi modus, Imperato-
rem ſcilicet non niſi cum certâ
pactione ad gubernationem ad-
mitti, qvi jam tempore electionis
Conradi, ut dictum, in uſu erat,
qvàm conditiones qvædam novæ
ac inſolitæ Legato videbantur.
† Qvibus tempore electionis Ru- 49
dolphi Habspurgenſis adhuc ali-
as adjectas fuiſſe ex ſtatu Imperii,
qvalis tunc temporis erat, facile
colligere licet. Non ſolùm enim
Gregorius Pontifex, audiens con-
gregatos eſſe Imperii Principes, &
petiit & mandavit, ut ſinceræ pu-
ræq; electioni intenderent, ac nõ
tàm Eccleſiæ, qvàm Imperio pro-
viderent, cum jam Imperium tot
annis ſciſſum ruinam minaretur,
verùm & ipſi Principes, an Ru-
dolpho juramentum præſtare vel-
lent, ab initio non ſine causâ an-
cipites fuerunt, qvibusdam id re-
cuſantibus, cui tamen ut præve-
niret Rudolphus, arrepto Crucis
ſigno, dixiſſe fertur: Ecce ſignum,
in qvo ſalvatus eſt mundus, hoc
ſceptri loco utemur. Qvâ re Prin-
cipes moti crucem exoſculati fi-
delitatis juramentum absq; du-
bio ſub certâ lege præſtiterunt,
auxilia contra rebelles, & qvi Im-
perii loca violenter ſibi uſurpa-
rent,

rent, promittentes, Cuſpin. *in vi-*
50 *tâ Rudolphi.* † Cumq; Adolphus
in Imperio omnia pro lubitu age-
ret, Principes Imperii negligeret,
adulteria committeret, Virgines
moniales viduasq; vi conſtupra-
ret, fidem & literis & ſigillo robo-
ratam violaret, & id genus multa
ſcelera admitteret, adeò ut Impe-
rio demum fuerit depoſitus, qvod
51 idem accidit † Wenceslao, qvi
luxui tantùm & crapulæ deditus,
ad libidines proclivis, ad imma-
nitatem usq; ſævus ac truculen-
tus erat; Qvis negabit, illorum
tempore qvasdam ad minimum
particulas & novos articulos Ca-
pitulationi additos, & ita exces-
ſum dominationis cauſam ſtricti-
oris formulæ ac obligationis fuiſ-
52 ſe. † Qvod & tempore Caroli IV.
aut poſt obitum ipſius factum ex-
inde præſumitur, qvod Maximi-
lianus I. Imperator de hoc dixe-
rit: Eo peſtilentiorem peſtem
Germaniæ nunqvam obtigiſſe,
Spigel. *lib.5. comm. ad Ligur. Günth.*
Qvamvis aliàs hic Princeps ſuâ
laude non careat, Aqvilas ſiqvi-
dem Imperii, *inqvit Frid. Achill.* in
Muſarum hortis jucundè pavit,
purpuram & diadema inter Ca-
thedræ ſubſellia ſcholaſtica ſub-
miſit, *in orat. pro Germ.*

Ex qvibus omnibus manifeſtum, Capitulationem Cæſaream
natam † tempore Conradi I. tra- 53
ctu temporis magis magisqve auctam eſſe, increſcente præſertim ſub Carolo IV. dignitate Electoriâ, qvoad in eam, qvæ hodiè in uſu eſt, amplitudinem excreverit, ita ut de omnibus membris, articulis & capitulis, qvo tempore adjecta fuerint, non conſtet, cum ea, qvæ paulatim irrepere ſolent, vix unqvam percipiantur, nec niſi converſione ſecutâ ſentiantur, Bodin. *lib.2. de Republ. cap.6.* Franc. Conan. *lib.1. comm. cap.10. n.5.* Weſ. *in parat. de lb. n.8.*

SECTIO IX.

Cæſar ad obſervantiam Legis Regiæ ſe juratò obſtringit, & qvare hoc fiat?

SUMMARIA.

1. Imperator in Capitulationem jurat. n.2.
3. Leges Rerumpubl. fundamentales multiplici vallantur ſepimento.
4. Qvænam Lex dicatur commiſſoria?
5. Cautionem juratam exhibet Imperator Electoribus. n.6.
7. Jurat qvoq; Imperator, qvando inauguratur.

8. Præstito demum juramento, populus Imper. fidem promittit.
9. Cur Imperator juret in Legem Regiam? n.15.23.
10. Verba Principis in dubium vocanda non sunt. n.16.
11. Electores Vasalli Imperatoris.
12. Vasalli non exigunt juramentum è Seniore.
13. Nec libertus à Patrono.
14. Explicatio c. intellecto 33. extr. de jurejur. n.27.
17. Apud Coloniensem multum valent verba Imperatoris.
18. Adolphus Nassaviensis fidem violavit.
19. Edictum Prætoris ligat etiam Principem.
20. Jurata promissio fortius obligat promittentem. n.21.
22. Principes Imperii juramentum fidelitatis in formâ præstant.
24. Jurat Imperator adhuc coronandus & qvando nondum est Imperator. n.25.
26. Jurat Imperator Imperio.

1 UTq; eò minus contra conditiones præscriptas Cæsar qvid agat aut faciat, ad observationem Capitulationis vi juramenti adstringitur, Auct. Anon. *de stat. polit. seu civili, lib.4. disc.10.* Julius Pflug *in Orat. de Republic. German.*
2 *curandâ.* † Unde hanc clausulam Capitulationibus Cæsareis adjectam videmus: Solches alles und jedes/ besonders/ wie obstehet/ haben wir obgenanter Römischer König den gedachten Churfürsten geredet/ versprochen/ und bey unsern Königlichen Ehren/ Würden und Worten/ im Namen der Warheit zugesaget/ Thun dasselbe auch hiermit und in Krafft dieses Brieffes: Inmassen wir denn das mit einem leiblichen Eyde zu GOtt und dem heiligẽ Evangelio geschworen / dasselbe stet/fest/unverbrochen zu halten/ dem trewlich nachzukommen/ dawider nicht zu seyn/zu thun/noch zu schaffen gethan werden/in einige Weise oder Weg/ wie die möchten erdacht werden. † Idq; more alia- 3
rum Rerumpublicarum, qvarum Leges fundamentales multiplici circumvallantur sepimẽto, Nempe: Vel jurejurando, vel apposito custode libertatis, vel eo pacto, ut liceat in causa contraventionis indignum pronunciare Imperio Regem, † qvam Legem 4
Commissoriam appellitant, Christoph. Besold. *in polit. lib. 1. cap.8.* Neq; qvod agunt in eligendo Imperatore Septem-Viri, ante ratum 5
habetur, † qvàm si Leges in Capitulatione comprehensas designatus Imperator accipiat, juramento

mento confirmet, fidemqve det Electoribus singulis, interpositâ cautione scripta ab iis nullo modo se recessurum. † Veluti apparet ex verbis finalibus Capitulationis: Dessen zu Uhrkund haben wir dieser Brieff Sechs (pro numero scilicet Principum Electorum, tempore cujusqve electionis) in gleichen Laut gefertiget/ und mit unsern anhengenden Insiegel besiegelt / und jedem obgenantē Churfürsten einen zustellen lassen/ Melch. Goldast ab Heimsf. *in polit. Imper. part. 12.* Johan. Sleidan. *lib. 1. comm. pag. 28.* Julius Pflug *dict. loco.* Georg. Sabin. *in histor. de elect. & coronat. Caroli V. Imper.* Hen. Arnis. *de majest. cap. 6.* Illustrissimus Dux Saxon. *in Orat. de Capitulat. Regiâ.*

7 Qvin & in eandem ferè rem jurat Imperator, cum inauguratur, præeunte conceptis verbis Coloniensi Electore, qvi qværit à Rege Romanorum: Vis sanctam fidem catholicam à sanctis Apostolis traditam tenere, & operibus fide dignis servare? Respondet ei Rex: Volo. Item Coloniensis qværit? Vis sanctis Ecclesiis Ecclesiarumq; ministris fidelis esse tutor & defensor? Respondet Rex: Volo. Item Coloniensis qværit: Vis regnum DEI tibi à DEO concessum secundum justitiam prædecessorum tuorum regere & efficaciter defendere? Respondet Rex: Volo. Item Coloniensis qværit: Vis jura & Regna Imperii, bonaq; ejusdem injustè dispersa conservare & recuperare, ac fideliter in usus Regni & Imperii dispensare? Ad qvod & alia Rex qvæsitus, positis duobus digitis manus suæ dexteræ super altare, respondet: Volo, & in qvantum divino suffultus fuero adjutorio & precibus Christianorum adjutus, qvantum valuero, omnia promissa fideliter adimplebo, sic me DEUS adjuvet & sanctum ejus Evangelium. † Et 8
tunc demùm promittitur ei fides & obseqvium à Populo. Qværit enim tum Coloniensis Elector à Principibus Alemaniæ, Clero & populo circumstantibus: Vultis tali Principi ac Rectori vos subjicere, ipsiusqve Regnum firmare, fidem stabilire, atq; jussionibus illius obtemperare juxta dictum Apostoli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, sive Regi qvasi præcellenti? Ad qvam qvæstionem ArchiEpiscopus Moguntinus & Trevirensis, Principes Alemaniæ, Clerus & Populus assistentes respondent, dicentes: Fiat, fiat, Henn. Göden *de elect. Regis Rom. cap. 8.* Hartman. Maur. *de coronat. Caroli V. Imper.*

apud Goldast. in polit. Imper. part. 3. pag. 270. Auct. *relat. Coronat. Imp. Matth. apud Goldast. part. 1.* Adam & Nicol. Heyden. *in histor. inaug. Maximil. II.* Simon Schrader *de elect. & coronat. Maximil. II.* Casp. Ens *in libello de elect. & inaugur. Regis Roman. cap. 4.*

9 Miretur hinc aliqvis, † Imperatorem non nisi præstito Electoribus juramento Sceptrum tenere, nec nudam sufficere promissionem Imperatoriam? Ita namq; Reges & Regni Majores admiratione fuerunt permoti, qvod ArchiEpiscopo Panormitano pallium tali conditione offerretur: Si is fidelitatem Pontifici juraret, inqvit Papa Paschalis *in cap. significasti. extr. de elect.* (1) † Qvis enim à Principibus Sacramentum exiget: Qvis fidem illorum accusabit, & verba in dubium vocabit? Cum sacrilegii instar sit, verba Principis in suspicionem vocare, *l. 2. C. de crim. sacrilegii.* (2) † Et nonnè Electores Vasalli Imperatoris? *tit. 29. Aur. Bull.* Huic ergò reverentiam debent, cujus effectus est, ut Seniorem adigere non possint † ad juramentum præstandum, *tit. 33. FF. 2.* Sonsbec. *de Feud. part. 14. n. 35.* Rosenth. *in synopsi feudal. cap. 12. concl. 5. n. 10.* Conrad. Rittershus. *in partit. feudal lib. 2. cap. 1. quæst. 12.* Herman. Vult. *de feud. lib. 2. cap. 3. n. 6.* † Cum nec libertus à Patrono juramentum exigere qveat, eò qvod hoc ipso reverentiam Patrono debitam lædere videatur, *l. 8. §. pen. ff. qui satisdict. cog. l. 2. ff. de obseq. patr. præst.* Hugo Donell. *lib. 24. comm. 13.* (3) † Unde non immeritò Honorius III. Pontifex concludit, Regem Ungariæ alienationes, qvas jurejurando confirmaverat, cum hoc in præjudicium Regni & contra Regis honores tenderet, licitè revocare posse, *cap. intellecto 33. extr. de jurejur.*

10

11

12

13

14

Verùm utut hæc speciosa videantur, † haud tamen obstant juratæ promissioni, ex qvâ arctiori Cæsar constringitur vinculo ad observationē Capitulationis. Turpe eqvidem, ut aliis omnibus, qvibus vel minima cordi virtus est, † ita maximè Principi Viro, fidē fallere & pacem violare, cujus vox instar Oraculi esse debet, unam habens lingvā & calamum, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 8.* † Unde ArchiEpiscopus Coloniensis: Verba, inqvit, Cæsareæ Majestatis mihi pro iuramento sunt, Crantz. *lib. 6. cap. 46. in Saxon.* Qvo nomine Cuspinianus Adolphum Nassaviensem inter cætera solio Imperiali dejectum scribit, qvod fidem literis & sigillo roboratam violare solitus

15

16

17

18

tus fuerit, *in vita Adolph. Nassav.*
19 † Edictum namq; Prætoris: Pacta servabo, inqvit Bald. *in Rubr. de constit. Princip.* æqvum est & ab ore Dei processit, h.e. tàm Principi qvàm aliis positum, siqvidem is Dei legibus peræqvè ac subditi obligatur, Oswald. Hillig. *lib. 13. Donell. ennel. cap. 22. lit. Z.* Hering. *de fidejuss. cap. 7. n. 285.* Duar. *ad l. 5.*
20 *ff. de pact.* Attamen † qvis negare ausit, juratam promissionem arctius stringere, cum apposito jurejurando cautior & diligentior animus fiat; A duabus enim sibi tum cavet: Et ne lædat amicos: & Ne peccet in Deum. Promissioq; juramento propterea confirmari
21 solet, † ut metu Numinis divini eam exactè jurans impleat, *l. 2. C. de Reb. credit.* In causis etenim publicis & Imperii gravissimis solenne juramentum promissioni etiam firmiter factæ preferendum
22 est. † Ex qvo Principes Imperii juramentum fidelitatis in forma præstant, Waremund. ab Erenb. *de fœderibus lib. 2. fol. 108.*

Nec juramento huic Cæsareo
23 officit (1) † qvod instar Sacrilegii sit, verba Principis in dubium vocare. Præterqvam enim qvod aliud sit, de fide Principis dubitare, & aliud, fidem per se firmam arctius confirmare, maximè in rebus publicis Imperium, concernentibus; † non certè ab Imperatore 24
hoc juramentum Principes Electores exigunt: Sed ab eo, qvi adhuc coronandus est & in Imperatorē promovendo, cuiq; nondum fidem debent, cum id, qvod in eligendo Imperatore Septē Viri agūt, ante præstitum juramentū nō ratū habeatur, Joh. Sleid. *lib. 1. comm.* Ex qvo etiam † (2) corruit, qvod 25
Vasallus Seniorē aut libertus patronū ad præstationem juramenti adigere haud qveat: Qvia cum jurat, nondū Imperator est, nec dici potest: Ideòq; nec Dominus nec Patronus; sed post præstitum demum juramentū hasce appellationes sibi assumit. † Qvinimò jura- 26
mentū hoc non tàm Electoribus Vasall. maximè singulis, qvàm Imperio, cujus vicem Electores sustinent, præstitū censeri debet. Neq;
† (3) Pontifex *in dict. cap. intellecto 33. extr. de jurej.* juramentum à Rege 27
Ungariæ præstitum ideò irritum facit, qvod jurare planè non potuerat aut debuerat: Sed propterea, qvod prius juratò promiserat, se jura Regni non alienaturum: Cui juratæ promissioni posterius juramentum contrarium de alienationibus non revocandis, ceu in præjudicium Regni & contra sui honorem præstitum, Honorius Papa meritò rejicit & penitùs non servandum pronunciat.

SECTIO X.

Juramentum Imperatoris in obſervantiam Legis Regiæ præſtitum, in qvantum ejus attemperet poteſtatem.

SUMMARIA.

1. Bis jurat Imperator, tempore electionis & Coronationis.
2. Cur id fiat?
3. Imperator minor eſt Imperio.
4. Imperator populo purè: Hic verò Imperatori ſub conditione obligatur.
5. Henrico IV. Imperat. non niſi conditionaliter fides data fuit. n. 6.
7. Juramentum hoc limitat Imperatoris poteſtatem.
8. Non omne Principum juramentum eorum minuit poteſtatem, n. 10. 11. 13.
9. Nec juramentum Regum Burgundiorum.
12. Qvale fuit jusjurandum Richardi I. Regis Angliæ.
14. Juramentum Imperatorum Romanorum qvalenam?
15. Simile eſt hoc juramentum jurijurando Regis Poloniæ. n. 16.
17. Nec non juramento Uladislai II. Regis Ungarorum.
18. Ut & juramento Matthiæ Regis Ungar. & Chriſtierni II. Dan.
19. Ac juramento Regum Sveciæ.
20. Qvibus juramentis limitatur Principum poteſtas. n. 21.

1 NOn itaq; ad ſolium & gubernationem Reipublicæ admittitur Rex Romanorũ, priusqvàm in conditiones præſcriptas & Capitulationem, non modò electionis ſed & coronationis tempore juraverit, & ſic duplicis juramenti vinculo ſe præcisè obſtrinxerit, ut dictum *Sectione praced. n. 2. & 7.* Hoc autem cur adeô diligenter &
2 anxiè? † Nempe ut homines noſtri intelligant, ſe non in hominis cujusdam acerbioris, ſed in Patris ejusq; perbenigni poteſtatem venire Jul. Pflug *in orat. de Republ. germ. curand.* † Utq; ſciamus, 3
Imperatorem eſſe minorem Imperio, ut Pontificem Concilio, Epiſcopum Capitulo, Actorem Univerſitate, Vaſallum Domino, atqve adeò qvemlibet hodiè Regem eo, cui jurat, Regno. Steph. Jun. Brut. *in vindic. contr. Tyrann. qvæſt. 3.* Henning. Arniſ. *de Majeſt. cap. 6.* Frider. Hortled. *de Capitul. Regiâ apud Goldaſt. part. 12.* Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 12. n. 20. & ſeqq.* † Hinc cum Imperator 4
ſpondet, ſe facturum boni Principis officium, & capita ac conditiones

tiones ab Electoribus sibi propositas jurisjurandi religione confirmat, cui tum demum populus fidem promittit, satis inde apparet, ipsum Populo purè, Populum verò Imperatori sub conditione obligari: Si nempe præstet fidem jurato datam, Frider. Hortleder *dict. loc.*
5 † Unde ArchiEpiscopi, Episcopi & pleriqve Præsules, Duces & Comites Saxoniæ apud *Lambert. Schaffnab.* per Legatos ad Henricum IV. Sacramento se ei fidem dixisse inqviunt, sed si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei, Rex esse vellet: Si suum cuiqve ordinem, suam dignitatem, suas Leges tutas inviolatasqve manere pateretur; Sin ista prior ipse temerasset, se jam Sacramenti hujus religione non teneri, sed qvasi cum barbaro hoste, Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos, & qvoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christianâ, pro libertate etiam suâ dimicaturos.
6 † Eadem sunt verba Ottonis Ducis Saxon. ad eundem Henricum IV. apud Brunonem *in hist. belli Saxon.*

Idqve ipsum haud parum probat,
7 † qvantum potestatis Imperatori hoc juramento detrahatur. Jurant eqvidem & alii Reges ac Principes, qvi verè sunt Reges & absolutam in suos habent potestatem. 8
† Sed ad qvod ex officio tenentur, illud interposito jurejurando, ut populus de eorum voluntate minus dubitet, plenius confirmat. Qvale est juramentum 9
† Regum Burgundiorum antiqvum: Omnibus legem, justitiam, Maniburgium, h. e. tutelam conservabo, *Annal. Burg.* Arnis. *de majest. cap. 6. n. 4.*
† Qvô & respicit jusjurandum 10
Gallorum, qvod Johan. Bodin. refert: Juro ego per Deum omnipotentem ac promitto, me justè regnaturum, judicium, æqvitatem ac misericordiam facturum, *lib. 1. de Republ. c 8.*
† Sic etiam Wil- 11
helmus, qvi primus Normannis Angliam subjecit, qvamvis absolutè & ex arbitrio dominaretur, tamen in hæc verba juravit ArchiEpiscopo Eboracensi: Se defensurum Ecclesias earumqve Præsides, gubernaturum populum injustitia, sicut decet, ordinaturum rectas Leges, eæqve ut observentur, curaturum.
† Cui prorsus si- 12
mile est jusjurandum Richardi I. Se servaturum pacem, honorem & reverentiam habiturum Deo, Ecclesiæ ejusqve ministris, populum gubernaturum in justitiâ, pravas Leges & consvetudines aboli-

abolitururum, bonas retenturum. Hæc omnia sunt officii Regii, ad qvæ Princeps obstrictus est, etiamsi non juret. † Hi ergò propterea non sceptra capessunt, qvia jurarunt, sed qvia sceptra capessunt, idcirco jurant, qvemadmodum Cic. dicit: Non propterea coire apes, ut favos faciant, sed postqvam coierunt, tum favos facere. Et Apologia catholica *pro Navar.* Non ideò est Rex, qvia coronatur: Sed propterea coronatur, qvia Rex est.

13

14 Ast † Germanorum Imperator, qvando Capitulationem jurisjurandi religione confirmat, non tantùm obligatur ad ea, qvæ ad boni Principis officiũ pertinent, sed certis legibus qvoq; sese subjicit, potestati suæ certos limites ponit, & Solium non nisi ex pacto conscendit; nec jurat, qvia sceptrum tenet, sed qvia jurat, ideò ad Regni sceptrum admittitur.

15 † Ac certè juramentum, qvo Imperatores ad Capitulationis observationem astringuntur, simile est illi, qvod præstitit Stephanus Bator Rex Polonor. *Ego spondeo, qvod omnia jura, libertates, privilegia publica & privata, juri communi utriusq; gentis & libertatibus non contraria, Ecclesiasticis & secularibus, Ecclesiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis & qvibuslibet Personis cujuscunq; status & conditionis existentibus, per divos Prædecessores meos & qvoscunq; Principes, Dominos Regni Poloniæ & magni Ducatus Lituaviæ à Casimiro M. ad Henricum justè & legitimè datas & concessas, emanatas & donatas leges, ab omnibus Ordinibus tempore interregni statutas atq; sancitas aut oblatas,* & *pacta ac conventa Omniorum meorum nomine meo cum Ordinibus tenebo, observabo, custodiam, tuebor & implebo in omnibus conditionib9, articulis & punctis in eisdem expressis.* † Ac postea in fine: *Et si, qvod absit, juramentum in aliqvibus violavero, nullam mihi incolæ Regni obedientiam præstare debebunt: imò ipso facto eos ab omni fide & obedientiâ Regi debitâ liberos facio, absolutionem nullam ab hoc juramento meo à qvoqvam petam, neq; ultrò oblatam suscipiam. Sic me* Deus *adjuvet,* Chytr. *lib.23. Saxon.* 16

Geminum ferè huic est juramentum † Uladislai II. Regis Ungar. 17 qvi inter alia promisit, qvicqvid antistites Reguli & Optimates pro Regni libertate & commodo, ante coronandi temp9, ex antiqvorum more sancire voluerint, ratum se habiturum, nihilq; ex Divorum Regum legibus abrogaturum, immutaturumve Bonfin. *decad. 4. lib. 9. Rer. Ungar.* † Nec dissimile juramentum Matthiæ Regis Ungariæ 18

&

& Christierni II. Dan. cui hæc verba fuerunt adjecta: *Si verò, quod* DEUS *avertat, contra istos articulos agendo delinqueremus & Senatorum Regni admonitionibus nullo modo locum dare instituerimus, tùm omnes Regni incolæ ratione honoris & juramenti sui, conjunctis viribus fideliter in hoc incumbere debent, qvo id avertant: Hoc faciendo, contra sua juramenta, obligationes, homagia, quibus astricti nobis sunt, neqvaqvam fecisse censeri debebunt.* Lauterbach in Regentenbuch *lib.1.c.ult.*
19 † Et in juramentis Regum Sveciæ, Episcopi, Eqvites, Nobiles, Cives & vulgus obligantur, ut si Rex qvicqvam contra articulos pacti committere, vel per alios designare ausus fuerit, sub ipsorum honore & juramento teneantur ipsi adversari, Chytr. *lib.2.* † Per qvæ 20
juramenta Regiam potestatem certis limitibus constringi, nemò facilè negaverit. † Hisce cum si- 21
millimum sit juramentum ad observationem Capitulationis à Regibus Romanorum præstitum, eorundem potestatem per id aliqvo modo attemperatam fuisse, certo certius est.

SECTIO XI.

Per Legem Regiam in consortium qvasi potestatis ac Majestatis Imperatoriæ, Proceres & Status Imperii recipiuntur.

SUMMARIA.

1. *Statibus Imperii qvid Potestatis per Regiam Legem reservetur? n.3.*
2. *Non nisi conditionaliter Proceres in Imperatorem habenas Reipubl. transferunt.*
4. *Erasmi Roterodami judicium de potestate Procerum Imperii.*
5. *Carolus V. in Germania Regibus imperavit.*
6. *Judicium Maximiliani de potestate Statuum Imperii.*
7. *Procerum potestas in administratione totius Imperii consistit.*
8. *Qvorum consilium pariter & consensus reqviritur. n.9.*
10. *Status Imperii Majestatis participes facti.*
11. *Proceres benè utuntur locutione* (Wir von Gottes Gnaden.)
12. *Quem titulum Rex Galliæ denegavit Duci Armoricorum.*
13. *Electoribus tribuitur Majestas.*
14. *Summa Procerum Imperii dignitas ex Conciliorum serie apparet num. 15.16.*

1 QVantum verò poteſtatis Imperatori per Capitulationem hanc decedit, tantum Statibus Imperii viceversâ accedit, ut falſum omninò ſit, nihil poteſtatis in Imperio competere Statibus
2 Imperii. † Hi enim, ut modò dictum, non niſi ſub certis conditionibus habenas Reipubl. transferunt; Qvi verò certâ lege poteſtatem alteri committit, is utiqve non ita eam transfert, ut omni ſe imperio exuere, & qvicqvid poteſtatis habet, in alium transfun-
3 dere velit. † ſed (qvæ naturæ conditionis eſt) ſibi qvoqve Imperium retinere, ſi qvæ ex conditionibus adjectis impleta non fuerit, Illuſtr. Dux Saxoniæ *in orat. de Germ. Lege Regiâ, habitâ in*
4 *Academiâ Salanâ.* † Hocq; ipſum eſt, qvod ad Campegium Cardinalem Eraſm. Roterodamus ſcribit: Magnam qvidem eſſe Caroli V. Cæſaris potentiam, ſed hanc tamen ab omnibus non agnoſci, Germanos verò qvi agnoſcerent, illud certis conditionibus ſic agnoſcere, ut imperent veriùs, qvàm
5 pareant, Joh.Sleid. *lib. 8.* † Idqve Carolus V. gloriæ ſibi duxit, qvando dicere ſolitus eſt: In Germaniâ ſe Regibus, in aliis Regnis atqve Provinciis verò mancipiis & ſervis imperitare, Bernh. Zieritz. *de principat. int. ipſ. dignit. prærogat.*

† Cum qvo convenit iſtud Imper. 6
Maximiliani I. Regem Hiſpaniæ hominum: Regem Galliæ Aſinorum: Regem Britanniæ Diabolorum: Se verò Regem Regum eſſe, Magn. Dux Würtemb. *apud Frid. Achill. in Orat. pro Galliâ. pagin. 211. Pour ce, qve les Princes d' Allemaigne, aux qvels l' Empereur commande, tiennent lieu de Rois, entant qu' il font les loix & que l'Empereur ne peut rien avoir d eux, que ce, qu' ils veulent:* La defenſe *de la Monarchie Francoiſe de M. I. Barricave p. 523.* qvod nimis injurioſê contra Imperatorem ab homine gallo dictũ arbitramur.

Faq; Procerum & Statuum Imperii poteſtas † in totius Imperii 7
Romani adminiſtratione conſiſtit, qvippe jus ſtatuendi cum Imperatore, adeòq; jus Seſſureæ ac dicendæ ſententiæ, tanqvam Optimates Reipubl. in Comitiis Imperii habent, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 1.* † Qvamvis e- 8
nim *in reformatione* Frider. III. Imperatoris *de Anno 1442. in Ordinat. Cameræ antiqviori & in Cõſtitutione* Maximiliani I. *de pace publicâ de Anno 1495* conſilii tantum mentio fiat: † In noviſſimis tamen Impe-
rii legibus etiam conſenſum ex- 9
preſsè notatum reperimus, ut in *Receſſu de Anno 1500. 1512. 1521. & aliis*, ſemperq; ferè hæc clauſula conſpi-

conſpicitur adjecta: Vnd haben
wir uns mit den Ständen/ und ſie
ſich hinwiederumb mit uns vergli-
chen/ Tob Paurm. *de jurisdict. Imp.
Rom. lib. 1. cap. 4. n. 39. & ſeqq.* Chri-
ſtoph. Beſold. *in tract. de jurisdict.
Imper. Rom. quæſt. 13.* Wolffg. Frid.
à Pappenh. *in diſcurſ. de jure public.
cap. 3. concl. 6. apud Arum. tom. 1. jur.
publ. pag. 1045.* Bernh. Pertram *de
comit. th. ult.* Poteſtatem itaq; ſum-
mam qvia Proceres & Status Im-
perii unà cum Imperatore tenent,
num & eosdem Majeſtatis parti-
10 cipes æſtimabimus? † Ita certè eſt,
& per Capitulationem Cæſaream
in conſortium qvaſi Majeſtatis
Status Imperii videntur recepti,
cum Majeſtas ſit & definiatur ſum
ma poteſtas, Henning. Arniſ. *de
majeſt. cap. 1.* Johan. Bodin. *de*
11 *Republ. lib. 1. cap. 8.* Chriſtoph. Be-
ſold. *in polit. lib. 1. cap. 2.* † Qvo re-
ſpectu Proceres Imperii optimo
jure in ſuis ſcriptis, epiſtolis & e-
12 dictis hàc locutione utuntur: Wir
von Gottes Gnadē. † Qvam phra-
ſin aliàs Ludovicus XI. Rex Galliæ
de ſuis Reſcriptis detrahi juſſit
13 Franciſcum Armoricorum Ducē.
† Ex qvo etiam Electoribus, tan-
qvam primariis Statuum Imperii
membris, majeſtatem tribuit De-
cretū Cæſareum, qvod refert Bru-
ning. *de var. univerſ. ſpeciebus concl.*
10 hiſce verbis: Daß der Churfür-
ſten Hoheit und *authorität* mit ei-
nes Römiſchen Käyſers Gewalt
und Hoheit/ daher ſie auch fleuſt/
dermaſſen verbunden/ daß eine oh-
ne die andere nicht verſchmälert
werden/ auch ohne die andere nicht
beſtehen kan.

Hinc † tanta Procerum Impe- 14
rii dignitas, de qvâ vel ſolùm ex
Comitiorum ſeriè judicium ferri
poteſt. Præſidet enim ibi Impe-
rator, veluti Numen in cœlis, cui
aſſident qvaſi ſeptem Planetæ in
Zodiaco, ſtatas officiorum perio-
dos obeuntes, illi Septem Viri &
undiqvaq; circumſident nobiliſ-
ſimi ſtellarum Chori, tot Archi-
epiſcopi & Epiſcopi, tot Archi-
duces, Duces, Principes, Comi-
tes, tot Proceres & Magnates.
Verba ſunt Franciſci Caroli Du-
cis Saxon. *apud Frider. Achill. in o-
rat. pro German.* † Huic Ordinum 15
Imperii Germanici collegio qvid
in omni antiqvitate conferri poſ-
ſit, niſi aut Amphictyonum con-
ſeſſum aut Achæorum Concili-
um, ſe non videre, fatetur Thuan.
hiſtor. lib. 2. † Qvam tamen qvaſi 16
muſcæ ad Elephantum compara-
tionem dicit Franciſc. Carol. Dux
Saxon. *in dict. orat. pro German.*
Tob. Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisdict.
Imper. Roman. cap. 1. n. 18. & 19.*

SE-

SECTIO XII.

Præter administrationem Imperii, Status & Proceres jura qvoq; territorialia in suis habent Provinciis; & qvando ea acceperint?

SUMMARIA

1. *Status Imperii qvatenus in consortium Majestatis in Imperio recepti?*
2. *Duplex Statuum Imperii potestas. n. 3.*
4. *Jura territorialia in provinciis suis habent Proceres Imperii.*
5. *Qvomodo describantur jura territorialia ab aliis?*
6. *Vera eorum definitio.*
7. *Jura territorialia Majestatis imaginem implicatam habent.*
8. *Qvo tempore Principes acqvisiverint jura territorialia.*
9. *Tempore nimirum Caroli M. n. 10. 11. 12. 13. 14. 21.*
15. *Præfecti Imperiales Principes facti à Carolo M.*
16. *Episcopis gladii potestatem Carolus M. concessit.*
17. *Otto M. privatos Regalibus ornavit.*
18. *Rudolphus I. multum de suo jure Principibus largitus.*
19. *Magistratuum officia olim erant temporalia.*
20. *Posteà in jus perpetuum transierunt.*
22. *Malè jura territorialia consvetudini asscribuntur. n. 23.*
24. *Civitates Imperii etiam habent jura territorialia. n. 27.*
25. *Nulla differentia inter* Reichs-Stádte und Frey-Stádte.
26. *Civitates immediatæ sunt Status Imperii.*
28. *Jura territorialia Civitatum qvomodo appellitentur? n. 29.*

QVod dixi, Proceres & Status Imperii per Capitulationem Cæsaream in consortium qvasi Majestatis Imperatoriæ fuisse re-
1 ceptos, *Sect. præced.* † id de solâ Imperii administratione, qvam Proceres unà cum Cæsare habent, inqve Comitiis exercent, restrictum, non etiam de jure Superioritatis vel territorii, qvod in Provinciis suis tenent, & ab Imperatore recognoscunt, intellectum velim. Duplex namq; potestas † Statibus Imperii competit: U- 2
na, qvæ consistit in totius Imperii Romani administratione, hæc uti plenum & absolutum Imperium; ita qvoqve Majestatem aliqvam præ se fert, de qvâ in *Sect. præced.* † Altera verò in personis 3
ac rebus ditionum suarum consistit, qvas Proceres ceu provinciarum

rum atqve locorum certorum Domini & Possessores obtinent. 4 † Qvam recentiores vocant Superioritatem aut jus territorii Principum sive jus superius Carol. Sigon. *de regn. Ital. lib. 7.* vulgò die Landes Fürstliche oder Landes Obrigkeit/ Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 44.* Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Romani, lib. 1. cap. 6. n. 5.* Christoph. Besold. *de jurisdict. Imp. Roman. quæst. 18.* Paul. Matth. Wehner. *in observ. pract. verb.* Landes-fürstliche Obrigkeit/ *pag. 455.* Gylm. *in Symphor. Suppl. Camer. part. 1. tit. 2. de reconvent. n. 58. circa fin.* Meichsner. *tom. 2. decis. Cameral. lib. 1. decis. 8. in caus.* Fürmbtumb *contra* die Chur Pfaltz. Bidenbach. 5 *nob. quæst. 1. n. 1.* † Eamq; alii nihil præter omnimodam jurisdictionem vel merum aut summum Imperium, alii verò majora duntaxat Regalia denotare autumant: Sed utrumq; nimis restri- 6 ctum; † qvia hæc Superioritas verè potestatem seu jus summi post Imperatorem Imperii, eiqve connexorum Regalium in omnes territorio Subditos indigitat, definiente Joh. Limnæo *de jur. publ.* 7 *lib. 4. cap. 8. n. 183.* † Cumq; hoc jus à Superiore Imperatore nimirum, & ab Imperio recognoscatur, non nisi Majestatis imaginem qvandam, neutiqvam autem veram majestatem implicatam habet.

Idq; jus territorii, † qvo tempore Principes Germanorum in se transtulerint, licèt neminem se vidisse, qvi hoc testetur, scripserit Johan. Bodin. *de Republ lib. 2. cap. 6.* existimaverim tamen ego, hoc factum esse tempore Caroli M. † qvi cum Italiam jure victoria sibi vendicavit, formando illic Regno se tradidit, Apuliam & Calabriam Imperatori Orientis, cujus anteà fuerat, reliqvit, Ducatum Beneventanum Aragiso Desiderii Regis genero, Spoletanum Hildebrando, Forojuliensem Rodgando permisit antiqvo feudi jure erga se, qvod erga Reges Longobardorum fuerat, conservato, Duces verò ipsos liberos esse jussit, uno tantùm regii feudi vinculo obligatos. † Ordinavit itidem Comites, eiqve omnem publicam & privatam jurisdictionem mandavit, Carol. Sigon. *de Regno Ital. lib. 4. in vitâ Caroli M.* Æmil. Veron. *de gest. Françor. lib. 3.* Marin. Frecc. *de feud. lib. 1. tit. de antiquit. stat. Regn. n. 16. & seq.* Crantz. *in Daniâ, lib. 3. cap. 44. & 45.* Sabellic. *2. par. ennead. lib. 8.* Martin. Crus. *in annal. Suev. part. 1. lib. 12. cap. 4.* † Posteà accedente transactione cum Irene Imperatrice Constantinopolitanâ,

nâ, matre Constantini Sexti, cum Carolus M. Anno Christi 801. Imperator occidentis & Romanus factus didicisset ex superiorum temporum historiis, Magistratus, qvos Impp. Occidentalibus Provinciis præposuissent ad seditiones excitandas, sibiq; provincias vindicandas proclives fuisse, sede Imperatorum longiùs remotâ,
12 † satiùs existimavit de jure Imperatorio tàm qvoad potestatem, qvàm reditus Provinciarum aliqvid cedendo, in Magistratus provinciales à se constitutos istiusmodi aliqvid transferre, qvàm omnia retinendo, singulis ferè momentis de rerum summa periclitari.
13 † Ideoq; reservata sibi fidelitate & jure directi dominii, (utilis namqve & directi dominii verba jure antiqvo incognita,
14 † tum demum in usum venerunt, qvando Longobardi & aliæ gentes provincias Italiæ sibi subjecerunt, earumqve dominatum sibi vendicârunt, Benedict. Bonius *de cens. art. 26. n. 53.* Bodin. *de Republic. lib. 2. cap. 2.*) jura multa, à se tamen tanqvam capite & Principe Imperii, recognoscenda Provincialibus concessit:
15 † Itaq; illi cum anteà saltem Magistratus & Præfecti Imperiales essent, posteà Domini & Principes earum Regionum, qvibus præsidebant, esse cœperunt, Vult: *de feud. lib. 1. cap. 1. n. 14. & ad tit. C. de jurisdict. in præf.* Scip. Gentil. *de jurisdict. lib. 3. cap. 23.*
† Episcopis qvoq; 16
Carolum M. devictâ Saxoniâ potestatem gladii concessisse, tradit Crantz. *in metrop. lib. 1. in proœm.*
Atqve hinc † Otto Magnus Anno 17
973. dicitur, more à Francis recepto, privatos etiam homines ac fortissimum qvemqve militiæ suæ adscripsisse, eosqve, qvi strenuam sibi fidelemq; operam novassent, Regalibus suis exornasse, Carol. Sigon. *lib. 7. de Regn. Ital. in Otth. Magno.*
† Et Rudolphus I. Hab- 18
spurgensis post Fridericum II. Imperator creatus, cum per octodecim annos Imperium gubernatore caruisset, intereaqve Principes multa ex iis, qvæ Imperatorum erant, propria ad se transtulissent, de jure suo decedere maluit, qvàm voluntates eorum offendere, qvorum operâ domi & militiæ utiliter uti posset, Jul. Pflug *in Orat. de Rep. german. pag. 15.*

† Horumq; Provincialium Ma- 19
gistratuum seu Principum officium ab initio ad heredes non fuit transmissum, Marin. Frecc. *de feud. lib. 1. tit. de antiq. stat. Regni, n. 27. & lib. 2. tit. qvis dicatur Marchio. n. 3. & tit. qvis dicatur Dux, n. 3.* Andr. de Isern. *in c. 1. qvis dic. Dux.* Godofr. Witerb. *part. 17.*

Chro-

Chronic. pag. 450. Cornel. Tacit.
de mor. Germ. Scipio. Gentil. *lib. 3.*
de jurisdict. cap. 23. Pompon. Læt.
in Constantino. Æmil. Veron. *de*
Gest. Imperat. lib. 3. Carol. Sigon
lib. 4. de Regno Ital. Crantz. *in Da-*
nia. lib. 3. cap. 44. & seq. Petr. Heig.
20 *part. 1. quæst. 2. n. 2. & 60.* † At
postea in perpetuum jus transiit,
Joh. Strumpf. *in Histor. Helvet. lib.*
4. Alciat. *de sing. certam. cap. 32.*
Münster. *in Cosmogr. lib. 3. tit.*
Wie die Fürstenthumb bey den al-
ten Teutschen uffgerichtet / *cap. 20.*
Heig. *dict. quæst. 2. n. 36.* Albin. *in*
Chron. Misnic. tit. 9. Mar. Frecc. *de*
feud. lib. 2. tit. quis dicatur Comes.
n. 1.

21 Et sic à † Carolo M. accedente
progressu temporis jura territo-
rialia, ut & Regalia ad inferiores
Magistratus, qvi Duces, Marchio-
nes, Comites sunt, hodieq; Prin-
cipes & Status Imperii dicuntur,
22 pervenerunt. † Qvamvis non
desint, qvi Principibus Regalia
ex consuetudine vetustissimâ ho-
minum memoriam excedente
competere dicant, Cravet. *consil.*
404. n. 15. & consil. 985. n. 8. Andr.
Knich. *in Elect. & Duc. Saxon. pri-*
vileg. verb. Ducum Saxon. cap. 1.
Qvorum tamen opinio minimè
est recipienda, cum de certi & de-
terminati temporis principio,
qvo cum aliis jura hæc commu-
nicata fuerunt, constet, † con- 23
suetudinis autem perpetuò ferè
lateant initia, qvod scilicet vires
eundo acqvirat, qvæ non nisi eâ
adultâ & firmâ sentiuntur, *arg. l.*
si arbiter. 28. C. de probat. Franc.
Conan. *lib. 1. comm. cap. 10. num. 5.*
Matth. Wesemb. *in parat. de lb. n. 8.*
Bodin. *de Republ. lib. 2. cap. 5.* † Cæ- 24
terùm non solummodò Princi-
pes, sed etiam Civitates Imperii ju-
ra territorialia habent, die Reichs-
städte oder freye Reichsstädte, (in-
ter qvas nulla est differentia, † 25
ut verior videtur opinio Paurmei-
ster. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2.*
cap. ultim. Matth. Stephan. *de juris-*
dict. Imper. lib. 2. part. 2. cap. 1.
contra Christophor. Besold. *lib. 1.*
polit. cap. 9. §. 11. & 12. Marqvard.
Freher. *ad Petrum de Andlo fol. 75.*
Münster. *in Cosmogr. lib. 3. cap. 18.*)
† Nam & hæ sunt immediati 26
Status Imperii, Andr. Gail. *lib. 2. ob-*
servat. 57. n. 7. Rutg. Ruland. *de*
commiss. lib. 5. cap. 4. n. 41. atqve Im-
perio non minus incorporatæ,
qvàm ipsi Principes, Prælati &
Comites, Nicol. Bell. *in thes. polit.*
lib. 2. discurs. 1. Auct. anon. *de sta-*
tu polit. seu civili lib. 4. cap. 42. Joach.
Cluten. *in syllog. rer. quotid. concl.*
27. Waremund. ab Erenberg. *de*
fœder. lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq.
Qvidni ergò † Civitatibus qvoqve 27
jura territorialia competere dice-

remus, cum Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. ult. n. 24.* Scip. Gentil. *lib. 3. de jurisdict. c. 22.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 82.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 63.* Thom. Mich. *de jurisd. th. 44. lit. e.* Caspar. Ziegler. *ad pract. Calvol.* §. Landsaß. *concl. 1. n. 203.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 5.* Clut. *in syll. rer. quotid. th. 27.* Bertram. *de Comit. th. 48.* Caspar Klock. *de collect. th. 10.* Besold. *in disc. de jur. & Imper. Civit. Imp. n. 8. & de jurisd. quæst. 7.* Henr. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. n. 8. & de collect. cap. 4. n. 34. & 40.*] † parùm 28
solliciti de nomine, an ea die Landesfürstliche / vel städtliche Obrigkeit appellitare mavis, Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 39.* qvamvis non inficiar, † rectiùs 29
dici jus territoriale in Civitabus die hohe Landes Obrigkeit / qvàm Fürstliche Landes Obrigkeit / Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 50.* ubi jura Civitatum territorialia multis propugnat contra Andream Knichen.

SECTIO XIII.

Status Imperii quatenus in Prouinciis suis Imperatorem repræsentent.

SUMMARIA.

1. *Jura territorialia speciem qvandam habent Majestatis.*
2. *Qvænam illa sint?*
3. *Majestatis imaginem habent Status Imperii in suis provinciis.*
4. *Status Imperii in provinciis suis Imperatorem repræsentant.*
5. *Commune hoc axioma. n. 9.*
6. *Falsum id videtur Paurmeistero.*
7. *Qvomodo hoc explicetur à Rosenthalio?*
8. *Explicatio Nicol. Betsii.*
10. *Explicatio Christoph. Besoldi.*
11. *Verus hujus axiomatis intellectus. n. 12.*
13. *Status Imperii potestatem suam habent ab Imperatore.*
14. *Cæsar jura territorialia communicativè concedit.*
15. *Sibi reservans Superioritatem.*
16. *Qvæ dicitur Imperatoris Reservatum.*
17. *Rejicitur opinio Kirchneri de Legatis Principum ad Cæsarem.*
18. *Legati mittuntur ab iis, qvi superiorem haut recognoscunt.*
19. *Status Imperii qvatenus participes facti Majestatis. n. 20.*

21. Mit-

21. Mittuntur à Principibus Germaniæ Legati ad Imperatorem.
22. Qviverius dicuntur Nuncii quam Legati.

Cum Proceribus & Statibus Imperii in provinciis suis competant jura territorialia, 1 † qvorum aliqva speciem sive imaginem qvandam habeant Majestatis, ut dictum *Sect. praeced.* Velliti præter jura Episcopalia ex 2 transactione Passaviensi, † jus qvoq; condendi Statuta ipsis concessum videmus. It. collectas extraordinarias imponendi, qvæ capita verè maxima habentur Majestatis; Seqvitur inde, respe- 3 ctu horum jurium, saltem † qvasi Majestatem vel potius imaginem aliqvam majestatis, Statibus Imperii in territoriis suis competere. Ex qvo commune illud Politicorum axioma promanavit, 4 † qvod Status Imperii in territoriis suis Imperatorem repræsentent, idemqve possint, qvod Imperator in Imperio, Bornit. *de Majestat. cap. 14.* Rutg. Ruland. *de commiss. lib. 5. cap. 4.* Jacob. Menoch. *vol. 1. consil. 75. n. 36.* Matth. Afflict. *decis. 305. n. 7.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 24, n. 1,* Intrigl. *de feud. quæst. 66. n. 2.* Andr. Knichen. *in privil. Elector. Saxon. verb. Ducum Saxon. cap. 1.* Cephal. *lib. 1. consil. 58. n. 65.* Challan. *in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. vers. de principe n. 14.* Keckerm. *1. polit. cap. 32. in fin.* Waremund. ab Erenberg *de subsid. Regni, cap. 15. n. 5.* Frideric. Pruckman. *in §. soluta potestas, cap. 4. membr. 3. effect. 10. n. 22.* Conrad. Rittershus. *1. part. feud. 5. qvæstion. 15.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 2. n. 6.* Matth. Wesemb. *cons. 27. n. 29.* Joh. Borch. *ad c. un. qvæ sint regal. n. 60.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 45.* Andr. Gail *de pac. publ. lib. 1. cap. 6. n. 10.* Ludolph. Schrader. *de feud. 2. part. 9. part. princip. sect. 10. num. 36. & part. 10. sect. 1. n. 33.* † nec ul- 5 lum ferè librum lucem vidisse à JCtis conscriptum, qvi non hoc axiomate ornetur, inqvit Warem. Erenb. *dict. cap. 15. n. 15.* Qvod tamen † falsissimum dicit Tob. 6 Paurmeist. *de jurisd. Imper. Roman. lib. 2. part. 2. cap. 4. n. 70.* & magno errore introductum, Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. Et cum piscationibus n. 2.* Receptumq; hoc esse, qvia gratum, ait Warem. ab Erenb. *dict. loc.* Ideoq; id † Ro- 7 senthal. (cui hoc axioma etiam periculosissimum videtur) de Duce Mediolani & Sabaudiæ aut aliter singulariter privilegiatis, vel de facto & consvetudine, illa, qvæ supremo Principi competunt, exercentibus exaudiendum putat, *in Synops. feudal. cap. 5. concl. 13. n.*

8 *13. n. 4. & seqq.* Sed † Nicolaus
Betsius hoc ad Civitates & Prin-
cipes Superiorem non recogno-
scentes restringit, qvod nempe ii
saltem habeant potestatem in
populo sibi subjecto, qvam habet
Imperator in universo, *de pact. fa-*
9 *mil. illust. pag. 433.* Aliter † de
hoc axiomate judicare, qvi arca-
na & statum Imperii nôrunt, ait
Caspar Klock. *de contribut. concl.*
10 *8.* † Christoph. Besoldus verò
hoc ita explicat, ut Ordines Im-
perii vigore perpetuæ sibi con-
cessæ jurisdictionis in subditos
suos talem obtineant potesta-
tem, qvam ante concessionem il-
lis in territoriis habuit Impera-
tor, vel adhuc haberet, si nulli es-
sent Status: & qvam per illam
concessionem Statibus largitus
est Cæsar, *lib. polit. cap. 9. §. 3. 6. & 7.*

11 Existimaverim ego, † axioma
hoc politicum non nisi de juribus
concessis exaudiendum esse, ita ut
Status Imperii, qvicunqve sint,
Principes, Comites, Barones aut
Civitates in territoriis ac provin-
ciis suis Imperatorem repræsen-
tent, idemqve possint, qvod Impe-
rator in Imperio, in juribus sibi
ab Imperatore & Imperio conces-
12 sis, † scilicet, qvaliter Imperator
absolutâ in Imperio utitur pote-
state, taliter qvoqve Proceres &
Status Imperii jura territoria
sibi concessa in provinciis suis
exercent, ita ut ab Imperatore in
ejusmodi exercitio impediri ne-
qveant; cæteris juribus, qvæ con-
cessa haud sunt, ut & Superiori-
tate Imperatori & Imperio sem-
per & ubiqve reservatâ. † Etsi e- 13
nim Status maxima etiam qvæqve
in territoriis suis obtineant, ne-
gari tamen non potest, illos ea-
dem ab Imperatore & Imperio re-
cognoscere, atqve ideò in territo-
riorum administratione, nec sum-
mam potestatem, nec Majestatem
propriè habere, Petr. Heig. *lib. 1.*
qvæst. 9. n. 8. Andr. Knich. *de jur.*
territ. cap. 1. n. 316. & cap. 3. n. 395.
& in tract. de pact. [illegible] lib. 2. cap.
3. n. 257. Paurmeist. *dict. cap. 4. n.*
66. Martin. Magerus *de Advocat.*
armat. cap. 9. n. 316. & seqq. cap. 16. n. 9.
& seq.

Imperator † enim jus Provin- 14
ciale in aliqvo territorio cuipiam
concedens, non privativè, sed
communicativè id fecisse intelli-
gitur, respectu nimirum Superio-
ritatis, † qvam sibi reservasse cen- 15
setur, Meichsner. *in decis. Camer.*
tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 8. vers. sed
circa bas. Christ. Minsing. *in tract.*
de superior. territor. cap. 4. conclus.
vers. qvia communicatio. Et ita
loqvitur Goldast. Imperator so-
let largiri Superioritatem terri-
toria-

torialem, & sibi reservare Supremitatem Eine uberschwebende Hochheit/ *in Bohem. lib. 2. cap. 10. n. 15.*
16 † qvod Reservatum vocant Imperatoris tanqvam primi ac summi Principis, id est, Regis Regum & Principis Principum, Bald. *vol. 1. consil.* 335. Alexand. Raudens. *Respons. 1. n. 263. & n. 435. lib. 2.* Mager. *dict. cap. 9. n. 821. & seq.*

17 Nescio itaq; qvomodo Herm. Kirchner defendere poterit, qvod scripsit *lib. 1. de legat. cap. 3.* qvemq; Principum Germaniæ non minus ex suo Principatu emittere posse Legatos ad alium Principem de negotiis, qvæ ad Principatum proprium spectant, qvàm alium qvemvis Regem de regni rebus.
18 Ipse † namq; Kirchnerus *eod. cap. 3. n. 2.* dicit, Legatorum missiones concessas duntaxat illis, qvi Imperiorem potestatem habent, qvod paulò pòst ita explicat: qvi ex sese, non alterius nutu & potestate dependent, qvi nulli alii subjecti, nulli obnoxii Superiori, qvi impedire illud possit. † Jam 19 verò Status Imperii superiorem recognoscere Imperatorem & Imperium, patet ex traditis *Sect. praeced.* qvod & verissimum est. Etsi enim respectu istius potestatis, qvam in administratione Imperii unà cum Imperatore in Comitiis exercent, Majestatem præ se ferant, atq; conjunctim ita considerati neminem Superiorem recognoscant; † Aliud tamen dicendum, si loqvamur de potestate 20 illâ, qvam qvisqve Statuum ceu singulus in suo Principatu obtinet, qvo respectu eos Imperio subesse, luculenter patet ex traditis *Sect. praeced.* Scio eqvidem † à Principibus Germaniæ mitti Legatos; 21 Hoc enim negare nihil esset aliud, qvàm experientiæ qvotidianæ reclamare: Ast consuetudine magis, qvàm jure id fieri, fatebitur qvisq; qvi † Nunciorum, non Legatorum 22 nomine à Principibus inferioribus ablegatos insigniri, ex Politicis didicerit.

SECTIO XIV.

Legi Regiæ Germanorum sive Capitulationi Cæsareæ ceu fundamento innititur Majestas Imperii realis; & qvàm multum differat facies moderni Imperii ab Imperio Romanorum?

SUMMARIA.

1. Facies Romani Imperii hodiè immutata.
2. Qvondam Magistratus jus saltem dicebant,

ipsis interregnis & alterationibus gubernationum persistit, Herm. Kirchner *de Republic. disput. 2. th. 3.* Christoph. Besold. *polit. lib. 1. cap.* 1. Keckerm. *lib. 1. polit. cap. 6.* Lamb. Dan. *in polit. christ. lib. 3. cap. 6.* Velstenius *cont. quæst. pol. decad. 8. quæst.*
9 *3. in fin.* † Cujus intuitu etiam post Legem Regiam populus Romanus aliqvam retinuisse dicitur Majestatem. *l. 7. §. 1. ibi: Majestatem nostram. ff. de capt. & postl. reverf. l. 3. verf. lex autem Julia, ibi: Majest. public. ff. ad Leg. Jul. Majest.*
10 Ex † qvo etiam crimen Majestatis tàm adversus populum & Rempublicam, qvàm ipsum Principe committitur, *l. 1. §. 1. ff. ad Leg. Jul. Majest.* Henr. Bocer. *de crimin. læs.*
11 *majest. cap. 1. n. 25.* † Provenit etiam hinc, qvod Reges Galliæ haud mori dicantur, scilicet qvia Rege defuncto Regnum ejusqve Majestas etiamnum durat, prout Reginæ Mariæ exclamanti: *Helas le Roy est mort:* Cancellarius respondit: *Vostre Majesté m' excusera: Les Roys ne mourent point en France.* Le
12 mercure franc. *lib. 6.* † qvamvis Galli id propterea dictum existiment, qvod nascantur, non eligantur Reges, Joach. Ernest. Dux Holsat. *in orat. pro Gall. apud Frider. Achill. de Princip. int. prov. Europ.*
13 † Et satis indigitant Majestatem realem formulæ illæ: Uns und dem Heiligen Reich/ rc. In unser und des heiligen Reichs Stadt/ in Decretis, Rescriptis & Constitutionibus Imperatoriis usitatissimæ; Voculâ nimirum (uns) Majestas Imperatoria personalis, at verbis (dem heiligen Reich) majestas realis, sive ejus Regni exprimitur, Dan. Otto *in disc. polit. de Majest. Imperii & imperant. cap. 1. pag. 6.*

Ad hanc Majestatem Imperii
† personalis majestas perpetuò respicit, & ex hâc eadem dependet. 14
Unde fit, ut Majestati Regni, regnantis Majestas tanqvam superiori obnoxia sit & obstringatur,
Kirchner. *dict. loco.* † Ut in fœderi- 15
bus qvandoq; Regni Majestas, non Regis exprimatur, Johan. Bodin.
lib. 1. de Republ. cap. 7. † Ut possit 16
Cancellarius Regni ea, qvæ contra Majestatem Regni esse videntur, Regi jubenti & flagitanti denegare, Cramer. *lib. 2. Polon.*
† Ut possit impunè lædi persona- 17
lis majestas illius, qvi contra realem Imperii Majestatem insurgit. Cic. 2. *Offic.* Bodin. *lib. 2. de Republ.*
cap. 2. † Sed unde Majestas Imperii 18
realis dignoscenda & dijudicanda? Ex solis Legibus fundamentalibus, qvibus tanqvam fundamento firmo & immoto qvæqve innititur Respublica. Johan. Althus. *polit. cap. 6.* Keckerman. *lib. 1.*

polit.cap.6. Lamb. Danæ. *lib.3.polit. christ. cap. 6.* Ita nempe Imperii Romano-Germanici, Majestas realis innititur Capitulationi Cæsareæ, qvæ Lex est Imperii fundamentalis, ad qvam vicissim Imperatoria Majestas, qvæ personalis, respicit, & ab eâdem dependet.

19 † Fit inde, ut qvi Cæsaris nostri potestatem ad tenorem obsoletæ Legis Regiæ perpendunt & æstimant, non modo operam oleumqve inutiliter consumant, sed etiam perinde faciant, atq;

Cervino capiti cervicem pictor equinam
jungere si velit — —

Frider. Hortled. *de lege Regiâ German. apud Goldast. in Polit. Imper. part. 12.* † Contra haud insulsè argumentari videntur, qvi non ex jure Latino Legibusq; Romanis, sed ex fundamentalibus Sanctionibus Imperii hodierni de potestate Cæsaris ratiocinandum assertant, † qvod verbis sat apertis exprimit Aut. Der Donawertischen *Information.pag.12.* qvando inqvit: Daß *ipsa Reipubl. German. forma* nicht aus den Lateinischen Rechten oder *Bartolo* und *Baldo*, sondern vielmehr aus des Reichs löblichen Herkommen und daher rührenden alten Verfassungen / aus der güldenen Bull / Käyser- und Königlichen *Capitulationen* / des Reichs Abschieden und *Constitutionen* zu nehmen. 20 21

SECTIO XV.

Nihilominus imperium Germanorum etiamnùm hodiè est Imperium Romanum.

SUMMARIA.

1. *Imperium modernum an sit Romanum?*
2. *Negativæ sententiæ defensores qvænam? n. 3.4.5.*
6. *Ratio prima.*
7. *Ratio secunda.*
8. *Fridericus I. conqveritur de Româ amissâ.*
9. *Judicium Salmeronis Jesuitæ hâc de re.*
10. *Judicium Stapulensis.*
11. *Qvid de hâc re senserit Baronius?*
12. *Qvid Daniel Chamier?*
13. *Judicium Andr. Alciat. & Specchio, n. 14.*
15. *Moderni Imperatores iisdem utuntur insignibus, qvibus sunt usi Impp. Romani.*

16. *Vocan-*

16. Vocantur quoq; Impp. Romani, n.17.
18. Et appellatur Imperium modernum Romano-germanicum.
19. Imperium modernum etiamnum est Romanum.
20. Ex visione Danielis Prophetæ. n.21.
22. Respondetur ad rationes contrarias. n.23. 24. 25.
26. Urbs Roma non facit Imperium Romanum. 27.
28. Ubi Imperator, ibi Roma.
29. Friderici I. judicium de Imperio Romano.
30. Ab origine legibusq; Romanis de Imperio Romano judicandum.
31. Integrum adhuc est jus Impp. in urbe Româ.

1 DIxeris itaq; : mutatâ hodiè Im-
perii Romani facie ac pote-
state Imperatoriâ per Capitula-
tionem Cæsaream haud parùm
limitatâ, neqve Imperium ipsum
ulterius rectè appellabitur Roma-
2 num? † Ita eqvidem jamdudum
sensit Beroaldus apud Francisc.
Irenic. *in exegesi Germaniæ, cap. 29.
lib. 3.* qvi interrogatus, cur in
commentariis ad Apuleium, Ma-
ximilianum Imperatorem Ger-
manorum indigitasset, in hæc
verba rescripsit: *Appellando Ma-
ximilianum Germanorum Impera-
torem, non Romanorum, secutus sum
rem, non verba; Censeo quoq; honori-
ficentius esse Imperatorem Germano-
rum, qvàm Romanorum, cum hoc se-
culo Romana Nobilitas decoxerit &
fece & qvisqviliis superstitibus, Ger-
mania verò sit viris, opibus ac ma-
gnitudine florentissima. Præterea
vocare Regem Romanorum eum, qui
Germanis imperet, credidi convenire
ambitiosis, non simplicibus Scriptori-
bus.* † *Habeo quoq; persuasissimum,* 3
*sacratissimum Maximilianum non
minus libenter audire, ut Germano-
rum dicatur Imperator, qvàm Rex
Romanorum, cum alterum reipsâ
fulciatur, alterum titulotenus blan-
diatur.* Hæc Beroaldus. † In qvam 4
sententiam etiam inclinat Johan.
Sleidanus *in Orat. ad Carolum V.*
inqviens: *Qvod qvidem Imperium
Romanum occidit & dissipatum est,
ut & tria illa, qvæ ordine præcesse-
runt ipsum, nam & ad orientem &
occidentem Solem latissimè regna-
vit, qvicqvid in Asiâ tenuit & qvic-
qvid in Africâ, totum est amissum.
Maximam Europæ & fertilissimam
partem possedit: Nunc autem ex illâ,
veluti mole creverunt alia multa Re-
gna, prorsus ab ipso corpore separata,
& nihil omninò reliqvum est, præter
titulum & nomen, qvod adhuc Ger-
mania retinet, ad qvam postremò est
delata potestas creandi Cæsaris: qvi
tamen adeò nullâ ex parte conferri
potest cum veteribus illis Romano-
rum*

rum Imperatoribus, ut ne sedem qvidem ipsam Cæsarum avitam & priscum domicilium urbem Romanam
5 *teneat.* Hactenus Sleidanus. † A qvo haud longè videntur abire Joh. Bodin. *in cap.7. method. histor.* Thuan. *in pr. lib. 2. & lib.4. in fin.* & Petrus Costalius *in l. de qvibus ff. de lb.* ubi ait: Nescire se an sit & ubinam sit Romanum Imperium, Martha *part.1. de jurisdict. cap.21. n.22.* Onuphr. Panvin. *de triumph. pag.15.* Molin. *in tract. de Monarch. franc. n.20. & 21.* Putant nimirum,
6 † qvia Imperium nostrum minutionem ingentem sustinuerit, totamqve Asiam & Africam, maximamq; Europæ partem qvondam Imperio conglutinatam, Galliam nempe, Hispaniam, Angliam, Scotiam, Ungariam, Poloniam, Prussiam, Livoniam, aliasq; Provincias, qvin & ipsum Imperii
7 caput, videlicet † urbem Romanam amiserit, id ulterius non Romani, sed Germanici nomine notandum & condecorandum esse. Nec enim homo capite diminutus ceu membro principali, *c. illi offerenti 1. q.1. l.44. in pr. ff. de relig. & sumpt. funer.* hominis titulo amplius dignus: Ita nec Imperium amissâ Româ capite Imperii, *l.2. §. 10. de vet. jur. enucl. §. ult. Inst. de satisdict.* Romanum amplius dici
8 poterit. † Idq; innuit Fridericus I. Imper. *in epistol. ad Pontif. Hadrian.* ita scribens: *Cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar & sim, speciem tantùm dominationis effingo & inane utiq; nomen porto, ac sine re, si urbis Romæ de manu meâ potestas fuerit excussa,* Radevic. *lib. 2. cap.30.* † Qvæ ratio etiam com- 9
movit Salmeronem Jesuitam, ut scriberet *in posteriorem ad Thessalonicenses, disp. 2. Imperium illud Romanum jamdiu eversum est & in multa Regna dissipatum & qvasi extinctum. Nam qvi nunc est & vocatur Imperator Romanus, tenuissima qvædam umbra est Imperii antiqui: usq; adeò ut nec ipsam qvidem urbem Romam, unde nominatur, possideat. Et per multos annos defecerunt Imperatores Romani.* † Nec non ibidem 10
Stapulens. *Ubi nunc quæso Monarchia? Ubi qvi in ea mundi regit habenas? Cum & videamus Monarchiæ caput etiam ab eâ deficere. Qvam obsecro Roma suo Regi suo Monarchæ præbet obedientiam? Et nescio, qvibus temporibus potuit major defectio apparere.* Similiter qvoq; † Ba- 11
ronius *Anno 476. §1.* cum videret, non tantum Imperatorem esse Græcum, sed ne Consules qvidem Romanos: *Sic,* inqvit, *Occidentale Imperium (qvod erat Romanum) penitus collapsum est & devolutum ad Barbaros.* † Qvibus & assentitur 12
Daniel Chamier *in Panstrat. cathol.*

tom. 2. lib. 16. cap. 2. Qvid opus est testibus, inqvit, *Res enim clamat ipsa. Primo ex tanto Provinciarum numero ne una qvidem superest, qvæ Romæ subjicitur: omnes ad Orientem Occidentemq;, Meridiem & Septentrionem sese in libertatem asseruerunt, constitutis sibi formâ propriâ Rebuspublicis: unde tam multæ Monarchiæ, passim Aristocratiæ & Democratiæ. Imo ne ipsa qvidem Roma vel Monarchia est vel pars ullius Monarchiæ. Deinde nomen, qvo nihil minus, aut magis tenue fingi potest: nomen inqvam, ipsum Imperii Romani, Romanis ablatum transiit ad exteros, Germanos Imperatores, qvorum nemo est, qvi sibi qvicqvam Romæ vindicare audeat. Qvid est igitur, qvo qvis possit credere, non interiisse Imperium?* Hæc Chamier. Eôq; re-
13 spicit † Andr. Alciat. *de singul. certam. cap. 32. Exolevit,* inqviens, *Romanum Imperium & tantùm germanicum remansit, præsertim cum sub Adcario Rege Gothorum Imperium Romanum extinctum sit unà cum Im-*
14 *peratoribus,* † Et Spechio *di libertà &c. di Vinegia ragion. 3. p. 20. L' imperio è estincto, come il fermo consentimento di tutti li scrittori venerendi da testimonianza.*

15 Nihilominus † Imperatores nostri eadem habent insignia, qvæ veterum Imperatorum Romanorum fuerunt, Aqvilam innuo Romani Imperii, tàm Christia- 16
norum, qvàm infidelium literis Romani Imperatores salutantur, veluti Imperator Turcarum hoc titulo eos compellat, teste Nicol. Reusnero *lib. 10. Epistol. Turcicar.*
† Qvin & ipsi Imperatores in man- 17
datis & literis suis sese Romanorum Imperatores appellitant: Wir N. N. von Gottes Gnaden/ erwehlter Römischer Kâyser &c.
† Atq; Imperium non semel ap- 18
pellatur Romano-Germanicum, das heilige Römische Reich Teutscher *Nation* in *Recess. Imper.* An ergò injustè Imperatores nostros signum Aqvilæ præ se ferre; aut falsô iis titulum hunc tribui asseverabimus? Id qvi dixerit, nondum extitit: & vereor omninô, ne Majestatis crimẽ incurreret, qvi contra Romano-Regiam & Imperialem dignitatem talia effutire ansit? Qvin potiùs intrepidè affir-
maverit, † etiamnum hodiè Im- 19
perium nostrum verè dici ac esse Romanum Imperium, vel saltem autoritate sacrarum literarũ con-
victus, qvæ docent, † Romanum 20
Regnum & Imperium duraturum usq; ad finem mundi, *Daniel. 2. & 7.* Imperium itaqve hoc præsens aut adhuc Romanum, aut Prophetia Danielis falsa erit, qvod posterius dicere, impium esset, Petr. Gregor. Tholos. *lib. 6. de Republ.*

publ. cap. 13. n. 24. Bened. Perrer. *lib.* 2. *in Daniel. v. 9. hujus statuæ caput &c.* Dn. Henr. Höpfner. *in Saxon. Evangel. contra Cursem sect. 2. part. 3. cap. 5. n. 3.* Dom. Arum. *in jur. public. tom 1. disc. 2.*

21 Et ne qvempiam † limitata per Capitulationem Cæsaream potestas aut tenuitas Imperii moderni offendat, ipsa Danielis visio statim succurrit, qvæ similitudine digitorum pedum ex parte ferreorum & fictilium hanc alterationem indigitat, *in dict. cap. 2. Dan.* Nam sicut pes ferreus desinebat in digitos partim ferreos, partim fictiles: Sic Imperium Romanum prius qvidem robustissimum, absolutissimum & validissimum, posterius autem infirmum, limitatum & invalidum fore, prædicitur.
22 † Ex qvo facilè corruunt argumenta Bocini, Sleidani, aliorumq; seqvacium. Nec enim Romanum Imperium certo loco includitur aut circumscribitur, sed universum orbem pervagatur, Marta Neapolit. *de jurisd. part. 1. cap. 21. n. 17.*
23 † Qvantumvis ergò pars magna Imperii occupata sit ab aliis, non tamen propterea ipsum Romanum Imperium extinctum dicitur, sed in parte ea, qvæ restat, totum etiamnum Imperium est Romanum, & ubicunqve Imperator est, id viget ac perdurat, Dom. Arum. *dict. discurs. 2.* † ad instar servitutis, qvæ semel in 24
fundo qvæsita, per partes ejusdem indivisi retinetur, *l. ut pomum. §. si prædium. ff. de servitut.* manetqve tota servitus in parte indivisâ, † ut alibi totus fundus est in parte 25
dotis, *l. ult. ff. de jur. dot.* † Inepte 26
verò ex amissione urbis Romæ contra Imperium nostrum infertur, qvia non urbis, sed orbis circulo Imperium circumscribitur: Estqve in voluntate imperantium, sedem, pro velint, Imperii cõstituere? Qvondam enim Romæ fuit, at hodiè

— Qvemcunq; sibi Germania Regem
Præficit, hunc dives submisso vertice Roma
Suscipit & verso Tyberim regit ordine Rhenus.

Günther. *in Ligur. lib. 1.* † Sic & 27
Constant. M. Imperii sedem Constantinopolim à se ædificatam transtulit, Suid. & Pompon. Læt. *in Constant.* perqve trecentos amplius annos Imperatores omnes, neglectâ Româ, sacrario Imperii Augustorumq; parente, consederunt, ut loqvitur Aventin. *lib. 4. annal. Bojor.* unde rectissimè dicitur: † Curiam ibi esse, ubi Prin- 28
ceps est; & ubicunqve Romanus Imperator, ibi Romam; ubi Helena, ibi Trojam, Petr. Heig. *lib. 1. qvæst,*

quæst. 2. n. 31. Quò verè respexit
29 † Fridericus I. *de jur. Imperat. in urbem Romam*, ita inscribens: *Vis cognoscere antiquam tuæ Romæ gloriam, Senatoriæ dignitatis gravitatem, tabernaculorum dispositionem, Equestris Ordinis virtutem & disciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? Nostram intuere Rempublicam: penes nos cuncta hæc sunt, ad nos simul omnia hæc cum Imperio demanârunt. Non cessit nobis nudum Imperium, virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit, penes nos sunt Consules tui, penes nos est Senatus tuus, penes nos est miles tuus*, apud Goldast. *tom. ult. Const. Imper. p. 33.* Qvin & † ab origine Legibusqve Romanis de Imperio Romano judicandum putaverim. Cœpit autem nostrum Imperium Romæ, licet Cæsar noster Romæ non resideat: & Leges Romanas à Justiniano compositas in scholas & tribunalia introduxerunt Augustissimi Imperatores, utrumq; in signum veteris illius Romanitatis & stantis adhuc Imperii argumentum, cum Dn. Hôpffnero, *dict. cap. 5. n. 2.* Ne dicam qvicqvam † 31
de jure in urbe Româ Imperatoribus adhuc integro: veluti rescripsit Imperator Fridericus II. Pontifici: *Italia hereditas mea est & hoc notum est toti Orbi*, Goldast, *tom. 3. Constit. Imper. pag. 658.*

SECTIO XVI.

Legi Regiæ Imperator ne qvidem Archiprincipum Electorum consensu contravenire potest.

SUMMARIA

1. *Majestas realis perpetua est & Imperio coæva.*
2. *Imperator Capitulationi neqvit contravenire.*
3. *Ratio prima.*
4. *Ratio secunda.*
5. *Ratio tertia.*
6. *Pacta & contractus etiam Principes obligant. n. 7.*
8. *Legibus Imperator est solutus.*
9. *At non legibus naturalibus.*
10. *Explicatio l. 26. C. de donat. int. vir. & uxor. n. 12.*
11. *contractus instar Legum obligant contrahentes.*

13. Ne qvi-

13. Ne qvidem Electorum consensu immutari vel tolli potest Capitulatio.
14. Electio Imperatoris, nomine Principum & totius populi ab Electoribus peragitur.
15. Qvænam potestas Electoribus concessa? n. 16.
17. Num pro statu Reipubl. aliæ conditiones inseri qveant Capitulationi?
18. Negat hoc Baldus.
19. Sed contrarium docet praxis Imperii. n. 20.
21. Consultant Electores de conditionibus præscribendis ante novi Imperatoris Electionem.
22. Modernæ Capitulationes in generalibus conveniunt.
23. Methodus tractationis in hoc commentario.

1 QVum Majestas Imperii realis perpetua & Imperio coæva, adeòqve & fundamentum istius, qvod est Capitulatio Cæsarea perpetuum ac firmũ sit, supr. Sect.
2 14. luculenter inde apparet, † Imperatorem Capitulationi contravenire, eamq; retractare non posse, arg. l. sicut 5. C. de obligat. & action.
3 Præterqvam enim † qvod conditionibus in Capitulatione præscriptis Imperator juramento fuerit obstrictus, Bey Königlichen Ehren/ Würden und Worten in Namen der Warheit/ inmassen wir denn des einen leiblichen Eyd zu Gott und dem heiligen Evangelio geschworen / qvod violare nefas esset: Non suo nempe Im-
4 peratoris, † sed Electorum consensu Capitulatio est concepta, qvorum constituentium autoritas ad hoc, ut ab eâdem recedere liceat, accedat necesse est, cum nihil tàm naturale sit, qvàm eodem modo, qvo qvid colligatum, destrui, l. nihil. ff. de Reg. jur. Frid. Pruckman. de solut. potest. effect. 4. Herm. Kirchn. de Republ disput. 4. † Adeòq; conditionibus in Capi- 5
tulatione sibi præscriptis Imperator adstringitur ex contractu cum Principibus Electoribus inito, cui neutiqvam contravenire potest, qvippe qvi non minus ac qvilibet privatus cum alio contrahens inde obligatur: † In commutativâ 6.7
enim justitiâ, qvæ sola in pactis & contractibus dominatur, rerum duntaxat non personarum habetur ratio, Matth. Wesemb. in parat. ff. de just. & jur. n. 11. † & pacta 7
juris sunt gentium & naturalis, l. 1. ff. de pact. l. 7. in pr. eod. l. 1. ff. de const. pecun. qvo jure omnes tenentur homines, l. omnes populi ff. de just. & jur. nec ulla est hominum differentia, §. 2. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Waremund. ab Erenberg de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 160. Bald. in

Rubr.

Rubr. de constit. pecun. Panor. *de dict. & fact.* Aphons. *lib. 1. n. 58.*

8 Inqvies tamen, † si Imperator legibus solutus est, *l. 31. ff. de lb.* utiqve & contractum retractare poterit: Cum contractus & pactum Principis Lex sit, teste ipsomet Imp. Justiniano *in l. donationes 26. C. de donat. int. vir. & uxor. in verb. Utpote Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus.* Sed † na-
9 turalibus legibus Imperator nullo modo est solutus: jam verò pactum & conventionem seu contractum in sese consideratum, haud juris civilis, sed naturalis esse, ecqvis dubitaverit? *dict. l. 1. ff.*
10 *de pact. l. 1. ff. de const. pecun.* † Neq; contractum Principis pro Lege haberi probat *dict. l. 26.* ex qvo nil aliud infertur, qvàm qvod contractus Principis, qvoad ipsum Principem & eum, qvo cum contraxerit, legis vicem habeat, ita ut qvemadmodum Lex subditos, qvibus præscripta est, ad sui observantiam obstringat; sic etiam Principis factum, tàm Principem ipsum, qvàm privatum, qvi cum eo contraxit, ad observantiam
11 obliget: † qvo respectu etiam in genere contractus instar Legum contrahentes dicuntur obligare, *l. legem qvam C. de pact. l. 23. ff. de Reg. jur. l. 15. ff. de publ. & vectigal.* Ferd. Vasq. *lib. 1. illustr. controv. cap. 3. n. 6.* † Aliter textum *dict.* 12
l. 26. explicat Petr. Heig. *in §. sed & qvod Principi Inst. de jur. nat. gent. & civil.* nimirum, ut qvod Princeps, suis in contractibus contra juris civilis solennitatem facit, legitimum ac firmum habeatur, qvoniam iste aliorum in actibus solennitates supplet, *l. omnium 19. C. de testam.* Videaturqvoq; Gregor. Lopez. *1. animadvers. 35.*

Hocq; † adeò verum existimaverim, ut Capitulatio, in qvam Imperator juravit, ne qvidem Electorum consensu immutari vel tolli possit, cum alia hoc casu sit ratio constructionis & destructionis. Illa siqvidem cum Imperii commodo: Hæc verò cum ejusdem detrimento est conjuncta. Etsi enim potestas eligendi Imperatorem penes solos Electores residet: attamen † hi, qvicqvid a- 14
gunt in Electione, id nomine reliqvorum Principum totiusqve populi agere videntur, Nicol. Cusan. *de concord. cathol. lib. 3. cap. 4.* Proinde illorum electio habenda, ac si à totâ Universitate Principum & Populi, à qvibus potestas in ipsos fuit collata, facta esset, Babenberg. *de jur. Regn. & Imper. Roman. cap. 6.* † Neqve 15
alia ipsis potestas videtur concessa, qvàm qvæ cum Reipublicæ commodo & salute Imperii con-

16 juncta est. † Ex qvo Albertus Elector Moguntinus ad Collegas Electores *in oratione habita in renunciatione Caroli V. Imp.* Conciliabit, *inqvit*, benevolentiam Principum, qvi vobis tantæ rei arbitrium solis commiserunt, ut Dominum ipsis, ut custodem publicæ salutis, ut Ecclesiæ orbis terrarum propugnatorem eligeretis, Philipp. Melancht. *in hist. elect. Caroli V.* At legem fundamentalem sive Capitulationem tollere vel immutare, qvid aliud, qvàm statum & salutem Imperii nostri evertere? Nicol. Cusân. *de concord. cathol. lib. 1. cap. 2. n. 29. & seq.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 5.* Machiav. *part. 1. theor. 1.*

17 Qvid verò, † si Principes Electores pro statu Reipublicæ novo Imperatore saltem designato, alias conditiones Capitulationi inserere, eamqve ex parte immu-
18 tare velint? † Nec tùm ipsis hoc licitum arbitratur Bald. *in cap. licet. extr. de elect.* Qvid ipsi defendendum relinqvo; nam praxis
19 Imperii contrarium docet. † Pro statu enim Reipubl. aliæ atq; aliæ conditiones & Leges ab Electoribus novo designato Romanorum Regi præscribuntur, Casp. Ens *in libell. de elect. & inaugurat. Reg. Ro-*
20 *man. cap. 1.* † Pluraq; membra tempore subseqventium Impp. prioribus adjecta, & ita Capitulationem sensim auctam fuisse, novimus. Qvâ de causâ † Elec- 21
ctores tempore electionis Caroli V. convenerunt de conditionibus deliberaturi, qvas Caroli Legatis proponerent, qvi Moguntiæ eventum expectabant, de qvibus posteà per aliqvot dies nonminùs fuit contentionis, qvàm de ipsâ electione, Georg. Sabin. *in histor. de elect. & coronat. Caroli V. qvæ subjecta est* dem ausführlichen Bericht / wie es uff Reichs-Tägen pfleget gehalten zu werden. Joh. Sleidan. *lib. 1. pag. 26.* Casp. Ens *dicto libello cap. 3.* Idq; etiam in nuperâ D. Ferdinandi III. electione factum, suæqve Majestati nova qvædam capita fuisse proposita, *ex Capitulatione infrà apposita* elucescit. † Qvamvis ho- 22
dierno tempore Capitulationes Impp. in generalibus ferè conveniant, uti manifestum est ex Capitulatione Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. & Ferdinandi II. apud Sleidan. *lib. 1. comm.* Melch. Goldast. Haiminsfeld. *part. 2. sub Anno 1519. 1520.* in den Politischen Reichshändeln *part. 5. sub Anno 1562. & in latin. edit. Polit. Imperial. part. 12. sub Anno 1575.* Joh. Limn. *de jur. pub. lib. 1. cap. 12.* Qvas unà cum Capitulationibus D. Mat-

chiæ & Imperatoris moderni invictissimi Dn. Ferdinandi III. (cui DEUS vitam longævam largiatur,) prout earundem tenorem accepi ex amica manu JCti eximii Dn. Cornelii Crollii in jure pariter publico & privato peritissimi, Affinis mei honorandi, *in calce hujus Commentarii* annectere placuit.

Eæq; respiciunt in generalioribus † vel Ecclesiæ & Pontificis Romani defensionem: Vel jurium & Privilegiorum confirmationem: Vel Bellum: Vel Conventus: Vel Confœderationes: Vel bona & jura Imperii: Vel vectigalia: Vel juris administrationem: Vel officia illustria & rescripta: Vel electionem Imperatoris & Interregnum. Qvem ordinem in explicatione & nos seqvemur. 23

CAPUT II.

De Ecclesiæ ac Pontificis Romani defensione; & qvalis competat circa jura Ecclesiastica potestas Imperatori: Qvodqve sit jus Majestatis Ecclesiasticum sive sacrarum?

SUMMARIA.

1. Differunt ab invicem jurisdictio Politica & Ecclesiastica.
2. Sententia Henrici Imperatoris de Hildebrando ad Episcopos.
3. Probat eandem differentiam Nicolaus Papa.
4. Ratio hujus distinctionis. n. 5.
6. Ecclesiastica potestate prædictus subjectus est politicæ potestati.
7. Politicus Magistratus custos est sacrorum.
8. Sacerdotii & Regni munera fuerunt conjunctim administrata apud Veteres.
9. Magistratui politico ecclesiastica competit potestas. n. 10.
11. Promittit Imperator defensionem Ecclesiæ & Pontificis Romani.
12. Verba Capitulationis.
13. Duo membra hujus articuli. n. 14.
15. Religio efficax remedium pro conservanda obedientia. n. 19.
16. Tota vita religione constat.
17. Superstitiosæ Religiones cur excogitatæ à conditoribus Civitatum.
18. Moschovitæ & Russi sunt obedientissimi Domino suo.
20. Numinis metus multum profuit Columbo adversus Americanos.

2. Religionis defensio soli Imperatori meritò committitur.
3. Falsò Imperator Papæ jugo submittitur.

DIfferunt eqvidem, † nec misceri invicem debent jurisdictio Politica & Ecclesiastica: Qvia diversa sunt crucifixus & summa potestas: Miles & Sacerdos: Imperator & Pastor: Regnum & Patibulum: Corporalia & Spiritualia: Arma & Sacra: Bellum atqve Pax: Cæsar & Nuncius: Princeps & Minister: Dominus & Servus, uti scripsit Ludovicus Imperator contra Johannem XXII. Aventin. *lib. 2. annal.* Hincmar. Archiepisc. Rhemens. *de potestat. Regum & Pontif.*
2 *cap. 1.* † Et Henricus Imperator de Hildebrando ad Episcopos: *Unus cum utrumqve sibi vendicavit, utrumq; dissipavit, nec in uno profuit, qvi in neutro prodesse voluit nec potuit*, Abbas Ursperg. *in Chron.*
3 † Idemqve luculenter innuit Nicolaus Papa in Epistola ad Michaelem Imperatorem: *Ut ideò militans DEO minimè se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qvi esset negotiis singularibus implicatus.* Qvod posteà repetiit Carolus Calvus in Epistolâ Apologetica contra Adrianum II. apud Goldast. *tom. 1. Constitut. Imper.* Optimâ sanè ratione, non tantùm
4 † ne jurisdictiones distinctæ confundantur, qvarum confusione nihil datur inordinatius; sed & ne alterutrum officiorum negligentius obeatur, ut qvæ circa diversa sunt occupata, Henning. Arnis. *de exempt. Cler. cap. 1.* † Ecclesiastica siqvidem jurisdictio 5
circa animas versatur, circa res divinas, spirituales & cœlestes, & dirigitur ad vitam æternam obtinendam: Politica verò circa corpora, res mundanas, temporales & terrenas, *Johan. 18. v. 36. Roman. 14. v. 19.* cujus finis est salus Reipublicæ, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1.* Henr. Eckard. *de ordine ecclesiast. & polit. part. 1. sect. 1.* Hütter. *in act. advers. Jacob. Gretser. cap. 2. pag. 15.* Balthas. Meisner. *de legib. lib. 4. sect. 2. qvæstion. 2.*

Nihilominus † Ecclesiasticâ 6
potestate præditus subjicitur politicæ potestati, tùm ratione bonorum temporalium, tùm ratione diligentiæ & negligentiæ in sui muneris functione, Eckard. *de ordin. Ecclesiast. part. 3. cap. 2. qvæst. 1. & cap. 3.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. cap. 4.* Et vicissim † in politicâ potestate con- 7
stitutus, erga potestatem Ecclesiasticam habere se debet non saltem

tem ut Ovis, in qvantum fidelis;
sed & ut Custos & Patronus, in
qvantum Magistratus, cui maxi-
8 me incumbit, sacra tueri. † Ex
qvo veteres pleriqve Sacerdotii &
regni munera conjunctim habue-
runt, Petr. Gregor. Tholosan. *lib.*
8. de Republ. cap. 2. num. 6. Henn.
Arnis. *in tract. de exempt. Clericor.*
9 *cap. 1. n. 4.* † Qvo respectu Ma-
gistratui etiam politico Ecclesia-
stica competit potestas, David Pa-
ræus *ad cap. 13. Romanor.* Henr.
Eckard. *in ordin. ecclesiast. & polit.*
10 *part. 1. cap. 1.* † Hinc Constan-
tinus Imperator ad Episcopos:
Vos estis Episcopi in Ecclesiâ; Ego
extra Ecclesiam seu templum Episco-
pus à DEO sum constitutus, Euseb.
lib. 4. cap. 24. Jurat igitur & pro-
mittit in Capitulatione Impera-
11 tor; † qvod tempore suæ di-
gnitatis, officii & Regiminis,
Rempublicam Christianam, Pon-
tificem & Ecclesiam Romanam
commendatam sibi habere, tueri
ac defendere velit, Sleidan. *lib. 1.*
12 *comm. p. 28.* † Verba Capitulatio-
nis hæc sunt: Daß wir in Zeit sol-
cher unser Königlichen Würden/
Amts und Regierung die Christen-
heit und den Stuel zu Rom/ auch
Päbstliche Heiligkeit/ und die Christ-
liche Kirche/ als derselben *Advocat*
in guten treulichen Schutz und
Schirm halten wollen/ rc. Cujus
articuli duo sunt membra, † qvo- 13
rum unum Rempublicam Chri-
stianam: alterum Ecclesiam Ro-
manam & Pontificem ipsum re-
spicit. Posterius eqvidem specia-
liter exprimere haud necessarium
fuisset, qvia cum Imperatori in-
cumbat cura Reipublicæ Christia-
næ universalis, cujus ceu pars
qvædam necessaria est Ecclesia,
utiqve illam salvam dicere haud
possumus, si non & hæc tuta ac
qvieta existat. Attamen † propter- 14
eà forsan id factum, qvod multum
Reipublicæ intersit, Religionem
& Ecclesiam conservari ac pro-
pagari: Cùm in eo verè consistat
Reipublicæ salus, ut cives fidelem
præstent Superioribus obedien-
tiam, ad qvam rem vix aliud re-
medium Religione est efficacius.
† Numinis enim metus est, qvi 15
tùm supremam potestatem ha-
bentes, tùm potestati subjectos
intra regiones & metas officii
continet, Lips. *polit. 2. cap. 3.* † I- 16
mò tota vita religione constat,
Plin. *4. cap. 18.* omnesqve religione
moventur, Cic. *5. Verr.* † Unde 17
Reipublicæ tuendæ gratiâ tàm
variæ superstitiones à Condito-
ribus Civitatum vel aliunde sunt
assumtæ vel noviter excogitatæ,
iisq; etiam immanissimæ tyranni-
des conservatæ, Machiav. *in disc.*
† Veluti qvoqve Moschovitæ & 18

Russi Domino suo in omnibus, qvicqvid etiam tyrannicè agat, obedientiam præstant, cum DEI voluntate omnia geri existiment, Chytr. *lib. 1. Chron. Saxon.* Ut certè haut absqve ratione doceat Johan. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap.*
19 5. † si homines nec vi armorum nec facultate dicendi duci velint, ipsos religionis studio & Numinis
20 metu cogendos esse. † Qvo remedio Christophorus Columbus adversus Americanos felicissimè usus, cum iisdem Lunæ deficientis terrorem objiceret, Salmuth *in reb. memorab. ad Panciroll. lib. 2. tit.* 1. Tanta si falsæ Religionis est efficacia in animis hominum, qvid vera non efficeret in Republica Christiana? Ut non immeritò † 21
Religionis defensio soli Imperatori committatur. Cujus tamen potestatem circa jura ecclesiastica hodiè Pontificii adeò deminutam autumant, ut non nisi titulo Advocatię Imperatori relicto, † ipsum 22
Papæ jugo submittant, qvin & Vasallagii jure ei devinciant. Sed malè omninò & contra hoc membrum Capitulationis, ut ex seqventibus patebit.

SECTIO I.

Cura Religionis propriè ad Cæsaris officium spectat: ex qvo Imperatori nostro titulus Christianissimi jure attribuitur.

SUMMARIA.

1. Cura Religionis & defensio Ecclesiæ Imper. incumbit. n. 4. 5.
2. Etiam de jure divino.
3. Magistratus est minister DEI.
6. Causa Apostasiæ ab Apostolicâ doctrinâ. n. 7.
8. Principum fervor in cura Religionis.
9. Rex Hispaniarum Catholicus.
10. Qvem titulum habet à Pontifice Johanne IIX.
11. Impietas alicujus Regis Hispaniarum.
12. Angliæ Reges fidei Defensores.
13. Reges Galliarum vulgò appellitantur Christianissimi.
14. Causa hujus tituli duplex. n. 15.
16. Jure hereditario vendicat sibi titulum Christianissimi Rex Galliarum.
17. Devotio Ludovici Pii.
18. Imperatori Romano titulus Christianissimi jure debetur.

19. Qvem

19. Quem primum meruit Pipinus ab Urbano II. Pontifice.
20. Inscriptio Sepulchri Caroli M.
21. Ecclesia Romana orat pro Christianissimo Imp. Romano.
22. Quo facto titulus Christianissimi hodie tribuatur Regi Galliarum.
23. Imperator Romanus Defensor & Advocatus Ecclesiæ.
24. Ratio hujus tituli. n. 25. & 26.
27. Lutherus orat Carolum V. ut suscipiat tutelam doctrinæ Christianæ.
28. Idq; officium esse Imperatoris, fatentur Protestantes.
29. Imperator ab Electoribus habetur caput Ecclesiæ & populi Christiani. n. 30.

1 QVum Imperator Romanus ex
hoc Capitulationis membro
ad defensionem Ecclesiæ vi præ-
stiti juramenti sit obstrictus, ini-
qve certè fecerit, tam contra uti-
litatem publicam, qvam contra
dignitatem Cæsareæ Majestatis,
qvi curam & defensionem Reli-
gionis in alterius, qvam hujus
imperio & officio sitam conten-
2 derit. Ac vereor omnino, † ne in
jus divinum impingat, Magistra-
tui enim à DEO commendatam
esse curam & custodiam totius
Legis seu utriusqve tabulæ, qva-
rum prior circa spirituale, poste-
rior autem circa civile bonum
Ecclesiæ versatur, probat expres-
sissimum DEI mandatum, *Deut.*
3 *17. & Jos. 1.* Ex qvo † Magistratus
dicitur Minister DEI, qvi curat
& disponit legibus non tantum-
modò de bono civili & naturali,
sed etiam de bono spirituali & su-
pernaturali, qvo cives suos qvàm
optimos & felicissimos reddat,

Roman. 13. ubi David Paræus *dub.*
5. præcogn. 2. Christ. Besold. *lib. 1.*
polit. cap. 4. † Hinc autor *consilii* 4
editi An. 1538. Wie es umb die Kir-
chengütere geschaffen / und wie mit
denselben umbgangen werden solle /
verissimè scripsit *art. 4.* Es erfor-
dert auch dz göttliche Recht / daß die
Obrigkeit / was zur Religion gehö-
ret / zum ersten und besten versehe.
Et art. 5. In der Natur und We-
sen der rechtē Obervorwaltung ist /
daß die Religion für allen und was
dazu gehöret mit bestellet uñ vorse-
hen werde. Weil denn gedachte O-
brigkeitē im Reich die Obervorwal-
tung haben / so haben sie auch das
Recht / die Religion und was darzu
gehöret / Christlich zu bestellen und
zu vorsehen / † wie dann die *Religion* 5
publici juris, und sol sie Käys. Maj.
dabey hand haben / und ihnen in de-
me allerdings keinen Eintrag thun /
so lange sich nicht erfindet / daß sie
die Religion unrecht vorwalten.
Unde enim Ecclesiæ Romanæ

†ab

6 † ab Apoſtolicâ doctrinâ apoſta-
ſia, niſi hinc orta eſſet, qvod Prin-
cipes occupati aliis negotiis, Reli-
gionis curam ſolis Epiſcopis, Epi-
ſcopi Suffraganeis, Suffraganei
Monachis & Sophiſtis reliqve-
rint. Qvâ occaſione Pontificis
& Epiſcoporum in immenſum
excrevit potentia, ut jam ipſis
7 Monarchis ſit formidabilis: †
Nempe qvod excluſis à Religionis
curâ Principibus ſuum eſſe de Re-
ligione & fide Eccleſiæ in ſolidum
diſponere, Principum verò, Decre-
tis Epiſcoporum citra hæſitatio-
nem obtemperare, omnibus per-
ſvaſerint, David Paræus *dict. loc.*
8 Idqve jam dudum † Reges ac
Principes animadvertêre, qvi Re-
ligionis & Eccleſiæ curam ſibi in
tantum fecerunt propriam, ut ab
eâ appellari voluerint. Ita enim
9 † Hiſpaniarum Rex dicitur Ca-
tholicus: Qvod nempe ſtudeat
fidem & Eccleſiam catholicam
10 defendere ac propagare. † Qvem
titulum ipſemet Pontifex Johan-
nes IIX. tribuit Alphonſo: Jo-
hannes ein Knecht aller Knechte/
entbeut *Alphonſo* dem aller Chriſt-
lichſten Könige ſeinen Gruß. Chop-
pin. *de ſacr. Polit. forenſ. lib. 1. tit. 7.
n. 18. & lib. 3. de doman. gall. tit. 30.
n. 3.* Huic Alphonſo duplici ti-
tulo cognomen Catholici aſſerit
Baronius: Primùm, qvia catho-
licam propagavit Religionem;
Deinde, qvoniam ſucceſſerit Re-
cerardo, cui totius Concilii Tole-
tani tertii Anno 589. acclamatio
eum honorem prius detulerat,
Gaſpar Scioppius Regis Hiſpan.
Stipendiarius *in conſilio Regio p. 32.*
Sed proh dolor immemor fuit
hujus tituli Rex Hiſpaniarum,
† qvi cum â Deo caſtigatus eſſet, 11
tàm impatienter id tulit, ut inju-
riam ſe ulturum juraverit, & mox
edixerit ſubditis: Ne proximo
decennio Deum adorarent, nec
crederent in eum, nec de eo loqve-
rentur, Georg. Frider. Limp. Baro
*apud Frider. Achill. in orat. contra Hi-
ſpan. pag. 305.*
Qvid Angliæ Reges? † Hi de- 12
fenſores fidei ſe appellitare jacti-
tant: qvem titulum Henrico IIX
ab ipſo Pontifice, cum contra B.
Lutherum ſcriberet, indultum, ii
poſteâ in ſenſum meliorem in-
terpretati ſunt, Pierre Matth.
*tom. 2. liv. 6. narrat. 2. pag. mihi
419.* At Pontificii hoc elogium ei
amplius non deferendum ſtatu-
unt: Notatur hinc Caſaubonus
à Bulengero: *Vellem*, inqvit, *per-
ſvaſionis ſuæ defenſorem appellâſſet.
Nec enim eâ fides eſſe poteſt, qvæ ab
Eccleſiæ Catholicæ fide, ſacrarum li-
terarum verbis & mente ac unanimi
veterum conſenſu diſcedit. Diatrib.
1. p. 1.*

Por-

13 Porrò & † Reges Galliarum ad coërcendum ac refrenandum abusus Religionis & supergressiones Ecclesiasticorum, ipsorumq; Pontificum & Romanorum, jam supra annos plus qvàm mille, multas Leges & Edicta sancivêre, Molin. *de Monarch. Franc. n. 99. & 139.* Estienne Pasqvier *lib. 3. de Recherches cap. 27.* Christoph. Besold. *de appellat. cap. 4. n. 11.* Thuan. *lib. 16. histor. fol 735.* ut propterea ipsos vulgò Christianissimos appellitent, Estien. Pasqvier. *dict. livr. 3. de recherches de la France, chap. 14. pag. 268.* Paradin. *de antiqvo statu*
14 *Burgund. cap. 3. p. 12.* † qvod scilicet de Ecclesiâ sint solliciti. Qvo titulo subditos etiam dormientes excitari, ut obedientiam Regi præstent, scripsit L'autheur *d'utile & salutaire advis au Roy pour bien regner.* qvando ait: *Voulant que toute creature soit soubmise aux puissances souveraines, qui sont venues du ciel: à combien plus forte raison aux commandemens du Roy treschrestien.*
15 † Qvamvis alii hujus encomii eam dent rationem, qvod Rex Francorum sacro oleo in coronatione fuerit unctus, de qvo Nicol. Bellus: Die Ceremonien der Königlichen Salbung (welche zur Zeit der Kinder Israel von Gott eingesetzet worden / und welcher Gebrauch ein Zeichen einer sonderlichen *prærogativ* ist) hat in Franckreich vor tausend Jahren ihren Anfang genommen / wird auch heutiges Tages eine heilige Ampel in der Stadt Reims gezeiget / mit welchem Oele die Könige in Franckreich gesalbet werden. *in thesauro Polit. lib. 2. discurs. 12.* † Qvin & jure 16
hereditario hunc titulum peculiariter Regibus Francorum tributum, qvidam autumant, ita ut citra eorum injuriam, nemo alius Rex illum sibi vendicare possit:
† in qvo supra modum delectatus 17
Ludovicus Pius, adeò devotum se præstitit, ut 40 dies ante obitum suum nullo alio cibo, qvàm sacræ Cœnæ vesci voluerit, Joach. Ernest. Dux Holsat. *apud Frid. Achill. in orat. pro Galli. i.*

Sed dicant Galli, qvicqvid velint, certè † Imperatori nostro en- 18
comium Christianissimi optimo jure competit: idq; sive dignitatem sive merita ipsius perpendamus. Novimus enim † Pipinum 19
Germanum & Francum Orientalem primum hunc titulum meruisse ab Urbano II. qvi posteà in illius filio Carolo M. ejusdemqve successoribus fuit continuatus, qvod & ipsius † sepulchrum de- 20
clarat tali inscriptione: *Caroli M. Christianissimi Imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum est.* † Et orat etiamnum 21

hodiè Romana Ecclesia in die Parasceves pro Christianissimo Imperatore Romano. Qvod verò ad nostram usq; ætatem singulariter Reges Francorum hoc elogio sunt
22 honestati, id forsan accidit † ex solâ illâ consvetudine, qvæ in stirpe Carolinâ inolevit: accedente incuriâ qvorundam Imperatorũ, qvi qvod suum est, sibi vendicare non studuerunt, Melch. Goldast. *in polit. Imper, part. 11. pag. 595.*

Et qvidni Imperatori nostro titulum Christianissimi attribuere-
23 mus? qvi † Ecclesiæ defensor est & Advocatus, der gantzen Christenheit rechter Schutz uñ Schirm/ *Recess. Imper. August. de Anno 1518. §.* Erstlich. *It.* Ein Obrister Voigt uñ Schirmherr der heiligen Christlichen Kirchen/ *Recess. Imper. Augustan. de Anno 1536. §.* Auff solches unser gnädigst Erinnern. Nimi-
24 rum † qvia, ut suprà dictum, Cæsari incumbit providere, ut non solum pacifice, sed etiam piè subditi vivant, qvia Principes seculi intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, qvo per eandem potestatem muniant Ecclesiam, Henning. Arnis. *de juribus Majestatis major. cap. 6. n. 11.* Unde Justi-
25 nianus Imperator fatetur † se nihilo minorem Ecclesiæ curam habere, qvam vitæ. *Novell. 3. in fin.* Et Gregor. V. *in c. in dic. de consecrat. dist. 5.* inqvit, † Regimen Romanæ 26
Ecclesiæ concessum Teutonicis, ut secundum Isidorum Principes seculi cognoscant, se Deo reddituros rationem propter Ecclesiam, qvam à Christo tuendam suscipiunt, nam sive augeatur sive solvatur pax Ecclesiæ, ille ab eis rationem exiget, qvi eorum potestati suam Ecclesiam tradidit, *c. principes 23. qvæst. 5.* Lupoldus de Babenberg *de jur. Regn. & Imp. Rom. cap. 8.*

Hinc & Anno Christi 1520. ad Imp. Carolum V. Lutherus scripsit: † *Se confugere ad supremum* 27
Magistratum tanqvam ad aram præsidiumq;, orans, ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, idq; se facere exemplo Athanasii, Johan. Sleidan. *lib. 2. comm.* Et posteà ad Fridericum Saxon. Ducem refert: *Vehementer sibi gratum esse, qvod Cæsar hujus Causæ, qvæ publica sit, cognitionem recipiat*, Sleidan. *dict. lib. 2. pag. 55.* Idq; Imperatoris officium esse, † probàrunt non solum- 28
modò Protestantes, qvando Anno 1532. Rangoni, Legato Pontificio responderunt: *Cum nondum desiderio Ordinum (de concilio legitimo & libero) satisfecerit, orare sese plurimùm, Cæsar det operam, ut legitimè res agatur, nam hoc ipsius esse officium, eiq; licere legibus*, Joh. Sleidan. *lib. 8. comm. fol. 233.* Sed & ipsimet Electores vota sua eò dirigunt, † ut

29 † ut eligant talem, qvi Christianus sit & caput populi Christiani, Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 29. & 30.* Idq; fecit Elector Trevirícus in Electione Caroli Regis Hispaniarum Anno Christi 1519. *Talem*, inqvit, *Respublica desiderat, qvi præter alia constituat & emendet Ecclesiæ statum.* † Qvod & Moguntinus Elector prudenter admonuit, Georg. Sabin. *in histor. de elect. & coronat. Caroli V.* Casp. Ens *in libello de elect. & inaugurat. Reg. Rom. cap. 5.* Sleid. *lib. 1. comm. fol. 28.* 30

SECTIO II.

In qvâ vindicatur jus Majestatis ecclesiasticum, sive jus Sacratum Imperatoris ab injuriis Bellarmini & Stapletoni.

SUMMARIA

1. Imperator qvo jure ad curam & defensionem Ecclesiæ obstrictus?
2. Magistratus Ecclesiæ nutritius.
3. Jus Majestatis ecclesiasticum qvodnam?
4. Princeps supremus in causa Religionis non recognoscit Pontificem Superiorem.
5. Denegant Magistratui Politico ecclesiasticam potestatem Bellarm. & Stapleton.
6. Rationes Bellarmini & Stapletoni. n. 7. 8. 9. 10. 11.
12. Rejicitur sententia Bellarm. & Stapletoni.
13. Duplex potestas Ecclesiastica.
14. Distinctio hæc potestatis Ecclesiasticæ à Constantino M. approbata.
15. Detegitur error Bellarm. & Stapletoni. n. 16. 17.
18. Imperator qvatenus Pontifex in Ecclesiâ?

1 IMperator itaq; non solùm juratâ promissione, qvam in Capitulatione fecit, sed etiam ratione officii Cæsarei ad curam & defensionem Ecclesiæ obligatur, qvia
2 scilicet † nutritius Ecclesiæ est, & ad muros ejus ædificandos constitutus, *Esai. 49. & 60.* ut sic optimo jure potestas Ecclesiastica ipsi attribuatur, qvam vulgò † jus 3
Majestatis ecclesiasticum sive jus sacratum appellitant, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 15.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 8. de Republ. cap. 2 n. 6.* Henning. Arnis. *de exempt. Cleric. cap. 1. n. 4.* David Paræus *in tract. de potest. Regiâ contra Papam. fol. 74.*

4 Ex qvo † Principes eos, qvi in re divinâ & in causâ Religionis constituendâ Superiorem sibi Romanum Pontificem tenent, haud supremos vocandos, arbitrantur Waremund. ab Erenberg *cap. 1. verisimil. n. 5. 11. 21. & cap. 2. n. 11. & seqq.* Frider. Balduin. *in dist. de heret. cap. 2. th. 51.* Alber. Gentil. *disput. Reg. 1. fol. 8.*

5 Negant èqvidem † Bellarmin. *lib. 1. de Pontif. Romano, cap. 7. & lib. 3. de Laicis, cap. 17.* ejusq; asseclæ, imprimis verò Stapletonus *repet. schol. cont. 2. quæst. 5. art. 1.* ad Magistratum politicum pertinere judicium de Religione seu potestatem
6 Ecclesiasticã, † eò qvod Magistratus secularis sit de numero Ovium, non Pastorum: nullam verò oves habeant jurisdictionem in gregẽ.
7 † Qvodq; Principes, qvi nec verbum prædicant, nec sensus exercitatos habent in scripturis, (cum solis Ecclesiæ ministris Spiritum veritatis Christus promiserit) de verbo Dei non possint judicare.
8 † Veluti qvoq; Lutherus idipsum videtur approbare, *tom. 2. contr. art. Lovan.* inqviens: *Non est Regum aut Principum veram doctrinam confirmare, sed ei subjici & servire.* Et Melanchthon *in exam. Non condant Magistratus dogmata in Ecclesiâ, nec instituant cultus ut fecit Na-*
9 *buchodonosor.* † Unde Hosius & Leontius sancti Episcopi Constantio Imperatori flagitanti, ut Athanasius deponeretur, responderunt per literas: *Tibi* Deus *Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ,*
concredidit. † Et Hilarius ad Con- 10
stantium: *Provideat*, inqvit, *clementia tua, ut omnes ubiq; judices Provinciarum, ad qvos sola cura publicorum negotiorum pertinere debet, scribatur, ne posthac præsumant cognoscere causas Clericorum.* † Am- 11
brosius qvoq; Valentiniano Imperatori Ecclesiam flagitanti pro Arrianis, negat, Imperatorem in divinis, imperiale aliqvod jus habere, ad Imperatorem Palatia, ad Sacerdotem Ecclesias pertinere.

Sed tanti ponderis hæc non sunt, ut inde jus Majestatis Ecclesiasticum Imperatori sit adimen- 12
dum. † Advertere enim debuissent Bellarm. & Stapletonus, duplicem esse potestatem Ecclesiasticam, Internam nempe & Externam: † Illa à solis personis Ec- 13
clesiasticis docendo, solvendo, ligando, Sacramenta administrando, nimirum ecclesiasticè in Ecclesiâ; Hæc autem circa Ecclesiasticas res & personas extra templum civiliter exercetur. † Qvam 14
distinctionem jamdudum Constantinus M. approbavit, qvando ad Episcopus inqvit: *Vos estis Episcopi in Ecclesiâ: Ego extra Ecclesiam*

seu

seu templum, Episcopus à DEO *sum constitutus*, Euseb. *lib. 4. cap. 24. de vita Constant.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. cap. 4.* David Par. *de tract. de jur. Princip. contra Pap. fol. 72. & cap. 13. Roman fol. 1392.*

Qvod ergo Princeps politicus
secundum Bellarm. & Stapleto-
15 num † sit ovis in Ecclesiâ. It. qvod
secundum verba Lutheri, Prin-
ceps subjectus sit veræ doctrinæ.
Et qvod juxta Ambrosium, Impe-
rator in divinis non habeat jus a-
liqvod Imperiale; Id certè verissi-
mum est ratione potestatis Eccle-
siasticæ internæ, scilicet qvoad
prædicationem verbi divini, ex-
plicationem sacrarum Scriptura-
rum & administrationem Sacra-
mentorum, Georg. Sigismund.
Seld. *ad Imp. Ferdinand. I.* von Römischer Käys. Majest. Wahl und
Hoheit. † Ac lubens id fatetur Im- 16
perator Valentinianus ad Ecclesiæ
Mediolanensis Suffraganeos, in-
qviens; *Talem in pontificiali sede constituere procuretis, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capita submittamus, ejusq; monita, si qvando ut homines deliqverimus, suscipiamus necessariò, velut medicamenta curantis.* † Exinde verò si 17
qvis ad externam potestatem Ec-
clesiasticam, curam scilicet Reli-
gionis & defensionem Ecclesię in-
ferre, eamq; Imperatori præcide-
re velit, multum à vero aberrabit:
† cum rerum exteriorum in Eccle- 18
siâ, teste Constantino, ipsemet
Imperator sit Pontifex, Episcopus
& Inspector, Euseb. & David Par.
dict. loc. Elegãter & prolixè Melch.
Goldast. *in præf. tom. 3. Constit. Imp.*

SECTIO III.

Cura Religionis & Defensio Ecclesiæ in qvonam consistat; & qvid hoc nomine Imperatori facere incumbat?

SUMMARIA.

1. Ecclesiæ defensio qvomodo definiatur à Bellarmino?
2. Rejicitur definitio Bellarmini. n. 3.
4. Vera descriptio defensionis ac curæ Ecclesiæ.
5. Qvintuplex cura Principis circa bonum spirituale.
6. Veram Religionem & sincerum DEI verbum Princeps noscere ac propagare debet. n. 7.
8. Ex divino præcepto.
9. Cura rituum & officiorum Ecclesiasticorum incumbit Magistratui politico.

10. Ad

10. Ad exemplum Principum & Regum Judaicorum. n. 11. 12. 13.
14. Nec non ad exempl[illegible]orum Impp. n. 15. 16. 17. 18.
19. Constituuntur presbyteria & Consistoria ecclesiastica à Magistratu politico.
20. Quod probatur exemplis Salomonis & Impp.
21. Ordinatio Clericorum ad Magistratum politicum spectat. n. 22.
23. Erectio Scholarum ad Principis officium pertinet. n. 24.
25. Synodos convocare & habere, Magistratus politici est officium, n. 26. 28.
27. Concilium Nicenum à Constantino Imp. indictum.
29. Qvatenus Potificii jus convocandi Concilium Imperatori permittant?
30. Indifferenter hoc jus competit Imperatori.

QVæreres inde meritò, in qvonam externa poteſtas Eccleſiaſtica, Cura nempe Religionis & Defenſio Eccleſiæ conſiſtat, qvidq; Imperatorem ex hoc Capitulationis membro curare & facere
1 oporteat? † Cardinalis Bellarminus Eccleſiæ defenſionem ita definit, ut per eam fraudes, turbæ & mala externa ab Eccleſiâ arceantur, *in lib. 3. de membr. Eccleſ. mil. cap.* 18. Sed nimis reſtrictivè
2 loqvitur, † cum Magiſtratui politico incumbat, non ſolummodò mala externa præcavere, ſed etiam omnibus modis providere, ut ab hoſtibus internis Eccleſia ſit ſecura, ſecundum Auguſtin. *in tr. 2. in Iohan.* ubi ait: *Pertinet ad Reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam habeant matrem*
3 *ſuam Eccleſiam.* † Atqvi verò Pax Eccleſiæ non aliunde gravius timere habet periculum, qvàm ab hoſtibus interni, qvibus ſi obviam ire neglexerit Princeps, parùm officio ſuo ſatisfeciſſe videbitur.
† Sicuti ergò Cæſaris officium eſt, 4
circa bonum civile Subditorum curare, ut jus vigeat in Republicâ ſecundum Leges: ita & circa bonum ſpirituale Subditorum ei maximoperè incumbit providere, qvò pura religio vigeat in Eccleſiâ juxta verbum DEI, Chriſt. Beſold. *lib. 1. polit. cap. 4.*

Explicatiùs hâc de re loqvitur David Paræus *ad cap. 13. Romanor. dub. 5. propoſ. 8.* † ac curam Prin- 5
cipis circa bonum ſpirituale qvintuplicem facit, unde facilimè poteſtatem Imperatoris eccleſiaſticam ſeu curam Religionis & defenſionem Eccleſiæ licet de-
ſinire. † *Primò* namq; Princeps 6
probè cognoſcere debet ex verbo DEI præſcripto, Qvodnam ſit illud veræ Religionis ſpirituale bonum, idq; amare, diligere, pro ze-

lo

lo proſeqvi, atq; ad illud ſubditis
etiam conferendum & conſer-
vandum, legibus & ſanctionibus
7 convenienter incumbere; † Nec
non providere, qvo doctrina ſa-
cræ Scripturæ purè & ad ædifica-
tionem Eccleſiæ à Paſtoribus dis-
penſetur, Sacramenta juxta inſti-
tutionem divinam adminiſtren-
tur, atq; diſciplina à Chriſto in-
ſtituta legitimè exerceatur & præ-
8 ſtetur, Par. *dict. loc.* † Studium
namq; diſcendi & amplexandi
veram Religionem expreſsè Deus
præcipit Regi *Deut. 17. verſ. 18. ibi:
Cum ſedebit ſuper ſolium Regni ſui,
deſcribet ſibi Deuteronomium Legis
hujus in volumine, accipiens exem-
plar à Sacerdotibus Leviticæ tribus,
& habebit ſecum legetq; illud omni-
bus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere
Dominum Deum ſuum & cuſtodire
verba & ceremonias ejus, quæ in le-
ge ſunt præcepta: It. Ioſ. cap. 1. v. 8.
Non recedat volumen Legis hujus
ab ore tuo, ſed meditaberis in eo die-
bus ac noctibus, ut cuſtodias & fa-
cias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo,
qvia tunc proſperam facies viam
tuam & prudenter ages. Et Pſalm.
2. Et nunc Reges intelligite, erudi-
mini, qvi judicatis terram &c.*

9 *Secundo* † curæ ſit Principi ſeu
Magiſtratui politico, veræ Reli-
gionis formulam ſolennem de ri-
tibus & officiis Eccleſiaſticis or-
dine ac decorè peragendis, juxta
normam ſacræ Scripturæ legiti-
mè ſancire, Par. *dict. loc.* † Ad exem- 10
plum nempe Joſuæ, qvi Iſraelitas
circumcidendos curavit, *Ioſ.* 5.
Legem Dei populo promulgavit,
Ioſ. 8. & fœdus cum Deo renova-
vit, *Ioſ.* 14. † Davidis, qvi taberna- 11
culi miniſteria diſpoſuit, 1. *Par.*
23. Levitas, Curatores, Janitores
conſtituit, 1. *Par.* 26. & arcam re-
duxit, 2. *Reg.* 6. † Regis Ezechiæ, 12
qvi æneum ſerpentum contrivit,
2. *Reg.* 18. Sacerdotes templum re-
purgare juſſit, 2. *Par.* 29. Diviſio-
nes & miniſteria Sacerdotum ac
Levitarum conſtituit, atq; Sacer-
dotibus ſalaria curavit, 2. *Par.* 30.
v. 2. 3. 15. † Joſiæ, qvi idola ſubvertit, 13
Principes conſiliarios ad inſtau-
randam domum Jehovæ miſit, 2.
Par. 34. v. 7. 8. Sacerdotes conſti-
tuit & in miniſterio templi con-
firmavit, 2. *Par.* 35. *v.* 2. † Acce- 14
dunt porrò exempla Chriſtiano-
rum Impp. qvi qvondam circa re-
ligionem Chriſtianam laudabili-
ter diſpoſuerunt. † Ut † Impp. 15
Gratian. Valentin. & Theod. qvi
de fide Trinitatis tenendâ præce-
perunt, hancq; fidem tenentes,
catholicos, non tenentes, hæreti-
cos appellari voluerunt, *l. 1. C. de
Summ. Trinit.* † Martiani, qvi Syn- 16
odi

22 spectam, *Novell. 6. cap. 5.* † Qvin & ex Gratiano liqvet, qvod Papa non possit Episcopum consecrare & Ecclesiæ præficere, nisi ab Imperatore acceptâ licentiâ, *c. Reatina. dist. 63*

Qvartò consistit etiam Cura Religionis & defensio Ecclesiæ in eo,
23 † ut seminaria doctrinæ cœlestis, lingvarum & artium bonarum seu Scholæ Ecclesiis adjunctæ sint atqve vigeant. Qvod certè clarissi-
24 mum redditur † ex Constitutione Friderici Imperatoris, ubi dicit, se Magistris & Episcopo super Scholares jurisdictioně dedisse, *in Auth. habitâ C. Ne fil. pro patre.*

Qvintò deniq; Princeps vigore potestatis Ecclesiasticæ sibi competentis in id intendere debet,
25 † qvo ad ministros Ecclesiæ in officio continendos, vita œconomiæ Ecclesiasticæ corrigenda, & ad controversias Religionis decidendas, præter ordinaria judicia etiam Synodos classicas aut provinciales, qvoties opus videbitur, instituat, David Par. *dicto*
26 *loco.* Præeunte scilicet † Rege Davide, qvi Sacerdotes ad reducendam arcam convocavit, *1. Chr. 13. vers. 12.* nec non Synodum indixit ad ordinandos Sacerdotes & Levitas, *1. Chron. 23. vers. 1.* Qvod & fecit Rex Ezechias *2. Par. 29. vers. 4.* & Salomon in dedicatione
27 templi, *1. Reg. 8.* † Pariter fuit indictum Concilium Nicenum à Constantino Imperatore, Socrat. *lib. 1. cap. 6.* Euseb. *lib. 3. cap. 6. de vitâ Constant.* Chalcedonense à Martiano Imperatore, *lib. 4. C. de summ. Trinit.* Eoqve jure usus est
† Imperator Justinianus, qvando 28
ait: *Jubemus unumqvemq; Archiepiscopum singulis annis Synodos celebrare & Episcopos ad se convocare, Novell. 123. cap. 10.* Andr. Osiand. *in tract. Papa non Papa. loc. 12. fol. 94.* Joh. Camm. *disp. de jur. majest. 3. th. 31.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. cap. 4.* David Par. *in tractat. de jur. Princ. contra Papam, fol. 108.* Joach. Stephan. *in tract. de conc.* Dan. Chamier *de Oecumen. Pontif. lib. 5. fol.*
602. † Nec annuendum Ponti- 29
ficiis, qvi jus convocandi Concilium vel Synodum eatenus saltem Imperatori concedunt, qvatenus Pontifex hâc in re negligens existat, qvo necessitatis casu per viam saltem reqvisitionis vel monitionis, non per viam citationis vel auctoritationis, etiam Cardinales Synodum convocare posse existimant, Anton. de Rosell. *de potest. Imp. & Papæ. part. 3. cap. 3.*
† Siqvidem hoc Imperatori pro- 30
prio jure competere, dicebat Fridericus I. Radev. *lib 8.* idq; nostrates multis contra *dist. 17.* defendunt, Andr. Osiand. & David Par. *dict. loc.*

M SECTIO

SECTIO IV.

Solus Imperator jus habet eligendi & confirmandi Pontificem, eundemq; rursus justâ ex causâ deponendi.

SUMMARIA.

1. Jus eligendi & confirmandi Pontificem, penes solum est Imperatorem.
2. Hoc jus Impp. Orientis ex antiqvâ consvetudine obtinuerunt.
3. Excusatio Pelagii II. de investiturâ ab Imp. haud petita.
4. Hoc jure usi qvoq; sunt Exarchi.
5. Nec non Carolus M. & Otto M.
6. Concessio ponitur qvandoq; pro confessione seu declaratione. n. 7.
8. Pertinuit hoc jus ad Impp. etiam ante tempora Caroli M.
9. Explicatio Cap. ego Ludovicus, dist. 63. n. 10.
11. Eligunt qvoq; Impp. reliqvos Episcopos & Archiepiscopos. n. 12.
13. Jus deponendi Pontificem est penes Imperatorem.
14. Johannes XII. Papa ab Imperatore dejectus.
15. Nec non Johannes XXII. à Ludovico IV.
16. Henricus III. deposuit tres Pontifices. n. 17.

CUm potestas Principis ecclesiastica sive cura Religionis inter alia qvoqve in ordinatione Episcoporum ac Ministrorum Ecclesiæ consistat, ut dixi *Sect. praeced. n. 9. & seqq.* expeditum inde
1 redditur, † jus eligendi ac confirmandi Pontificem penes solum Imperatorem residere. Qvod jus
2 † ex antiqvâ consvetudine Imperatores Orientis obtinuerunt, ut nempe sine eorundem scientiâ & jussu Pontifex Romanus ordinari non possit; Veluti probat exemplum Agathonis, Siculi & Vitaliani Siginensis, *c. Agatho 21.*
3 *distinct. 36.* † Unde Pelagius II. erga Mauritium Imperatorem se excusavit, qvod confirmationem non petiisset: *Nihil enim,* inqvit Platina, *tum actum fuisset à Clero in eligendo Pontifice, nisi ejus electionem Imperator approbasset. in Pelag. II.* † adeò ut hoc jure 4
usi etiam fuerint Exarchi, veluti Severinum ab Exarcho confirmatum, testatur Platina *in vitâ Severin.* Tantumqve abest, Carolum M. & posteà Ottonem M. idem fecisse, cum contradictione Pontificum, † ut etiam Adrianus Ca- 5
rolo, *c. Adrianus dist. 63.* Leo, Ottoni, *c. in synod. dist. ead.* jus eligendi Pontificem ultrò concesserint, Crantz. *lib. 4. Saxon. cap. 10.*
† Qvamvis concessio hæc potius 6
acci-

accipienda pro confessione seu declaratione juris, ut interdum jure qvædam conceduntur privato, qvæ jam competebant jure
7 publico seu communi: † prout Pontifex Alexander III. *in c. fraternitatem 2. extr. de donat.* indulget Episcopo Parisiensi, ut revocet donationes, qvæ jam de jure communi haud valebant, *c. qvod qvis commisit 35. qvæst. 9.* Nam hoc jus etiam ante tempora Caroli M. competiisse Impp. modò di-
8 ctum est. † Hinc Aut. anonym. inqvit: *Qvod jura dicunt, qvod nempe in Concilio Romano Adrianus Papa dedit Carolo M. jus eligendi Pontificem, & sedem Apostolicam ordinandi, & Archiepiscopos & Episcopos secundum singulas provincias, investituras ab ipso recipere, verum dicunt: Sed qvod Imperatores ante illud tempus hoc non habebant, neqvaqvam ita est, in tract. de ætat. Eccles. contra super Papæ cap. 7. apud Goldast. in Monarch. Imper.*

Nec subsistit Responsio Ponti-
9 ficiorum, † qvod nempe huic juri Ludovicus dicatur renunciasse *in cap. Ego Ludovicus, distinct. 63.* Falsum enim id esse, vel inde ap-
10 paret, † qvod & subseqventes Impp. soliti fuerint eligere Pontifices. Ita namqve Otto Leonem, ut supra dictum, Henricus III. Clementem Damasum, Leonem IX. & Victorem II. creavit. Cuspinian. *in vit. Henrici III.* Id qvod duravit usqve ad Fride-ricum Barbarossam. † Qvod- 11
qve Imperatoribus in ipsum Pontificem Romanum, idem iis etiam licebat in reliqvos Episcopos & Archiepiscopos primarios. Unde Carol. Sigon. *Archiepiscopi & pleriqve Episcopi*, inqvit, *à Rege ipso (nempe Ottone I.) constituebantur & amplissimis præterea beneficiis ac Regalibus ornabantur, lib. 7. histor. Ital.* † Et Aventin. *Pontificem* 12
Romanum, ait, *juxta atqve cæteros Pontifices, Monachorum Magistros ex consilii decreto, comitiis centuriatis, per suffragia purpuratorum more majorum. Impp. per Germaniam, Galliam, Teutonicam, Italiam, Romanum orbem, sicut in Carolo M. observatum erat, capiebant, lib. 5. annal.*

Nec tantummodò Imperatores Pontifices creare & confirmare, † sed & eosdem justâ ex causâ 13
deponere solebant. Tempore siqvidem Heinrici Imperatoris Benedictum Papam, qvi Stephano successit, à Pontificatu ejectum, & factum Papam Johannem Sabiensem Episcopum, aliàs Sylvestrum: huncqve rursus ejectum, & Benedictum restitutum, atqve iterum eundem Benedictum eje-

ctum, inqve locum ejus surrogatum Johannem Archipresbyterum, Gregorium nominatum: atqve hunc etiam ab Henrico Imperatore depositum & ultra montes translatum fuisse, novimus ex *Gloss. in c. in nomine Domini 1. di-*
14 *stinct. 23.* † Et cum Johannes XII. Papa, (*verba sunt hæc Anton. de Rosellis*) esset venator & tutus lubricus, adeò qvod meretrices publicè retineret, & nonnulli Cardinalium scripsissent Otthoni Imperatori & Principi Saxonum, ut scandalo compatiens Ecclesiæ sanctæ DEI, absqve induciis Romam peteret & cautè clavi debitam provisionem impenderet: Et ex his Pontifex indignatus Johanni Diacono Cardinali, tanqvam facti hujus consiliario, nasum fecisset abscindi, & alteri Johanni Subdiacono, qvi literas scripsit, manum amputari fecisset, tandem monitus ab Imperatore præfato & Electoribus Imperii, ut se corrigeret, non correctus à Papatu ejectus est, Hactenus Anton. de Rosellis *de potest. Imper. & Pap. part. 1. cap. 61.* Igitur ejectus fuit Johannes XII. ab
15 Otthone, † cujus exemplum Ludovicus IV. se imitari dicit *in edicto,* qvo Johanni XXII. Pontificatum Romæ abdicat; *Habemus,* inqvit, *bonorum exempla, qvibus nobis licere id facere, qvod illi fecerunt, putamus;* Ottho I. cum populo Romano, Johannem XII. ex albo Pontificum Romanorum, ob scelera (qvæ si ad flagitia Johannis XXII. comparaveris, ludus est) evasit, alium pastorem Urbi & Orbi imposuit. Idem alios complures Imperatores optimosq; Principes fecisse, in annales & fastos relatum est, Aventin. *lib. 7. annal. Bojor.* 16
† Qvò & pertinet factum Henrici II. cum enim sub hujus Imperio Cardinales grave schisma trium Paparum procurassent, & qvidem Heremita Imperatori scripserat in hæc verba:

Imperator Heinrice,
Omnipotentis vice,
Una Sunanimitis
nupsit tribus maritis,
Dissolve connubium
& triforme dubium.

Ille collecto exercitu se transtulit ad Italiam, & captis tribus Papis ductisq; Romam, † fecit Synodum, & synodaliter omnes relegavit & substituit Clementem II. ac compulit Romanos jurare ad vitandum de cætero schismata, & qvod nemo sine consensu Imperatoris in Papam assumatur, Gregor. ab Heimburg in *admonit. de injust. usurpat. Papar. part. 2.* 17

SECTIO

SECTIO V.

Ex dispositione Concilii generalis, Papa subditus est Imperatori, ab eoq; investituram petere tenetur, contra Cæsarem Baronium.

SUMMARIA.

1. *Papa subditus est Imperatori.*
2. *Confessio Gregorii Magni Pontificis.*
3. *Quam acceptavit Wenceslaus Imperator.*
4. *Fatetur idipsum Pelagius Papa.*
5. *Et Leo IV. ad Lotharium Imp.*
6. *Jus electionis, investituræ & Superioritatis in Pontificem est penes Imperatorem.*
7. *Veritas c. Hadrianus. dict. 63.*
8. *Comprobatur autoritatibus historicorum. n. 9. 10. 11. 12.*
13. *Insurgit Baronius contra c. Hadrianus. dist. 63.*
14. *Fundamentum primum Baronii.*
15. *Refutatur hoc argumentum ex historicis. n. 16. 17.*
18. *Fundamentum secundum Baronii.*
19. *Refellitur hoc argumentum autoritatibus historicorum. n. 20. 21. 22.*
23. *Fundamentum Baronii tertium.*
24. *Respondetur ad hoc fundamentum. n. 25.*
26. *Non dubitandum de veritate c. Hadrianus dist. 63.*

VEra si hæc sint, ut certè sunt
1 verissima, † qvin Papa
Imperatori Subditus esse debeat, ulterius ambigendum non erit: qvis enim inficias ibit, Superiorem eum esse recognoscendum, à qvo confirmatio & investitura petitur. Qvod in-
2 genuè confessus † Gregorius Magnus, Pontifex Romanus inqviens ad Mauritium Imperatorem: *Ego indignus pietatis vestræ famulus.* Et iterum: *Ego hæc Dominis meis loqvens qvis sum nisi pulvis & vermis?* Ac posteà: *Ego jussioni subjectus eandem per diversas terrarum partes transmitto, ubiqve ergò qvæ debui, exsolvi, qvi & Imperatori obedientiam præstiti, & pro DEO qvod sensi, minimè tacui.* † 3
Ad qvas voces allusisse videtur Wenceslaus Imperator in Edicto suo: *Nostrum jus Patronatus,* inqvit, *ne vitium ingratitudinis incurrerent, plures antiqvitùs summi Pontifices optimè recognoverunt,*

runt, *Augustos Dominos appellantes*, *eisq; in re & nomine*
reverentiam tanqvam suis Patronis
4 *exhibentes.* † Fatetur qvoqve
idipsum *Pelagius* Papa, qvando
scribit in Epistolâ ad Childebertum Francorum Regem: *Regibus nos subditos esse*, *Sacræ Scripturæ præcipiunt.* Nec non Gregorius Nazianzenus: *Simus*, inqvit, *subjecti & DEO & invicem alter alteri & terrenis Principibus: DEO propter omnia: alter alteri propter dilectionem fraternam.*
5 † Et clariùs Leo IV. ad Lotharium Imperatorem: *De capitulis vel præceptis Imperialibus vestris*, inqvit, *vestrorumq; Pontificum prædecessorum custodiendis & conservandis*, *quantum valuimus & valemus*, *Christo propitio & nunc & in ævum nos conservaturos modis omnibus profitemur*: *Et si fortasse qvilibet vobis aliter dixerit vel dicturus fuerit*, *sciatis*, *eum pro certo mendacem*, Melch. Goldast. *in præfat. Monarch. S. Roman. Imper.*

Et qvâ audaciâ hoc in dubium vocare, nedum negare qvis præ-
6 sumeret, † postqvam Anno
Domini 774 omne jus confirmandæ Pontificiæ electionis, investituræ, ac per conseqvens Superioritatis ad Cæsarem Regemqve pertinere, in Concilio generali fuerit declaratum & definitum.
De qvo in † *cap. Hadrianus. di-* 7
stinct. 63. hæc verba habentur: *Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiasticas postulavit*, *Carolus verò Romam veniens*, *Papiam obsedit*, *ibiq; relicto exercitu in sanctâ resurrectione ab Hadriano Papâ Romæ honorificè susceptus est*; *Post sanctam verò resurrectionem*, *reversus Papiam cepit Desiderium Regem. Deinde Romam reversus constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarcho Lateranensi*, *in Ecclesia sancti Salvatoris*, *quæ Synodus celebrata est à centum qvinqvaginta tribus Episcopis religiosis & Abbatibus*: *Hadrianus autem Papa cum universa Synodo tradiderunt Carolo jus & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem*, *Dignitatem*, *qvoq; patritiatus eidem concesserunt*: *insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias investituram ab eo accipere definivit*, *& ut nisi à Rege laudetur & investiatur Episcopus*, *à nemine consecretur*, *& qvicunqve contra hoc Decretum egerit*, *anathematis vinculo*, *eum innodavit*, *& nisi resipisceret*, *bona ejus publicare præcepit.*

Rem ita sese habere, & † 8
historiam hancce veram esse,
com-

comprobarunt Historici qvàm plurimi: inter qvos etiam est Nicolaus Vignerius Barrensis *in Burgund. Chron.* ex vetusto Scriptore referens: *Carolum Desiderium Papiæ inclusum obsedisse & parte copiarum ad obsidionem relictâ, in alias Longobardorum civitates commigrasse, deinde Romam venisse & ibi Pipini donationem confirmasse, atque pro remuneratione ab Hadriano jus eligendi Pontificis, Episcoporum investituram, Patritiatusq; dignitatem accepisse.*

9 † Idemqve confirmat Wernerus Rolevvinck Chartusianus Coloniensis *in fasciculo temporum*, hisce verbis: *Ipse Hadrianus regnum Longobardorum per Carolum Magnum cessare fecit, Synodos duas solenniter celebravit, Ecclesias & monasteria multa instituit, & jus Carolo super ordinatione sedis Apostolicæ & institutione Episcoporum & Abbatum in generali Concilio dedit, propter violentias Vyrannorum coërcendas, ut patet ex distinct. 63.*

10 † Et Leopoldus de Bembenburg. Episcopus Bambergensis *in libro, de Zelo veterum Principum Germaniæ cap. 8.* *Carolus Magnus*, inqvit, *habeat ab Hadriano Papa primo & sanctâ Synodo Romæ celebrata ex privilegio potestatem eligendi sive ordinandi Sedem Apostolicam.* Et *in cap. 15.* *Hadrianus Papa primus cum sanctâ Synodo Romæ celebratâ tradidit Carolo Magno, præfato Pipini filio, jus & potestatem ordinandi sedem Apostolicam, investituras qvoqve Archiepiscoporum & Episcoporum per singulas Provincias ab ipso Carolo recipi definivit.*

† Nec non Martinus Polonus, Monachus Dominicanus & Pœnitentiarius Papæ *in Chronic.* *Aliam Synodum*, ait, *ipse Papa Hadrianus præsente Corolo Rege celebravit Romæ, in qvâ fuerunt centum qvinqvaginta qvatuor Episcopi, aliiq; Abbates & Prælati, in qvâ Carolo dedit Hadrianus Papa & Synodus jus eligendi Pontificem & sedem Apostolicam ordinandi, Item Archiepiscopos per Provincias singulas investituras ab eo recipere: anathematizavit qvoqve omnes huic decreto rebelles & jussit bona eorum, nisi resipiscerent, publicari.* 11

Assentiuntur hisce † Robertus Jagvinus minister generalis Ordinis sanctissimæ Trinitatis, *de Francorum gestis lib. 4.* Jo Semeca Præpositus Halberstadensis, Decreti I. Glossator, *super distinct. 63.* & Walthramus Episcopus Naumburgensis *in libro de Episcoporum investitura*, aliiq; qvorum verba referre nimis longum ac tædiosum foret. 12

Insur-

13 Insurgit nihilominus † contra hanc juris translationem Cæsar Baronius *in suis annalibus*, historiamqve *in dict. cap. Hadrianus*, *distinct. 63.* relatam, falsam, it: fraudem, scelus & imposturam exclamat: eò, qvod non probetur per alios Historiographos illius tem-
14 poris. Dicit enim, † Sigebertum, ex qvo Gratianus compilavit *dict. cap. Hadrianus*, scripsisse prædictam Historiam Anno 1112. & ita post 338. annos à tempore Caroli Magni, ut faveret Imperatori schismatico, qvi tum temporis investituras sibi vendicabat: alios verò, qvi vitam Caroli Magni scripserint, & per annos singulos res ab eo gestas qvam diligentissimè consignarint, de his nihil penitùs dixisse.

Sed errat mehercle Baronius,
15 † refutatus propterea à Melch. Haiminsfeld. Goldast. *in rationali Constitutionum Imperialium*, *tom. 1. cap. 1.* Qvàm falsum enim sit, Sigebertum nullum assentientem habere, patet luculenter ex Historiographis suprà adductis: inter
16 qvos † Walthramus eandem historiam à Sigeberto Anno 1112. relatam, tribus annis anteà scripsit. Et addit ille ipse in fine *libri de Episcoporum investitura*, hæc verba: *Ex qvo Imperium Romanorum Carolo Magno acclamatum est, sunt anni trecenti & unus, est autem annus præsens millesimus centesimus nonus.*

† Qvin & Paulus Diaconus, qvi 17
ipsis rebus gestis interfuit & à Carolo captivus adductus est, *in libro de Episcopis Metensis Ecclesiæ* ita scripsit: *Deniq; inter plura admiranda, qvæ gessit, Longobardorum gentem bis ita à patre devictam, altero eorum rege, cui Desiderius nomen erat, capto &c. universam sine gnavi prælio suæ subdidit ditioni, & qvod rarò fieri assolet, clementi moderatione victoriam temperavit, Romanos prætereà, ipsamq; urbem Romuleam jampridem ejus præsentiam desiderantem, qvæ aliqvando mundi totius Domina fuerat, & tunc à Longobardis depressa gemebat, duris angustiis eximens, suis addidit sceptris, cunctaq; nihilominus Italia miti dominatione potitus est.*

Pergit † Baronius, & historiam 18
Sigeberti vel propterea in dubium vocat, qvia contrarium omnes affirmant, nempe qvod post captam Ticinum, non Romam venerit iterum Carolus, sed qvàm celeriter in Galliam redierit, ut adversus rebellantes Saxones expeditionem pararet, illo igitur periculoso Saxonum bello urgente, locum induciis dari haud potuisse, nec longissimæ moræ celebrandi adeò numerosi consilii, videlicet eundi Ticinum, redeundi Ro-

di Romam, convocandi & expectandi centum & qvinqvaginta Episcopos etiam longè evocatos.

19 Ast oppono Baronio † autoritatem Mariani Scoti *lib. 3. Chronicor. ætate 6.* ita scribentis: *Rogatu Hadriani Papæ in Italiam perrexit, ibi Desiderium Regem Longobardorum longâ obsidione fatigans in deditionē suam suscepit, filiumq; ejus Adelgisum, in qvo omnes spem inclinabant, ab Italia compulit atq; Italiam totam subegit, & omnia à Longobardorum Regibus erepta tàm Romanis qvàm Hadriano Papæ restituit, & tunc primùm Romam pervenit, Sabbatho sancto*

20 *Paschæ.* † Et Remingi, Præpositi sancti Galli, *in gestis Francorum, sub anno Domini 926. Papia* (inqvit ille) *civitas conqvisita & Rex Desiderius & Ansa uxor ejus pariter exiliati sunt, &*

21 *Carolus ad Romam pervenit.* † Nec non Hermanni Contracti *in Chronic.* dicentis: *Carolus Longobardos cum Italia subjecit anno ex quo intraverant 205. ipseq; cum triumpho Ro-*

22 *mam venit.* Qvibus & assentitur † Massilius Patavinus *in tract. de translatione Imp. cap. 8.* ubi circūstantialiter factum Caroli hisce verbis describit: *Veniens Carolus in Liguriam & Æmiliam, qvæ nunc Lūbardia plana vocatur, in circuitu civitatis Papiæ sua tabernacula fixit, & castris circumcirca dispositis, ut fidem seqvamur historiæ, in eisdem Natale Domini celebravit: Deinde verò exercitu derelicto, Romam causâ devotionis accessit, ibiq; cum Hadriano Papa Pascha dominicum simul egit, factâq; solennitate paschali ad castra revertitur, circa Papiam, continuatâq; obsidione civitatem expugnavit, Desiderium Longobardorum Regem cum uxore & filiis cepit, qvi Caroli subjiciuntur potestati: ibiq; etiam omnes advenientes Italici de singulis civitatibus Ambasiatores & nuncii se Regis dominio subjecerunt: Qvibus sic feliciter expeditis & inde Romam accedens, temporalia Ecclesiæ Romanæ restituit, simulq; Ducatum Spoletanum & Beneventum eidem suâ liberalitate de facto donavit: Tunc Hadrianus beneficiis temporalibus dicti Principis allectus, centum & qvinqvaginta trium Episcoporum & Abbatum Romæ conciliū congregavit, ibiq; cum universâ Synodo glorioso Principi Carolo Regi Franciæ jus & potestatem dedit eligendi Pontificem ordinandi atq; patriatus dignitatem eidem concessit, qvâ olim qvasi Pater Principum videbatur. Insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas Provincias ab eo investituram accipere definivit, & ut nisi à Rege laudaretur & investiretur, omnesq; contra prædicta facientes anathemate maledixit, & nisi resipiscerent, bonis privari mandavit. Qvorum nullam faciendi aut concedendi auctoritatem habuit Pontifex aut alter Episcopus sive*

ve Clericus, nisi demum Romani populi ordinatione atq; mandato: Prima siqvidem concessione, potestatem videlicet Romanum Pontificem ordinandi, non fuit usus Carolus memoratus, qvod fortè fuit, qvia pauci Pontifices fuerunt tempore sui regiminis à concessione prædità, qvod fuit spatium quadraginta annorum: Soli enim prædictus Hadrianus & Leo III. prædicti temporis spatio Romani Pontifices extitère, qvi quadraginta qvatuor annis & mensibus aliqvibus Ecclesiæ Romanæ præfuerunt. Verùm nec ipsum Carolum tali juri sibi competenti ex concessione prædictâ, renunciâsse, ab aliqvo reperitur. Hæc Marsilius.

23 Deniq; Baronius † Carolo ab Hadriano investituras cõcessas ideò negat, qvod nec ipsum nomen investituræ temporibus Caroli in usu fuerit. Sed procul dubio lapsus
24 est Baronius. † Qvia & Caroli M. tempore investituras fieri consvevisse, docet Luitfredes, qvi Pipino Caroli Magni patre Rege Francorum & Alemannorum, vixit, *carta 42. anno Domini 654.* hæc verba referens: *Trado vobis servum meum nomine Nhideg & uxorem ejus Bruma & cum oba sua & cum omni qvo vestiti sunt, & alium servum meum, nomine Wolphariam cum Uxore suâ Athane cum oba sua & cum omni, qvo vestitus est.* Ex qvo nomen investi- 25
turæ descendit, † cujus exempla etiam habentur in chartis tempore Caroli M. & Ludovici Pii ejus filii, scriptis ab Etchone Archipresbytero. Ex qvibus satis superqve colligere licet, Cæsarem Baronium historiam ecclesiasticam Sigeberti falsam exclamantem valdè errâsse, † ac propterea de ve- 26
ritate *cap. Hadrianus. dist. 63.* neqvaqvam dubitandum esse.

SECTIO VI.

Imperator à Pontifice Imperium non habet, neq; ei in temporalibus est subjectus.

1. Status Ecclesiæ hodiernus multùm mutatus. n. 3.
2. Imperatoria potestas hodiè à Sacerdotio absumta.
4. Impp. nudi habentur hodiè Advocati Ecclesiæ.
5. Probatur ex juramento Caroli V. Papæ præstito.
6. Formula illius juramenti.
7. Ferdinandi I. affectio erga Sedem Romanam & Pontificem.
8. Juramentum Impp. ante tempora Caroli V. Pontifici præstitum.
9. Qvo tempore hoc juramentum cœperit? n. 10. 11. 13. 14. 15.
12. Formula juramenti præstiti à Carolo M.
16. Pontifices hodiè se Dominos & Superiores Impp. profitentur n. 17. 18.

19. Ex quo crimen Majestatis ab Impp. committitur in Pontificem.
20. Papa summus Princeps secundum Canonistas.
21. Transfert Imperium de gente in gentem.
22. Plenissimam habet potestatem super Creaturas.
23. Est super omnia & super jus etiam.
24. Papæ tribuitur divinitas.
25. Dogmata superba de Pontifice Romano.
26. Ambitiosa Paparum liberalitas.
27. Alexand. VI. Regi Hispan. concessit novum Orbem.
28. Bonifacius IIX. dedit Galliam Alberto I.
29. Princeps non potest alienare bona singulorum.
30. Quare nec Papæ hoc licitum est.
31. Attabaliba Rex Papam fatuum dixit.
32. Pontifices mundi thesauros collegerunt.
33. Epistola Hadriani Pontificis ad Electores ecclesiasticos.
34. Papa non potest esse testis in propria causa. n. 37.
35. Clericorum oculi in causa propria obcæcari solent.
36. Clerici portant conscientiam in Caputio.
38. In causa Pontificis non admittuntur testes Canonistæ.
39. Non creditur Doctori absq; Scriptura authentica.
40. Non est testis idoneus, cui imperari potest.
41. Potestas in Spiritualibus non denegatur Pontifici in Imperatorem. n. 42.
43. Quo respectu Imperator Pontifice sit inferior?
44. Ecclesiasticam Majestatem Imperator in Pontifice veneratur.
45. In patrimonio Petri competit Pontifici summa potestas temporalis.
46. Quam & Augustana Confessio Papæ largitur.
47. Nec dissentiunt Theologi Protestantium.
48. Papæ potestas civilis a Deo ordinata.
49. Nulla competit Papæ potestas temporalis in alios Reges & Principes.
50. Nec in Imperatorem & Imperium Romanum. n. 52.
51. Martini Cromeri judicium de Papa, Regem Ungariæ constituente.
53. Imperatoria dignitas & Majestas antiqvior Papatu.
54. Christus nullam sibi in Regnis temporalibus arrogavit potestatem.
55. DEO militantes se non implicant negotiis secularibus.
57. Falsò hoc restringit Alex. Saudens. ad Ecclesiam nascentem.
57. Imperator Protector Pontificis.
58. Argumentum Goldasti contra potestatem Papæ in Imperium. n. 59. *60. Bel-*

60. Bellarmini distinctio circa potestatem temporalem Papæ in Reges ac Principes.

61. Refellitur distinctio Bellarmini.

VIdemus hinc ergò, qvod ipsorum etiam Pontificum confessione, Imperatores eorum sint Domini & Patroni, qvo munere qvondam absq; impedimento Pontifi-
1 cum verè fungebantur. †At qvalis hodiè status Ecclesiæ? Qvantum nunc Pontifices mutati? Ubi nunc obedientia Regibus debita? Ubi Servus Servorum Pontifex Domino suo Imperatori ministrare
2 paratus est? Nimirum † tum temporis Ecclesia Catholica adhuc erat in infantiâ, adeoq; & innocens & munda: Cum verò in pueritiâ creverit, in adolescentiâ aucta & roborata fuerit, filium suum devoravit primogenitum, h. e. Imperatoria potestas à Sacerdotio absumpta, & spiritualia cum temporalibus commutata fuêre, Auct. anon. *de ætat. Eccles. cap. 7. apud Melch. Goldast. in Monarch. S. Rom. Imper.*
3 † Adeoq; hodie administratio rerum exteriorum in Ecclesiâ, qvæ proprio jure Imperatori competit, ut dixi *suprâ Sect. 2. & 3.* usq; adeò eversa est, ut vestigium ejus rei in Ecclesiâ Romanâ nullum
4 Imperatoribus sit relictum, † qvi contenti nudo titulo Advocatiæ, per eam in Capitulatione non nisi necessitatem tuendæ dignitatis Pontificiæ & propagandæ Religionis imponi, persvaderi sibi passi fuêre. Id qvod ex juramento in Coronatione papali ab Imperatoribus præstito clarè patescit.

Ita enim† Carolus V. Imper. 5
cum Bononiæ à Clemente VII. coronaretur, (cujus coronationis ibidem adhuc multa vidimus vestigia & monumenta) juravit, se Pontificiæ dignitatis perpetuum fore defensorem, Joh. Sleidan. *lib. 7.*
comm. pag. 187. † cujus juramenti 6
formula hæc fuit: *Ego Carolus Romanorum Rex & brevi (DEI gratia) futurus Imperator, Cæsar, per DEUM divumq; Petrum promitto, polliceor, testificor atq; juro, me in posterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis & Romanæ Ecclesiæ perpetuum fore defensorem, nec ullam Ecclesiasticæ libertati vim illaturum: sed potestatem, jurisdictionem & dominationem ipsius, qvoad ejus fieri potest, conservaturum ac protecturum, cujus rei testem voco* DEUM *ipsum & hæc sancta Evangelia,* Melch. Goldast. *tom. 3. Constit. Imper. pag. 508.* Auct. relat. *coronat. Carol. V.* Henr. Cornel. Agrippa *in tract. de duplici*
coronat. Caroli V. cap. 5. † Ferdinan- 7
dus I. qvoq; Imper. per Legatum Pontifici significavit, se erga ipsum &

& Sedem Romanam eo animo affectum, qvo majores sui Ecclesiæ Romanæ, omniumq; aliarum præcipui Patroni, Cultores ac defensores etiam durissimis temporibus extitissent, & obedientiam solitam præstare paratũ esse, Thu-
8 an. *lib. 21. histor.* † Et juramentum tale, longè ante tempora Caroli V. Pontifices Imperatoribus præscribere ausi sunt, ut apparet ex *cap. tibi Domino. distinct. 63. & cap. Romani, in Clem. de jurejur.* ubi formula hæc exprimitur: *Promitto, spondeo, polliceor atq; juro; me protectorem, procuratorem & defensorem fore summi pontificis & hujus sanctæ Ecclesiæ Romanæ in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores & jura ejus, qvemadmodum divino suffultus fuero adjutorio secundum scire & posse meum, &c.*

9 Hocq; † juramentum tempore Otthonis I. fuisse primitus introductum, vulgò existimant, *arg. dict. cap. tibi Domino, dist. 63.* Qvod tamen falsum, neq; Otthonem jurâsse vel inde constat, qvod is Johannem Pontificem deposuerit ac Leo-
10 nem substituerit: † imò contra pontifices, Otthonem ejusq; Successores multa constituisse, testatur Peucer. *lib. 4. in vitâ Otthon.* †
11 Ideoq; Cæsar Baronius *tom. 9. annal.* juramentum hoc à tempore Caroli M. derivat: Qvem jurasse licèt concedamus, ipsum tamen nõ ad defensionem dignitatis Põtificiæ, sed Ecclesiæ se obligâsse,
apparet ex formulâ juramenti, † 12
qvæ habetur in antiqvo commentario, qvi Ordo Romanus inscribitur: *In nomine Christi spondeo atq; polliceor Ego Carolus &c. Imperator coram DEO & beato Petro Apostolo, me protectorem ac defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, qvatenus divino suffultus fuero adjutorio, prout scivero poteroq;.* Carol. Sigon. *de Regno*
Ital. lib. 4. pag. 99. † Idemq; & non 13
aliud Ludovicum aliosq; Imperatores ex familiâ Carolinâ jurasse, conjecturare licet. Qvare alii ad
† tempora Conradi Imperatoris 14
recurrunt, eumq; primum, ac postea ejusdem Successores hoc juramentum præstitisse putant. Qvod etsi verum, id tamen ab initio nõ tale extitisse, sed tempore subseqventiũ Imperatorũ magis magisqve auctũ fuisse, exinde probabile
redditur, qvod † in coronatione 15
Henrici V. Pontifex ab ipso non tam defensionem Pontificiæ dignitatis qvàm pacẽ petierit: Cum enim Pontifex in celebratione Missæ, inqvit *Cuspinianus*, divinum Christi corpus consecrasset, particulam manu suâ Imperatori iis verbis dedit: *Domine Imperator, Hoc corpus Domini natum ex Mariâ virgine, passum in cruce pro nobis, sic-*

ut sancta & Apostolica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me & te. in vitâ Henr. V.

Qvicqvid sit, origo hujus jura-
16 menti vetustior an recentior: † nō contenti Pontifices, eò audaciæ pervenerunt, ut sese Dominos fecerint Imperatorum, qvi ab eis Imperium petere & accipere necesse habeant. Ex qvo adulatores Pontificii astruere haud erube-
17 scunt, † Imperium à Papa dependere, & in temporalibus etiam Imperatorem Pontifici subjectū esse, Rob. Bellarm. *in tract. de potest. Pontif. Rom.* Alex. Carrerius *in tract. de potest. summi Pontif.* Conrad. Lancellottus *in templo omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 2. qvæst. 2.* Azor. *tom. 2. inst. moral. lib. 4. cap. 19.* Stapleton. *lib. 2. de magnit. Rom. Eccles.* Gretser. *contra replicat Francisc. Bozz. lib. 1. de temporal. Eccles. Monarch. cap. 1.* Restaur. Castaldus *in tract. de Imp. qvæst. 36.*
17 † Qvod etiam sibi non nemo Imperatorum persvaderi passus est, ut Sigismundus *in Reformat. Basiliens. part. 2. tit. 10.* Freher. *in comm. ad donat. Constantini M. Imp. fol. 97. & seq.* Et nonnulli ulterius progressi, nimis audacter scripserunt,
19 † ab Imperatore crimen Majestatis committi, si qvid contra Papam & statum Ecclesiæ Romanæ moliatur, veluti sentit Gigas *in tract. de crimin. læsæ majestat. tit. qvalit. & à qvib. crimin. læsæ majest. qvæst. 2.* & Tiber. Decian. *in praxi rer. criminal. lib. 7. cap. 8. n. 1.*

Hinc dogmata illa superba Canonistarum ac Pontificiorum
exorta: † Qvod Papa summus sit 20
Princeps, Didac. Covarruv. *in c. alma, part. 1. §. 1. n. 4. de sent. & excomm. in sexto.* Soli comparandus, Imperator saltem Lunæ, ac qvantum Sol à Luna, tantum Pontifex differat ab Imperatore, *cap. sollicitæ. 6. §. præterea. extr. de majorib. & obedient.* Ludovic. Rudolphin. *in tract. de orig. dignit. & po-*
test. Ducum Italiæ, n. 347. † Qvod 21
transferat Imperium de gente in gentem, *c. venerabilem 34. extr. de elect.* utramq; potestatem temporalem ac spiritualem habeat, *cap. fundamenta 17. extr. de elect. in 6to.*
† ac super omnem creaturam hu- 22
manam plenissimum jus ac potestatem exerceat, *cap. 1. §. oportet, & §. ult. extravag. de major. & obedient. Clem. Pastoralis, de sent. & re judicat. in pr.* Panormitan. *in cap. novit. de judic.* Sylv. *in summ. verb.*
Papa §. 2. † Qvod sit omnia & 23
super omnia, atqve supra jus & extra jus omnia possit, Bald. *in l. barbarius. ff. de offic. prætor. & in cap. cum super. de caus. poss. & propr.*
† Qvin & divinitatem 24
Papæ tribuunt, Dec. *in c. 1. de consvet.* Felin. *in capit. ego. extr.* de

de jurejur. pedibusqve ejus juxta *Psam. 8.* subjiciunt oves, h. e. fidelium animas: Boves, h. e. Judæos: Pecora campi, h. e. Ethnicos: Volucres cœli, h. e. beatos cœlites: pisces maris, h. e. animas defunctorum, Matth. Hafenreff. *in loc. theol. 6. de Eccles.* Leon. Hutter. *in disp. 20. super August. confess. quæst. 2.* † & qvæ sunt alia, qvæ de
25 Papa prædicantur, congesta ab Aut. bruti fulmin. *p. 5. cum seqq.* & passim, Aut. des Bienen Korbes *part. 2. cap. 10.* Anton. Benbello de Goden. *in tempest. suscitab. part. 1. cap. 6.* qvibus ceu fundamento innititur Cæsaropapatus, das Kånserliche Pabstthumb / ut loqvitur Lutherus.

26 Hinc † ambitiosa Paparum liberalitas, qvi Regna & bona aliena aliis donare haud veriti fuêre: Nimirum † Alexander VI. Hi- 27
spaniarum Regibus novum orbem concessit, Hieronym. Benzo *in histor. novi orbis, lib. 3. pag. mihi 13.* Autor des Bienen Korbes / *dict.*
28 *cap. 10. pag. 142.* † Et Bonifacius IIX. Alberto I. Regi Romanorum Galliam dedit, cum inimicitias alebat cum Philippo Pulchro Rege Galliarum, Georg. Sigism. Seldus *ad Imper. Ferdinand. in consilio* Von Ihr Kåys. Maj. Walt und Hoheit: † At ne Princeps 29
qvidem, qvi tamen in Imperio possider omnia, singulorum dominium & proprietatem intervertere potest, Senec. *de benefic lib. 7. cap. 4.* Tantum abest, † ut 30
Petrus, aut qvi se Petri incessorem nominat, cum tamen boni Petri nihil habeat Papa, Auct. *Papat. Roman.* contra Dei, naturæ & gentium jus, in Indos vel Gallos sibi potestatem arrogare, aut aliis concedere possit, Georg. Frider. Limp. Baro *apud Frider. Achill. in orat. contra Hispan. pag. mihi 335.* † Unde 31
Attabaliba Rex Papam insigniter fatuum & impudentē dixit, qvod aliena tam liberaliter largiretur, Hier. Benzo *dict. lib. 3. cap. 3.*

Hinc & media illa avaritiosa,
† qvibus Pontifices mundi thesau- 32
ros collegerunt, ut teste Marsilio Ficino Johannes XXII. in paratâ pecuniâ 250. auri thonnas in thesauris habuerit. Et Legatus Archiepiscopi Magdeburgensis scribit, circa Annum Christi 1436. tempore Concilii Basiliensis, Martino V. Pontifici ex Galliâ novies centena millia coronatorum Romam perlata esse, idq; se ex ore Lugdunensis Episcopi audivisse, refert Leonhard. Hütter. *in action. in Iacob. Gretser. de munificent. Imp. in sedem Roman. cap. 1.*

At jurenè vel injuriâ tantam sibi potestatem in Reges & Principes arrogant Pontifices? Jure id fieri

fieri; procul dubio asseverabunt
33 Canonistæ & Pontificii. † Funda-
mentum si petieris, non aliter re-
spondebitur, qvàm qvod Papa hoc
dixerit. In qvam rem vulgò profer-
ri solet Epistola Hadriani Pontifi-
cis, ad tres Electores Ecclesiasticos
hisce verbis scripta: *Romanorum
Imperium translatum ad Alemannos,
ut Rex Teutonicorum non anteqvam
ab Apostolo coronaretur, Imperator
vocaretur: Ante consecrationem Rex
est, post Imperator: Unde igitur habet
Imperium, nisi à nobis? Ex electione
Principum suorum habet nomen Re-
gis: Ex consecratione nostrâ habet
nomen Imperatoris & Augusti & Cæ-
saris, Ergò per nos imperat.* Brutum
fulmen *pag. 80.* Laurent. à Wensen.
apud Frider. Achill. in orat. pro Italiâ.

Sed nimirum † Papa testis est in
34 propria causa, cui propterea fides
non adhibenda, *l. nullus 10. ff. de te-
stib. l. 10. C. eod. tit. cap. insuper 6. in
fin. eod. tit.* Nec Clerici admittun-
tur testes, qvando de eorundem
commodo & interesse agitur, Ru-
in. *vol. 5. consil. 137. n. 13.* Jacob. Me-
noch. *cons.* 45. *n.* 26. Prosp. Farinac.
35 *de testib. tit. 6. qvæst. 60. n. 13.* † qvo-
rum oculi similiter obcæcari so-
lent, qvando suis, magisq; qvando
sibiipsis favere volunt, Gloss. *in
cap. pervenit 1. qvæst. 3.* Alciat. *de
præsumt. reg. 2. præs. 29. n. 2.* Joseph.
Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1357.
n. 56.* Et ut ait Ferrar. *in pract. Pa-
piens. in for. respons. rei. verb. præ-
scriptionis. n. 28. circa fin.* † portant 36
conscientiam in Caputio, qvo ab-
jecto, eorum conscientia abjicitur:
imò neqve Rex aut Princeps ejus-
modi in casu, in sui favorem qvid
depositurus admittitur, Prosper.
Farin, *dict. qvæst. 60. n. 15.* † Nec ipse- 37
met Papa, qvando de ipsius com-
modo & interesse agitur, Farin.
dict. tit. 6. qvæst. 63. n. 174. Non certè
† major fides hâc in re tribuenda 38
Interpp. & Canonistis, qvi ea om-
nia temporum illorum superstiti-
one & seculi sui errore, sanctita-
tisqve alicujus persvasione ducti
tradiderunt, ut propterea eorum
dicta tantam Pontifici potestatem
tribuere neqveant, † nec creditur 39
Doctori, nisi opinionem suam au-
thenticâ Scripturâ probet, *cap. ego
solus. distinct. 9. c. nolite timere. 11.
qvæst. 3.* Nicol. Everhard. *in topic.
loc. ab autoritate. n. 12.* † Neq; testis 40
est idoneus, cui imperari potest,
l. 6. ff. de testib. maximè qvando Do-
minus est sævus & terribilis, ut nisi
subditus ipsius arbitrio faciat, præ-
sumatur illi violentiam illaturus,
Bartol. *in l. eos. n. 2. & ibi.* Johan. Si-
chard. *n. 4. C. de testib.* Prosp. Farin.
dict. tit. 6. qvæst. 54. n. 210. Anton.
Benbell. de Godentiis *in tempest.
suscitab. part. 1. cap. 16.*

Qvid ergò est, num falsò hæc o-
mnia

omnia à Pontificiis & Canonistis prolata asseverabimus? Ne juribus Papæ competentibus qvicqvam detrahamus, vel aliqvem
41 hâc in re fallamus, dicimus, † hîc neutiqvam agi de potestate spirituali, qvam Papæ ultrò largimur.
42 Siqvidem † in Spiritualibus & Religionem concernentibus Imperatorem Ecclesiæ obedientiam debere, in Constit. Impp. Ludovici Pii, Lotharii I. Otthonis M. & Henrici II. disertè sancitum reperitur, Melch. Goldast ab Haimensf. *de Regno Bohem. lib. 3. cap. 13.*
43 *pag. 562.* † Eoq; respectu admittimus tradita *Dd.* qvod Imperator Pontifice Maximo sit inferior, Bald. *in l. rescripta 7. n. 8. C. de precib. Imper. offer.* Felin. *in cap. canonum statutum 1. n. 9. extr. de constit. & in c. cum non liceat 12. n. 12. extr. de præscript.* Jacob Schultes *in qvæst. an Rex vel Princeps dat. haeret. fid.*
44 *serv. ten. n. 291.* † nempe respectu ecclesiasticæ Majestatis, qvam in summo Pontifice Imperator exemplo Attilæ Hunni coram Leone I. Papa sese humiliantis, apud Jornandem *in Chronic.* Alexandri Magni, Jaddum summum Pontificem adorantis, apud Joseph. *lib. 11. antiq. Judaic. cap. 8.* Constantini Magni, Valentiniani I. Pipini & Caroli Magni, Pontifices Romanos ob cœleste Numen & nomen, qvod profitebantur, honorantium, haut dedignatur submissius venerari, Goldast. *dict. cap. 13.* Neqve de potestate temporali,
† qvam Papa ut Princeps potentissimus in suo S. Petri patrimonio habet, nobis hic sermo est, ubi Majestatem ei sine Majestatis crimine haud temerè qvisqvam derogaturus est, nisi eâdem temeritate Electoribus ecclesiasticis & cæteris in Imperio Archiepiscopis, Episcopis & Prælatis suam potestatem imminutum ire velit, contra Augustanam Confessionem, 45
nem, † in qvâ civilis potestas ac dominatio summo Pontifici & Episcopis ultrò conceditur, modò ea cum ecclesiasticâ non confundatur, *art. ult. §. pen. & ult. & in art. Schmalcaldens. in subscript.* 46
Philip. † Eademqve mens fuit Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Martini Frechti aliorumqve Theologorum protestantium *in consiliis, sive Responsis de concordia Eccles. in eundem ad Franciscum I. Galliæ Regem, Anno 1534. præscriptis* apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 10.* nec abnuit, Christoph. Besoldus *in dissert. de Ma-* 47
jest. cap. 2. n. 2. in fin. † Non enim negari poterit, Papæ potestatem civilem esse à DEO ordinatam. Qvidni ergò comiter observanda, D. Apostolo præcipiente *ad* 48

Roman. 13. Qvare eandem esse Papæ Romanorum, qvoad civilem cultum, conditionem, qvæ Cæsaris Germanorum, Catholici Hispanorum, Christianissimi Gallorum, Tzari Moscorum, Chani Tartarorum, Sultani Turcarum, Sophi Persarum, Præstegiani Æthiopum, & similium terrenorum, Monarcharum, qvibus honor civilis debetur, licet eorum Imperia non usqveqvaqve justa ac legitima videantur, asserit Melch. Goldast ab Haimensf. *de Regno Bohem. lib.* 3. *cap.* 13. *pag. mihi* 354.

Sed hoc saltem controvertitur,
49 † utrum potestas Papæ temporalis in omnes Principes ac Reges, eorumqve Regna & Imperia competat, adeoqve & Cæsar in temporalibus ipsum venerari, ac Imperium ab eo recognoscere teneatur? Qvod certè firmiter negandum:
50 † nullo etenim jure potestatem in Reges ac Principes sibi sumere Pontificem, multis demonstrat Defensor Pacis *ad Imper. Ludovicum part.* 2. *cap.* 3. & 4. qvem & alii secuti, qvos impulit Pontificum audacia & impudentia, cum ad vindicandum Imperii decus & nervos, tùm ad eludendam vim fulminum Pontificiorum. *Vid.* Frider. Hortled. *de caus. belli german. lib.* 1. *cap.* 47. Auct. Papatus Romani *cap.* 9. Wolff. *lection. memorab. cent.* 16. Georg. Kölderer von Höch *apud Frider. Achill. de princip. inter provinc. Europ. in orat. contr. Ital.* Martin. Luther. *tom. Witteberg.* 12. *tit.* Von der Gewalt und Obrigkeit des Pabsts / & *in* Tischreden *cap.* 33. Von dem Antichrist und Pabst zu Rom. † Et 51
memorabile est hanc in rem Martini Cromeri Episcopi Varmiensis dictum, qvod de Papa, Regem Hungaris constituente, refert *lib.* 11. *Rer. Polon. fol.* 185. hisce verbis: *Multis displicebat exemplum, Regem à Pontifice accipiendi*: Qvibus verbis procul dubio innuit, Papam misisse falcem in messem alienam, scilicet Imperatoris, cujus solius est Reges instituere atq; investire.

Nec sana ratio hanc Papæ insolentiam admittit. (1) Nam † si ulla 52
potestas Pontifici jure divino in Reges ac Principes competeret, utiq; hanc in Reges qvoq; Orientales haberet, cùm de nullâ constet exceptione. At hoc ipsum est contra Paleam Constantini, in qvâ Imperium orientale Constantinus retinuit, cujus tamen autoritas apud Pontificios magna existit, Georg. Sigism. Seld. Vicecancell. Imper. *in consil. ad Imper. Ferdin. I.* Von Jhrer Käys. Maj. Wahl und Hoheit.

(2) Et si respiciamus † ad ori- 53
ginem

ginem hujus potestatis, fuit certè dignitas Imperatoria & Majestas, anteqvam etiam Papatus esset in rerum naturâ; qvia Imperator Julius ante Christum vixit, & Christus sub Cæsare Augusto natus, sub Tiberio passus est, cujus successor fuit Cajus Caligula: Et demum secundo Anno Claudii Cæsaris, Papatus cœpit. A qvonam ergò Imperatores illi potestatem suam acceperunt? Qvi tamen legitimi fuerunt, adeò ut etiam Augusto Christus dederit vectigal.

54 (3) Imò † qvod Christus nec acceperit, nec habuerit non solummodò executionem dominii & Regni, sed nec autoritatem vel potestatem ullius Regni temporalis, ipse probat Bellarmin. *lib. 5. de Pontif. Roman. cap. 4.* A qvò ergò jus hoc obtinet Pontifex, qvi se Christi jactitat Vicarium.

55 † Et qvorsum istud Apostoli: *Nemo militans DEO implicet se negotiis secularibus*, ubi Bellarmin. nimis strictè negotia secularia interpretatur curam parandi victus, negotiationes & mercimonia, seu nimiam sollicitudinem circa victum corporalem. *dict. lib. 5. de*

56 *Pontif. Roman. cap. 10.* † Et divinatoriè Alexander Raudensis illum locum restringit ad Ecclesiam saltem nascentem & ad loca, in qvibus fides incipit agere radices, *in tract. de anal. & æqvivocat. lib. 1. c. ap. 39. n. 47.*

(4) Expeditum est † vel ex 57
hoc ipso Capitulationis membro, Imperatorem esse Pontificis protectorem. Atqvi, ut protectio per se nullam jurisdictionem tribuit protectori in protegendum, nisi jus territorii concurrat: Ita vicissim nulla juris ratio patitur, ut protectarius superior sit suo protectore, in cujus territorio situs est, ut Papa in Romani Imperii territorio, Paul. Busius *lib. 1. de Republ. cap. 5.* Claud. Falcetus *tom. 2. antiq. gallic. lib. 1. cap. 4. & cap. 9.* Henr. Bocer. *in tract. de crim. Majest. cap. 1. n. 18.*

(5) † Addit Melch. Goldast. *de* 58
Regno Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 7. pag. 364. & hanc rationem: Si Papa haberet temporale dominium in universalitate Imperii, ut habet spirituale in universitate Ecclesiæ, haud certè negari posset, qvin haberet qvoq; concurrentem cum Imperatore jurisdictionem civilem in Regnis & Provinciis Imperii. At noluit Clemens V. Papa cognitionem de parricidio Johannis Austriæ Ducis & partium Moraviæ Domini, in Albertum I. Cæsarem, patruum suum, commisso recipere, sed eam ad Henricum VII. Imperatorem remisit,

ut testatur Bernard. Girardus *in histor. franc. tom. 2. lib. 13. fol. 14.* & Christoph. Besold. *in dissertat. de majest. Sect. 1. cap. 5, n. 6.*
59 † Et negat Pius II. Papa, temporale Regni Bohemiæ dominium ad se spectare, Regemqve Georgium ad Imperatorem Fridericum III. supremum Bohemiæ Dominum remittit, Goldast. *dict. lib. 3. de Regno Bohem. cap. 14. n. ult.*

Paret hinc absurdum dogmatis
60 Pontificii, † qvo Papæ potestas temporalis in omnes Principes ac Reges tribuitur. † Qvod avertere cupiens Robert. Bellarm. *de summ. Pontif. lib. 5. cap. 1. & seqq.* Papam nec totius orbis Christiani Dominum esse, nec ullam temporalem jurisdictionem directè habere, concludit: Attamen ad bonum spirituale summam potestatem disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum ei concedit, atq; sic jurisdictionem temporalem indirectè permittit, *dict. lib. 5. cap. 6.* † Qvo ipso in eodem heret luto, & qvod unâ vice negat, alterâ rursus, aliò tamen ac qvodammodò dissimili modo affirmat & permittit. 61
Ac certum est, sub prætextu salutis animarum nullam non potestatem judicandi, ordinandi & disponendi, Pontificem sibi sumere & vendicare posse, qvamvis ipsi ceu putativo Vicario Christi & Petri Successori hæc nunqvam à Deo fuerit concessa, Erasm. Roterodam. *in libell. cui tit. Morias encomia, pag. 315.* Joh. Garsen. *de coronat. Pontif. Imper. Roman.*

SECTIO VII.

Imperator Romanus Pontifici nullo homagii & subjectionis vinculo est obligatus, adeoq; nec Papæ Vasallus.

SUMMARIA.

1. Juramentum Imperatoris Pontifici præstitum in Coronatione num sit fidelitatis jusjurandum,
2. Affirmat hoc Clemens V. Papa.
3. Et Cornelius Agrippa.
4. Qvo ipso Imperatorem faciunt Papæ Vasallum.
5. Literæ Hadriani IV. ad Fridericum I. Imp. (n. 7.
6. Rejicitur hæc sententia à sanioribus Theologis, JCtis, Politicis & Philosophis.
8. Jusjurandum Impp. Pontifici præstitum non fuit fidelitatis, sed protectionis juramentum, n. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

15. Rex

15. Rex Galliar. ante Coronationem jurat Archiepiscopo Remensi.
16. Et Wilhelmus I. Rex Angliæ juravit Archiepiscopo Eboracensi.
17. Nec non alii Principes & Reges Archiepiscopis se coronantibus.
18. Imperator Principibus Imperii promittit defensionem. n. 19.
20. Regulariter jurant Reges & Principes in inauguratione Proceribus.
21. Proceres tamen superiores non sunt Regibus & Principibus.
22. Intellectus c. tibi Domino. dist. 63.
23. Goldasti sententia de hoc capitulo.
24. Cap. un. FF. 2. tit. 100. est capitulum extraordinarium.
25. Explicatio dict. cap. un.
26. Reges à minoribus qvandoq; feuda accipiunt.
27. Carolus V. Vasallus Regis Galliæ.
28. Rex Hispaniar. in Burgundia recognoscit Imperatorem.
29. Rex Daniæ Vasallus Imperii ratione Holsatiæ.
30. Electorum decretum super juramento Imper. Pontifici præstando.
31. Otto Witelspachius Comes contradixit Hadriano IV. fidelitatis Imperatorem admonenti.
32. Ut & Principes Imperii.
33. Nec non ipsemet Imp. Fridericus I.
34. Hadrianus IV. jactantiam suam revocat.

HAbent nihilominus Pontificii, qvo deliria sua palliare conantur:
1 Urgent nimirum † juramentum Imperatoris ante consecrationem & coronationem Romanam, Pontifici præstandum, *ex cap. tibi Domino. distinct. 63.* de qvo dixi *Sect. præced. n. 9. & cap. un. lib. 2. FF. tit. 100.* qvod fidelitatis sive homagii esse, adeoqve Imperatorem Papæ Vasallum & Clientem jactitant.

2 Nam juramentum hoc † qvin existat fidelitatis, à retrò Romanis Principibus non fuisse hæsitatum, inqvit Clemens V. Papa *in cap. Romani. Clem. de jurejur.* Et posteà ibi: *Nos præmissis & aliis rationibus, ne qvis in Romanum assumtus Principem vel in posterum assumendus, an juramenta hujusmodi per dictum Imperatorem præstita & per successores ipsius in futurum præstanda fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium astruere veritati; autoritate Apostolicâ de fratrum nostrorum consilio declaramus: illa juramenta prædicta fidelitatis existere & censeri debere, dict. cap. Romani.* † Hinc Cornel. Agrippa in persona Pontificis ad Impe- 3

ratorem: *Si ex more majorum*, inqvit, *Serenissime fili, tuâ sponte & integerrimo corde paratum te offers ad præstandum nobis fidelitatis juramentum, secundum literas Imperiales Aureâ Bullâ munitas & in Romanæ Ecclesiæ archivis diligenter repositas, accede huc & Coronam Imperialem tuo capiti imponere non tardabimus. In diad. Imp.*

Imperator igitur, si juramentum præstat fidelitatis Pontifici,
4 † utiq; ipsius est Vasallus, ab eoq; Imperium tenet, *arg. tit. 3. 4. & 7. FF. 2.* Id qvod etiam haud ob-
5 scurè confirmant literæ † Hadriani IV. ad Imper. Fridericum I. ubi inter alia hæc verba habentur: Was soll ich sagen von der Treue/ die du S. Peter und uns versprochen hast und geschworen/ wie du die haltest? *Et in fin.* Was soll ich sagen? kehre wieder/ kehre wieder/ das rathen wir dir/ damit du nicht das jenige/ so du von uns empfangen hast/ wiederümb verleurest/ apud Frider. Hortled. *de caus. belli german. lib. 1. cap. 47. pag. 513.* Henning. Arnis. *de translat. Imper. Roman. n. 34.* Georg. Sigism. Seldus *ad Ferdin. Imper. in consil.* von Ih. Käys. Maj. Wahl und Hoheit/ *p. 99.*

Sed ineptiunt Pontificii, qvibus curæ est autoritas Papæ, falso licèt
6 dogmate stabilita. † Rectius verò sentiunt saniores Theologi, Jureconsulti, Politici & Philosophi, inconveniens esse, juriqve divino & humano contrarium, ut Imperator Papæ sit homagii & subjectionis vinculo obligatus, Otto Frisingensis Episcop. *in Chron.* Walram Episcopus Numburg. *in Apolog. pro Henrico IV. Imper.* Lupol. de Bebenburg Episcopus Bambergens. *in tract. de jur. Regn. Francor. & Imper. Roman.* Æneas Sylv. *in comment. de Europ. stat. sub. Frideric. III. Imperat.* Nicol. Cusan. Cardin. Brixinens. *lib. 3. de concord. cathol. cap. 29 & seq.*
† Qvin doctrinam hanc illi, 7
qvi ab Ecclesiâ Romanâ secessionem fecerunt, dicunt esse argumentum AntiChristianismi, Henric. Bullinger *in homil. in Apocalyps.* Johan. Bulæus *in vit. Roman. Pontif.* Luc. Osiand. *in Pap. non Pap. loc. 20.* Marqvard. Freher. *in comm. ad donat. Constant. M. Imper. fol. 97.* Petr. Molin. *in tract. de Monarch. temporal. Pontif. Roman. cap. 23. & seq.* Daniel Chamier *in Oecumen. Pontif.* Christ. Besold. *in dissert. de Majest. Sect. 1. cap. 2. n. 8.* Melch. Goldast. Haimensf. *de Regn. Bohem. lib. 3. cap. 3. n. 7.* Cunrad Graser *in histor. AntiChrist.* Nicol. Vignerius *in theatro AntiChristi.* Franc. Hottom. *in Brut. fulm. tit. crim. Majest.* Petr. Asyl. *in tyrann. Anti Christi.* Gulielm.

elm. Sturio *in tract. de translat.*
8 *Imper. cap. 6.* † Nec enim juramentum, qvod. præstitit qvondam Imperator Papæ, fuit fideli-
9 tatis jusjurandum, † qvicqvid etjam dicat Clemens V. in *Clemen. Romani, de jurejur.* Id qvod Henricus Luzelburgicus convocatis Tabellionibus publicè negavit se fecisse, testatus, nulli mortalium ad fidelitatem se obligatum esse, nec in fidelitatem cujusqvam juràsse, Goldast. *in replicat. pro Imper. contra Gretser. cap. 16.* Sed juravit Imperator Pontifici & Ecclesiæ solummodò protectionem & defensionem, Georg. Kolderer ab Höch, *apud Frider. Achill. de princip. inter Provinc. Europ. in orat. contr. Ital.* Aliud verò est protectionem, aliud fidelitatem jura-
10 re. † Hinc tempore Ludovici IV. Status Imperii Francofordiæ congregati, *ut Cuspinian.* expressè decreverunt, id juramentum non esse fidelitatis, sed obseqvii & defensionis, nec qvoad Ecclesiam Romanam operari majoritatem
11 in temporalibus. † Nec abnuit Georg. Sigism. Seld. Vicecancell. Imper. *in consil. ad Ferdinand. Imp.* Von Ihrer Käys. Maj. Wahl und Hoheit/ qvando scribit: dann denselben Eyd thut ein Käyser anders nicht/ denn ein Obrister Voigt und Schirmherr der Römischen Kirchen/ wie dañ wol etwa in einen wenigern Fall/ etliche Fürsten und andere wenigre Stände des Reichs/ etlicher besonderer Klöster uñ Gotteshäuser/ Schutzherren oder Kästen Voigte seyn/ mag sich auch wol begeben/ daß sie solches ihres Schutzes halber zu zeiten Pflicht zu thun pflegen/ und seynd doch sonsten derselbigen Klöster mit nichten unterthan. Folget also gar nicht/ daß von solchen Käyserlichen Eydes wegen/ der Pabst in weltlichen Sachē über den Käyser / oder auch das Käyserthumb/ wie vielleicht etliche vermeynen wollen / der Römischen Kirchen Lehen seyn. Est ergò illud, qvod Papæ ab Imperatore præstatur, protectionis pactum magis, qvàm juramentum subjectionis &
homagii, ut † jampridem qvoq; 12
declaràrunt Imperatores Christianissimi, Otto III. Henricus II. Henricus III. Henricus IV. Henricus V. Lotharius II. Fridericus I. Henricus VI. Fridericus II. Henricus VII. Ludovicus IV. Güntherus. Maximilianus I. & Carolus V. & præstantissimi qvà Theologi, qvà Jurisperiti in variis tractatibus evidenter demonstràrunt, Melch. Goldast. *de Regno Bohem. dict. lib. 3. cap. 13. n. 7. pag. 364.*

Veritas hujus assertionis inde
patet. (1.) Qvod † Imperator ex ju- 13
ramento Papæ præstito, ad protectionem

ctionem & defensionem ejus obligatur: Atqvi in fidelitatis formâ non promittitur Domino à Vasallo protectio & procuratio, qvæ potiùs partes sunt Domini, Gerson. *in tract. ne princ. decip.* Qvemadmodum enim subditi debent fidem, subsidium & servi-
14 tium Domino: † ita Dominus subditis suis fidem & protectionem, qvia Vasallus liberto, & Dominus feudi Patrono æqviparantur, Ludolph. Schrader. *de feud. part.6. cap.7. n.10.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib.2. cent. 2. cas. 182. n. 8.*

15 (2.) Solebat † antiqvitùs Rex Galliarum, priusqvam ad Coronationem admitteretur, Archiepiscopo Remensi tale præstare juramentum, prout ex Archivo vetusto refert Henning. Arnis. *de majest. cap. 5. Ego NN. DEI gratiâ mox futurus Rex Francorum in die ordinationis meæ, coram DEO & Sanctis ejus polliceor, qvod servabo privilegia Canonica, justitiam & jus unicuiq; Prælato debitum, vosq; defendam DEO juvante, qvantum potero, qvemadmodum Rex ex officio in suo Regno defendere debet unumqvemq; Episcopum & Ecclesiam: Et administrabo populo justitiam &*
16 *Leges, uti jus postulat.* † Pariter & Wilhelmus I. Rex Angliæ promisit Archiepiscopo Eboracensi, se defensurum Ecclesiam ejusqve Præsides, gubernaturum populum in justitiâ & rectis legibus, Henning. Arnis. *de translat. Imper. n.34.* † Eodemq; modo Archie- 17
piscopus Moguntinus ab Imperatore in coronatione Aqvisgranensi, jusjurandum vice Ordinum & populorum Germaniæ, Galliæ & Slavoniæ recipit. Sic Archiepiscopus Strigoniensis Hungarorum, Pragensis Bohemorum nomine, eundem Imperatorem ut Regem sibi auctorat, Melch. Goldast. *de Regno Bohem. lib. 3. cap. 13. n.7. pag.364.* Ergonè hi omnes, Archiepiscoporum & Subditorum suorum erunt Vasalli, iisq; ad fidelitatem astricti? Qvod nemo unqvam dixerit.

(3.) Qvid multis: † Et Im- 18
perator in coronatione Principibus Imperii defensionem & protectionem promittit, Adam & Nicol. Heyden. *in histor. inaugurat. Maximil. II.* Henning. Göden. *de elect. Reg. Roman. cap. 8.* Casp. Ens *de elect. & inaugurat. Caroli V.* † Hocq; jus habent Ordi- 19
nes Imperii tàm in Germaniâ & Galliâ, qvàm ipsa Italiâ, ut non teneantur homagium electo Cæsari præstare, nisi priùs ipse fidem protectionis & conservationis sigillatim obsignasset, Althus. *in polit. cap.19. n.7.* Reinkingk *lib. 1. de*

de Regim. secul. & ecclesiast. class. 5.
cap. 3. n. 8. Christ. Besold. *de Stat.*
Reipubl. mixto. cap. 5. n. 3. Maulius
20 *in tract. de Homagio. n. 120.* † Et regu-
lare ferè hoc est, ut Reges & Prin-
cipes subjectis populis in inaugu-
ratione vel receptione fidem su-
am juratis verbis promittant, Ja-
cob. Rex Britann. *de jure Monarch.*
lib. fol. 11. Ritterus *in dissert. de Ho-*
mag. n. 117 & 121. Besold. *dict. loc. n. 1.*
Johan. Sarisbergens. Episcop. *lib. 5.*
Polycratic. cap. 11. Neq; inde tamen
21 conseqvitur, † Ordines Imperii
populosq; subjectos, qvibus jura-
menta præstantur, pro Superiori-
bus & Dominis suorum Impp.
Regum ac Principum haberi.
22 (4) Neqve † juramentum in
cap. tibi Domino. distinct. 63. omnes
respicit Imperatores, sed persona-
le tantummodò est, & de certis
dubiis conceptum, qvæ tum ver-
tebantur inter Otthonē & Johan-
nem, cum ille hunc in patrocini-
um contra Berengariū reciperet,
Waremund. ab Erenberg *de Regni*
subsid. cap. 2. n. 51. Jac. Cujac. *ad cap.*
un. §. interpres. ad fin. de nova form.
fidel. ut sic nihil omninò *ex dict.*
cap. tibi Domino. contra Imperato-
23 rem inferatur, † prout fusiùs de-
monstrat Goldast. in Reichssatzun-
gen *p. 106.* ubi inter alia subjungit:
Aber meine liebe Herren/ wie rei-
met sich eine Faust auff ein Auge?
Ein Han zu einer Perlen? Ein
Saurüssel zu einer Rosen? Eben
wie dieser Eyd zu des Käysers Ho-
heit. *& in Replicâ pro Imperio contra*
Gretser. cap. 16.

(5) † Non certè plus potuerit 24
probari ex *cap. un. lib. 2. FF. tit. 110.*
cum absqve controversiâ capitu-
lum istud sit extraordinarium,
propterea q; nullius authoritatis,
Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 33. n.*
17. qvamvis & non ineptè dica-
tur, † *in dict. cap. un.* Fridericum 25
Pontifici fidelitatem debuisse,
non ratione Imperii Romani, sed
ratione alterius cujusdam feudi:
† Nec enim absurdum est, ut Re- 26
ges ab æqvalibus, qvin & à mino-
ribus personis feuda accipiant,
non qvâ Reges, sed qvâ Vasalli,
Zas. *de feud. part. 5. n. p.* Vultej. *lib. 1.*
de feud. cap. 4. n. 9. & 10. Arnis. *de jur.*
Majest. lib. 1. cap. 4. n. 8. † Veluti Ca- 27
rolus V. fuit Vasallus Regis Gal-
liæ ratione Flandriæ, & Vasallus
Pontificis ratione Regni Neapo-
litani, Siciliæ, Arragoniæ, Matth.
Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1.*
membr. 2. n. 19. † Pariter & Rex Hi- 28
spaniæ ratione Burgundiæ reco-
gnoscit Imperium nostrum: † & 29
Rex Daniæ Holsatiam feudi no-
mine ab Imperio recipit, Andr.
Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb.*
Duc. Saxon. cap. 6. n. 3.

Tantum itaq; abest, Imperato-

rem Vasallum esse Pontificis, ut
30 † etiam Electores in Comitiis Remensibus decreverint, Cæsarem ad præstationem hujus juramenti haut adigendum esse, Georg. Sigism. Seld. *in dict. consil. ad Imp. Ferdinan. I.* Von Ihr. Käys. Maj. **Wahl und Hoheit.** Objicit qvidem Hadrianus IV. Friderico I. fidelitatem semel B. Petro promissam: & Imperatorem à Pontificibus habere Imperium, asserit idem Hadrianus:
31 † Sed qvid ad hoc Otto Witelspachius Comes? Is cum ab Hadriano scriptum intelligeret, Imperatorem accepisse Imperium à manu Papæ ut beneficium, vix se continuit, qvin Legato in oculos convolaret, Georg. Kölderer ab Höch. *apud. Frider. Achill. de principat. inter provinc. Europ. in orat. contra Ital.* Michael Sachse *in Chron. de vitâ Friderici I.*
32 † Qvid ad hoc Principes Imperii? Ad qvos sibi amiciores cum scriberet Adrianus, ut iratum Imperatorem sibi placarent, uno ore responderunt? *Hæc verba insolita & inaudita (dum Imperium Beneficium appellaverat) approbare nec audemus nec possumus.* Qvid ad hoc ipse
33 Fridericus? † Audacter hic respondet: *Se coronam nemini acceptam referre, excepto DEO & Principibus Germaniæ,* Radevic, *lib. 1. cap.* 10. Carol. Sigon. *lib. 9. histor. Italicar.* † Ideoq; Hadrianus, qvò Imperatorem placaret, de sententiâ 34
Episcoporum coactus interpretari Friderico, qvomodo Imperium dicatur & sit beneficium Papæ, ita ad eum scripsit: *Occasione cujusdam verbi, qvod est Beneficium, tuus animus, sicut dicitur, est commotus, qvod utiq; nedum tanti viri sed nec cujuslibet minoris animum meritò commovisset. Licet enim hoc nomen, qvod est beneficium, apud qvosdam in alia significatione accipiendum fuerat, qvàm nos ipsi posuimus & qvam in substantiâ suâ noscitur, retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur beneficium apud nos non Feudum, sed bonum factum, in qvâ significatione in universo sacræ Scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio DEI, non tanqvam ex feudo, sed velut ex benedictione & bono facto ipsius gubernari dicimur & nutriri. Et tua qvidem Magnificentia liqvidò recognoscit, qvod nos ita benè & honorificè Imperialis Majestatis insigne tuo capiti imposuerimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicare. Unde qvod qvidam verbum hoc & illud, scilicet (contulimus tibi insigne Imperialis Coronæ) à sensu suo visi sunt ad alium relinqvere, non ex mente causæ, sed de voluntate propriâ & illorum suggestione, qvi pacem Regni & Ecclesiæ nullatenus diligunt, hoc*

ege-

egerunt. Per hoc enim vocabulum (contulimus). nihil aliud intelleximus, nisi qvod superius dictum est, imposuimus, apud Melch. Goldast. *tom. un. Constit. Imper. pag. 267.* Carol. Sigon. *lib. 12. histor. Italicar.*

SECTIO IIX.

Translatio Imperii Occidentalis á Græcis ad Germanos in personâ Caroli Magni facta, haud adscribenda est potestati & autoritati Papæ, contra Robertum Bellarminum.

SUMMARIA.

1. *Imperium Occidentale à Græcis ad Germanos translatum.*
2. *Sententia Bellarmini de hac translatione.*
3. *Bellarm. autoritate Pontificis translationem factam autumat.*
4. *Refellitur Bellarminus. n. 5.*
6. *Carolus Magnus bonam partem Germaniæ ex successione acqvisivit.*
7. *Qvo titulo Imperium Occidentale ad Carolum M. pervenit?*
8. *Jure belli Carolus M. Imperium acqvisivit.*
9. *Ut & consensu Impp. Orientalium.*
10. *Carolus M. Imperatricis Constantinopolitanæ conjugium ambiit.*
11. *Accessit consensus Pontificis ad translationem Imperii in Carolum. n. 12.*
13. *Non ut Papæ, sed ut membri Politiæ Romanæ præcipui.*
14. *Carolus M. à Leone Papá coronatus.*
15. *Coronatio Papalis ad instantiam Populi ac Procerum Imperii peracta.*
16. *Platinæ testimonium de coronatione Caroli M.*
17. *Testimonium Sigeberti de hac coronatione.*
18. *Translatio Imperii haut adscribenda autoritati Papæ.*
19. *Papa Leo se Imperatori submisit.*
20. *Falsa Bellarmini assertio de hac re.*
21. *Ipsum jus Imperii Carolus M. absq; autoritate Pontificis obtinuit. n. 22.*

ANxiè laborant Pontificii pro stabiliendâ autoritate Ecclesiæ Romanæ ac potestate Pontificis in Imperatorem, † qvam etiam ex translatione Imperii Occidentalis à Græcis ad Germanos probari contendunt, eamq; in persona Caroli Magni gratiâ Apostoli-

ſtolicâ & autoritate Papali factam
2 jactitant, præeunte † Roberto Bellarmino, qvi titulos ſex refert, qvibus Imperium Occidentale Imperator Carolus M. in ſe transferre potuerit: Nimirum 1. jure Belli. 2. immediatè à DEO. 3. jure Succesſionis hereditariæ. 4. autore Senatus populiq; Romani. 5. Conſenſu Imperatoris Græci ſive Conſtantinopolitani aut Orientalis. 6. juſſu, autoritate & confirmatione Pontificis Romani. Non
3 autem prioribus qvinq; † ſed ſolo titulo ſexto id factum eſſe autumat *in lib.1.de translat. Imper.* Velut qvoq; idipſum Electores in inſtrumento qvodam publico, qvod Romæ conſervatur in arce S. Angeli, ingenuè confitentur, cujus inſtrumenti particulam recenſet Bellarmin. *dict. lib.1. de translat. Imper. cap.2. §. alterum eſt membrum.*

4 Sed fallit Bellarminus, † ſoli titulo ſexto, nempe autoritati ac confirmationi Sedis Apoſtolicæ translationem Imperii Occidentalis in Germanos asſcribens. Hoc enim nos concedere tantum abeſt, ut etiam titulum illum illegitimum, imò planè nullum exiſtimemus; qvamvis immediatè Carolum Imperium hoc accepiſſe cum eodem libenter negamus. Et
5 † qvoad jus ſuccesſionis hereditariæ conſtat, Pipinum, patrem Caroli, ad defenſionem urbis Romæ & Italiæ contra Longobardos ſemel evocatum, nonnihil juris ſui reliqviſſe poſteris. † Qvin & 6
Carolus Gallias ac bonam partẽ Germaniæ tenuit ut Rex Francorum, adeòq; ex paternâ hereditate, Melch. Goldaſt. *Conſtit. Imper. lib.1. pag.25.* Dn. Henr. Höpffner. *in Saxon. Evangel. contr. Petr. Cutſem. ſect.2. part.3. cap.1. pag.260.*

Aliàs tribus reliqvis titulis,
† jure ſcilicet Belli, Autore Senatus populiq; Romani, & conſenſu Imperatoris Orientalis, Carolum Occidentale Imperium acqviſiviſſe, cum Hiſtoricis omninò 7
ſtatuimus. † Duabus enim in Italiâ factionibus exortis, Longobardicâ & Imperiali, qvibus cum multis annis miſera Italia vexata fuiſſet, poſtremò prævalentibus Longobardorum armis, Ravennâq; cum omni Exarchatu ab ipſis captâ, univerſam ferè Italiam reliqvis etiam Imperatoris Conſtantinopolitani præſidiis pulſis, ſui juris fecerunt: in qvâ calamitate publicâ cum Imperatores Orientis omnem Italiam, tanqvam vacuam posſesſionem reliqviſſent Romani ſibi ipſis relicti, ut Longobardorum dominatum frangerent, ad Pipini primùm, patris Caroli M. mox etiam ipſius Caroli 8

roli auxilium confugerunt, qvod
Carolus ita præstitit, ut Italia ferè
omnis exactis Longobardis, ipso-
rumq; Rege Desiderio capto; in
Francorum potestatem devene-
rit, & ita confirmato jure illo,
qvod bello Longobardico acqvi-
sierat, Romanis Principibus se
ipsi submittentibus, Carolus M.
partem hanc occidentalis Imperii
simul jure Belli & autoritate Se-
natus populiqve Romani: bonâ
cum gratiâ & voluntate acqvisi-
vit, Sigebert. *in Chron. Ann. 801.*
Aventin. *lib. 4. annal.* Melch. Gol-
dast. Haiminsf. *in replicat. contr.*
Gretser. cap. 16. & Historici *passim.*

Hisce accedit titulus tertius,
9 † Consensus nimirum Imperato-
rum Orientalium: ita namq; scri-
bit Onuphrius Panvinius: *Haud*
ita multò post, Irene Augustâ imperio
deturbatâ atq; in Insulam relegatâ,
Nicephorus Orientis Imperium occu-
pavit, inter qvem & Carolum M. a-
micitia atq; pax hisce legibus & con-
ditionibus facta, ut ambo fratres,
ambo Imperatores, more Majorum
ambo Augusti dicerentur: Occiden-
tis qvidem Carolus M. Orientis verò
Nicephorus, utriusq; Imperii termi-
nus esset urbs libera Venetorum, de
Comit. Imper. part. 1. cap. 4. Carol.
Sigon. *lib. 4. Ital.* Joh. Limnæ. *de*
jure publ. lib. 1. cap. 5. n. 11.

Titulis ergò hisce, nimirum ex
successione hereditariâ, jure Bel-
li, Autoritate Senatus populiqve
Romani, & consensu Imperato-
ris Orientalis, non etiam jussu &
autoritate Pontificis Carolus M.
Imperium acqvisivit. Qvid? qvod
etiam † Irenes Imperatricis Con- 10
stantinopolitanæ conjugium per
Legatos ambiisse dicatur, ut con-
nubii jure Orientem cum Occi-
dente conjungeret: ac tale ipsi
tentare minimè fuisset integrum,
si qvidem opinatus fuisset, solo
Pontificis Romani nutu transfer-
ri vel in se vel in alium potuisse
Romanum Imperium. Leonhard.
Hütter. *in act. in Jacob. Gretser. de*
Impp. Reg. & Princip. munific. cap. 4.
Georg. Sigism. Seld. *ad Imp. Ferd. I.*
Von Ihr Käys. Majest. Wahl und
Hoheit.

Non nego qvidem, † Pontifi- 11
cis Romani consensum ad trans-
lationem hanc Imperii æqvè ac-
cessisse: sed fuit ejus voluntas cō-
juncta cum Senatus populiq; Ro-
man. Procerumq; Italicorum vo-
luntate, Aventin. *lib. 4. annal.* O-
nuphr. Panv. *de Comit. Imp. part. 1.*
cap. 4. Lupold. de Babenberg *de jur.*
Imp. cap. 14. † Causa itaq; efficiens 12
Electionis principalior fuerunt
Principes, Senatus populusqve
Romanus unà cum Pontifice, ut
patet ex fragmento Chronici M.
Alberti Argentinensis *de hac hi-*

ſtoriâ in part. 2. germ. hiſt. Vrſtiſii, pag. 77. ubi hæc habentur verba: *Qvum tanti, tamq; famoſi Viri (Caroli) per totum Orbem terrarum fidei probitatisq; fama volavit, Romani potentiſſimum Romanum Imperium & Papæ electionem ſibi præſcripſerunt. Igitur precibus B. Leonis Papæ & Principum Regni, omniumq; Primatum admonitus, tàm DEI qvàm hominum voluntati conſentiens, cum magno univerſalis Cleri plebisq; tripudio, in die Natalis Domini noſtri I. C. anno incarnationis DCCCI ante altare B. Petri Apoſtoli, Romæ à Leone Papa conſecratus & unctus eſt.* Hactenus verba *Chron.*

13 † Et qvidem concurrit Pontifex Romanus ad hanc electionem, non ut Papa ſeu jure Eccleſiaſtico, ſed ut Politicæ Romanæ membrum præcipuum, eleganter demonſtrante D. Henrico Hôpffnero *in Saxon. Evangel. contra Cutſem. ſect. 2. part. 3. cap. 1. v. 272.*

Nec aliter ſentiendum de Co-
14 ronatione, † dum Carolum M. Romæ à Leone Papa coronatum & publicè Auguſtum proclamatum fuiſſe legimus, Onuphr. Panvin. *dict. cap. 4.* Johan. Garſen. *in Orat. de cornat. Pontif. elect. Roman.*
15 *Imper.* Nimirum † & Coronatio ad inſtantiam Populi ac Procerum Imperii, eorumq; autoritate per Papam fuit peracta, ita ut populus Principesq; per manus Leonis Papæ videantur ipſum coronâſſe. Qvâ de re ita ſcribit † Pla- 16
tina *in vit. Leon. III. Pontifex populi Romani ſcito precibusq; Carolum Imperatorem Romanorum declaratum, diademate, vetuſto Imperatorum geſtamine capitis coronavit.* † 17
Et Sigebert. *in Chron. Anno Domin. 801. p. 60. Romani, qvi ab Imperatore Conſtantinopolitano jamdiu animo deſciverunt, nunc acceptâ occaſionis opportunitate, quia mulier excæcato Imperatore Conſtantino filio ſuo, eis imperabat, uno omnium conſenſu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, cumq; per manum Leonis Papæ coronant Cæſarem & Auguſtum appellant.* Idemq; aſſerunt Jacob. Wimpfeling. *in epitom. germ. cap. 9.* & Naucl. *gen. 26.*

Manifeſtum hinc eſt, † autori- 18
tate Papæ Imperium in Carolum M. haut fuiſſe translatū: qvin potiùs Pontificem ſe Imperatori ſubmiſiſſe. † Leo enim mox ut electus 19
fuit in Papam, per Legatos ſuos claves cōfeſſionis S. Petri atq; vexillū urbis Romæ cū aliis muneribus Carolo Regi miſit, rogavitq; ut aliquē de ſuis Optimatibus Romā mitteret, qvi populum Romanum ad ſuam (ſcilicet Imperatoris, non Pontificis, ut vult Bellarm. *lib. 1.*

de translat. Imper. cap. 13.) fidem
atq; subjectionem per Sacramen-
20 ta confirmaret. Aut. *annal. Franc.*
sub anno 796. † Qvod certè ex-
tremæ fuit Subjectionis testimo-
nium. Malè siqvidem Bellarm.
claves interpretatur preciosas
qvasdam thecas, qvibus Reliqvia-
rum fragmenta, puta signum Do-
minicæ Crucis, Capilli Johannis
Baptistæ, Rasura catenarum S. Pe-
tri, aut aliqvid aliud generis ejus-
dem servabatur & illis, qvos sum-
mo munere afficere volebant Pō-
tifices, mittebatur, *dict. cap. 13. § 11.*

Porrò ut Carolus M. possessio-
21 nem, ita etiam † jus ipsum Impe-
rii Occidentalis absq; jussu & au-
toritate Pontificis obtinuit: Fal-
sò enim Bellarm. docet, possessio-
nem qvidem Imperii Occidenta-
lis armis acqvisivisse & retinuisse
Carolum, jus verò ipsum, qvod
Græcus Imperator in provincias
occidentalis Imperii habebat,
nec non titulos, honores atq; di-
gnitates Augustorum à Leone
Pontifice Carolo imperitos, eâq;
communicatione factum esse, ut
illa ipsa, qvæ jam habebat, non tā-
tùm ut Rex aut Patricius, sed ut
verus Imperator & Augustus re-
tineret, *lib. 1. de translat. Imper. cap.*
7. † Nam ipsum Occidentale Im- 22
perium, non saltem possessionem
S. P. Q. R. in Carolum transtulis-
se, restantur Historici.

SECTIO IX.

Coronatio Papalis Italica neq; Imperatoriam dignitatem vel potestatem confert electo Regi Romanorum, neq; necessaria est; & qvæ hujus sit origo atq; finis.

SUMMARIA.

1. *Multum efficaciæ Coronationi Imperatoris Papali tribuunt Papicolæ. n. 2. & 3.*
4. *Henricus Auceps non petiit Coronationem à Pontifice.*
5. *Magna Pontificis Innocentii II. confidentia.*
6. *Sententia Pontificiorum fundata in* Schwabenspiegel.
7. *Effectus qvadruplex* Coronationis Papalis *secundum Pontificios.*
8. *Rejicitur Pontificiorum sententia.*
9. *Duplex* Coronatio *Germanica, & Itaalica.*
10. *Corona Germanica ex auro fabricata.*
11. *Testimonium hac de re Hieronymi Balbi.*

AD astruendum porrò jus & potestatem sedis Apostolicæ super Imperatorem Romanum, prętendunt Pontificii Coronationē
1 papalem Italicam, † per qvam Regi Romanorum dignitatem ac potestatem Imperatoriam conferri contendunt. Dicunt nimirum, electionem Imperatori designato jus inefficax & sicut gladium in vaginâ reconditum tribuere, † sed ut eum educere ac per- 2
stringere possit, id è solâ Pontificis Coronatione & approbatione dependere, Hieron. Balbus Episcop. Gûrcens. *ad Carol. V. de coronat. pag. 35.* Petr. de Andlo *de Roman. Imper. lib. 2. cap. 5. in fin.* † Ut 3
sic

sic Majestas Cæsarea sit Serra per se iners & inutile prorsus instrumentum, nisi trahatur à Papa, Balthas. Meisner. *de Regim. ecclesiast. p.*
4 *267.* Ex qvo nonnulli † Scriptores Henricum Aucupem inter Imperatores referre nolunt, qvod Coronationem à Pontifice non petierit, Cuspinian. *in vita Henrici III.* Dannenhero hat auch der Pabst Johannes XXII. Käyser Ludewigen von Bäyern für einen Rebellen/ Ketzer/ Majestät und *Decret* Verlätzer sehr schrecklich verbannet/ dieweil er seines Vorfahren Evangeli mäßige Ordnung nicht hätte gehalten / sondern gleich nach der Churfürsten Wahl sich/ungeachtet des Pabsts Bestätigung/für einen Käyser erwiesen / Joh. Wolff. *lect.*
5 *memorab. cent. 16. p. 651.* Et hinc † illa Papæ Innocentii II. nata confidentia, ut Romæ in Lateranensi Basilicâ Lotharium Imperatorem pingeret, qvasi Vasallum ad pedes ipsius prostratum & Coronam Imperii ab illo accipientem adscriptis versibus:

Rex venit ante fores jurans prius Urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit qvo dante coronam.

Brutum fulmen *pag. 79.* Radev. *lib. 1. cap. 16.* Melch. Goldast. *de Regn. Bo-*
6 *hem. lib. 5. cap. 15. pag. 363.* † Idemq; comprobat Schwabenspiegel *lib. 1. cap. 18. ibi:* Die Teutschen kiesen den König/ das erwarb ihnen König Carle/ als das Buch saget. Wenn er geweyhet wird/ und auf den Stuel zu Aach gesetzt wird mit deren Willen/ die ihn erwehlet haben/ So hat er Königlichen Gewalt und Namen; und wenn ihn der Pabst geweihet hat/ so hat er völliglichen des Reichs Gewalt. Ex qvo necessaria videtur Coronatio Pontificis ad hoc, † ut (1) electus sit 7
verus Imperator, hoc est, non saltem Rex Germanorum, sed & Imperator Romanus, sive ut Historici loqvuntur, Rex Regni Italiæ, Hugo Grotius *lib. 2. de jur. belli cap. 9. n. 11. p. 233.* (2) Augustus, Carol. Sigon. *lib. 7. de Regno Ital.* (3) Dominus Orbis, Felin. *in cap. cam. num. 2. extr. de rescript.* Salicet. *in l. benè à Zenone C. de qvadr. præscript.* (4) & ut conseqvatur jus utendi Bullâ aureâ, *Clem. Roman. in fin. de jurejur.* Canin. *in disc. ad Aur. Bull. p. 61.*

Veruntamen, non crassus saltem & intollerabilis hic est error, sed fraus Pontificiorum inexcusabilis, † qvâ novis astutiarum 8
technis atqve furcelis de coronatione & titulo Imperatoris, Principes nostros irretire conantur: Qvam ut detegamus, ante omnia notandum est, ad declarationem Imperatoriæ potestatis & admini-

9 nistrationis,† diversam qvondam
Coronationem fuisse usurpatam,
nempe Germanicam & Italicam.
Illam, qvi Pontificiæ sedi sunt ad-
dicti, multum extenuant, & Co-
ronam Germanicam ferream es-
se, secundum Onuphr. Panvin. *de*
Comit. Imper. fol. 408. vel argen-
team, ajunt cum Luitprando *de*
gest. Saxon. pag. 1733. & Carol. Si-
gon *lib. 7. de Regno Ital. in Otton. I.*
pag. 176. Sed utrumqve falsum,
10 † & Coronam ex puro puto au-
to fabricatam, in Germaniâ etiam
capiti Regis Romanorum impo-
ni, testis est oculatus Hieron. Bal-
bus Episcop. Gürcens. *de coronat.*
11 *pag. 44.* qvando scribit: † *In*
Germania perinde ut Romæ coronâ
aureâ Imperatorem insigniri, illâ sci-
licet eâdem, qvâ Carolus M. primò u-
sus est, ipse ego certissimus sum testis,
qvi nono abhinc anno tuæ Coronatio-
ni Carole V. non solùm interfui, sed
cum per id tempus apud te, Ludovici
Pannoniæ Bohemiæq; Regis Oratorem
agerem, ad qvem jus eligendi spectâ-
12 *bat, etiam præfui.* † Et Hartm.
Maurus *in tract. de coronat. Caroli*
V. Insuper, ait ille, *Corona Caroli*
M. qvæ Aqvisgrani imponitur, non
ferrea, ut falsò autumatur & qvod
magis pudendum, passim in juris Pro-
fessorum commentariis reperitur: sed
ex puro puto auro fabricata est; sic
tamen, ut in eâ veterum laudabilis
parsimonia satis eluceat. Hacte-
nus Hartm. Maur. Estq; Corona-
tio hæc Germanica etiamnum ho-
diè necessaria, ex *Aur. Bull. tit. 28. §.*
invenimus, † non qvidem ad con- 13
ferendam aliqvam majestatem &
autoritatem, sed saltem ad decla-
rationem Imperatoriæ potestatis
& administrationis per electio-
nem jam anteà concessæ.

Sed Italica sive Papalis Coro-
natio prorsus non necessaria, sal-
tem accessoria habetur, qvæ pom-
pâ magis, qvàm re continetur,
tantum abest, † ut per eam qvic- 14
qvam autoritatis vel potestatis à
Papa conferatur, qvippe qvam
Imperator ex solâ Principum ele-
ctione habet, Nicol. Betf. *de pact.*
famil. illustr. pag. 225. Herm. Kirch-
ner. *de Republ. disp. 2. aust. 2.* Au-
tor. anon. *de statu Polit. lib. 4. disc.*
10. Lupold. de Bebenburg Epi-
scopus Babenberg. *de jurib. Reg. &*
Imper. Roman. cap. 5. Thom. Mi-
chaël *de jurisdict. concl. 3.* Hiero-
nym. Balb. *de Coronat. quæst. An*
ex solâ elect. plen. jus Imp. consequa-
tur. pag. 35. Vent. de Valent. *in*
partib. litig. lib. 1. cap. 6. n. 11. & 13.
Joh. Wolff. *lection. memorab. cent.*
16. pag. 816. Luther. in Tischreden /
cap. 33. pag. 269.

(1) Siqvidem *in Aur. Bull. tit. 2.*
Von der Wahl eines Römischen
Königes / claris verbis decisum &
con-

consvetudine munitum moribus-
15 qve receptum est, † ut peractâ
statim electione & sic ipso electi-
onis jure, ante Coronationem Pa-
palem, summam potestatem Cæ-
saream conseqvatur Rex Roma-
norum, privilegiaqve, jura &
libertates Electorum ac Princi-
pum confirmare, beneficia & ho-
nores concedere, reliqvaqve Im-
perii negotia tractare & admini-
strare qveat, Tob. Paurmeist. *de*
jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 4.
16 *n. 5.* † Qvod bene advertit Fri-
dericus I. Imper. ad Principes Im-
perii sic scribens: *Cum per electio-*
nem Principum à solo DEO Regnum
& Imperium nostrum sit, cumq́; Pe-
trus Apostolus hac doctrinâ mundum
informaverit: DEUM timete,
Regem honorificate; qvicunq́; nos
Imperialem Coronam pro beneficio à
Domino Papa suscepisse dixerit, di-
vinæ institutioni & doctrinæ Petri
contrarius est & mendacii reus erit.
17 Radev. *lib. 1. cap. 10.* † Qvare &
Carolus V. Austriacus *in Edicto*
Wormatiensi contra Lutherum edito,
nec non in Edicto de causa Lutherana
Noribergæ publicato Anno 1523. se
Romanorum Imperatorem vocat
sibiq́; imperialem dignitatem as-
scribit, etiam anteqvam â Papâ co-
ronatus esset, D. Henr. Hopffner.
in Saxon. Evang. contra Cutsem. sect.
2. part. 3. cap. 4. pag. 312.

(2) Idemq; † ante Auream Bul- 18
lam, Ludovici Bavari constitu-
tione fuit sancitum: Daß ein
Käyser/so von grössern oder bessern
Theil der Churfürsten erwehlet
wird/sol aus Krafft der Wahl Ge-
walt haben zu regiren/und muß nit
den Pabst fragen (wie vorhin geschea
he) ob es ihme gefiele oder nicht/
den das ist nicht kommen aus gött-
lichem Recht/ oder aus alter Ord-
nung der Väter/sondern die Päbste
haben sich selbst dahin gedrungen/
und seynd auch zum Theil dahin
geführet worden durch etlicher
Schmeicheler liebkosen. † Qvam 10
Constitutionem referunt Mün-
ster. *in Cosmograph. lib. 3. de Ger-*
man. pag. 476. Frider. Hortled. *de*
caus. belli germanici Caroli V. lib. 1.
cap. 47. pag. 512. Hieronym. Balbus
de coronat. pag. 39. Georg. Kölde-
rer ab Höch *apud Frid. Achill. de*
principat. inter Provinc. Europ. in
orat. contra Ital. pag. 618. Matth.
Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman.*
lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 124. Aventin.
lib. 7. annal. † Eoq; facit Rescri- 20
ptum Electorale, cujus hic est te-
nor: *Præmissâ diligenti deliberatio-*
ne & discussione ac consilio multorum
Principum, Comitum, Baronum &
Nobilium, & concorditer declaratum
& sententialiter diffinitum est: Qvod
vacante Imperio is, qvi eligitur con-
corditer, vel à majori parte Principū

Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus est habendus, & qvod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel autoritate Sedis Apostolicæ super administratione bonorum & jurium Imperii indiget, sive titulo Regis assumendo, qvodq; jura & bona Imperii administrare & gubernare poterit, de jure & consvetudine, nulla Sedis Apostolicæ super hoc licentiâ habitâ vel obtentâ, apud Melch. Goldast. *tom. 1. Const. Imper. p. 336.*

21 † Et scribit de hoc ipso negotio Albertus Crantzius *in Metropol. Saxon. lib. 9. cap. 15.* seqventibus verbis: *Ludovicus in Germaniam revertitur, conventuq; Regni convocato permagnifico Francofordiam, ad qvem etiam vocaverat Reges Imperio non parentes, venerat Rex Angliæ Imperio nihil debens, aderat Rex Bohemiæ Johannes Henrici VII. filius, cæteriq; Regni tàm spirituales, qvàm temporales Principes. Ibi constituta sunt multa, qvæ ex dignitate Imperii tum sunt visa; inter alia verò, qvod electus à Principibus, aut à majore & saniore parte administrationem habeat, citra assensum Pontificis.* Et paulò post: *Qvis enim Romanus Pontifex consecravit Constantinopolitanos Imperatores? Et qvis ante Carolum multos Christianos Cæsares? Et ante Constantinum Ethnicos qvis consecravit Imperatores?* hactenus Albert. Crantz.

(3) † Factum hinc porrò, ut sicuti præcedentes Imperatores, ita & modernus D. Ferdinandus III. solis Electoribus, non etiam Pontifici potestatem in Imperio acceptam referat *in principio Capitulationis*: Wir Ferdinand der Dritte von GOttes Gnaden / Erwehlter Römischer König zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / etc. bekennen öffentlich mit diesem Brieffe / und thun kund iedermänniglichen: Als wir aus Schickung des Allmächtigẽ kurtz verschienener Tagen / durch die ordentliche Wahl der Ehrwürdigen und Durchläuchtigen N. N. N. wie nicht weniger an statt und von wegen N. N. aller des Heiligen Reichs durch *Germanien* und *Italien* Ertz-Cantzler und *respectivè* Ertz-Truchsassen / Ertz-Marschalln und Ertz-Kämmerer / unser lieben Vettern / Oheimben und Churfürsten / Ihrer Ldn. Vollmächtigen Bottschaften N N. zu der Ehr und Würde des Römischen Königlichen Namens und Gewalts erhoben / erhöhet und gesetzt seyn / damit wir uns auch GOtt zu Lob / dem Heiligen Reich zu Ehren / und der Christenheit und Teutscher *Nation* auch gemeines Nutzes willen beladen / etc. 22

(4) Pariter qvoq; † Electores Anno 1338. in Comitiis Electoralibus Rhemensibus decreverunt, statim post electionem Regem 23

Roma-

Romanorum appellandum esse
Imperatorem, Georg. Sigism. Seld
Vice-Cancell. Imper. *ad Imp. Ferdi-*
nand. I. in consil. Von Ihr Käyserl.
Maj. Wahl und Hoheit. Causam
24 hoc præbuit, qvod † Electores,
qvando coronari voluerunt Im-
peratorem à Pontifice, non confir-
mationem sed consecrationem
saltem petierint, ut constat *ex lite-*
ris Electorum commendatitiis, datis
Rudolpho, Adolpho, Alberto, qvas vi-
disse se ait Lupold. de Bebenb. *de*
jur. Imper. cap. 8.

(5) Ipsimet qvoq; Imperatores
Coronationi Papali non multum
autoritatis vel necessitatis attri-
25 buerunt. † Veluti Rudolphus I.
Imperator à Papa noluit coronari
& confirmari inqviens; *Aleman-*
norum Reges Italia consumsit: Non
ibo Romam, Rex sum, Imperator sum.
Nec minus pro utilitate Reipublicæ me
facturum confido, qvàm si Romæ fuis-
sem coronatus, apud Melch. Gold.
26 *tom. 1. Constit. p. 311.* † Idemq; Re-
sponsum Rudolphi I. ad Principes
apologeticum aliis verbis refert
Cuspinian. nomine Imperatoris.
Qvondam, inqvit, *omnes feræ à Rege*
animantium, in altum qvendam mon-
tem, specubus & antris concavum
accersebantur: Venerant Cicures, ve-
nerant feræ pleraq; omnes: Salax
vulpes antro qvidem proxima, sed
priusqvam ingrederetur montis pro-
funditatem, animantium reditum
præstolabatur; cum autem paucissi-
mæ egrederentur, Neq; ego, inqvit,
ingrediar, fortè in illarum numero,
qvæ intus manent, connumerarer, non
harum qvæ egrediuntur: innuere vo-
lens, plures qvidem Cæsares Italiam
ingredi, sed paucos cum suo & Pa-
triæ commodo feliciter redire. Man-
sit ergò in Germania, nec à Pontifice
fuit coronatus, Cuspinian. *in vitâ*
Rudolphi I. † Et judicium Ma- 27
ximiliani I. de Coronatione Itali-
câ commemorat F. Guicciardi-
nus *lib. 7. histor. pag. 667.* hisce
verbis: *Num in Comitiis Constan-*
tiensibus Anno 1507. cum rescivisset
consilium Regis Galliarum, qvod vel-
let Rotomagensem in sede Pontificiâ
collocare & ab illo Imperii coronam
accipere, oratione gravi ad Septem-
Viros & Principes habitâ dicit, o-
mnibus constare supervacaneam esse
Coronam Romanam. Ego, inqvit,
Cæsareæ coronæ accipiendæ prætextu
(qvæ pompa magis qvàm re, ut vo-
bis notum est, continetur: Cæsarea
namq; dignitas atq; autoritas prorsus
ex voluntate vestrâ pendet) sed re-
verà, ut hæc Gallorum nefanda con-
silia constringam & qvando aliâ ra-
tione nos ab illorum insolentiâ tutos
reddere non possumus, eos Mediola-
nensi Imperio pellam, in Italiam ex-
ercitum traducere statui: hactenus
Guicciardin. Similiter † Henri- 28
cus

cus Auceps invitatus à Pontifice ad coronam Imperii suscipiendam, respondit: *Sibi sufficere, qvod ex gratiâ Dei sit Rex Romanus, & qvod Germaniam ab infidelium incursione defendat*, Seld. *dict. consil.* Von Ihr Käyserl. Maj. Wahl unnd Hoheit.

29 (6) Accedunt aliorum populorum exempla. Ita namq; Regem Gallorum Archiepiscopus Rhemensis oleo, qvod de cœlo missum scriptitant, inungere consvevit, Choppin. *lib. 3. de doman. Gall. cap. 8. n. 1.* Hispanorum Regi Episcopus Toletanus; Bohemorum Pragensis; Polonorum Gnesvensis; Hungarorum Strigonensis; Danorum Lundensis; Svecorum Lipsolensis coronam imponunt, Vicecancell. Imper. Georg. Sigismund. Seld. *ad Ferdin. Imper. dict. consil.* Von Ihr Käys. Maj. Wahl und Hoheit. Johan. Sleidan. *lib. 19. comm.* Joh. Limn. *de jur. public. lib. 2. cap. 4. n. 93.* An ergò Regibus hisce potestatem aut Regnum à prædictis Episcopis conferri dicemus? Neutiqvam certè: Nec enim alius existit Coronationis usus, qvàm ut coronatum ad potestatem aliqvam eminentem vel Regnum & Imperium declaret esse electum, Dn. Henr. Höpffner. *in Saxon. Evangel. contra Cutsem.*

30 *sect. 2. part. 3. cap. 4. pag. 315.* † Sic & in populo Israelitico Prophetæ Reges inungebant, qvibus tamen ab illis tributum fuisse Imperium, asseverare nefas duxerim. Qvin & si verum illud, qvod volunt Pontifices, & ipsi qvoq; habebunt suam potestatem ab Episcopo Hostiensi, à qvo consecrantur & inunguntur: qvod certè nunqvam ipsi concesserint.

(7) Qvid? plurimos Imperatores à Papa haud coronatos novimus. † Præter Rudolphum I. 31 enim, nec Ferdinandus I. nec Maximilianus II. nec Rudolphus II. nec Matthias, nec Ferdinandus II. omnes memoriæ gloriosissimæ, nec jam imperans Ferdinand. III. sacratissimus Imperator à Papâ unqvam Coronationem petierunt, qvi tamen pleno jure potestatem Imperialem obtinuerunt, Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. n. 143.* Regner. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 14.* Georg. Sauromannus *in Orat. de vitâ & obitu Imper. Maximil. I.* Joh. Cyriac. Baro in Belhelm & Wartemburgk *in orat. de Maximil. II. Imper. apud Herman. Kirchner. in curric. Impp.* Anon. JCtus Westphal. *de jur. Princip. concl. 12.* † Ut vanum hucusq; 32 eorum augurium non fuisse appareat, qvi cum in Coronatione Pontificiâ Caroli V. Imperat. Bo-

noniæ

noniæ celebratâ, pons ingens, su-
per qvem ingrediebantur tem-
plum, corrueret, rem in omen
vertentes ex confracto ponte
nullum deinceps alium Impera-
torem coronatum iri, vaticinari
ausi fuerunt, Henric. Cornel. A-
grippa *de duplici coronat. Caroli V.*
33 *cap.15.* † Nunqvam ergò singu-
larem aliqvem effectum Corona-
tioni Papali jure attribui putan-
dum erit. Non certè (1.) nomen
Imperatoris, inde in Electum de-
34 rivatur. † cum & absq; corona-
tione verè dicatur electorImpera-
tor, Erwehlter Römischer Kayser/
qvâ voce (Erwehlter) & isti usi
sunt Imperatores, qvi à Pontifi-
ce coronati fuerunt, nunqvam
illa, (Wir gekrönter Römischer
Kayser) scilicet, qvod se plus ele-
ctioni qvàm Coronationi debere
existimaverint. Nec (2) Augu-
35 sti nomen: † qvo & usus est Fri-
dericus III. ceu Rex Romanorum
in Reformat. de Anno 1442. in pr.
ibi: Römischer König. Et Davon
das heilige Reich/das wir ein Meh-
rer genant seyn/rc. (3) Dominium
36 † qvoq; Orbis & administratio-
nem Imperii per solam electionem
tribui electo, elucescit ex *Aur. Bull.*
tit.2.§5 Socin. *vol.3.consil.63.n.4.*
& fatetur hoc ipsum Jesuita Azori-
us, *tom.2.instit.moral.lib.10.c.6.§.2.*
Consvetudine receptum, inqviens, *ut*
jus habeat administrandi tum Re-
gnum Germaniæ, tum Regnum Italiæ
per solam electionem. Nec (4) ali-
ter sentiendum de jure usurpan-
di Auream Bullam: † qvâ et- 37
jam longè ante Coronationem
Pontificiam, usus est Fridericus II.
Imp. Canin. *in disc. sur la bulle d' o-*
rée. p.61.

In qvem igitur finem Impp.
qvondam à Papa coronati fuêre,
& unde Coronatio Papalis origi-
nem traxit? Nimirum voluerunt,
† *inqvit Marsilius de Padua*, Roma- 38
norum Principum qvidam circa
tempora Constantini, ex superfluâ
qvâdam devotione, Electionem
de se factam amicabiliter signifi-
care Romanis Pontificibus, ut in e-
orum personâ Christo singularem
reverentiam exhibentes, ab eo,
per Pontificum intercessionem,
ampliorem benedictionem &
gratiam ad suum gubernandum
Imperium obtinerent. Eodemq;
modo propter suæ inthronisatio-
nis solennitatem & signum, dia-
dema regium per eos sibi imponi
fecerunt. † Ex hâc reverentia sic 39
sponte per Romanos Principes
exhibitâ, qværentes sæpius, qvæ
sua non sunt, Episcopi Romano-
rum induxerunt consvetudinem
& abusum veriùs propter Princi-
pum simplicitatem, laudationem
electæ Personæ ac benedictionem,

qvam

qvam super illam mittebant, vocaliter aut in scriptis vocare confirmationem electionis prædictæ. Nec attendentibus olim Romanis Principibus, qvæ sub hâc appellationis figurâ præjudicialis lateat intentio: Sic ipsum successivè induxerunt latenter, ut nullus qvantumcunqve convenienter electus Rex vocari debeat, neq; Regis autoritatē habeat, nisi per Romanū Episcopum fuerit approbatus. *Hactenus* Marsil. de Padua *in defensor. pac. part. 2. cap. 25.*

40 † Nullo itaq; jure aut Patrum ordinatione, sed blandâ adsentatione & Romanorum Pontificum spontaneâ ingestione per abusum reverentiæ, Coronatio Papalis fuit introducta, Onuphr. Panvin. *de Comit. Imper. part. 1. cap. 5.* Joh.
41 Garf. *in orat. de Coronat. Pontif.* † Qvod & sensit Georg. Sigism. Seld. qvando scribit: Darum so weiß ich mich nicht zu berichten / daß durch solche Päbstliche Krönung / einem erwehlten Römischen Käyser / eine weitere Gerechtigkeit / weder er vorhin hat / zuwächset oder gegeben werde. Möchte wol wahr seyn / (wie unsere Rechtsgelahrten davon schreiben) weil insonderheit die Alten ihrem Christlichen Eyfer nach / gerne alle grosse Dinge mit GOtt dem HErrn angefangen / so hat ein Römischer Käyser / als das öberste weltliche Häupt wollen gesalbet seyn und *consecriret* werden / *in consil. ad Imp. Ferdin. I.* Von Ihr Käyserl. Maj. Wahl und Hoheit / *p. 57.* † Nec 42
abnuit Petr. Martyr. qvi ritum unctionis & consecrationis non ideò introductum scribit, ut publicæ subjectionis sit testimonium, sed ut in Ecclesię conventu pro electo preces fiant, qvo Deus cor ejus cōfirmet atq; corroboret, ut illi pietatem augeat & sui nominis timorem instillet, secundet ejus consilia & actiones ita fortunet, ut Ecclesiæ & Reipublicæ salutares evadant, *ad cap. 19. Judic. p. 163.*

SECTIO X.

Defensio Pontificis ac Sedis Romanæ, ad qvam Imperator ex hoc membro Capitulationis obligatur, non tollit professionem Lutheranæ Religionis, sed utraq; salvo Imperatoris juramento subsistere potest.

SUMMARIA.

1. Religiosus Ferdinand. in protectione Pontificis ac Sedis Romanæ.
2. Promissio Imper. de protegendo Pontif. & Sede Romanâ num sit nocumento libertati Imperii?

3. Num

3. *Num adversetur hæc promissio Transactioni Passaviensi?*
4. *Conditiones Pontificis, Ferdinando I. propositæ.*
5. *Electores Evangelici non obstringunt Imp. ad defensionem Pontificis & Sedis Romanæ.*
6. *Nihil metuendum periculi ex promissione ista Imperatoris.*
7. *Ferdinand. I. annuebat primò Pontificis postulatis.*
8. *Cur hoc fecerit.*
9. *Permissio Religionis reformatæ non pugnat cum juramento Imp. de protegendo Pontifice & Ecclesiâ catholicâ.*
10. *Explicatio istius juramenti.*
11. *Judicium Seldi ViceCancellarii hâc de re.*

EX hoc membro Capitulationis Imperatorem ad protectionem Pontificis ac Sedis Romanæ obstringi expeditum est, *supra hoc cap. 2.* Hocq; ipsum † adeò
1 sanctum Ferdinando I. Imperatori visum fuit, ut ad instantiam qvorundam Statuum Imperii istud nullo modo mutari voluerit, referente ejusdem ViceCancellario Georgio Sigismundo Seldo hisce verb: Wie denn aus dem erscheinet / daß eben uff den nächsten Tag zu Franckfurt / alldo von etlichen ansehenlichen Ständen Enderung in der *obligation*, so Ew. Maj. denen Churfürsten gegeben / des Römischen Stuels halber gesucht werden wollen / Ew. Maj. nicht allein denselben sich zum höchsten wiedersetzet / sondern auch mit Mühe erhalten / daß es dißfals bey der alten Form gelassen worden / *in consilio ad Imper. Ferdinand.* Von Ihr Käys. Maj. Wahl und Hoheit.

Videtur nihilominus † ex hoc 2
articulo Capitulationis, qvo Cæsar ad protectionem defensionemq; Sedis Romanæ ac Pontificis obstringitur, periculi qvid imminere libertati Imperii, qvippe qvod Impp. vigore hujus clausulæ Capitulationis res suas repetere, & Pontifices injustos possessores iisdem dejicere perpetuò prohibeantur. Qvin & † clausula 3
hæc non parum adversari videtur Transactioni Passaviensi, qvæ utriusq; Religionis catholicæ & Lutheranæ exercitium permittit; cum è re sit & dignitate Pontificis, ut reformata Religio funditùs extirpetur. † Veluti Pontifex 4
inter alias conditiones & hasce Ferdinando I. Imperatori proposuit: Er solle die *Inqvisition*, die jhre Heiligkeit selbst verordnē wollen / im gantzen Reich / sonderlich aber in seinen Erblanden anrichten / und nach derselbigen die *Ecclesias* refor-

reformiren. It: Er solle sich unterstehen/alle Lutherische Fürsten und Stände entweder mit Güte / oder mit Gewalt und Schärffe des Schwerts zu dem Gehorsamb des Römischen Stuls zu bringen: apud Melch. Goldast. *in Constit. Imper. part. 5. sub tit. Conditiones Ferdinando Imper. antequam coronaretur, à Pontifice propositæ.*
5 † Hocq; animadvertentes Electores Evangelici tempore subseqventium Impp. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. & jam imperantis Ferdinandi III. Imperatoris sacratissimi, articulo huic Capitulationis hancce restrictionem addi obtinuerunt: Gleichwol so viel diesem auch nachfolgenden *articul* gegenwärtiger *obligation*, vers. das sollen und wollen wir mit Ihrer der Churfürsten ꝛc. belanget / haben vorgemelte unsere liebe Oheim die weltliche Churfürsten sich ausdrücklich gegen uns erklärt / was daselbstē von dem Stul zu Rom / auch der Päbstlichen Heiligkeit Vermeldung geschicht / daß Ihr Liebden darein nit bewilligen / noch uns damit verbunden haben wollen / Goldast. *in Polit. Imper. part. 12.* Seld. *dict. consil. pag. 91. & ibi Gloss.*

6 Sed † nihil prorsus inde metuendum periculi Lutheranæ Religioni vel liberati Imperii, si recte pensitaverimus naturam juramenti & obligationis Cæsareæ, qvæ nunqvam non admittit limitationem, nec Imperatorem obstringit, si qva tentat contra salutem & tranqvillitatem Imperii. Qvare † etsi ab initio Imp. Ferdi- 7
dinandus I. postulatis Papæ assentiri videbatur; ita namq; respondebat: Daß er die *Election* von denen Lutherischen Churfürsten angenommen / habe er nicht allein für seine selbst eigene Person gethan / auch nicht umb seines Nutzes willen / sondern allein wegen der Wohlfahrt der Römischen Kirchen / dann er *per juramentum affirmiren* könne und möge / daß er solches allein darümb gethan / *ut possit castigare hæreticos Principes*, Goldast. *dict. loc.* † & hoc fortassis, qvo mo- 8
rosum Pontificem placaret, per ea, qvæ tradit Thuan *histor. lib. 21.* tantum tamen abfuit, hoc in effectum ab eo deductum esse, ut etiam ex informatione ViceCancellarii Georgii Sigismundi Seldi, permittendo reformatæ Religionis liberum exercitium, contra juramentum præstitum se non agere existimaverit. Verissimè omninò; † siqvidem juraverat, se 9
defensurum & conservaturum Pontificem & Ecclesiam catholicam, non simpliciter sed pro posse, juxta *cap. 1. §. porrò. in Clem.*

de

10 *de jurejur.* † At verò cum Imperatorium sit officium, pacem, tranqvillitatem & salutem Imperii conservare, in viribus haud videbatur esse, qvod cum detrimento Imperii conjunctum erat. Id verò præsentissimum fuisset, si non truculentis Papæ ausis per pacis Religiosæ constitutionem obicem posuisset, qvippe qvod tum temporis Martem omnia spirabant. † Et ita Seldus *ad Ferdinand.*
11 Derowegen dann / inqvit Ew. Maj. des berührten Eydes halben allerdings unverbunden / und weil die Päbstliche *Consulenten* selbst bekennen / daß dem Eyd / so Ew. Maj. geschworen haben soll / die Wort (Pro posse) zugesetzt / wie denn dieselbe auch an dem Ort / da solches *juramentum referiret* wird / nemlich *in Clem.* 1. §. *porro. de jurejur.* ausdrücklich vermeldet / † so folget aus oberzehltẽ / daß Ew. 12
Maj. des Meinendes weder *qvoad actum*, noch *quoad effectum* mit Grunde nicht kan beschuldiget werden. *In consil.* wider der Pabsts unbilligen anmassen/*pag.* 77.

CAP. III.

De jurium ac Constitutionum Imperii, Aureæ Bullæ, Pacis prophanæ & Religiosæ, nec non privilegiorum confirmatione ac observatione.

SUMMARIA.

1. Crebra Legum mutatio Reipublicæ nociva.
2. Prætores Romani ex edictis perpetuis jus dicebant.
3. Leges mutantur sæpissimè cum Principibus.
4. Eduardus IV. Rex Angliæ revocavit statuta Antecessoris sui.
5. Robertus Scotorum Rex irrita habuit acta Ballioli.
6. Jurat Rex Romanorum in confirmationem Legum. n. 12.
7. Renovat electus Imp. Leges Imperii.
8. Confirmat qvoq; Auream Bullam.
9. Ut & Pacem publicam prophanam.
10. Ac Pacem Religionis.
11. Confirmat qvoq; Privilegia & jura Principum ac ordinum Imperii.
13. Successor in Regno non obligatur pactis & legibus Antecessoris. n. 14.
15. Carolus M. qvomodo obligaverit Successores?
16. Leges num obligent ipsum Legislatorem? n. 17. 18.

19. Et qvid si clausula apposita de Lege servandâ?
20. Leges Andreæ Regis Ungar. hâc clausulâ munitæ.
21. Princeps seipsum obligare neqvit.
22. Leges Licurgi abrogatæ. n. 23.
24. Leges Atheniensium antiqvatæ.
25. Clausula de Lege servanda haut obligat Legislatorem. n. 26.

1 INterest Reipublicæ, † ne crebris Legum mutationibus jus incertum reddatur, qvod qvi ambulatorios Magistratus improbant objicere solent: Novum scilicet Regem novam Legem esse: & omnia repente mutaverat Imperator mutatus, ait Liv. *lib.* 5.
2 † Unde Romani, apud qvos Prætoris edictum à principio nihil erat nisi Lex annua, Cicer. *in* 3. *Verr.* cum tàm diversis edictis sese mutuo destruentibus Respublica gravaretur, nec de jure qvisqvam certus esse posset, Prætoribus id pro libitu mutantibus, constituerunt, ut Prætores ex Edictis perpe-
3 tuis jus dicerent, Dion. *lib.* 36. † At verò sæpissimè Leges mutantur cum Principibus. Veluti Pompejus datus Lucullo successor omnia ejus acta, non tam publicæ utilitatis causâ qvam ex odio & invidiâ Antecessoris irrita fecit, Plu-
4 tarch. *in Lucullo.* † Et in Angliâ Eduardus IV. revocavit omnia Statuta Henrici VI. qvæ primo anno sui Imperii ab illo fuerant promulgata; Cumq; postea Henricus ex carcere liberatus sceptrum recuperâsset, eodem stylo perfodit, qvicqvid ab Eduardo gestum erat. † Robertus itidem 5
Brussius Scotorum Rex, cum Regnum Anglis vicissim eripuisset, Ballioli acta irrita habuit, Henning. Arnis. *de majest. cap.* 7. *n.* 5.

Hoc ne metuendum esset in Imperio Romano-Germanico, † Principes Electores Constitu- 6
tionum & ordinationum sive L. L. publicarum Imperii curam maximoperè habent, inq; harum observantiam ac confirmationem recens-electum Regem Romanorum in Capitulatione Cæsareâ jurare faciunt. In qvo † ar- 7
ticulo Capitulationis Imperator qvinam promissionem facit (I) Scilicet, qvod LL. Imperii Corrobare ac renovare; easdemq; non nisi consilio Electorum & Statuum Imperii immutare vel amplificare: in verb: Und die andern des Heiligen Reichs Ordnungen und Gesetze/so viel deren in den obgenanten angenommenen Reichs Abschieden im 55. Jahr zu Augspurg auffgerichtet / nicht zu wider *confirmiren*, ernewren / und wo

Noth

Noth/dieselbe mit Rath unser und des Heiligen Reichs Churfürsten und anderer Stände bessern / wie das zu jederzeit des Reichs Gelegẽheit erfordern thut/ ꝛc.

8 (2) † Ac in specie Auream Bullam, verb. Wir sollen und wollen auch die güldene Bull.

9 (3) † Itidemq; pacem publicam prophanam, in verb. Den Königlichen Land Frieden.

10 (4) † Et religiosam, in verb. Den Frieden in *Religion* und *Prophan*-Sachen / ꝛc. sampt Handhabung desselben / so auff dem zu Augspurg in 55. Jahre gehaltenen Reichs Tage auffgerichtet/angenommen/verabschiedet / verbessert / auch in den darauff gefolgten Reichs Abschiedẽ wiederholet und *confirmiret* worden/stet/vest halten/handhaben uñ wider niemands beschweren lassen.

11 (5) † Nec non privilegia & jura Principum ac Ordinum Imperii confirmare, eaq; minimè convellere aut imminuere, sed potiùs defendere ac tueri velit, in verb. Und in allewege sollen und wollen wir die Teutsche *Nation*, das Heilige Römische Reich und die Churfürsten als die förderesten Glieder desselben / auch andere Fürsten/ Grafen / Herren und Stände/bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten / Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt/ jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen/ ohne unser und männiglich Eintrag und Verhindernüß: Und ihnen darzu ihre *Regalia*, Obrigkeit / Freyheit/ *Privilegien* , Pfandschafften und Gerechtigkeiten / auch Gebräuche und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben/oder in übung gewesen sind/ zu Wasser und Land in guter beständiger Form ohn alle Weigerung *confirmiren* und bestätigẽ/ sie auch darbey als Römischer König handhaben / schützen und schirmen: Doch männiglichen an seinen Rechten unschädlichen/ Sleidan. *lib. 1. comment. pag.* 28. Melch. Goldast. *Polit. Imper. tom. 2. de Anno* 1519. *& Anno* 1562. *& in Polit. Imper. part. 12. de Anno* 1575.

12 Obligatur † itaq; Rex Romanorum ex hoc articulo Capitulationis ad observationem Legum ac Constitutionum, juriumq; ab Antecessoribus promulgatorum & concessorum, qvibus aliàs nullo jure esset obstrictus? Siqvidem † in Regnis, qvæ non certâ pactione deferuntur, Successor pacta Antecessorum servare haud tenetur; Cum superiorem oporteat esse eum, qvi alteri Legem dicere præsumit, *l. judicium* 58. *ff. de judic. l. nam Magistratus ff. de recept. & qvi arbitr.* Atqvi antecessor non plus habuit potestatis, qvàm successori relinqvit: Et iniqvum maxi-
13 (beside "dem † in Regnis, qvæ non certâ")

14 maximè eſſet, † ſi anteceſſori liceret Succeſſoris conditionem deteriorem facere, Henr. Roſenthal *de feud. cap. 6. concl. 16. n. 13.* Joh. Borch. *de feud. cap. 17. n. 19.* Herm. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 16.*
15 † Ex qvo Carolus M. Succeſſores ad non alienandas vel dividendas opes Eccleſiaſticas, ut à Carolo Martello fieri conſvetum erat, obligaturus, cautè adjicit hanc limitationem: Qvi noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint: Qvia enim Legem præſcribere non poterat, exemplum ſaltem relinqvere voluit, inqvit Arniſ. *de Majeſtat. cap. 7. n. 3.*

16 Nec propterea † qvisqvam hoc membrum Capitulationis ſuperfluum exiſtimaverit, qvod Leges ferri qveant, à qvibus ne qvidem ipſimet Principi abſcedere liceat, multò minus ejusdem Succeſſori, qvi Reipublicæ non minus obli-
17 gatus eſt, qvàm Anteceſſor. † Unde apud Perſas Religio erat Leges ſervare, qvæ ſemel latæ fuerant, Plutarch. *in Themiſt.*
18 † Ex qvo diſputabant illi, qvi à Rege exigebant, ut ſecundum tenorem Decreti ſui Danielem leonibus objiceret: *Scito*, inqviunt, *qvia Lex Medorum & Perſarum eſt, ut omne Decretum, qvod conſtituerit Rex, non liceat immutare*, qvo ſermone coactus Rex Danielem ad ſupplicium conceſſit, *Dan. Cap. 6.* † Idq; multò magis verum, ſi nominatim appoſita fuerit clauſula de Lege ſervanda: 19
Ut in Conſtitutione Friderici *de incend. & pac. viol. Volumus ut hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat & perpetuo jure ſervetur.* † Qvalis clauſula etiam 20
fuit adjecta Legibus Andreæ, Regis Ungar. hisce verbis: *Et ut hæc noſtra tàm conceſſio qvàm ordinatio ſit noſtris noſtrorumq́; Succeſſorum temporibus in perpetuum valitura.* Bonfin. *de reb. Ungar.* Et Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris: *Hác edictali & perpetuum valiturâ lege ſancimus.*

Id, inqvam, articulo huic Capitulationis effectum nō adimit: † Qvanqvam enim Principes haud 21
ſemel ſibiipſis Leges à ſe latas corrigendi poteſtatem auferant, id tamen neq; ſubſiſtit, neq; obligatorium eſt, qvia per rerum naturam nemo ſibiipſi Legem dicere valet. † Juraverant eqvidem La- 22
cedæmonii in leges Lycurgi, fidemq́; diſcedenti dederant, nihil in iis ante ſuum Delphis reditum immutatum iri: qvâ fide ut Lycurgus eos in æternum obligatos retineret, inediâ mortem ſibi conſcivit, Plut. *in Lycurg.* Qvamplu-

plurimæ tamen earum sunt ab-
23 rogatæ; † Nam Legem de non
admittendis peregrinis Cleomé-
nes sustulit, ne, inqvit, ut hacte-
nus, Laconicam penuriâ defen-
sorum, prædationibus Ætolorum
& Illiriorum expositam videre
24 cogamur. † Juraverat qvoq; uni-
versus Senatus Atheniensis in Le-
ges Solonis, Herodot. *lib.* 2. plu-
rimas tamen ipso adhuc vivente
& vidente, populus occupatâ
Tyrannide antiqvavit, Plutarch.
25 *in Solon.* † Ita nimirum clausu-
la de Lege servandâ ipsum Legis-
latorem haut obligat, qvia per-
nitiosum esset navi, si vector in-
gruente tempestate gubernacu-
la convertere non posset, Henn.
Arnis. *de Majest. cap.* 7. *n.* 2. Atq; 26
hinc Daniele liberato, cum con-
sultores Rex in Leonum foveam
projici juberet, manifestè indi-
cavit, ab iis se deceptum, nec
tàm pertinaciter iniquæ Legi
standum fuisse, qvam etiam ab-
rogavit statuto contrario, ut DEUS
Danielis ubiq; coleretur & ado-
raretur, *Dan.* 6.

SECTIO I.

Hodiè Imperator non nisi consensu Principum Electorum & Statuum Imperii, Leges fert universales.

SUMMARIA.

1. *Qvondam solus Princeps Leges promulgabat.*
2. *Omne Principis placitum de jure civili Legis vigorem habet.*
3. *Hodiè Leges non nisi consensu Statuum Imperii promulgantur num. 6.*
4. *Leges universales dicuntur hodiè Recessus Imperii.*
5. *Sleidanus Electorum solummodò consilium ad promulgationem LL. requirit.*
7. *In abrogatione LL. antiqvarum magna opus est prudentiâ. num. 8.*
9. *Veteres etiam Impp. in arduis rebus Ordinum usi consilio.*
10. *Hodie autoritas Statuum Imperii accedat, necesse est.*
11. *Forma substantialis Decretorum Comitialium qvænam? n. 12. & 13.*

14. *Clau-*

14. Clausula usitatissima de mutuâ conventione inter Cæsarem & Ordines Imperii.

15. Clausula hæc plerumq; Decretis ac Recessibus Imperii solet apponi n. 16. 17.

1 QVondam solus Princeps leges poterat ferre, quippe in qvem omnis potestas translata erat, ita ut eâ solus uti posset: Constituto namq; Principe & hoc jus illi da-
2 tum fuerat,† ut qvicqvid per Epistolam vel subscriptionem statuerit, vel cognoscens decreverit, vel de plano interlocutus fuerit, vel Edicto præceperit, jus sit ac legis habeat vigorem, *l. 1. §. 1. ff. de constit. Princip. §. sed & qvod Principi. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Sed hæc po-
3 testas † centro atqve spatio hodiè circumscripta est, Joach. Clut. *in syllog. rer. qvotidian. concl. 21.* Etenim vigore hujus membri Capitulationis, in Imperio Romano Legem universalem condit Imperator cum assensu & consilio Sta-
4 tuum Imperii. † Ex qvo Leges in Comitiis Imperialibus latæ vocantur Recessus Imperii sive Comitiorum, des Reichs Abschiede. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. memb. 2.*

5 Qvamvis enim † Johan. Sleidan. *lib. 1. comm. pag. 28.* solummodò consilium ArchiPrincipum Electorum ad hoc reqvirat in Capitulatione Caroli V. Attamen in Capitulationibus subseqventium Imperatorum, etiam reliqvorum Imperii Statuum expressa sit mentio. Promittit nimirum Imperator, † qvod Leges 6
cum consilio Electorum & reliqvorum Principum ac Statuum Imperii corrigere & amplificare velit, prout hoc qvolibet tempore Imperii necessitas postulabit: in verb. Und wo Noth / dieselben mit Rath unser und des Heiligen Reichs Churfürsten und anderer Stände bessere / wie das zu iederzeit des Reichs Gelegenheit erfordern thut. Nempe qvia † in abro- 7
gatione antiqvarũ LL: novarũq; promulgatione, magna opus est prudentia & circumspectione Legislatoris, nec absq; utilitate & necessitate evidenti à jure semel constituto recedendum, *l. 2. ff. de const. Princ.* † qvâ de re ver- 8
bis scripsit elegantibus Estienne Pasqvier *liv. 3. des Recherches de la France, chap. 23. Car il faut en chaque suject, esprouver toutes extremités, avant que d'annuller une loy ancienne, & il n'y a chose en la Republique, ou le souverain Magistrat doive apporter tant de circomspection, crainte & prudence, qu'en la novalité de la loy.*

Antiqvissimo eqvidem Imperii more † Imperatores Leges gene- 9
rales

rales sancire, vel aliud qvid ardui constituere volentes, id qvoqve non per se solos, sed in præsentiâ atqve cum consilio Ordinum peregerunt, *l. 8. C. de lib. cap. 1. de prohib.*
10 *feud. alienat. per Frider.* † Ast hodiè non sufficit præsentia & consilium Ordinum, sed horum consensus & autoritas accedat,
11 necesse est. † Hocq; ipsum est, qvod Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. Imper. cap. 2. n. 84.* consensum mutuum Cæsaris & Ordinum Imperii, formam substantialem facit Decretorum comitia-
12 lium. Qvod & probat † Autor *autonomiæ* oder Freystellung mehrer *Religion*, Francisc. Burchar (qvem tamen autor Parthenii litigiosi vocat Andream Erstenberger / *lib. 1. cap. 6. n. 9.*) Cancellarius qvondam Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, dum formam & ordinem in ferendis Imperii Decretis hisce verbis describit: Daß der Punct / davon *deliberiret* werden soll / *proponiret*, berathschlaget / *referiret, correferiret* und durch die jenigen / denē es gebühret / Reichssatzungen zumachen / das ist / durch die Käys. und Königl. Maj. auch Churfürsten / Fürsten unnd Stände des Reichs beschlossen und vorabschiedet werde / *part. 3. cap. 37.*
13 † Idemqve apparet ex verbis, qvæ rescripsit ad Imp. Maximilianum II. Lazarus von Schwendi: Darneben / *inqvit*, haben die Teutschen ie und allewege unter ihren Käysern / ihre alte teutsche Freyheit herbracht und erhalten / daß sie ihnen nicht eingreiffen können / besonderlich ist das Käyserliche Regiment allewege also angestellet gewesen / dz es männiglichen bey seinen Freyheiten / Rechten und Herkommen bleiben lassen / schützen und handhaben / und in fürfallenden wichtigen Sachen / mit Vorwissen unnd Zuthun der Churfürsten uñ gemeinen Stände / handeln und schliessen sollen / *in consil.* Von Regierung des Römischen Reichs und Freystellung der *Religion. pag. 122.* Hinc & solenne est,
† singulis ferè capitibus, qvæ in 14
deliberationem proposita fuêre, hanc clausulam adjici: Qvod inter Cæsarem & Ordines ultro citroqve ita fuerit conventum. Veluti in Decreto Maximiliani I. Anno 1497. Wir als Römischer König mit sampt unserer und des Reichs Churfürsten / Fürsten / Ständen und gemeiner Versamlung / auf dē Reichs-Tag allhier zu Freyburg
gesetzt und geordnet. † Et in *Or-* 15
dinat. Regimenti de Anno 1500. Mit einmütigen zeitigen Rath und Willen auch zugeben und annehmen der Ehrwürdigen / Hochgebohrnen / Ehrsamen / Edlen / unser lieben Ohmen / andächtigen und des Reichs

S[illegible] getreu-

getreuen Chur-Fürsten / Fürsten/ geistlichen und weltlichen *Prælaten*, Grafen/Freyen/Herrn und anderer Stände des Heiligen Römischẽ
16 Reichs / ꝛc. beschlossen. † Eademqve clausula reperitur in *Decreto Spirensi de Anno 1526.* Wir König *Ferdinandus, tanqvam Legatus Cæsaris &c.* Und die Stände haben uns sámptlich eines Abschiedes aller unser gehabten Rathschläge und Handlung vereiniget unnd verglichen. † Et in *Decreto Au-* 17
gustano de Anno 1548. Wir haben uns mit Churfürsten/ Fürsten und gemeinen Ständen vereiniget/ verpflichtet und verbunden. Nec non in *Decreto Augustano de Anno 1551. multisq́; aliis.*

SECTIO II.

Qua de causa in Capitulatione Cæsarea specialiter confirmetur Aurea Bulla, qvisq́; hujus sit finis: & qvo in loco ea fuerit promulgata?

SUMMARIA.

1. Specialiter confirmat Imp. Auream Bullam.
2. Aurea Bulla unde sic dicta. n. 3. 6. 7.
4. Bulla dicitur majus Imperatoris sigillum.
5. Bullati Doctores unde dicantur?
8. Relatio Pilei Cardinal. de Aureâ Bullâ.
9. Qvare in specie confirmetur Aurea Bulla ab Imp.
10. Encomia Aureæ Bullæ. n. 11.
12. Laudes Caroli IV. Imperatoris.
13. Perniciosa est electio Legibus non circumscipta. n. 22.
14. Modus eligendi Ducem Venetorum. n. 15.
16. Discordia Cardinalium in eligendo Pontifice.
17. Electio Thealdi seu Gregorii X. in Pontificem.
18. Gregor. X. Papa Leges præscripsit electioni Pontificis.
19. Modus ac ritus eligendi Papam. n. 20.
21. Paulus IV. & Leo XI. alio more renunciati Pontifices.
23. Stanislai Sarvicii admonitio de Regis electione.
24. Per Auream Bullam sopitæ Electorum ac Principum discordiæ. n. 32. 33.
25. Discordiæ Electorum circa sessionem & electionem. n. 26.
27. Referuntur exempla discordiarum Electoralium. n. 28.
29. Contentio de loco inter Moguntinum & Abbatem Fuldensem.

30. Similis contentio inter Coloniensem Archiep. & Abbat. Fuldensem.
31. Bella per discordiam Electorum excogitata.
34. Aurea Bulla Norinbergæ promulgata.
35. Contradicit Bulla Sigismundi Imperatoris.
36. Conciliatio Peuceri.
37. Conciliatio Goldasti.
38. Quædam LL. Aureæ Bullæ Metis prioribus adjectæ.

VIdemus Imperatorem in Ca-
pitulatione Cæsareâ sive Le-
ge Regiâ Germanorum in specie
1 † Auream Bullam confirmare,
eiqve sese obstringere; in verb.
Wir sollen und wollen auch die gül-
dene Bull / stet fest halten unnd
handhaben / 2c. Johan. Sleidan.
lib. 1. comm. pag. 28. Melch. Gol-
dast. *in Polit. Imper. part. 12.* Tob.
Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Ro-*
2 *man. lib. 1. cap. 6.* † Sanctioni
scilicet Imperatoris Caroli IV.
Norimbergæ promulgatæ: qvæ
synecdochicâ denominatione
Aurea Bulla appellitatur, ab ejus-
3 dem appensione. † Hinc Al-
bertus Grantzius: *Multa, ait,
constituens, quæ usq; in hodiernum
diem asservantur; & aureo sigillo
desuper literas decernens appellari
jussit Carolus IV. Constitutionem
Imperialem Bullam Auream, lib. 9.*
4 *cap. 29. in Saxon.* † Etenim
Bulla hic nihil aliud significat,
qvàm majus Imperatoris Sigil-
lum, qvod negotiis gravioribus
5 appendi solebat: Unde & †
Bullati Doctores vocantur, qvi
literis bullatis gradum sunt ad-
cepti. Cumqve sigillum † au- 6
reum sanctionibus gravioris mo-
menti appendi consveverit,
Bulla fuit aurea dicta, Cuspi-
nian. *in vita Caroli IV.* Petr. Heig.
part. 1. qvæst. 4. n. 11. Matth. Ste-
phan. *de jurisdict. Imper. Roman.
lib. 2. part. 1. cap. 5. n. 27.* Bux-
dorff. *ad aur. bull. concl. 1.* † Hincq; 7
in decreto Anno 1431. in Comitiis
Norinberg. promulgato hæc ver-
ba in fine habentur: Versiegelt
mit unser Königlichen anhangen-
den gülden Bullen / apud Melch.
Goldast. *tom. 1. Constit. Imperial.
fol. 166.* & Fridericus II. Imperator
privilegia Romanæ Ecclesiæ non-
nulla Aureâ Bullâ muniri jussit.
Goldast. *dict. tom. 1. fol. 73.* † Eaq; 8
apposité ad sanctionem præsen-
tem Aureæ Bullæ applicat Pileus
Cardin. *apud Marqvard. Freher.
in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap.
5. p. 171.* ita scribens: *Prædictus li-
ber erat scriptus in Pergameno, in
viginti qvatuor foliis, cum coopertu-
ra grossa, in qvo erant scripta di-
versa negotia sacrum Imperium &*

Electores ejusdem tangentia: qvi qvidem liber transfixus erat cum filis sericis glauci & rubei coloris involutis, cum Bullâ seu sigillo aureo rotundo Imperiali appendente, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis in Majestate sedens, cum Coronâ Imperiali in capite, habens in manu dexterâ sceptrum & in sinistrâ manu pomum cum cruce desuper, modo Imperiali & à latere dextero Clypeum cum Aqvilâ & in sinistro Clypeum cum formâ Leonis. In circumferentiâ verò legebantur hæc verba: Carolus IV. divinâ favente clementiâ, Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex. Ab alio verò latere Castrum magnum cum duabus turribus, habens portam inferius in medio cum literis: Aurea Roma. In circumferentia verò legebantur hæc verba: Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Marq. Freh. *dict. loc.*

9 At † qvid opus speciali Aureæ Bullæ confirmatione, qvam & in genere sub Legibus Imperii comprehendi, unâqve iisdem confirmari, inficias ire haud possumus? Nimirum qvia Aurea
10 Bulla multum proficit ad Imperii conservationem. † Est enim hæc unicum illud atqve adamantinum vinculum, qvo qvalescunqve Imperii Romani reliqviæ & ferreo lutei pedes utcunqve continentur, & à dissolutione & ruinâ adhuc conservantur, Buxdorff. *ad aur. Bull. concl.1.* Fuit hæc Aurea Bulla hactenus † pacis publicæ nervus firmissimus, Peucer. 11
lib. 5. Chronic. in Carol. IV. firmissimaqve Imperii Romani Petra, super qvâ etiamnum Majestas & pax ejusdem tutò qviescit: Cujus intuitu † Carolus IV. minimè pœnitendus Imperio Princeps censeri potest, Fab. *lib.6. Orig. Saxon.* De qvo aliàs Maximilianus I. Imperator dixit, eo pestilentiorem pestem Germaniæ nunqvam obtigisse, Spigel. *l. 5. comm. ad Ligurin. Güntheri.* 12

Idqve eo facilius concesseris, si modum ac formam electioni Imperatoris in Aureâ Bullâ præfinitam probè perpendas. † Etenim qvid perniciosius in Republica habetur electione certis limitibus legibusqve haud circumscripta? Qvem in finem Veneti de Duce eligendo solliciti † talem sibi posuêre Legem electionis, ut ex omnibus Senatoribus seu Nobilibus Venetis constituantur 30. ex qvibus posteà eligantur 9. qvi rursus eligant 40. ex hisce 12. qvi denuò denominent 25. Ex qvibus novem electi vicissim constituant 40. Ex hisce novâ vice 9. nominati eligant 41. † qvorum votis 15 13 14

Dux

Dux qvi denominatur, talis non pronuncietur, nec in templum D. Marci deducatur, si nesciat respondere objicientibus impedimenta & duplicare replicantibus, Caspar Contarenus Cardin. *de Magistr. & Republ. Venetor. lib. 2.* Hoc autem propterea, qvod sapienter electi Principes sapienter agant, per imperitos electi perire
16 soleant. † Et qvanta fuit discordia Cardinalium in eligendo Pontifice, anteqvam hujus electionis & modus & leges fuerunt inventæ? Anno siqvidem 1268. Clemens IV. Papa cum Viterbii obiisset, Cardinales numero 17. qvi tunc in Curiâ Romanâ præsentes, in creatione futuri Pontificis dissentire cœperunt, in tantum ut electio propè in triennium protraheretur: nam dum unusqvisqve ad Pontificatum adspirans nemini cedere vellet, nihil certi concludere potuerunt, tandem à Viterbiensibus coacti post interregnum duorum annorum Mensiumqve novem, per viam compromissi in sex Cardinales facti, re-
17 nunciarunt Pontificem † Thealdum Archidiaconum Leodiensem, qvi fuit dictus Gregorius X. De qvâ electione Cardinalis Portuensis tales cecinit versus:

Papatus munus tulit Archidiaconus unus
Qvem Patrem patrum fecit discordia fratrum.

Hic posteà Pontifex suâ electione edoctus in concilio Lugduni in Galliâ congregato, † nonnullas 18
tulit Leges de futurâ Romani Pontificis electione, Jean. de Serres *en inventaire general de l' histoire de france, tom. 1. fol. 566.* Onuphr. Panvin. *in addit. ad Platin. in vit. Gregor. X.*

Hinc & inventus perhibetur usus † conclavis in Vaticano, ibi 19
cum ventum electionis causa, statim deliguntur Cardinales tres aut qvatuor, qvi res omnes necessarias procurent, qvi Regum & Principum Legatis respondeant: Hi Portæ clavem unam habent; alteram Nobilitas Romana; tertiam Episcopi; qvartam Ceremoniarum Magistri. In illa portâ est ostium, cujus clavem habent Magistri ceremoniarum, & prandii ac Cœnæ tempore solummodò aperitur, per qvod infertur cibus ex Culinis, qvæ sunt foris, & adsunt Episcopi qvidam ad eam rem delecti, qvi omnem cibum diligenter perqvirunt, ne qvid fortè literarum lateat. † Pri- 20
usqvam suffragia perqviruntur, qvædam recitantur leges, qvas ipsi pro ratione & conditione temporis condunt, qvæ pertinent ad Cardinalium immunitates &

 privi-

privilegia, primumqve singuli jurant, si fortè in eum casum res deveniat, ut Pontificatum obtineant, se omnia exactè servare; deinde, qvem Ecclesiæ putabunt imprimis & Reipublicæ fore salutarem, velle eligere. Qvisqve Patrum qvos eligere decrevit in Codicillo ante describit, cumqve suo annulo obsignat: Calix, in qvo Sacra illa die facta, ad medium constituitur Altaris, in qvem singuli in genua procidentes codicillum dimittunt, debitus numerus si ex Codicillis adimpletur, Pontifex est creatus.

21 † Qvamvis alio more Paulus IV. & Leo XI. renunciari fuerint Joh. Sleidan. *lib. 27. histor. pag. 670.* Onuphr. Panvin. *in addit. ad Platin. in vit. Clement. V.* Leon Fuchs *apud Goldast. in tom. german.* Von Reichshandlungen/ *p. 13.* Mercure francois *en la suite de l' histoir. de paix.* Nic. Bell. *in thesaur. Polit. part. 1. discurs. 4.*

Nimirum semper commodum publicum reqvirere videtur, ut

22 † Electio certis limitibus ac legibus circumscribatur: qvas etiam Regis Romanorum electioni præfinit Aurea Bulla. Unde inclutos Regni Poloniæ Ordines pruden-

23 ter monuisse videtur † Stanislaus Sarvicius, qvando in præfatione super historiam Polonicam scribit: *Nec definitionem eligendi Regis, qvalis esse debeat, nec modum præscriptum, nec formam electionis celebrandæ hæc Respublica habet per tot centenarios, ex qvo stetit: Sine qvibus necessitas ipsa etiam bonos Viros interdum cogit ad varias artes & compendia confugere. Alioqvin enim in infinitum tempus Electionis, nullo effectu, cum gravi autem periculo extraheretur & tot voluntates hominum ferè semper inter se variantes, ad unum scopum impossibile est sine arte reducere. Sanciatis igitur aliqvam amplissimam Legem, qvam cum Germanis Auream Bullam vocare licebit,* Hactenus Sarvic. referente Keckerman. *disput. pract. 29. probl. 14.*

Est porrò & alius Aureæ Bullæ finis atqve causa, nempe † ut 24
sopiantur discordiæ. Ad boni siqvidem Principis officium pertinet, futuris dissensionum periculis occurrere, & subditos in concordia ac pace conservare. Hoc fecit Imperator Carolus IV. dum ad unitatem inter Electores & Principes fovendam, variisqve ex dissensione periculum aditum præcludendum hasce leges posuit. † Qvondam enim contro- 25
versiæ haud leves movebantur inter Electores circa convocationem, electionem, coronationem, ordi-

ordinem sedendi & votandi. Eousq; enim inqvit Dubrav. *lib. 22. histor. Bohem. p. 212.* Principum qvi se Electores vocant ambitio exarse-
26 rat, † ut primum sibi qvisq; locum, præcipuamq; autoritatem in eligendo assidendoq; vindicaret, ne-
27 dum ut alius alium in honore deferendo præveniret. † Cumq; Otto M. in Cæsarem designatus esset, qvæstio Pontificum orta est, inqvit *Witekind.* in consecrando Rege Trevirensis scilicet & Coloniæ Agrippinæ: illius, qvia antiqvior sedes esset, & tanqvam à B. Petro Apostolo fundata; istius verò, qvia ejus ad diœcesin pertineret locus, & ob id sibi convenire arbitrati sunt hujus consecrationis honorem, *lib. 3. Saxon.*
28 Et † cum Heinricus IV. puer qvinq; annorum in Imperatorem Aqvisgrani coronandus esset, inter Coloniensem Archiepiscopum Hermannum & Lupoldum Primatem Moguntinum conflictus fuit: Hoc eam dignitatem sibi propterea vindicante, qvod negotia Regni sibi essent commissa: illo verò, qvia intra suam diœcesin locus iste Coronationis situs esset, Zuing. *lib. 4. vol. 11. theatr. hum. vit.* Nec solùm inter Electores, sed & alios Imperii Principes inimicitias legimus exortas, qvæ & ipsæ magnas interdum dedêre turbas. † In 29
Conventu namqve Moguntiæ, qvem Henricus III. ibi habere voluit, inqvit Naucler. *vol. 2. generat. 36.* inter ministros Archiepiscopi Moguntini & Abbatis Fuldensis de loco orta est contentio, resqve ad verbis ad verbera processit; ac sine morâ congredientes templum humano sangvine fœdarunt. † Weideradus itidem 30
Abbas Fuldensis in conventu Moguntiæ Anno 1184. habito, cum Heinricus VI. Friderici filius, Rex Romanorum designandus esset, die Coronationis ambitiosè turbam excitavit, Coloniensem siqvidem Archiepiscopum sinistrum jam latus Imperatoris claudentem loco amovere voluit; ipso verò Archiepiscopo consurgente & hisce verbis secedente: *imò, cedo Archiepiscopus Abbati & Princeps Elector Monacho;* à Cæsare Abbas inferiore loco sedere jussus est, Albert. Krantz. *in Saxon. lib. 6. c. 46.* Wolffius *lection. memorab. cent. 15. p. 973.* † Qvin & olim Electores 31
discordi plurium Imperatorum lectione & revocatione, non semel bella cruenta & longos in annos perdurantia excitavêre: veluti inter Philippum Friderici I. filium & Ottonem IV. Crantz. *lib. 7. Saxon. cap. 15.* inter Ludovicum Bavaricum & Fridericum Austriæ Du-

Ducem, Dubrav. *lib. histor. Bohem. p.189.* inter deniq; ipsum Carolum IV. & Güntherum Comitem Schvvartzenburgensem, Crantz. *lib.9. Saxon. cap.26.*

32 † Hisce dissensionum generibus, iisqve connexis incommodis ut Carolus IV. obviaret, Auream Bullam Procerum Imperii consensu condidit, inq; ea gradus potestatesqve Principum & aliorum Ordinum ita discrevit, ut nullus de jure suo tanqvam imminuto qveri poterit, Thuan. *lib. 2. circa*
33 *Princip. histor.* Eamq; † Imperatoris Caroli IV. fuisse intentionem, apparet ex ipsiusmet verbis *in proœmio Aureæ Bullæ*, ubi ait: Also hast du (Neid unnd Mißgunst) zwischen des Heiligen Reichs Sieben Churfürsten/ durch welche/ als durch sieben helle Leuchter/ das heilige Reich in Einigkeit eines siebenförmigen Geistes solte erleuchtet werden/ zum öftermahlen Zertheilung und Zweyung geleget und eingeführet. *Et postea:* So haben wir Einigkeit unter den Churfürsten zu erhalten/ und eine einmütige Wahl einzuführen/ auch d' Gefahr/ so aus der gemelten verfluchten Theilung entstehen mögte/ den Zugang zu versperren/ in unsern Hofe zu Nürnberg hernach geschriebene Gesetze gemacht/ rc.

34 Hasce Leges † in solenni Curiâ sive Comitiis Norinbergæ editas esse, apparet *ex verbis finalibus dicti Proœmii*, Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 4. n. 10.* Thuan. *lib. 2. histor. pag. 100.* Zobel. *in differ. jur. civil. & Saxon. part. 1. differ. 1. n. 8.* Melch. Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 101.* Qvibus contradicere videtur † Bulla Sigismundi 35
Imperat. *cap. 1. in verb.* In dem Gesetz seiner Käyserlichen güldenen Bull vorzeiten zu Metz gemacht/ apud Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 166.* † Metis itaq; Auream 36
Bullam primitus conditam, Norinbergæ verò saltem promulgatam asserit Peucer. *lib. 5. Chronic. in Carolo IV.* † Econtrà Gol- 37
dastus Auream Bullam primùm Norinbergæ compositam, deinde apud Mediomatrices cum consensu primogeniti Regis Galliæ, promulgatam autumat, in *Senior. lib. 1. cap. 20. n. 15.* Sed neutrum placet: Nec ulla inter sanctionem Caroli IV. & Sigismundi Impp. existit discordia. † Utrumqve enim 38
verum est, Norimbergæ nimirum & Metis hasce LL. latas fuisse; Ast non omnes, nec easdem. Priores enim usqve *ad tit. 24.* Norimbergæ editas esse, tùm ex *proœmio*, tum ex *tit. 12.* manifestum redditur, qvo Imperator ad annum seqventem in Civitate Metensi, Curiæ seu Comitiorum celebrationem

nem remittit. Illas verò Constitutiones, qvæ à *tit. 24.* seqvuntur, Metis prioribus adjectas, clarissimum sit ex *pr. dict. cap. 24. in verb.* Die hernach geschriebene Gesetz seynd in dem Hofe zu Metz *Anno 1356.* gebeben und *publiciret.* Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl.* 4.

SECTIO. III.

In nonnullis articulis hodiè per contrariam observantiam ab Aureâ Bullâ fuit recessum.

SUMMARIA.

1. Imperator ad observationem Aureæ Bullæ obstrictus. n. 6.
2. Observantia Aureæ Bullæ immutabilis.
3. Aurea Bulla Lex Imperii fundamentalis.
4. Abrogari neqveunt LL. Imperii fundamentales.
5. Aurea Bulla consensu Ordinum Imperii promulgata.
7. Consentientibus Ordinibus Imperii limitari vel revocari potest Aurea Bulla.
8. Per contrariam observantiam sæpiùs ab Aur. Bulla recessum.
9. Aur. Bull. ultimum dat votum Moguntino in electione Regis Romanorum.
10. Primum habuit votum Moguntinus in electione Caroli V.
11. Ut & in electione Maximiliani II.
12. Coloniensis est Coronator Imperatoris ex Aureâ Bullâ.
13. Jus coronationis Coloniensis obtinuit ab antiqvo.
14. A qvonam coronati Rudolphus II. Matthias, & D. Ferdinandus III. Impp. n. 15.
16. Locus Coronationis qvisnam in Aureâ Bullâ definitus?
17. Impp. Ferdinandus I. & II. Maximilianus II. & Matthias, Francofurdi coronati.
18. Ratisbonæ coronati Rudolphus II. & D. Ferdinandus III.
19. Qvid de comitiis Electoralibus sancitum in Aurea Bulla?
20. Sanctio ea hodiè in omnibus non præcisè observatur.
21. Rex Bohemiæ primas tenet in actis Imperialibus inter alios Reges.
22. Omnes hodiè Electores præcedunt Reges in actibus Imperialibus.
23. Electio Imper. incipienda à decantatione Missæ.
24. Electores Evangelici non intersunt Missificationi. n. 25. 26.
27. Locus electionis in Aureâ Bulla qvisnam definitus?
28. Locus iste non præcisè observatur. n. 29.

30. Benè vel malène ab Aur. Bull. recedatur.
31. Judicium Cyriaci Spangenbergeri.
32. Querela Politicorum de collapsâ Aureâ Bullâ.

CUm Imperatores fide juratâ hoc membro Capitulationis ad observationem Aureæ Bullæ
1 obstringantur, † apparet hinc luculenter, ipsorum arbitrio Bullam non subesse, neqve ab iisdem hanc abrogari vel immutari posse. Qvam observantiam immutabilem & observandam immu-
2 tabilitatem † Carolus IV. Imp. nō semel in Aureâ Bulla inculcavit, ut *tit. 1. in pr. verb.* Wir erkennen und setzen mit diesem Käyserlichen Gebot/ so ewiglich wären sol/ *tit. 8. in verb.* durch diese unsere Käyserliche *Constitution* und Gesetze/ so ewiglich Krafft haben sol/ etc. *tit. 9. in pr.* durch diese *Constitution* ewiglich zu halten. *tit. 3. verb.* und ordnen hiermit durch die offene Gesetz ewiglich zu halten. *tit. 7. in fin.* Jetzo und zu allen künfftigen Zeiten alles ihres Inhalts und Weiß/ steiff und fest unzweiffentlich wollen gehaltē haben. Voluit nimirum Carolus IV. omni obviare mutationi: Nec
3 immeritò, qvia † Aurea Bulla est Lex Imperii fundamentalis, sub qvâ nempe Imperium constitutum, cuiq; tanqvam fundamento ex consensu communi & approbatione innititur, Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 5. n. 2.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 7. de Republ. cap. 19. n. 17.* At † Leges Imperii fundamen- 4
tales nec mutari nec abrogari posse, Politicorum communis est opinio, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* † Idq; eò minus, qvod Au- 5
rea Bulla non solo Imperatore autore promanaverit, sed ut textus habet *Proœmii*: Da alle Churfürsten geistlich und weltlich/ und der andern Fürsten/ Grafen/ Freyen/ fürtrefflichen Personen/ Edlen und der Städte Bottschafften eine grosse Anzahl bey uns sassen. † Ne- 6
qvaqvam igitur absq; horum autoritate ulli etiam mutationi Aurea Bulla erit abnoxia, cum nihil tâm naturale sit, qvàm eodem modo aliqvid dissolvere, qvo colligatum est, *l. 35. ff. de Reg. jur.* Dom. Arum. *in disc. 1. ad Aur. Bull. th. 7.*
† At consentientibus Electoribus 7
ac Ordinibus Imperii, pro statu & utilitate Reipublicæ, sanctionem Aureæ Bullæ tutò limitari vel revocari, tantùm abest id à nobis negari, ut expressè etiam hoc Electoribus reservatū arbitremur à Carolo IV. Imp. *in tit. 12. §. 2. Aur. Bull.* und sonsten diese unsere Ordnung allein uff unser und ihr Wolgefallen wären sol.

Idqve tantò faciliùs concedendum,

8 dum, qvantò certius † post tempora Caroli IV. tacito saltem Archi-Principum Electorum & Ordinũ Imperii consensu per contrariam observantiam & consvetudinem à sanctione Aureæ Bullæ sæpiùs fuisse recessum. Exemplum si velis,
9 † legas *tit. 4. Aur. Bull.* qvi Trevirensi Electori primam tribuit vocem in electione, Moguntino ultimá, *in verb.* Zum ersten sol er (der Ertzbischoff zu Mäyntz) fragen/ de Ertzbischoffen von Trier/ deme die erste Stimme gebühre sol. *Et postea:* Der aller Stimmen in jetzo erzehlter Ordnung/ der ehegenante Ertzbischoff von Mäyntz erkündigen/ und wenn solches geschehen/ sollen die gemelte seine MitChurfürsten hergegen von ihme begehren/ daß er auch sein Gemüth und Meynung erkläre/ und ihnen seine Stimme offenbare. Ast ordo hic posterioribus temporibus minimè fuit observatus.
10 † Nam in electione Caroli V. Moguntinus gravi oratione votũ suum prius explicavit, qvem subsecutus est Trevirensis, Joh. Sleidan. *lib. 2. comm. de Stat. Religion.* Georg. Sabin. *in hist. de elect. & coron. Caroli V.* Hartm. Maur. *de elect. Caroli V.*
11 Et cum † Maximilianus II. in Regem Romanorum eligendus esset, Moguntinus à reliqvis Electoribus interrogatus, qvemnám ipse eligeret Romanorum Regem deinceps in Cæsarem promovendum, respondit: Se eligere Maximilianum Bohemiæ Regem, tùm hoc vicissim Moguntinus sigillatim rogavit, Adam & Nicol. Heyden. *in hist. elect. & coronat. Max II. apud Goldast. in Polit. Imp. part. 1. p. 148.*

Circa † jus Coronationis qvo- 12
qve ab Aureâ Bullâ per contrariã observantiam recessum fateberis, si verba seqventia *dict. tit. 4. A. B.* pensitaveris: Zum andern von deme von Cölln/ deme die Würde und das Ampt einem Römischen König die erste Krone auffzusetzen/ zugehören/ qvibus facultatem imponendi Coronam capiti Regis Romanorum, Electori Coloniensi concessam videmus. Hocqve jus
† Coloniensis obtinuit jam tum à 13
tempore Henrici III. qvi non à Moguntino, sed Coloniensi coronari voluit: qvia major generis claritas Hermannum Coloniensem, qvàm Lupoldum Moguntinensem commendabat: Ille enim Palatinus Rheni cognomento Nobilis erat; hic autem ex Monacho Fuldensi ad Archiepiscopatum fuerat evectus. Qvin & consecratio Aqvisgrani intra dioecesin Coloniensis tunc temporis celebranda contigerat, Cisner. *in orat. de Otton. III.* Albert. Crantz. *lib. 3. metrop. cap. 10.* Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 6. de Roman. Imper. & ibidem*

bidem Freher. Günther. *lib. 1. in*
14 *Ligur.* † Et tamen posteà hæc dignitas in alios qvoq; Electores ecclesiasticos, usu ac observantiâ fuit derivata: Non tantùm enim Archiepiscopus Moguntinus in coronatione Rudolphi II. Matthiæ, & jam feliciter imperantis D. Ferdinandi III. consecrato-
15 ris officium sustinuit; † sed etiam Rudolpho II. tres conjunctim Electores ecclesistaici, & Dn. Ferdinando III. Moguntinus & Coloniensis Archiepiscopi simul coronam imposuêre, prout ex actis Coronationum illarum liqvet. *Vid. infrà cap. II. sect. 10.*

16 Prætereà † & locus Coronationis de observantiâ sanctioni Aureæ Bullæ contrariâ docet; Aqvisgrani enim ut fiat coronatio Imperatoris, provisum est *in tit.* 28. *§. 5. A.B. vers.* die erste Krönung zu Aach gehalten worden / rc. Nihilominus sæpissimè & alibi ex placito & conventione inter Regem & ArchiPrincipes Electores coronationem fuisse peractam, te-
17 stantur † exempla Ferdinandi I. & II. Maximiliani II. & Matthiæ Impp. qvi omnes Francofurdi Coronam susceperunt, Goldast. *part.*
18 *1. Polit. Imper.* † nec non Rudolphi II. & D. Ferdinandi III Ratisbonæ coronatorum, *Vide infr. cap. 11. sect. 10.*

Aliud † contrariæ observantiæ 19
exemplum suppeditat *tit. 12. A. B. in verb:* Daß dieselbe Churfürsten hinfüro alle Jahr einmal / wañ vier Wochen aneinander zu rechnen / nach Ostern vorüber / in einer des heiligen Reichs-Standt persönlich sich versamlen / rc. *Et posteà:* Durch uns und dieselben Fürsten angestellet und gehalten / rc. Vult nempe Aurea Bulla, ut ArchiPrincipes Electores 1. annuatim conveniant. 2. in aliqvâ Civitate Imperiali, 3. ab Imperatore designandâ. 4. post festum Paschatis intra spatium unius Mensis proximi. 5. Utq; convocatio & indictio fiat ab ipso Imperatore cum consilio Electorum &c. † At- 20
tamen hæc puncta moribus nostris non usqveqvaq; observantur, & plerisq; per Capitulationem Cæsaream §. Wir lassen auch zu / daß die Churfürsten je zu Zeiten / rc. derogatum videtur, Gold. *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 22. Vid. infrà cap. 5. sect. 7.*

Regi † qvoq; Bohemiæ specia- 21
liter concessum est *in Aur. Bull.* ut in actibus Imperialibus qvemcunq; Regem alium, qvacunq; etiam singulari dignitatis prærogativâ fulgentem, qvem qvovis casu adesse forsan contigerit, antecedat, *tit. 6. in verb.* Vnd sonderlich / daß der König zu Boheim / wann

wann solche Höfe gehalten werden/ in allen und jeden vorgemeldten Handlungen / einem jeden andern Könige/ in was sonderlicher *digni-tet* und Würden der auch were / so vielleicht dahin kommen oder zugegen seyn wird/gäntzlich und unverändert fürgehen soll.
22 † Sed prærogativâ hâc gaudent hodiè & alii Electores: Qvod intelligentes Regis Angliæ Legatus & Nuncius Apostolicus in coronatione Caroli V. pompæ adesse noluerunt, ne ordinarentur post Principes Electores, rati, per hoc Principum suorum dignitati derogatū iri, Hart. Maur. *de elect. & coronat. Caroli V.*

Constitutum porrò in *Aureâ*
23 *Bullâ*, ut † Electores, anteqvam ad electionem Regis Romanorum in Imperatorem promovendi progrediantur, Missam decantent, *tit. 2. Aur. Bull. ibi.* Nachdeme aber die offtgemeldte Churfürsten oder Bottschafften zu Franckfurt einkommen / sollen sie so bald den nechstfolgenden Tag in der frühe/ daselbst in Bartholomæi Kirchen in ihrer aller Gegenwertigkeit/eine Meß von dem Heiligen Geist biß zu Ende singen lassen / daß er der Heilige Geist ihre Hertzen erleuchten/ und das Liecht seiner Krafft in ihre Sinne eingiessen wolle/ damit sie durch dessen Hülff und Beystand einen gerechten / guten und nützlichen Menschen zu einem Römischē König und zukünfftigen Käyser/ zu Heyl und Wolfart der Christenheit erwehlen mögen. At † cum Maxi- 24
miliani II. electio instituenda esset, & Würzeburgicus Liturgiam de S. Spiritu ex Aureæ Bullæ præscripto peragere cœpisset, Palatinus, Saxo & Brandeburgicus ex choro in proximum conclave discesserunt, inseqventibus eos Wilhelmo Landgravio juniore, Georgio Palatino, Francisco Lauenburgico, Anhaldino, aliisq; compluribus unà cum suis Consiliariis, Principibus & Ducib9, Nicol. Heyden. *in elect. Maximil. II.*
† Qvod & fecerunt iidem in ele- 25
ctione Imp. Matthiæ: Surgentes enim in Sacellum, qvod propè chorum est, cum Consiliariis & aulicis, dùm Missa celebraretur, concesserunt, Auct. *descript. elect. Matth. Imp. apud Goldast. in Polit. Imp. part. 1. disc.* 14. † Idemq; in nu- 26
perâ D. Ferdinandi III. electione à Legato Saxonico factum percepimus, *Vid. infr. cap. II. sect. 7.*

Suggerit etiam exemplum † lo- 27
cus electionis, qvem definit Aurea Bulla Francofurdum ad Mœnum *in tit. 28. §.* wir befinden. *vers.* daß die Wahl eines Römischen Königs zum künfftigen Käyser in der Stad Franckfurth gehalten wordē/ derowegen

wegen wir aus gewissen Ursachen auch in zukünfftigen Zeiten solches also zuhalten erklären/ ꝛc. Sed qvis
28 nescit † Ferdinandum I. Coloniæ, *Joh. Sleid. lib. 7.* Maximilianum II. verò & Rudolph. II. Ratisbonæ, *Thuan. lib. 31. & 60. hist.* ibiq; nuper D. Ferdinandum III. fuisse electũ.
29 † Qvamvis hoc ipsum sanctioni Aureæ Bullæ non omni ex parte adversetur, qvippe qvæ justa ex causâ etiam extra Francofurdum electionem fieri permittit, *dict. tit. 28. §.* Wir befinden auch. *in fin.* Es were dann/ daß den Vorgemelten allen/ oder ihren einem hierin sonderbare Verhinderungẽ vorfielen.

Plures, si opus esset, ex Historicis & Politicis adduci possent casus, qvibus per contrariam observantiam non semel à sanctione Aureæ Bullæ recessum videmus;
30 † an benè vel malè id factum, mihi judicandi licentiam non sumo. Audio tamen † Cyriacum Spangenbergen in der Sächsischẽ Chronic. *cap. 289.* hisce verbis de hâc re disserentem: Do bißhero in allen Puncten der güldenen Bull were gemes gelebet worden/ solte es freylich besser allenthalben in dem Reich stehen/ dañ leider für Augen: Aber es gehet wie sonst in andern Sachen mehr/ daß/ was unsere Vorfahren wol gestellet und geordnet haben/ von denen Nachkoñen übel wird gehalten. Et extant † *inqvit Goldast.* summorum hominũ qverelæ de collapsâ Aureæ Bullæ justitiâ, & partim exoletâ prorsꝰ, partim abrogatâ ejus Legis observantiâ, adeò ut integrâ reformatione indigere dicatur: monenturq; Papa, Imperator, Electores & Ordines Imperii, ut de ejus reformatione in commune velint consulere. Sunt verba Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 22.* 31 32

SECTIO. IV.

Saluberrima est Constitutio Imperii de Pace prophanâ, cui in Capitulatione Regem Romanorum devincire Principes Electores necessum judicârunt.

SUMMARIA.

1. *Studium concordiæ ad Principes spectat.*
2. *Rex Romanorum jurat in Pacem prophanam.*
3. *Qvinam Impp. Pacis prophanæ autores?*
4. *Pœna violatorum Pacis prophanæ.*
5. *Andr. Hail. plenissimè scripsit de Pace prophanâ.*
6. *Causa pœnæ severioris contra violatores pacis.*

7. Lau-

7. Laudes Pacis ex Gailio.
8. Quondam usitatum erat das Faust- und Kolbenrecht.
9. Judicium Nicol. Cusani de hoc jure.
10. Judicium Petri de Andlo.
11. Ganerbinatus unde originem traxerit?
12. Ganerbii unde dicti?
13. Jus Saxonicum loqvitur de Ganerbiis.
14. Malitia Ganerbiorum.
15. Pax prophana omnes obligat Imperii Status.
16. Edictum Pacis publicæ omnes actiones seditiosas concernit.

CUm nihil æqvè ad Principes
1 pertineat, qvàm † studium concordiæ, *cap. 1. de prohib. feud. alienat.* qvos in Republicâ esse oportet, qvod oculus in corpore, qvod in animo ratio, adeoqve solicitè advigilare debeant, ut pax ubiqve sarta tecta conservetur, Andr. Gail *libr. 1. de Pac. publ. cap. 1. num. 3.* utiqve non immeri-
2 tò † Rex Romanorum sanctè in Capitulatione promittit, se pacem prophanam constanter servaturum: Daß Jhr. Maj. den Frieden in *Religion-* und *Prophan-*Sachen/ auch den LandFrieden sampt der Handhabunge desselbigen / so auff dem zu Augspurg im 55. Jahr gehaltenem ReichsTag auffgerichtet/ angenommen/ verabschiedet/ verbessert/ auch in denen darauff gefolgten Reichs-Abschieden wiederholet und *confirmi*ret worden/ stet fest halten/ handhabē/ uñ wider niemands beschweren lassen wolle/ Melch. Goldast ab Haiminsfeld. *part. 2. sub Anno 1519. & 1620. & part. 5. sub. Anno 1562.* Jn den Politischen Reichshändeln/ & *in Polit. Imper. 12. sub Anno 1575.* † Divæ enim & felicissi- 3
mæ recordationis Impp. Maximilianus I. *Anno 1495. Wormatiæ & Anno 1500. Augustæ*, Carolus V. *Anno 1521. Wormatiæ, Anno 1522. Norimbergæ, Anno 1548. & 1651. Augustæ*, Ferdinandus I. *Anno 1555. Augustæ, Anno 1557. Ratisbonæ & Anno 1559. Augustæ*, Maximilianus II. *Anno 1566. Augustæ, Anno 1570. Spiræ & 1576. Ratisbonæ*, nec non Rudolph. II. *Anno 1594. Ratisbonæ,* consentientibus Statuum & Ordinum Imperii votis, saluberrimam & planè necessariam de pace publicâ Constitutionem promulgârunt, eamqve in diversis Imperii conventibus & Comitiis sub incudem revocârunt, † qvà pacem 4
publicam armatâ manu violantibus

bus pœna proscriptionis, qvam
vulgò Bannum Imperiale appel-
litant, indicitur, daß derselben Leib
und Guth allermänniglich erlaubet
seŋ/ und niemand daran freveln o-
der verhandeln könne oder möge/ de
5 qvâ plenissimè scripsit † Andr. Ga-
il *in tract. de pac. publ.*

6 Nec sine ratione Impp. † adeò
gravem constituêre pœnam con-
tra violatores hujus pacis, qvippe
per qvos læditur publica tran-
qvillitas & tranqvilla libertas.
7 † *Omnia enim pacis tempore*, inqvit
Gail. *pulcherrimè florent atq; incre-
mentum accipiunt, coluntur agri, pa-
scuntur lætæ segetes, ædificantur villæ,
extruuntur oppida, instaurantur col-
lapsa, ornantur & augentur extru-
cta, crescunt opes, aluntur volupta-
tes, vigent Leges, floret Reipubl. di-
sciplina, fervet Religio, valet æqvitas,
pollet humanitas, uberior est qvæstus
pauperum, splendidior opulentia di-
vitum, efflorescunt honestissimarum
disciplinarum studia, eruditur juven-
tus, tranquillo fruuntur ocio senes,
bonis auspiciis nubunt virgines, lau-
dantur simili prole puerperæ, florent
boni, minus peccant mali.* Hactenus
Andr. Gail *dict. lib. 1. de pac. publ.
cap. 1. n. 4.* Et maximè hæc pœna
8 fuit necessaria, † cum qvondam
illi, qvi adversus aliqvos justas se
causas habere putabant, inimici-
tias denunciare & lites armis fini-
re solebant, da das Faust- und Kol-
ben Recht im schwang gieng. De
qvo more † Nicol. Cusan. *Per vi-* 9
lissimum, inqvit, *diffidationum mo-
dū honorem salvari putant, & vi post
diffidationem intimatam ex qvacun-
q; confictâ aut nullâ causâ qvaliter-
cunq; rapta, palàm aut occultè cre-
dunt possideri, etiamsi bona Ecclesiæ
aut Clericorum auferantur contra o-
mnes LL. & jura, lib. 3. de concord.
cathol. cap. 31.* † Et Petr. de Andlo? 10
Eò res redacta est, ait, *ut non modò
vi oppressus vix judicem, ad quem re-
currere possit, inveniat, sed & dum
post longos laborum circuitus vix tan-
dem judicatum obtinere contigerit,
deficit tamen plerumq;, qvi res judica-
tas executioni demandare aut velit
aut possit: Hinc jam Patria continuis
diffidationibus exagitatur, hinc jam
tela volant, furibundæ sparguntur fa-
ces: hinc armorum arcuumq; sonat
fragor & injuriosus mucro omnia
& omnia prosternit. de Roman. Im-
per. lib. 2. cap. 16.*

Qvæ res etiam introduxit † Ga- 11
nerbinatum: Cum enim passim
itinera erant minus secura, & la-
trones in arcibus apud sui generis
homines latitabant, alii, qvibus
virtutis potiùs qvàm rapinæ stu-
dium carum erat, confecerunt si-
bi arces munitas, in qvibus cum
familiis suis & rebus preciosiori-
bus ab aliorum invasionibus vio-
len-

lentis tuti essent, sibiq; certas leges fecerunt, Rittershus. *part. 1.*
12 *feudor.cap.17.p.257.* † Et hi vocabantur Ganerbii, die Ganerben/ qvasi gemeine Erben/ Tob. Paurmeist. *lib.2.de jurisdict.Imper.Rom.*
13 *cap.8.n.68.* † De qvibus Jus Saxonicum ita loqvitur: Bürger oder Burgmann heissen die Ganerben und Edelleute/ so vor alters unter einem Burgkherrn uff einer Burgk gewohnet haben/ da sie dann die Burgkbürgere genennet worden. *Et alibi:* Burgklehen heissen solche Lehen/ da ihr viel Edelleute oder Ganerben/ wie mans ietzo nennet/ in einer Burg oder Schloß zusammen haben Lehen und Lehenrecht von Fürsten und Herren/ denen die Burg zugehöret. Matth. Stephan. *de jurisdict.lib.2.part.1.cap.7.membr. 3.* ubi aliqvot exempla arcium Ganerbicarum recenset, *num.12.*
14 † Horumq; potentiâ auctâ cœperunt alios opprimere, qvorum tamen improbitas & malitia publicis Imperii Constitutionibus coërcita est Wormatiæ Anno 1495. & Anno 1500. sub Imp. Maximil. I. Schönborn *lib. 2. Polit. cap.13.* Matth.Stephan.*dict.cap.7.n.7.& 8.* Ventur.de Valent.*in parthen.litig. lib.2.cap.2.n.13.*

Sed hæc omnia sublata hodiè sunt pace publicâ, ejusqve pœnâ constitutâ: † qvæ omnes omnium 15
ordinum Status Imperii majorum & minorum gentium & cujuscunqve dignitatis personas, summas, medias & infimas æqvè obligat, etsi potissimum contra potentiores sit promulgata, Gail *dict. lib.1.de pac.publ.cap.1.n.9.* † Hoc e- 16
dictum Pacis publicæ omnes actiones, qvarum finis ad arma & seditionem Imperii spectat, concernit, Gail *dict.loc.* Christ. Leibfried *apud Goldast. in Polit. Imper.30.* qvi hâc de materiâ fusiùs scripsêre.

SECTIO V.

Satius est in Imperio, utriusq; Religionis & Lutheranæ & Catholicæ exercitium permitti, qvàm Subditos per inqvisitionem Hispanicam ad unitatem Religionis compelli; qvem in finem pax Religiosa in Imperio promulgata ab Imperatore in Lege Regiâ confirmatur.

SUMMARIA.

1. *Pacificationi Religiosæ obstringitur Imperator in Capitulatione.*
2. *Diversitas Religionis pacem labefactat.*
3. *In Republicâ num diversæ Religiones tolerandæ? n.8.9.*

4. *Neutram credit Religionem, qvi contrarias admittit.*
5. *Unam solummodò DEUS vigere voluit in Politiâ Israëliticâ Religionem.*
6. *Leges XII. tabb. privatos prohibent Deos.*
7. *Pontifices ad unitatem Religionis homines cogunt.*
10. *Hispanica inqvisitio qvænam sit? n.14.*
11. *Domus inqvisitionis in Italiâ freqventes.*
12. *Origo inqvisitionis Hispanicæ.*
13. *Inqvisitio Hispanica à Pontifice confirmata.*
15. *Crudelitas Hispanorum contra Americanos. n. 16.17.18.19.*
20. *Non omnibus populis placet inqvisitio Hispanica.*
21. *Noluerunt Veneti admittere inqvisitionem.*
22. *Inqvisitio Papalis causa defectionis Provinciarum Belgicarum ab Imperio Hispanico. n.23.24.25.26.27.*
28. *Concordia in Religione promovenda.*
29. *Modò salvâ Reipubl. tranqvillitate id fieri qveat. n.30.*
31. *Carolus V. noluit Religionem Lutheranam armis oppugnare.*
32. *Ad fidem & Religionem nemo cogendus. n.33.41.42.43.44.45.*
34. *Lactantii judicium de hac re.*
35. *Laniena Lutetiana describitur. n.36.38.*
37. *Corasius in laiana Lutetianâ occisus.*
39. *Maximiliani II. judicium de laniena Lutetianâ. n. 40.*
46. *Pacificationis Religiosæ occasio & initium. n. 47.*
48. *Lutherus à Carolo V. proscriptus.*
49. *Transactio Passaviensis.*
50. *Pacificatio Religiosa inita Anno 1555.*
51. *Oppugnatores Pacificationis Religiosæ.*
52. *Laudes hujus Pacificationis. n.53.54.55.57.58.*
56. *Turca diversas tolerat Religiones.*
59. *Pacificatio Religionis Capitulationi prudentissimè inserta.*

1 NOn solùm de Pace publicâ sive politicâ, verum & de pace Religionis solliciti fuêre Ordines Imperii: qvam propterea Capitulationi Cæsareæ inseri, ad ejusqve observationem Imperatorem adstringi, curaverunt Principes Electores: Daß Käys. Majest. den Frieden in Religion Sachen stet/ fest halten/ handhaben und dawider niemand beschweren lassen wolle/ † ut ut etiam diversitas Religionis non mediocriter pacem Reipublicæ labefactet. 3

Sicut

Sicut enim arctissimum pacis
& concordiæ vinculum inter Ci-
ves est una omnium consentiens
Religio; ita diversitas sententia-
rum de fidei articulis pacatum
3 Reipubl. statum labefactat, † ut
propterea existiment Lipf. *lib. 4.*
Politic. cap. 2. Anton. Possevin.
in epist. ad Reg. Polon. Windeck.
de haeret. extirp. Bellarmin. *de Lai-*
cis, cap. 18. Franc. Burchard. *in au-*
tonom. part. 2. cap. 19. & seq. pag. mi-
hi 190. & seqq. Erasm. Roterodam.
in lib. ad Campeg. apud Johan. Sleid.
lib. 7. pag. 191. Scipio Amirat. *in*
Tacit. libr. 11. disc. 3. aliiq; Magi-
stratum in Republica plures si-
mul Religiones minimè tolerare
debere; cum fieri nec soleat nec
possit, ut qvis Deum sincerè & ex
toto corde diligat, qvi diversas
Religiones simul fovere deside-
4 rat: † certissimum enim inde est,
neutram credere, qvi contrarias
admittit, Petr. Gregor. Tholosan.
lib. 8. de Republ. cap. 2. n. 15. Qvare
5 ipsemet † Deus in politia Israëli-
tica unam tantùm vigere Religio-
nem, qvin & unicum duntaxat
templum in populo suo extare
voluit, ne diversis Populus Reli-
gionibus ac cultibus implicare-
tur. Hinc Reges Israelitici de-
struebant templa Idolorum, po-
pulumq; ad Dei veri cultum re-
ducebant, ut Ezechiæ, Josaphati,
Josiæ, aliorumq; historia testatur.
† Qvod & legibus XII. tabb. cau- 6
tum erat: *Separatim nemo habebit*
Deos, neq; novos sive advenas, nisi
publicè ascitos privatim colunto,
constructa à patribus delubra haben-
to, Cic. 2. *de legib.* Hocqve ipsum,
Pontificii seqvuntur, in tantum
† ut justè Magistratum facere exi- 7
stiment, si subditos ad fidem co-
gat, utqve unam Religionem co-
lant, cum libertas qvidvis creden-
di nihil aliud sit, qvàm libertas er-
randi in re animæ salutē concer-
nente, in qvâ error est longè pe-
riculosissimus & nocentissimus.
† Qvod & Mecœnas apud Dion. 8
lib. 52. Octaviano consuluit, ut
non solùm more majorum Nu-
men diligenter coleret, sed & ali-
os ad eum cultum compelleret,
non solùm Religionis sed maxi-
mè Reipubl. causâ: † novæ enim 9
Religionis prætextu multos res
novas moliri & illicita collegia
coire, commutationesq; & sediti-
ones inde nasci.

Eò ut facilius perveniant Pon-
tificii, † fortissimum sed & atro- 10
cissimum ac sangvinolentum ex-
cogitârunt remedium, Inqvisitio-
nem scilicet Hispanicam: qvæ est
percontatio fidei, qvæ fit à Viris.
qvibus id munus est commissum,
qvos Inqvisitores seu Patres san-
cti officii appellant, iis mediis &
ad-

adversus eos, qvibus ipsis visum fuerit, præsertim si qvi suspecti sint vel minimi erroris adversus catholicam Romanam Ecclesiam: qvos pro causæ gravitate capitali supplicio omniumq; bonorum
11 confiscatione castigant. † Cujus rei gratiâ in Civitatibus Italiæ, maximèq; Romæ juxta templum D. Petri, domus peculiares extructæ visuntur, qvæ vocantur Domus inqvisitionis.

12 Cœpit autem primùm † inqvisitio in Hispaniâ teste *Reginaldo Montano & Georgio Nigrino*, ex qvo etiam Hispanica, vocatur. Titus enim Vespasianus cum post Hierosolymæ excidium Judæos ut mancipia in Hispaniam relegaverat, hiq; summâ libertate Religionis vixerant, & Ferdinandus Arragonius ac Isabella Rex & Regina Hispaniarum finem bello imposuissent, adversus Mahometanos Monachis cura fuit commissa, ut pariter Mahometistas & Judæos converterent, sub capitali supplicio, qvo plurimi affecti fuêre.
13 † Qvod inventum Regium posteà à Sixto IV. Pontifice apostolicâ autoritate firmatum est, Ernest. Eremund. *de origin. & histor. belgic. tumult. pag. 10.* De hoc invento ita loqvitur Georg. Frid. Limp. Baro *apud Frider. Achill. in consult. de princip. int. provinc. Europ. in orat. contr. Hispan.* † *Religionis Hispanicæ* 14 *illustrissimum* πόρισμα *est inqvisitio, qvæ ubi primùm comperit aliqvē in qvodam fidei capite à Romanâ Ecclesiâ dissentire, confestim opponit ei Syllogismum ex igne, aqvâ aut laqveo confectum, qvi fortiùs, qvàm qvi primæ figuræ dicuntur, concludat, atq; ubi mors necessariò ingrediatur conclusionē.* Hactenus Baro Limp. Lanov. *discurs. 4.* Eo namq; satis
† superfluè belluinam immanitatem ac crudelitatem suam testati 15 sunt Hispani; qvi sitiunt esuriuntqve carnem & sangvinem humanum. Qvàm horribilis enim
& crudelissima † fuit laniena adversus innocentissimos Americanos perpetrata? qvam oculis se vidisse, refert Franc. Bartol. de las casas, Episcop. Hispan. *in libr. de persecut. Indor.* inq; eà ultra XX. milliones hominum miserè fuisse occisos, ait Anton. Arnold, *in act. habitâ pro Academiâ Parisiensi* Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. n. 82.* Qvot millia Indorum canibus cesserunt in escam? sæpius uno alterum ita compellante: Da mihi frustum carnis pro pastu canum meorum, qvod si ex meis unum occidero, id tibi restituam. *Vid.* Thuan. *lib. 55. histor. circa fin.* 16
† ut propter hanc ferocitatem Indi putaverint, Hispanos non ut 17 alios homines in terram natos, sed

ſed ex ſpumâ maris concretos ve-
niſſe ad perdendum mundum:
18 † qvâ de causâ mare inſectantur,
qvod tam immanem ſobolem in
terram immiſerit, aliiq; vicini po-
puli, qvi carnibus veſcuntur hu-
manis, ab Hiſpanorum cadaveri-
bus abhorrent, Hier. Benzo *in hiſt.*
19 *nov. orb. lib. 1. cap. 25.* Et hinc †
Matth. Cacicus ad ignem damna-
tus, à Monacho Franciſcano ad-
monitus, ut in Chriſtum crede-
ret, qvæſivit, num etiam Hiſpani
venirent in Regnum cœlorum?
Monacho affirmanti reſpondit, ſe
nolle petere cœlum, ſed potiùs
infernum, ne ſibi domicilium
cum gente crudeli commune eſ-
ſet, Georg. Frider. Baro *in dict. o-
rat. contra Hiſpan. p. 342.*

Atq; ex hac crudelitate inven-
tum iſtud Diabolicum inqviſitio-
nis promanavit: qvod propterea
20 † Anglis odioſum, Svecis horren-
dum & Hungaris portentoſum vi-
ſum fuit, Cran. *de Pace Religion.*
21 *part. 2. probl. 2.* † Ideoq; & Veneti,
cum Pontifex iis inqviſitionem
aliqvando obtrudere vellet, hoc
reſponſo Legatum remiſerunt:
Velle ſe in Religione peccantes
punire, ſed non Hiſpanorum mo-
re, Joh. Sleidan. *lib. 19. hiſt.* Pru-
dentiſſimum ſanè hoc Venetorũ
reſponſum, qvibus curæ eſt con-
ſervare Rempublicam, cui maxi-
mè nocet hæc inqviſitio. † Qvis 22
enim neſcit, hancce Papalem in-
qviſitionem cauſam fuiſſe, ut tot
Provinciæ Belgicæ auſpicatiſſimo
& maſculo auſu Hiſpanicæ ſævi-
tiæ jugum excuterent, Samuel à
Remching, *de Pac. Relig. diſſert. 2.*
† Felix fuiſſet Philippus II. Rex 23
Hiſpaniarum, ſi pactum Patris
Caroli V. de non inducendâ in-
qviſitione haud violaſſet: † Fe- 24
lix fuiſſet, ſi non Anno 1559. poſt
celebratum feſtum aurei Velleris,
Menſe Auguſto in urbe Gandavo
cum Antonio Perenotto Cardi-
nale Granvellano, de inducendâ
inqviſitione deliberâſſet: Felix
fuiſſet, † ſi Maximiliani Impera- 25
toris conſilium, ut clementiam
ſibi commendatam haberet, ſecu-
tus, de novo inqviſitionem non
præcepiſſet: † Felix fuiſſet, ſi con- 26
ſilio & ſvaſu Margaretæ Duciſſæ
Parmenſis & Gubernatricis Bel-
gicæ, inqviſitionem abrogaſſet:
† Et feliciſſimus, ſi non Ferdinan- 27
dum à Toledo Ducem Albanum
cum pleniſſimâ poteſtate punien-
di rebelles & cogendi Subditos ad
religionem catholicam, in Belgi-
um miſiſſet. Eman. Metteran. *in
hiſt. Belli Belgici.* Erneſt. Eremund.
de origin. & hiſt. Belgic. tumult.

Hoc inventum inqviſitionis,
ceu atrociſſimum & Diabolicum
ut omninò improbandum; ita

profectò non audiendi, qvi docent, Magiſtratum Subditos ad fi-
28 dem cogere debere aut poſſe. † Utut enim concedamꝰ, cuilibet Magiſtratui ſummis viribus eò adnitendum eſſe, ut una eaq; vera Religio obtineat: Veruntamen cum id potiùs optare, qvàm ſperare liceat, ſapientisſimi Rerumpubli-
29 carum moderatores † Medicos imitari debent, qvi in morbis gravioribus qvandoqve plus proficiunt qvieſcendo, qvàm movendo & agendo, & Naucleros, qvi cum exortâ in mari tempeſtate, eò qvò cupiunt, pergere haud poſſunt, eò qvò poſſunt, curſum dirigunt, ac ſæpè velificatione mutatâ tempeſtatibus obtemperant, ne ſi curſũ tenere velint. Naufragium faci-
30 ant: † præſtat enim aliqvam habere Rempublicam, licet variis de Religione disſidiis turbatam, qvã nullam, Johan. Gerhard. *in coron. diſp. Polit. th. 42.* Georg. Schönborn *3. Polit. 11. in fin.* Keckerman. *lib. 1. Polit. cap. ult.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 2.* Dn. de la Nove *diſcurſ. 2. pag. 77. & diſc. 3. per tot.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 21.* Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 87. & ſeq.*

31 Hinc † Carolus V. cum à Clemente VII. Bononiæ urgeretur, ut Lutheranam Religionem armis oppugnaret, ſuggeſtionibus ipſius graviter primùm reſtitit, reſponſo ad poſtulatos Clementis articulos tali dato: *Ut parentum deliria ferenda ſunt, ita in Civitatibus ac Religionibus vitia qvædam eſſe diſſimulanda, fundamentum in Eccleſiâ retineri oportere,* Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imper. fol. 506.* Wolff. *tom. 2. lection. memorab. fol. 331.* † & nihil 32
abſurdius, qvàm fidem in animâ, qvæ ſpiritus eſt, cogere velle, cum aſſenſus, qvi fidei pars eſt, ſit actus à voluntate elicitus: *Qvis enim mihi imponat neceſſitatẽ*, inqvit Lactant. *vel credendi qvod nolim, vel qvod velim, non credendi, nihil tàm voluntarium qvàm Religio, in qvâ ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt, lib. 5. divin. inſtit. cap. 19.* Et Lutherus: † *Liberum qviddam eſt* 33
credere, imò qviddam divinum in Spiritu, externa igitur vi cogi nec poteſt nec debet, tom. 2. Jenenſ. fol. 180. Unde non ſine ratione Concilium Toletanum VI. *canon. 56.* nemini ad credendnm vim inferendam ſtatuit. *Non eſt opus vi & injuriâ*, ait † Lactant. *cap 20.* 43
qvia Religio cogi non poteſt, verbis potiùs, qvàm verberibus res agenda eſt, ut ſit voluntaria: Longè diverſa ſunt carnificina & pietas: Non poteſt pietas cum vi, aut juſtitia cum crudelitate conjungi: Defendenda eſt Religio non occidendo ſed moriendo,

do, non sævitiâ sed patientiâ, non scelere sed fide; Illa enim malorum sunt, hæc bonorum, Et necesse est bonum in Religione versari non malum. Nam si sangvine, si tormentis, si malo Religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur atq; violabitur. Hactenus Lactant.

Neq; ex tali coactione bonus un-
qvam sperandus est eventus, non
35 alius nisi sangvine plenus: † qvod
satis sufficienter testatur Laniena
Lutetiana, de qvâ loqvantur
Protestantes, qvos Carol. IX. pa-
ratis magnâ cum pompâ Sorori
Margaretæ & Henrico Navarræo
nuptiis fefellit: In qvibus plus
sangvinis qvam vini effusum, a-
36 junt Parisienses. † Aderant namq;
maximo numero Protestantes &
læti aderant, qvi paulò post nocte
signo dato, non secus ac jumenta
mactati fuêre; nec morte Caspa-
ris Colinii hæc tragœdia finita,
verùm hic impetus in alias qvoq;
Civitates & Academias irruit, u-
bi multi Heroës, fœminæ & pueri
interfecti, Bituriginibus etiam
37 occisus † magnus ille JCtus Cora-
sius; qvod idem evenisset Donel-
lo & Hottomanno, si non disci-
pulorum suorum ope, periculo
erepti fuissent, Thuan. *lib. 52. hist.*
Auct. *du Reveil. matin.* Camer. *lib.
1. medit. hist. cap. 83.* Recyeil *des cho-
ses memorables, fol. 425.* Frider. A-
chill. *de Principat. int. prov. Europ.
pag. 233. & seqq.* Et qvanta hæc fue-
rit Laniena, † vel ex solâ confes- 38
sione constat Cruciarii aurificis
cujusdam, qvem sæpiùs cum hor-
rore se vidisse & audivisse imma-
ni vesaniâ jactantem, cum nudum
brachium exereret, hoc se qva-
dringentos amplius homines in
illâ mactâsse lanienâ, refert
Thuan. *dict. loc.* De hisce carnifici-
nis Gallicanis † ita scribit Maxi- 39
milianus II. Imperator: *Qvod at-
tinet ad præclarum illud facinus,
qvod Galli in Admiralio ejusq; sociis
tyrannicè perpetrârunt, eqvidem id
minimè probare possum, magnoq;
cum dolore animi intellexi, generum
meum sibi persvaderi passum esse tàm
fœdam lanienam, in Epist. ad Laza-
rum Schvvendi, qvæ habetur tom. 1.
Constit. Melch Goldasti ad fin.* Re-
ctius † ille ibidem pro libertate fi- 40
dei: Es in der Warheit nichts an-
ders/als jr vernünfftiglich schreibt/
daß Religions Sachen mit dem
Schwerdt nicht wollen gehandelt
und gerichtet werden/ kein ander
Gottsfürchtiger und Friedlieben-
der wird es auch anders sagen. Et
alibi: *Eorum actiones, qvi supplicio-
rũ crudelitate, sectionibus & ustionibq
hanc rem confici posse defendunt, mi-
hi minimè placent, nec unqvã addu-
car, ut eas laudem, nisi fortè, qvod ta-
men*

men seriò deprecabor ne fiat, Deus *permittat, ut in furorem & insaniam prolabar, in epist. de sedit. Belgic.*

Hocq; ipsum Henricus III. Galliæ Rex, † qvi per totam vitam,
41 Religionem Evangelicam armis oppugnaverat, in extremo mortis articulo confiteri haud erubuit, hisce verbis: *Aprenez de moy, qve la pietè est un devoir de l' homo envers Dieu, sur le qvel le bras dela chair n' à point de puissance.* Pierre Matthieu *en l' histoire de dern. troubl. lib.5.fol.193.* † Et sanè violentis mediis animi Subditorum ab illâ
42 Religione, ad qvam coguntur, magis abalienantur & initantur, occasio datur cædibus, & tranqvillitas Reipubl. turbatur, qvod multis exemplis probat Petr. Gregor. Tholosan. *lib.12.de Republ.cap. 5.n.12.* Vide Alber. Gentil. *de jur. Belli lib.1.cap. & 10.* Luther. *tom.3. Jenens.fol.303.tom.2.fol.378. & in tract. de magistr.pol.tom.6.Witeberg. fol.595.* Keckerm. *in polit.lib.1. cap. ult.* Lazar. à Schwendi *in consil. ad Maxim. II.* Von Regierung des Römischen Reichs / Johan. Sleid. *lib.21.pag.647.* Thuan. *lib.79. histor. pag.178.* Imò † si homines cogendi
43 ad Religionem, verbo id potius Dei & gladio spirituali, qvàm materiali faciat Magistratus: qvod innuit Jean de Serres hisce verbis: *La concorde dela Religion & des choses divines s' establit plus par la douceur, qve par la force, plus par amour & par crainte, qve par peine & cruaute, il ne faut point d' autres armes, qve la parole de Dieu contre les ames obstinees, elles ne sont point subectes aux tormens, qvi destruissent les corps, & les supplices ruinent plus en une heure, qve les peines n' edifient plusieures annees; La Religion ne peut souffrir violence, car les Rois ne commandent pas aux cœurs, comme aux corps. En inventaire general de l' histoire de france, tom.738.* Idemq; sensit qvondam † Senatus 44
Parlamenti Parisiensis, qvi, cum Rex Galliæ edictum de Hugenotis extirpandis promulgasset, eum ut ab instituto desisteret iis ferè formalibus est adhortatus: *Æqvum sibi videri, ut exterarum Ecclesiarum tutioribus vestigiis insisteretur, qvæ non ferro & flammis in Religione constituendâ aut propagandâ, sed puriore doctrinâ & honestis vitâ Antistitum exemplis rem confecerint.* Thuan. *lib.16.histor.* Et † An- 45
dreas Philopater Presbyter Romanus *in Responso ad Edictum Anglicum p.85. Si persvaderi sibi*, inqvit, *à Cæcilio, Consiliario præcipuo permiserit Elisabetha Regina, hanc tantam Subditorum carnificinam carere omni periculo, imprudentia est insignis,*

gnis, saltem seqvi debeat Gamalielis
consilium, Actor. 5. vers. 39. benevo-
lentiâ & tolerantiâ res tentanda est.
46 Hiscè propè perpensis, † cum
tota ferè Germania ob Religionis
dissidium bellis intestinis flagra-
ret, inter Carolum V. Cæsarem &
Ordines Germaniæ pro amoliẽdo
interitu Imperii convenit, ut utra-
q; tàm Evangelica, qvæ & Augusta-
na Confessio appellitatur, qvàm
Pontificia in Imperio toleraretur
Religio. Et si enim ab hac con-
ventione ab initio planè alienus
47 erat † Cæsar, ut qvi Pontifici gra-
tificari cupiebat, qvo juramenti
Neapolitani (Reges enim Nea-
politani cum in fidem accipiun-
tur, jurant se nunqvam ad Impe-
rium aspiraturos Romano-Ger-
manicum, Carolus autem simul
erat Rex Neapoleos) gratiam sibi
faceret, Cæsaream inauguratio-
nem approbaret, & fœdus secum
contra Gallum iniret. Samuel â
Remching *de pac. Religion. apud*
Goldast. in Polit. Imper. part. 30. a-
48 deò ut etiam † â Carolo Luthe-
rus tanqvam manifestus & pervi-
cax hæreticus publico Imperii de-
creto fuerit proscriptus, Johan.
Sleidan. *lib. 3. comm. pag.* 66. cu-
jus proscriptionis formula habe-
tur verbòtenus apud Goldast.
49 *Constit. Imper. tom. 2. fol.* 143. †
multis tamen peractis, ut apparet
ex historia Sleidani & Thuani,
lib. 1. *&* 2. tandem per Passavien-
sem transactionem cautum fuit
Anno 1552. Ne propter Religio-
nem in posterum cuiqvam infer-
retur molestia, Sleidan. *l. 24. hi-*
stor. pag. 784. Waremund. ab E-
renberg *in meditat. fœder. pag. 223.*
& pag. 261. Sam. Remching *dict.*
loc. † Cujus vigor duravit usq; 50
ad Annum 1555. qvo unanimi
Procerum totius Romani Impe-
rii consensu, regnante adhuc Ca-
rolo V. ejusqve vices gerente Fra-
trẽ Ferdinando Romanorum Re-
ge, inita est illa nunqvam satis
laudata Religionis Pacificatio,
qvæ verè Germaniæ Palladium di-
ci potest, per qvod hucusqve viguit
& in futurum vigebit Sacrosancti
Imperii nostri Majestas. Verba sunt
Petr. Syring. *de de pace Relig.*
th. 12. Joh. Dauth. *in proleg. de*
test. n. 8.

Appellitet † jam licet Auct. 51
Autonomiæ oder Freystellung
mehrer *Religion*, Freistellionatum
semen serpentium & venenum
Diaboli. Et Anton. Possevin. o-
mne transactionis genus, qvo o-
lim & jam nostro tempore in Im-
perio, Galliâ aliisq; in Regnis,
controversiæ de Religione sine
sangvine amicè & fraternè com-

positæ sunt, licèt repudiet & pro ejusmodi Christianis mediis inqvisitionem ac vim armatam substituat, Sam. â Remching *de pac. Relig. differt. 1.* Clamitent licèt alii, ferro & igne rem agendam esse:
52 † Cordatiores tamen liberum Religionis exercitium permittendum statuunt, cum nihil aliud pacatiora Regna reddiderit, qvàm voluntarius Sacrorum cultus, D. Polycarp. Lyser. *in Duello Cleseliano.* Franc. Bald. *in consil. pacif. Belgis dato, qvod extat in histor. Belgic. de Iean Francois le petit, lib. 1. fol. 79.* Timpl. *4. polit. cap. 2.*
53 *qvæst. 2.* † Intueamur namque priscum Galliarum & Belgii statum, qvid aliud Provincias statuum confœderatorum in Hollandiâ restituit, auxit, & in florentissimam formam redegit, qvàm voluntarius extra spem aut metum, Sacrorum & Religionis cultus, Eman. Metter. *in histor. Belgic.*. Qvid aliud Galliam pacatam & tranqvillam reddidit, qvàm liberum Religionis exercitium in eâ permissum, Dn. Gerhard. *in coron. disp. polit. th. 31.*
54 † ut non immeritô Thuan. Heinricum IV. hoc ipso, qvod Protestantibus in suo Regno qvietam permiserit sedem, labantem Rempublicam fulciisse gloriosè decantet, *in præfat. histor.* † Nec sine
55 ratione laudat istud edictum Henrici IV. Jean de Serres, inqviens, *Ainsi les uns & les autres vivans desormais soubs l' faveur & benefice de pedict, confessent, qu' ils ont une immortelle obligation à sa majestè, d' avoir avec une tant admirable sagesse & constance, retranchè la cause des divisions civiles pour le different de la Religion. De l' histoire de france tom. 3. fol. 788.* L' autheur *d' utile & salutaire advis au Roy pour bien regner, fol. 14.*

Nec aliâ de causâ † Imperium Turcicum in tantam crevisse amplitudinem, testatur Philipp. Camerar. Idq; probat exemplo qvodam de Sultano Soleimanno, qvi cum à nonnullis admoneretur, ut Christianos & Judæos aliosq; diversos ritus in Religione vel ejiceret vel cogeret, ut musulmanizarent, fortè ex fenestrâ in hortum prospiciens, dixisse fertur: *Qvemadmodum ista varietas distincta herbarum & florum non solùm nihil obest, sed mirificè oculos & sensus recreat, ita in Imperio meo diversa fides & Religio potiùs usui, qvàm oneri mihi est, si modò pacatè vivant, & in aliis rebus politicis, mandatis meis pareant: præstat igitur diutius, sicut majores mei permiserunt, ita more suo, Religiones suas seqvi, qvàm turbas excitari & Imperium meum deformari; non secus ac si flosculos* 56

uni-

unicolores tantum relinqverem & reliqvos evellerem: qvid facerem enim aliud, qvàm ut hortum vel pratum suâ nativâ elegantiâ & decore potiùs spoliarem, qvàm ornarem part. 1. horar. subc. cap. 58. p. 262. Ventur. de Valent. *in parthen. litig. 2. cap. 3. n. 14.* Ac propterea
57 † idem Camerar. non immeritò pacem hanc Religionis maximè commendat: *Apud nos*, inqvit, *in Germaniâ Constitutio Pacis in Religione à Cæsaribus & Ordinibus Imperii sancita atq; sæpius confirmata, adhuc magno cum fructu viget, tantumq; abest, si ea in genuino & vero sensu sarta tectaq; conservetur, seditiones & tumultus inde existere, ut dira bella & odia sub prætextu Religionis antea excitata, multis annis hactenus sopita sint & qviescant.* Et
posteà: † *Hujus salutaris Sanctionis beneficio videmus conjuges in Religione qvidem dissentire, parentes & liberos diversa sacra seqvi, fratres & sorores in una interdum domo in plurimis doctrinæ cœlestis capitibus discrepantes fovere sententias, in politicis tamen & domesticis rebus concordes vivere.* Hactenus Camerar. *dict. cap.* 58. 58
† Qvæ cum ita se habeant, qvis non Pacificationem Religionis Capitulationi Cæsareæ prudentissimè pariter & æqvissimè insertam judicaverit? 59

SECTIO VI.

Ineptiunt Pontificii, Pacificationem Religiosam ex dissensu Papæ impugnantes, eamq; à Cæsare vi extortam nugantes.

SUMMARIA.

1. Pontificii Pacem Religionis odio proseqvuntur.
2. Impugnant Pontificii Religionis Pacem ob defectum consensus Papæ n. 2. 4. 5.
6. Nullo jure Pontificis consensu fuit opus ad Pacem Religionis.
7 Nulla competit i Imperio potestas Pontifici.
8 In pacificatione Religionis non disceptatur de articulis fidei.
9. Pacificatio Religionis à Pontifice ratificata.
10. Religionis Pacem vi extortam nugantur Pontificii. n. 11.
12. Refutatur hæc Pontificiorum assertio. n. 13. 14. 15. 16.
17. Volens ac libens Imperator iniit Pacem Religionis. num. 18. 19. 20.
21. Ex Pacificatione Religiosa laudem promeruit Imperator.
22. Ferdinandus super Pace Religionis sibi est gratulatus.
23. Ratihabitio Pacificationis Religiosæ omnem purgat vim ac metum.
24. Veritas Religionis illicitum tollit metum.

UTi saniores & concordes Pacificationem Religionis amant, eamq; ceu singulare Dei beneficium agnoscunt atq; deprædicant;
1 † ita econtra Pontificii discordes illam odio proseqvuntur, eamqve nobis eripere omnibus modis student. Hoc ut eò facilius efficere qveant, nonnulli ex ordine Jesuitico Pacificationem Religiosam ab initio statim parum habuisse
2 autoritatis, contendunt, † qvod nempe consensus Pontificis ad validitatem hujus actus non accesserit, qvi tamen maximè fuit necessarius, cum Pacificatio hæc non minus tangat Papam, qvàm reliqvos Imperii Status, præsertim qvod in eâ agatur de minuendâ ipsius autoritate & jurisdictione,
3 qvæ per illiam suspensa est. † Et qvoties de Religione disceptatur, cum omne judicium referri debeat ad Ecclesiam Romanam, ecqvis inficias ibit, in hoc pacto Religionis contra ritum & normam Con-
4 ciliorum fuisse peccatum? † qvâ de causâ Paulus III. Pontifex graviter cum Carolo V. qvod falcem in alienam mitteret messem, expostulavit, Joh. Sleid. *lib. 16. comm. in princ.* Waremund. ab Erenberg *de subsid. Regni pag. 17.* Hancq; litem
5 † à Pontificiis sæpius in Imperio fuisse motam, patet ex *gravaminibus Protestantium Cæsareæ Majestati exhibitis, in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1594.* ibi: **Es wird öffentlich / (nemlich von den Jesuiten unnd Friedhässigen) ausgeben / daß weiland König** *Ferdinand* **Hochlöblichster Gedächtnüß / ohne päbstlichen** *cōsens* **nicht gebühret habe / einen** *Religion* **Frieden zwischen den Ständen im Reich zu treffen / Jedoch sey derselbe nur ein** *interim* **und ferner nicht / als biß auff das Tridentinische** *Concilium* **kräfftig.**

Sed hæc qvidem † Pontificii 6
proferunt, at non probant: Interesse Pontificis, inqviunt, ne jurisdictio suspendatur, ut ipse solus sit judex controversiarum de Religione. Ast qværimus, qvo titulo, qvo jure hoc interesse Pontifex habeat? Sanè nullo alio, nisi titulo pro Possessore. † Omnem siqvi- 7
dem potestatem in Imperio Pontifici negamus, ut qvi nihil commune habet cum SS. Imperio Romano, adeoq; & Imperatori Comitia convocare, in iisq; cum Statibus Imperii, Pontifice insalutato, de bono publico deliberare & concludere licuit, Thom. Michael *de jurisdict. concl. 2. & 3.* David Paræus *in tract. de jure Regio pro Sereniss. Britan. Rege scripto.* Georg. Sigismund. Seldus *in consil. ad Imperat. Ferdinand.* † Considerent etiam 8
Pontificii, in Pacificatione Religiosâ non disceptationem aliqvam

qvam de articulis fidei, cujus so-
lum-Papam judicem (qvamvis
nullo jure) ipsi pronunciant, sus-
ceptam fuisse, sed solummodò u-
triqve in suâ Religione pacatè
vivere permissum: qvod ipsum
cum Pacem concernat Imperii,
magis Imperatorii, qvàm Ponti-
6 ficii muneris est. † Aut si omninò
Pontificis assensus fuisset necessa-
rius ad Pacificationem Religio-
sam, nonnè Pontifex hanc ratam
habuit, ex eo, qvod legitimè nun-
qvam & solenniter contra ean-
dem fuerit protestatus? Joh. Li-
mnæus *de jur. publ. lib. 1. cap. 13.
n. 27.*

Pergunt Papiculæ aureum hoc
Pacificationis Religiosæ nego-
10 tium turbare, † fingentes Cæsa-
rem coactum Religionis pactum
iniisse. Ita namq; Auct. Autonom.
part. 3. cap. 13. & passim publicè vo-
ciferari haut veretur: *Hanc Reli-
gionis nostræ libertatem publico Im-
perii decreto stabilitam, Cæsari vi fer-
roq; extortam fuisse, eum in modum,
qvo Cornelius Centurio legationis
Princeps, cum Senatus Romanus po-
stulato militum Augusto consulatum
petentum, adnuere cunctaretur, gla-
dii capulum ostentans in Curia, dixit:
11 Hic faciet si vos non feceritis.* Et †
Joh. Paul. Widek *in prognostic. de
fut. Eccles. statu pag.* 326. Pacificatio-
nem hanc propterea irritam con-
tendit, qvod Imperatori sit per
vim extorta, à Pontifice nun-
qvam confirmata, haut abnuente
Ungersdorffio **in seiner Verant-
wortung/ &c.** *p. 70.*

Sed tantum abest, Pacificatio-
nis tempore ullam vim hostilem
à Protestantibus fuisse metuen-
dam † ut etiam Carolus Cæsar, qvi 12
proprio jure Imperium sibi asse-
rere, Cæsareamq; dignitatem filio
suo Philippo jure hereditario
comparare studebat, Joh. Sleidan.
passim. Thuan. *hist.* 12. Lazar. à
Schvvendi *de administr. Imper. Ro-
man.* incisis ac ferè prostratis Im-
perii robustissimi nervis, † de sub- 13
actâ Germaniâ triumphum age-
re visus fuerit, Thuan. *lib. 4. histor.*
Unde Episcopus Albæ M. Hiero-
nymus Vida in hymno JESU CHRIS-
TO dicato, Carolo V. gratulatus
dicitur, qvasi detriumphatâ Ger-
maniâ, Samuel à Remching. *de
pace Religion. dissert.* 1. † Et scribit 14
Paul. Jovius *hist. lib. 45. in fin.* qvod
Germania omnis inter Danubi-
um, Albim & Rhenum subacta
fuerit, utroqve Duce capto, eo
rerum exitu, ut ipsis vinctis atq;
productis, nobilissimum de Ger-
maniâ subactâ triumphum insti-
tuere potuerit. † Etsi verò Mauri- 15
tius tunc Saxon. Elector agno-
scens, contra datam fidem in Ger-
maniâ convelli & labefactari Re-

ligionem, pro libertate Germaniæ proq; liberando Socero, Cæsari aperto Marte bellum intulerit, Thuan. *lib. 7.* nulla tamen hæc vis fuit contra tam potentem Principem, qvi omnibus Europæ principibus nominis sui terrorem incusserat, nec viribus & viris omnibus denudatus nec captivus detentus, sed liber statu & mente
16 perstiterat † Qvin nec commune qvid habet Bellum istud cum tempore hujus Pacificationis, qvo Mauritius ipse ante biennium in prælio Brunovicensi globuli ictu trajectus, de vivis fuerat sublatus, Sleidan. *lib. 25. pag. 801.* Thua. *hist. lib. 11. fol. 242.*

Nullâ ergò vi coactus Imperator Carolus V. in hoc pactum
17 consensit: Qvin potiùs † illud ex vero paternoq; affectu scienter & volenter constitutum, apertissimè liqvet ex multis Imperii Recessibus, ut de *Anno 1531. in Comitiis Ratisbon.* §. haben wir: *ibi*: Als Römischer Christlicher Känser von sonderlicher Liebe und Begierde wegen/so wir zu gemeiner teutschen *Nation*, und deroselben Ständen/ Fried und guter Einigkeit tragen/ uns mit denselben Ständen und sie wiederumb mit uns sich verglichē/
18 ꝛc. *It:* † *In transactione Passaviensi, in pr. ibi:* Haben wir aus angeborner Begierde/ Trewe/ Liebe unnd Neigung / so wir zum heiligen Reich / auch allen und ieden desselben Ständen und Gliedern / und sonderlich zu Erhaltung und Beförderung gemeiner Wolfarth / Ruhe / Friedens und Einigkeit / auch zu Abstellung und Verhütung Christliches Blutvergiessens / Verderben der unschuldigen und Verheerūg des Vaterlandes billig unn willig tragen. † *It: in Recess. Cōit.* 19
Ratisbon. de Anno 1541. §. und dieweil/ *ibi:* und dieweil wir aus sondern gnädigen väterlichen und getrewen Gemüth/so wir zu dem Heiligen Römischen Reich Teutscher *Nation* unserm Vaterlande allezeit getragen haben / † *Et in* §. *ult. ibi-* 20
dem: Wie wir uns dann diß alles aus sonder gnädigen/getrewen und väterlichen Gemüth/so wir von Anfang unserer Regierung zu der Teutschen *Nation*, unserm Vaterlande getragen haben/ und noch iederzeit mit höchstem Eyffer befleissen/und so viel immer müglich / an uns keinen Mangel haben lassen erscheinen/ ꝛc. Qvis non liberam atqve spontaneam Cæsaris voluntatem ex hisce animadverteret?

† Hinc laudem famamq; æter- 21
nam Imperator apud posteros promeritus, qvod Pacis Religiosæ in Germaniâ constituendæ auctor fuerit & promotor, Lazar. à Schvvendi *in discurs. de administr.*

Im-

22 *Imper. Romani.* † Et sibi cum tripudio qvasi gratulatus est Ferdinandus, qvod ad sedandas discordias publicas animum adjecisset, ac tolerantiæ in Religione formulam benignissimus DEUS sibi in mentem dedisset, Crato à Crafftheim *in Epistol. prælim. in histor. Bohem. Dubravii.* Bertram. *de pac. Religion. th. 15. apud Domin. Arum.*
23 *tom. 1. jur. publ. disc. 25.* † Utq; maximè coactio aliqva à parte Protestantium intervenisset, qvo jure Pontificii ratihabitionem ac cõfirmationem negotii hujus Pacificatorii tot vicibꝰ tantâq; verborum religione iteratam infringent? Joh. Georg. Becht. *de salvo conduct. th.* 105. † Neq; vis vel metus, si unqvam accessisset, illicitè & contra bonos mores illatus fuisset: Religio enim nostra, qvia prophetarum & Apostolorũ scriptis est cõsentanea, nõ contra bonos mores, sed piè Cæsar optimus cõsciẽtiæ libertatẽ nobis cõcessit.

SECTIO VII.

Viget etiamnum Pacificatio Religiosa post Concilium Tridentinum.

1. Paci Religionis opponunt Pontificii Concilium Tridentinum n. 2.
3. Viget Pacificatio Religiosa usq; ad totalem & legitimam compositionem negotii Religionis.
4. Protestantes Compositionem nunqvam defugerunt.
5. Concilium Tridentinum nec pium nec legitimum fuit. n. 6.
7. Autor Concilii Tridentini Pontifex.
8. Imperatori competit jus indicendi Concilium.
9. Exempla Conciliorum ab Imperatoribus convocatorum. n. 10. 11. 12.
13. In Concilio Tridentino ex nutu Pontificis omnia per acta.
14. Causa Pontificis propria in Concilio Tridentino decisa.
15. Liberum haut fuit Concilium Tridentinum.
16. Nec tutus eundi & abeundi locus ad istud Concilium.
17. Tridentum Italiæ oppidum.
18. Jurisdictio Pontificiorum in negotio Religionis sublata. n. 19.
20. Pacificatio Religiosa habetur pro Lege Imperii.
21. Invito Papa Pax Religion. Decretis Imperii in serta.
22. Pax Religionis transactio est inter Cæsarem & Ordines Imperii.
23. Post Concilium Tridentinum Pax Religionis confirmata. num. 24.
25. Paci Religionis ab Imper. Maximil. II. immortalitas data. num. 26.

27. Non

27. Non admiserunt Impp. executionem Concilii Tridentini.
28. Pax Religionis in Capitulatione Cæsareâ sæpius confirmata. num. 30.
29. Nec non in Receß. Imp. de Anno 1613.
31. Durat etiamnum Pacificatio Religiosa.
32. Annuentibus etiam Pontificiis.
33. Nec dissentiente ipsomet Papa.

NOn cessant Pontificii impugnare transactionem Religiosam, Pacemq; hanc auream qvibuscunq; modis eripere nobis conantur.
1 † Qvem in finem inter alia qvoq; Concilium Tridentinum opponunt, ad cujus usqve promulgationem, Autonomiam hanc durasse impudenter scribũt, Auct. der Donawertischen *infor-*
2 *mation part.1.pag.* 30. †. Protestantibus saltem moratorium, dilationem & tolerantiam usq; ad judicium Concilii Tridentini concedentes, *Vid.vent.* de Valent. *in part. litigios. lib.1. cap. 6. n. 9.* David. Paræ. *in suo Iren. cap. 29. in resp. ad mot. 8.*

3 † Et qvidem negare haut possumus, à Cæsare Ordinibusq; Imperii fuisse definitum, qvousqve Pacificatio Religionis vigere debeat: nimirum ad totalem & placidam usq; dissidii in negotio Religionis exorti compositionem, in Concilio Oecumenico vel Provinciali colloqvio, vel publicis Comitiis faciendam: Veluti apparet ex *Receß. Im. de Anno 1555. §.* Und nachdeme eine Vergleichung. *ibi*: So haben wir gewilliget / solchen Frieden in allen obbeschriebenen *articuln* biß zu Christlicher / Freundlicher und endlicher Vergleichung der *Religion* und Glaubenssachen / stet fest und unverbrüchlich zuhalten und demselben getreulich nachzukommen. Wo dann solche Vergleichung durch die Wege des *General Concilii*, *Nation* Versamlung / *Colloquien* oder Reichshandlung nicht erfolgen würde: So soll alsdann nichts desto weniger dieser Friedstand in allen obbeschriebenen Puncten und *articuln* bey Kräfften / biß zu endlicher Vergleichung der Religion und Glaubenssachen stehen und bleiben / rc. † Nec unqvam Prote- 4
testantes compositionem defugisse vel inde apparet, qvod non semel in Comitiis Concilium omni studio & contentione expetiverint, Thuan. *histor. lib. 28. fol. 578.* Concilium nempe pium, liberum, legitimum & ritè celebrandum.

At † num tale fuerit Concilium 5
Tridentinum? non modò dubitabit, sed tutò ibit inficias qvisqvis legens

legẽs, *Auct.* der stattlichen Außfüh-
rung der Vrsachen/ warumb die
Chur- und Fürsten/ auch andere
Stände der Augspurgischen *Con-
fession* das außgeschriebene *Conci-
lium* zu Trident nicht zubesuchen
schuldig gewesen. apud Frid. Hort-
led. *de causis belli german.* Goldast.
in polit. Imp. pag. 27. nec pium nec
liberum & amicabile, sed à pieta-
te & priscâ primitivæ Ecclesiæ cō-
svetudine, ab omni deniqve hu-
manitate alienissimum id con-
6 tendentem. † Autorem enim Con-
cilii istius si petas? Fuit is solus
7 Pontifex Romanus: † Sed pote-
stas congregandi Concilia à Poli-
ticis & JCtis inter Regalia summæ
Majestatis refertur, adeoqve soli
competit Imperatori, Henning.
Arnis. *de jurib. Majest. major. cap. 6.*
Petr. Syring. *de pace Relig. th. 49.*
8 † Qvin & à Theologis orthodoxis
uno ore traditur, jus indicendi u-
niversale Concilium non ad Pon-
tificem, sed ad summum Christia-
ni orbis decus & fastigium perti-
nere: qvo jure primos etiam Ger-
maniæ Imperatores usos, testan-
9 tur *Annal. Scriptores.* † Etenim
jussu Carol. M. (qvem Innocen-
tius inter tres Imperatores de sede
Apostolicâ optimè meritos con-
numerat) fuit celebratum Con-
cilium Francofurtanum. It. Mo-
guntinum, ex qvo Archiepiscopi
& Episcopi scribunt ad Imperato-
rem: *Humillimi famuli vestri secun-
dum jussionem vestram, venimus in
Civitatem Moguntinam. Præfat.
Concil. Mogunt. tom. 3. concil. pag. 693.*
† Concilia qvoq; jussu Caroli su- 10
per statu Ecclesiarum per totam
Galliam ab Episcopis celebrata
sunt, qvorum unum Moguntiæ,
alterum Remis, tertium Turoni-
bus, qvartum Caballonis, qvin-
tum Arelati congregatum est, &
Constitutiones in singulis factæ
ab Imperatore confirmatæ fuêre.
† Secuti sunt reliqvi Imperatores, 11
ut Ludovicus, qvi tria Concilia
indixit, *tom. 3. Concil.* Lotharius,
qvi Concilium Valentinum con-
gregavit: Ludovic. II. qvi Wor-
matiense: Heinricus II. qvi sæpè
in Germaniâ, eumq; secutus Hen-
ricus III. invito etiam Papâ, Con-
cilium convocavit, Georg. Sigi-
smund. Seld. Vicecancell. Impe-
rii *ad Imper. Ferdinand.* Von Ihr
Käys. Majest. Wahl und Hoheit/
Henning. Arnis. *dict. cap. 6.* Idem-
qve † non obscurè indicat invi- 12
ctissimi Herois Caroli V. in Con-
cilio Tridentino, injussu Cæsaris
ad nutum Pontificis vel Purpu-
ratorum Bononiam translato, per
Legatum Vargam habita gravissi-
ma Oratio, qvam refert Thuan.
lib. 5. histor. Videte, nimirum inter
alia scribit, *omnes, qvorsum trans-*

latio Concilii pertineat, nempe ut cum Bononiam Patres migraverint sine consensu Cæsaris, cui Conciliorum universalium cura permissa est. Et posteà: *Quæ ex eo detrimenta sit acceptura Respubl. non Cæsari, sed ipsis tribuenda, quorum in potestate minimè sit, citra consensum Cæsar. Concilium aliò transferre.* Vid. quæ diximus *sup. Cap. 2. sect. 3. n. 25. 26. & 28.*

Et nonnè in Concilio Triden-
13 tino † cuncta Pontificis arbitrio & nutu gesta perhibentur? Præsidebant scilicet ipsius Legati: judicabant jurata ejus mancipia. Utcunq; ergò Pontifex alias judex fuisset competens, tamen in causâ propriâ haud judex esset debuisset, *l. un. C. ne quis in sua causâ.* Sut-
14 liv. *lib. 1. de Concil. cap. 1.* † Nec enim causam in Concil. Trident. decisam, Pontificis & universi Cleri propriam, qvisqvam negaverit: qvippe, qvibus propter Ecclesiam laceratam à Protestantibus fuerat contradictum Auct. der statlichen Ausführung/ Sutliv. *dict. loc.*

15 Liberum † porrò si Concilium istud contendere qvis velit, contradicentem habebit testem Marcellum Corvinum, qvi ad Concilium missus expressum à Pontifice acceperat mandatum, ne qvid omninò pateretur constitui, qvod in præjudicium Sedis Romanæ vergeret, qvin potiùs eos exstirparet, qvi tale qvid tentare ausi fuissent, Wolff. *cent 2. lect. memoral. fol. 140.*

Prætereà nec † tutus atq; liber 16
eundi & abeundi locus fuit Tridentum: perfidiâ enim Pontificiorum, qvorū ibi magnus erat confluxus, Protestantes justè metuebant, Bertram. *de pac. Religion. th. 101.* Syring. *de pac. Relig. th. 49.* Qvin
nec † Tridentum Germaniæ, sed 17
Italiæ oppidum esse, lingva & situs satis evincunt: ac Protestantes Germani extra suam Provinciam trahi haud debebant.

Suppeditat rationes hasce prædictus *Auct.* der statlichen Ausführung/ warumb die *Protestirenden* das ausgeschriebene *Concilium* zu Trident nicht zu besuchen schuldig gewesen. Qvibus si non contenti, Concilio Tridentino pacem Religiosam expirasse, etiamnum con-
tendant Pontificii, † opponimus 18
(1) ipsum Pacificationis Religiosæ tenorem, qvo omnem iis jurisdictionem & cognitionem in negotio Religionis inhibitam legimus *in Recess. Imp. de anno 1555. vers.* Damit auch obberührte beyderseits Religions-Verwandte/ ꝛc. Si enim Romanensium jurisdictio, cujus pars haud minima est cognitio de veritate vel falsitate Religionis, contra Protestantes subla-
lata: † qvo jure, qvæso, in Conci- 19
lio Tridentino per solam Pontificio-

ficiorum decisionem Pacificatio Religiosa tolli potuerit? Cum expediti juris sit, ultra jurisdictionem suam decernenti impunè haut pareri, *l.ult.ff.de jurisdict.*

20 (2) Urgemus porrò, † Pacificationem Religionis haberi pro Lege Imperii, prout innuit *Recess. de anno 1555. vers.* Setzen demnach/ ordnen/ wollen und gebieten/ꝛc. At nulla competit Pontifici in Leges Imperii potestas, qvas tollere & abrogare possunt ii solummodò, qvi eas promulgaverunt, Impera-
21 tor nempe & Status Imperii: † Tantum enim abest, consensu Papæ initam esse pacificationem Religionis, ut eo etiam vel maximè reclamante, Decretis Imperii fuerit inserta, Johan Sleidan. *lib.16.*
22 † Aut si mavis Pacem Religionis appellitare transactionem inter Cæsarem & Ordines Imperii initam, indigitantibus verbis *Recess. de Anno 1557. vers.* So haben wir uns/ *ibi:* hierüber verglichen und entschlossen. *Recess. de Anno 1566. vers.* Und nach dem/ *ibi:* Dorauff wir uns mit ihnen und sie hinwieder sich mit uns verglichen/ ꝛc. non eò major inde facultas derogandi potuit competere Pontifici, cum non nisi utriusq; consensu à transactione recedatur, *l.sicut.C. de oblig. & action.*

23 (3) Et nonnè † Recessibus Imperii *de An. 1566. §.* Und nach dem. *de An. 1582. §.* welche von wegen/ ꝛc. longè post Tridentinum Concilium à Paulo III. inchoatum, à Julio integratum, atq; à Pio IV. absolutum, promulgatis Pacificatio Religiosa disertè confirmatur? tantum abest, ut † post peractum 24
istud Concilium, effectus & observantia ei sit deneganda, Johan. Limn. *de jur.publ.lib.1. cap.13. n.29.* Qvin etsi in prædictis Comitiis Augustanis *de anno 1566.* Pontifex acerrimè apud Maximilianum II. Imperatorem executionem Concilii Tridentini minis gravissimis urgeret, prout est videre apud Thuan. *lib.37.hist.* † at- 25
tamen protestationibus & fulminationibus Papæ posthabitis, Imperator consentientibus utriusq; Religionis ordinibus decreto verè heroico, Caroli V. patrui & Patris Ferdinandi Religiosam Pacem disertè nō solummodò confirmavit, verùm etiam immortalitate verbis hisce donavit, † *dict.* 26
Recess. 1566. §. Und nach dem. *vers.* dañ nicht weniger/ *ibi*: Und nachdem dañ nicht weniger/bey obvermeldter unverglichener hauptsächlich streitiger *Religion*, auff dem im Jahr fünff und funffzig allhier gehaltenem Reichs-Tag/ zwischen hochgemeldten unsern nechsten Vorfahren/mildseligster Gedächt-

nüß/ Käyser Carln und Ferdinanden/auch Churfürsten/ Fürsten uñ Ständen / der alten *Religion* und der Augspurgischen *Confession* anhängige und Verwandten/ ein gemeiner Religion- und Landfried/ sampt Handhabung und *Execution* desselbigen auffgericht/ verabschiedet und beschlossen/ welcher auff folgenden Reichs Tägen / so im Jahr 57. zu Regensburg/ und im Jahr 59. allhier zu Augspurg gehalten worden/ in allen ihren Inhaltungen erneuert und bestätiget/ So haben wir uns mit den anwesenden Churfürsten/ Fürsten und Ständen / auch der abwesenden Gesandten/Räthen und Bottschafften/ solches alles wiederumb erinnert/ und darauff wir uns mit ihnen und sie hinwieder sich mit uns verglichen/ und einander festiglich zugesagt und versprochen: Setzen/ ordnen und wollen/ Es erfolge die viel angemelte Religions-Vergleichung über kurtz oder lang/ oder aber (welches nicht zu hoffen) zumal nicht/ daß nichts desto weniger obgemelter Religion- uñ Land-Fried/sampt Handhabung uñ *Execution* desselbigen / in aller massen/ wie obgedachtes 55. Jahrs verabschiedet/höchlich zugesaget und versprochen / auch ietzt gehörter Gestalt wieder erneuert und der *Execution* haben etlicher massen / wie gleichsfals ietzt auff gegenwärtigem Reichs Tag verbessert/ in allen seinen Kräfften beständig bleiben/ auch stet/ fest und unverbrechlich gehalten/ uñ niemand darüber beschweret werden solle/ als bey obvermelten Versprüchnüssen unnd Peen / in angeregtem Augspurgischen des 55. Jahrs und nachfolgenden Reichs Abschieden weiter verleibet und begriffen. Wir wollen auch unserm Cammer Richter und Beysitzern unsers Käyserlichen Cammer Gerichts hiermit abermals gnädiglichen aufferleget und befohlen haben/ wie wir ihnen dann hiemit Krafft dieses Abschiedes auch aufferlegen und befehlen/ ob iemand/ wer der were / wider solchen Religion und gemeinen Frieden beschweret werde / oder künfftigen beschwert oder betrübt werden wolt/ dz auff der beschwerten Anruffen / mit ertheilung gebührlicher rechtmässigen Hülff sie sich förderlich und gleichmässig erweisen sollen: Wie hingegen wir dann als Römischer Käyser/ und das Oberhaupt im Reich männiglichen bey solchem Religion- und gemeinen Frieden/ unsern tragenden Käyserlichen Ampt gemäß zu schützen und zu hand haben/ so viel immer menschlich und möglich/ gewolt/ auch erbietig/ nichts ermangeln/oder an unserm getreuen sorgfälti-

fältigen Fleiß abgehen zu lassen/ damit Ruhe/ Fried/ Einigkeit uñ Sicherheit im Heiligen Reich erhalten/ und männiglich bey dem Seinigen gehandhabt werden möge.

27 (4) Nunqvam ergò † Impp. Pontificiis executionem Concilii Tridentini susurrantibus aures præbuêre, nec Pacem Religiosam per id abrogatam persvaderi sibi passi fuêre, qvin potiùs eandem toties renovare haud dubitavêre,
28 † qvoties jurârunt in Capitulationem Cæsaream, cui Pacis Religiosæ confirmationem insertam videmus. Qvin & Matthias Imperator *in Recess. Comitiorum Anno 1613.*
29 *Ratisbonæ habitorum,* † prægnantibus hisce verbis promisit, *vers.* Vnd damit solches alles desto sicherer und beständiger also wircklichẽ erfolge/ so ermahnen und erinnern wir alle unsere und des Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten und Stände/ Vnterthanen und lieben Getreuen/ hiermit freund-gnädiglich und gnädigst/ und wollen ihnen allen und ieden/ wes Würdens/ Standes oder Wesens ein ieder seyn mag/ in Krafft dieses Abschiedes ernstlich aufferleget und geboten haben/ daß sie den in *Anno 1555.* auffgerichteten und seithero so manchmal zugesagten und hochbeteuerten *Religion- Prophan-* unnd Landfrieden/ desselben Handhabung und andere des Heil. Reichs heilsame Satzungen und Ordnungen in allen ihren Puncten und *Articuln* zu allen Theilen festiglich und unverbrüchlich halten und vollnziehen/ keiner den andern/ denselben zu wider/ in einige Wege anfechte/ betrübe oder vorgewaltige/ sondern männiglich bey gleich und recht/ und iedweder bey den Seinigen ruhiglich gelassen/ inmassen solches alles stet/ fest und unverbrüchlich zuhalten/ wir den Ständen bey unsern Käyserlichen wahren Worten/ und herwieder sie/ unsere und des Heil. Reichs Churfürsten/ Fürsten und Stände/ und ander abwesende Städte/ der Räthe/ Bottschafften und Gesandten/ uns bey ihren treuen Glauben/ auch allerseits Eydes Pflichten einander zugesagt unnd versprochen haben/ auch solches hiermit und in Krafft dieses Abschiedes zusagen und versprechen thun/ ꝛc. † qvæ omnia et- 30
iam subseqventi tempore Imper. Ferdinand. II. & noster Victoriosissimus ac Gloriosissimus Ferdinand. III. in Capitulatione Cæsareâ religiosè promiserunt.

Viderint ergò Pontificii, † qvâ 31
fronte Pacem Religiosam Concilio Tridentino emarcuisse prætendant? Viderint, qvâ conscientia Impp. contra juratam promis-

sionem executionem Concilii Tridentini obtrudere prȩsumant? Cedunt sanè hodiè complures à
32 temerario hoc ausu, † qvorum nomine respondet *Vngersdorfferus* in seiner Erinnerung von Calvinisten/ *p.33*. Der Religionsfriden sey durch Bücher-schreiben nicht auffgerichtet worden/ werde auch durch dieselben nicht auffgehoben werden. Darumb solle man mit dem/ daß die Stände beyderseits denselben steiff und fest zuhalten versprochen/ zu frieden seyn. † Cedit & 33
ipsemet Papa, qvem postremis Comitiis Legato suo in secretiore suâ instructione apud Cæsarem instaret, ut Protestantes qvidem Ecclesiasticis bonis à se hactenus possessis uti frui sineret, sed ulteriore præcaveret molestationem, mandâsse, compertum habemus.

SECTIO. IIX.

Ne qvidem ex potestate plenariâ Imperator Pacificationi Religiosæ contravenire potest.

SUMMARIA.

1. *Invident Pontificii Lutheranis Pacificationem Religiosam.*
2. *Jesuitarum invidia in Autores hujus Pacificationis. n.3.*
4. *Instigant Imperatorem ad executionem Concilii Tridentini.*
5. *Gratiæ DEO agendæ pro Religionis Pace.*
6. *Nihil contra Pacem Religionis moliantur Impp.*
7. *Ad observationem Pacis Relig Impp. juratò obstricti.*
8. *Princeps nudis obligatur verbis.*
9. *Impunè non violantur juramenta. n.10.*
11. *Unà cum Cæsare Ordines Imperii Pacem Religionis promulgârunt. n.12.*
13. *In omnibus ferè Imperii conventibus Pax Religionis confirmata.*
14. *Cæsarea Majestas ad observantiam Pacis Relig. strictò obligata est. n.15.*
16. *Edictum Prætoris:* Pacta servabo, *obligat etiam Principes.*
17. *Papistæ non servant hæreticis fidem. n.18.19.20.*
21. *Fides non servata Johanni Husso & Hieronymo Pragensi. n.22.*
23. *Carolus V. Luthero fidem servavit.*
24. *Damnatur emblema papisticum de fide hæreticis non servandâ. n.25.*
26. *Multi de Pace Religionis scripserunt plenissimè.*

PAcificationem Religiosam Pontificii in tantum Lutheranis invident, † ut Imperatorem, si contra eam faciat, haud pec-

care

care non solùm existiment, sed ad hoc eum omninò obligatum statuant: propterea qvod ab initio Cæsar gravius erraverit cum Protestantibus super libero Religionis exercitio paciscendo, qvàm fidem Hæreticis datam frangendo.
2 † Ex qvo Jesuitæ asserere haud verentur, Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Regem Pacificationis illius Autores primarios in purgatorio adhuc pœnas facti sui luere, Osiand. *in Apolog. Germ. cont. Scherer. & Rosenb. Jesuit. pag. 16.*
3 Qvibus adsentitur † Ant. Possevin. *in Epist. ad Regem Polon.* inqviens: *Concedere, qvalia fuerunt in Comitiis illis concessa, nihil aliud est, qvam Christum negare: qvod Cæsar parum consideratè promisit, æqvè se defensurum utriusq; Religionis homines, est in eo gravius erratum, qvam ut uno sermone satis explicari qveat.* Wolff. *cent. 16. lect. memorab. pag. 804.*
4 † Et Andr. Fabr. Imperatorem Romanum gladio accinctum esse jubet ad exeqvenda Concilii Tridentini decreta, cum utilis sit ejusmodi sangvinis profusio. *in præfat. in harm. August. Confess.*

5 At nos cum Osiandr. † pro insigni hoc beneficio Germaniæ concesso, gratias agamus Deo, eumq; petamus, ut id ad mundi usqve finem conservet. Flabella etenim Satanæ sunt, qvi † Pacem Religionis armis impetratam, Lutheranis vicissim armis eripiendam esse, publicis Scriptis contendunt, *cent. 16. histor. eccles. lib. 3. cap. 19.* Neq; Francisco Burgkhardo *in Autonomia part. 3. cap. 13. & passim* concedimus, † Imperatorem ex potestate plenariâ Constitutionem hanc Religiosam abrogare vel ei derogare posse. Qvod (1) vel exinde constat, qvia in membro hoc Capitulationis Imperator ad observantiam Pacificationis Religiosæ vi juramenti obstringitur. Sanctè enim promittit: Daß er den Frieden in *Religion-* und *Propban*Sachen stet und fest halten/handhaben und dawider niemand beschweren/ oder durch andere beschweren lassen wolle/ uti verba habent Capitulationis Cæsareæ. Qvâ fronte ergò & qvo prætextu juratæ promissioni Imperator salvâ conscientiâ contravenire poterit, † qvē etiā nuda verba strictè obligāt. Regiè namq; ut pleraq; alia, Alphonsus Rex Neapolitanus dixit: *solam fidē tantum apud Principem, qvantum juramentum apud privatos valere debere.* Panorm. *de dict. & fact. Alphons. lib. 1. n. 58.* & Archiepiscopus Coloniensis apud Crantz. *lib. 6. cap. 46. in Saxon.* Verba, inqvit, *Cæsareæ Majestatis mihi pro juramento sunt.* Verèq;

Verèq; Belisarius apud Procopium: *Turpe est*, ait, *tùm aliis omnibus, qvibus vel minima virtus cordi est, tùm imprimis Principi Viro, fidem fallere & pacta etiam scripto sancita, violare, ne abjectissimo homini decorum esse arbitror.* Ne qvicqvam
9 † de pœnâ & vindictâ divinâ contra juramenti violatores dicam, *Ezech.17.v.19.* Nam & juramentum à Gabaonitis contra præceptum Domini dolo extortum usqve adeò ipse DEUS ratum habuit, ut cum post integrum seculum Rex Saul id Gabaonitis violaret, & eosdem extirpare conaretur, terra Israëlitica tribus annis fame fuerit affecta,
10 *2. Samuel. 21.* † Qvam pœnam igitur putabimus, DEUM iis præstituisse, qvi juramentum ab Imperatore non dolo & contra Domini præceptum, sed deliberatâ ac spontaneâ voluntate, juxta DEI verbum præstitum eludere student?

(2) Neq; solus Imperator est autor Pacificationis Religiosæ,
11 † sed & Electores, Principes ac universi S. Romani Imperii Status: qvorum unanimi consensu ac libero suffragio Lex hæc sive Pacificatio Religionis in Comitiis Augustanis, Cæsaris vices cum pleno mandato gerente Ferdinando Rege, promulgata fuit, † *Recess. Imper. de Anno 1555. §.* Wiewol nun auff vorigen ReichsTagen. *ibi:* haben wir uns mit den Churfürsten und sie hinwiederumb sich mit uns verglichen. † Qvin & di-
stinctis temporibus in omnibus 13
ferè publicis Imperii conventibus, verbis admodum religiosis Pax Religionis est confirmata, uti videre est in *Recess. Ratisb. de Anno 1557. §.* Und als der Churfürsten geordnete Räthe. *Rec. Aug. de An. 1559. §.* dieweil aber dasselbige. *Recess. Aug. de An. 1566. §.* Und nachdeme dann nicht wenigers. Imper. igitur solus qvia autor non est Pacificationis Religiosæ, utiq; nec solus eam poterit abrogare, *arg. l. nihil tàm naturale 35. ff. de Reg. jur.*

(3) Accedit † Cæsareæ Majesta- 14
tis renunciatio in *dict. Constit. Religion. de Anno 1555. §.* Solches alles/ rc. *ibi:* und darüber ietzo künfftig/ weder aus Vollkommenheit oder unter einigen andern Schein/ wie der Namen haben möchte/ nichts fürnehmen/ handhaben/ oder ausgehen lassen/ noch iemand anders von Ihr Liebde und Käys. Majest. und unsertwegen zuthun/ gestatten. *It. in §.* Solches alles und iedes/ *ibi:* So sollen und wollen Ihr. Liebde und Käyserl. Maj. und wir bey Ihr Käyserl. und Königlichen Würden unnd Worten. *Et §. seq. §.* willigen und versprechen bey Fürstlichen Ehren/ Würden/ in rechter guter Treu und im

Wort

Wort der Warheit/auch bey Treu-
en und Glauben/stet/fest/auffrich-
tig und unverbrüchlich zuhalten.
15 Qvis † ergò Cæsaream Majesta-
tem non strictè Pacificationi Re-
ligiosæ obligatam temerario pror
sus ausu asserere vellet? Nam se-
cundum Baldum, *in Rubr. de Const.*
16 *Princip.* † Edictum Prætoris: *Pa-
cta servabo*, æqvum est & ab ore
DEI processit, hoc est, tàm Princi-
pi qvàm alii positum est, siqvidem
is DEI legibus peræqvè ac subdi-
ti obligatur. Ac scitè idem Bald.
adducit Aristotelem ad Alexan-
drum Magnum dicentem: *O Alex-
ander, observa fidem datam & fœ-
dera confirmata, aliàs malus seqve-
tur finis, in l. 1. ff. de pact.*

Hæc certè Imperatoriam Maje-
17 statem in tantum obligant, † ut
nullo modo Pacificationi Reli-
giosæ contravenire qveat. Nisi
qvis Papisticum emblema: *Hære-
ticis nempe fidem haud esse servan-
dam,* adhuc obstare existimet. Ex
18 qvo † Cardin. Hosius *ad Reg. Po-
lon. Epist.* 197. scribit, qvod licet
Rex juramento obligatus sit Polo-
niæ Ordinibus, æqvè se defensu-
rum Catholicos & Hæreticos, nul-
lâ tamen ratione ipsum teneri ad
præstandum, qvod promiserit. †
19 Et Brun. *lib. 3. de hæret. cap. 15.* latè
disputat, Pacificationes cum di-
versæ Religionis hominibus ini-
tas irritas esse, qvia cum hujus-
modi hæreticis Catholico nulla
pax esse possit, qvo minus illi of-
fendi & conteri qveant. Nec est
qvod credamus Becano Jesuitæ
† Emblema istud Pontificiis per 20
calumniam affingi, fidemq; ab i-
psis, etiam hæreticis servari, *in
disput. an fid. hæret. data sit servanda.*
Opponimus enim Becano fa-
ctum †. Sigismundi Imperatoris, 21
qvi etsi Ladislao Bohemiæ Regi fi-
dem dedisset, Johan. Hussum &
Hieronymum Pragensem salvos
& incolumes domum reversuros,
nihilotamen minus Concilium
Hæreseos ipsos damnavit & igni
adjudicavit, Joh. Sleidan. *lib. 3. hi-
stor. pag. 59.* † Hinc Jesuitæ Trevi- 22
renses Imperatorem sic excusa-
runt: *Hussus securitatem ab Impera-
tore Sigismundo petiit, Imperator ob-
signavit; sed Christianus orbis major
Cæsare resignavit,* Dom. Gerhard.
in loc. de Magistrat. polit. pag. 868.

Ast rectiùs edoctus † Carolus 23
V. fidem Luthero, qvem pro hæ-
retico habebat, publico Imperii
nomine datam sanctè servavit,
eundemq; ex Wormatiensi con-
ventu salvum & incolumem de-
misit: qvamvis enim Eccius, aliiq;
contenderent, eodem jure, qvo in
Hussum & Pragensem animad-
versum erat, in Lutherum qvoq;
animadvertendum esse; Attamen

nemo in Comitiis fuit, qvi Eccii ſententiam non execraretur, Sleidan. *dict. lib. 3.*
24 Sicuti † et papiſticum illud Emblema: *Hæreticis fidem datam ſervandam haud eſſe*, peſſimi judicii ab omnibus meritò incuſatur. Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 2. n. 40.* Chriſtoph. Beſold. *polit. lib. 1. cap. 4.* Johan. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 6.* Petr. Gregor. *lib. 11. de Republ. cap. 10. n. 9. & ſeq.* Hottom. *illuſtr. qvæſt. 7.* Fachin. *9. controv. 58.*

25 Haud † itaq; obſtante emblemate hoc Papiſtico, Imperator ex Capitulatione & promiſſione juratâ obſtrictus etiamnum manet Pacificationi Religioſæ.
26 † De qvâ cum multi ſcripſerint pleniſſimè, & inter alios Petr. Syring. Bernh. Bertram apud *Domin. Arum. tom. 1. diſcurſ. jur. publ.* Henr. Andr. Cran. *in diſcurſ. juridico-polit. de hâc materia.* Samuel à Remching *in duab. diſſertationibus apud Goldaſt. in polit. Imper.* Bembell. *de pace Religion.* non eſt, qvod poſt Homerum, Iliadem ſcribere velim.

SECTIO IX.

Non obſtante jure divino, Principes Seculares ex Pacificatione Religionis, Eccleſiaſticam exercent juriſdictionem.

SUMMARIA.

1. Pacificatio Religioſa ſuſpendit jurisdictionem Eccleſiaſticam.
2. Jurisdictio Eccleſiaſtica ad Principes Imperii jure Superioritatis devoluta.
3. Duplex exercetur jurisdictio à Statibus Imperii.
4. Jurenè poteſtas temporalis & eccleſiaſtica in uno concurrat Subjecto? n. 5.
6. Affirmant hoc Pontificii. n. 7.
8. Varia exempla concurrentis Principatûs & Epiſcopatûs in unâ perſonâ.
9. In Polonia Epiſcopus eſt Dux Cracovienſis.
10. Hodiè baculus Aaronis & gladius Nimrodi unâ regitur manu.
11. Dignitates compatibiles Eccleſiaſtica & Politica. n. 12.
13. Maximiliani I. cogitationes de conjungendo Imperio cum Pontificatu.
14. Qvondam Imperatores fuerunt Pontifices. n. 15.
16. Suſpecta eſt concurrentia duplicis poteſtatis in unâ perſonâ Theologis Evangelicis. n. 23. 25.
17. Rationes Theologorum Evangelicorum n. 18.

19. Qvid

19. Qvid respondeant ad exempla veteris Testamenti? n. 20. 21. 22.
24. Non conveniunt Psalterium & Cythara ex sententiâ Ludovici Imp.
26. Olim Episcopi haut erant Principes. n. 27.
28. Ultra hominum memoriam Ecclesiastici possident Ducatus atq; Dominia.
29. Qvâ in possessione frustra turbantur. n. 30.
31. Non improbanda Politica gubernatio in personis Ecclesiasticis.
32. Res politicæ feliciter sæpè gestæ ab Ecclesiasticis. n. 33. 34.
35. D. Lutherus pacificator inter Comites Mansfeldiæ.
36. Protestantes noluerunt turbare Episcopos in possessione Principatuum.
37. Augustana Confessio non improbat temporalem Pontificis potestatem in patrimonio Petri.
38. Nec dissentiunt Theologi Protestantium.
39. Non adversatur hisce jus divinum.
40. Nostrates Episcopi nominetenus saltem sunt Episcopi. n. 41.
42. Episcopis Pontificiis non permittit jus divinum temporalem jurisdictionem.

1 PAcificationem Religiosam jurisdictionis Ecclesiasticæ exercitium suspendere, manifestum redditur ex verbis ipsius Pacificationis *in Recess. Imper. de Anno 1555. ibi:* Damit auch obberührte bede ReligionsVerwandte/so vielmehr in beständigen Friede gegen und bey einander sitzen und bleiben mögen: So soll die geistliche *jurisdiction* wieder der Augspurgischen *Confession Religion*, Glauben / Bestellung der *Ministerien*, Kirchengebräuch/Ordnungen und *Cerimonie*, so sie uffgerichtet oder uffrichten mögten/biß zu endlicher Vergleichung der *Religion* nicht *exerciret*, gebrauchet und geübet werden. Ex † qvo jurisdictio Ecclesiastica ad Principes Imperii, jure Superioritatis est devoluta; Andr. Knich. *de sublimit. territ. jur. cap. 3. n. 232.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 425.* Hillig. *lib. 17. Donell. enucl. cap. 10. lit. CC.* Dauth. *de testam. n. 93.* Petr. Syring. *de Pace Religion. concl. 29*, ut † sic duplicem juris- 3 dictionem in diversis Consistoriis per idoneos & occurrentium rerum peritos judices ritè exerceant, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. cap. 4. n. 13. & cap. 15. per tot.*

At † jurenè vel injuriâ hoc fiat, 4 extra omnem dubitationis aleam positum haut est, si jus divinum consulamus, qvo militantes DEO prohibentur se implicare negotiis secularibus *2. Timoth. 2. vers. 4.* † Ergò in uno eodemq; subje- 5 cto spiritualia & secularia confundi posse, vix tutò asserere licebit?

bit? Sed qværunt effugium † Pon-
tificii, imprimis verò Robertus
Bellarm. *in explicatione dict. cap. 2.
Timoth. 2.* prohibitionem istam
non de regimine politico acci-
piens, sed ad curam victûs paran-
di, ac proinde ad negatiotiones
7 & mercimonia restringens : ex †
qvo non Regimen politicum, sed
nimiam saltem sollicitudinem
circa vitam corporalem prohibe-
ri autumat, *lib. 5. de Pontif. Roman.
cap. 10.* Qvâ stante explicatione,
Personis ecclesiasticis Magistra-
tûs politici officium jure deferri,
ipsumq; Pontificem sceptra Im-
perii ac Majestatem politicam bo-
no obtinere titulo, vulgò existi-
8 mant. † Videmus hinc sæpiùs E-
piscopatum & Principatum in
unâ eâdemq; Persona concurre-
re: Veluti Archiepiscopus Colo-
niensis inscribitur Dux Angariæ
& Westphaliæ: Episcopus Argen-
tinensis Landgravius Alsatiæ:
Episcopus Würtzburgensis Dux
Franconiæ: Episcopus Virdenen-
sis Dux Virdinensis: Episcopus
Cameracensis Dux Cameracensis:
Episcopus Constantiensis Baro de
Reichenavv: Episcopus Sitten-
sis Comes in Walliâ. Tob. Paur-
meist. *de jurisdict. Imper. Roman.
lib. 2. cap. 9. n. 8.* Guicciard. *in de-
script. Belgii p.* 270. Scipio Gentii.
de jurisdict. lib. 3. cap. 16. † Sic & in
9
Poloniâ Cracoviensis Episcopus
à Boleslao itidem Ducalem na-
ctus est titulum, Cromer, *lib. 5. &
9. Histor. Polon.* Joh. Limn. *de jur.
publ. lib. 3. cap. 3. n. 10.*

Hodiernis † namq; tempori-
bus baculus Aaronis & gladius 10
Nimrodi unà manu regitur, & u-
nâ parte Clerici, alterâ Principes
& Duces salutari cupiunt, altero
pugno Codicem, altero ensem ge-
stant, Bernh. Zieritz. *de Princip.
inter ips. dignit. prærogat.* Ist also
dahin kommen / daß man den Bi-
schoff uñ *Prælatē* auff dem Rosse gar
nicht keñen/in der Kirchen aber sel-
ten finden kan/ Auct. *autonom. part.
3. cap. 32. pag. mihi* 432. † Et qvod 11
olim de Herbipoli vulgatum erat
dicterium : *Herbipolis sola judicat
ense & stola* : id hodierno seculo
latiùs diffusum, cùm sint digni-
tates compatibiles Ecclesiastica
& Politica. Zieritz. *dict. loc.* Matth.
Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1.
cap. 1. & lib. 2. part. 1. cap. 7.* Tob.
Paurmeist. *dict. loc.* † Idq; non 12
improbari hodiè, apparet *ex Re-
sponsione*, so der Käys. Majest. die
*protestir*enden Fürsten und Stän-
de gegeben haben/von verglichenen
und unverglichenen *Articuln* bey
Vergleichung der *Religion, ibi:* Und
seyn dawider nicht / daß die Bi-
schöffe die Gütere unnd Herr-
schafften besitzen / die ihnen von
Käy-

Käysern und andern Fürsten zuge-
geben sind/ apud Frider. Hortled.
de bell. german. lib. 1. cap. 35. pag.
13 *263.* Qvin † & cogitationem con-
jungendi Imperii cum Pontifica-
tu Maximilianum I. Imperat. su-
scepisse, novimus, Warem. ab E-
renb. *de subsid. Regni, cap. 1. n. 22.*
qvâ de re Goldast. *in præf. tom. 3.*
Constit. Imper. sic scribit.: *Qvum*
Zosimi, Chomateri, Balsamonis &
aliorum autoritate constet, Principes
omnes Christianos, antequam Impe-
rium invasisset Pappia Tyrannis, Pon-
tifices maximos fuisse, & pontificalem
vestem à Pontificum Collegio accepis-
14 *se. Hinc † Ausonius Poëta Christianus*
Gratianum Imp. Religione Pontifi-
cem dixit, Et extat in Actis Concilii
Chalcedonensis edictum, qvo illius
decreta approbantur cum hac præ-
scriptione: Impp. Cæsares Flavius,
Valentinianus, Pontifex inclytus &c.
& Flavius Marcianus Pontifex in-
clytus &c. in cujus Synodi acclamatio-
nibus non defuerunt eidem Marciano
Augusto hæ Patrum voces: Pio & Or-
thodoxo Imperatori, Pontifici Impe-
ratori. Legitur etiam inter Pontifi-
cum epistolas Anastasii Imperatoris
sacra cum inscriptione isthac: Im-
perator Cæsar Flavius Anastasius,
Pontifex inclytus, &c. Nec non in
veteri qvodam monumento antiqva-
rum inscriptionum: Dn. Cæsar Ju-
stinus, Pius, Felix, Victor, Trium-
phator, semper Augustus, Pontifex
Maximus, Franc. Max. &c. † Inde 15
adeò mos ille inolevit, qvi hodièq; in
Imperatoris inauguratione servari
solet, ut Aqvisgrani post consecratio-
nem & præstitum juramentum, alba
vestitus in album Canonicorum S. Pe-
tri accipiatur, hocq; modo Canonicus
fiat ac renuncietur. Hactenus Gol-
dast. *in dict. præfat.* ubi pluribus
hoc amplificat. Attamen † hæc 16
assertio de concurrentia potesta-
tis Ecclesiasticæ & Politicæ, sive
duplicis gladii spiritualis & tem-
poralis, in uno eodemq; Subjecto
non parum suspecta est nostrati-
bus Theologis pariter atq; politi-
cis, propter † expressam Christi 17
prohibitionem, *Matth. 20. vers. 25.*
Marc. 10. vers. 42. Luc. 22. vers. 25.
Job. 18. vers. 36. Luc. 12. vers. 14.
Matth. 17. vers. 27. Luc. 12. vers. 14.
Neq; ex Apostolis qvisqvam fuit,
qvi Imperium politicum attinge-
ret. † *Non monstrabunt*, inqvit 18
Bernhard. *ubi qvispiam Apostolo-*
rum aliqvando sederit judex homi-
num, aut divisor terminorum, aut
distributor terrarum; Stantes qvi-
dem judicatos legimus Apostolos, se-
dentes autem judicasse non legimus.
Henr. Eckard. *de ordin. Eccles. &*
polit. part. 1. cap. 6. qvæst. 1. † Nec 19
est, qvod objiciant Pontificii e-
xempla Melchisedechi, qvi fuit
Rex & Pontifex, *Gen. 14.* Primo-

genitorum qvibus Regnum & Sacerdotium debebatur, *Gen* 49. Patriarcharum, qvi suis præfuerunt tàm in iis, qvæ ad politicam, qvàm qvæ ad Ecclesiasticam vitam pertinebant: Mosis, qvi fuit Princeps & Pontifex. *Exod.* 18.32. 1. *Reg.*
20 1. † Interdictum namq; novo Testamento ministris, qvod in veteri Testamento Sacerdotibus fuit concessum. Dn. Gerhard. *in loco*
21 *de minister. Ecclesiast. pag.* 506. † Hinc Pontifex Nicolaus. *I. in epistolâ* ad Michaëlem Imperatorem: *Ante Christi adventum,* inqvit, *eosdem Reges & Pontifices fuisse, sed Christum verum Regem & Pontificem ista distinxisse. Cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura Pontificatûs arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit, qvoniam idem Mediator DEI & hominum homo Christus* Jesus *propriis actibus & dignitatibus distinctis, officia utriusq; potestatis discrevit, c. cum ad verum. distinct. 96. Et pris-*
22 *cum † tempus, ait Synesius, eosdem tulit Sacerdotes & judices: disjunxit* DEUS *vitas: & una facta est ecclesiastica, altera civilis: qvid igitur revocas? qvid porrò conjungere tentas, qvæ separata sunt à* DEO? apud Goldast. *in præfat. tom. 3.*
23 *Const. Imper.* † ut non absq; ratione concurrentiam hanc duplicis ac diversæ potestatis in unâ personâ multi jamdudum fuerint admirati, teste Autore *alicujus Chronici veteris:* Daher begunten die Bischoff erst Weltlich Recht zuhaben / das deuchte domals unbillig manchen Mann / Reinecc. *de Orig. Saxon. fol.* 14. Et metuendum inde etiamnum haut parum periculi: † qvia non benè 24
convenient, nec sede morantur in unâ Psalterium & Cythara; Crucifixus & summa potestas; Miles & Sacerdos: Imperator & Pastor; Regnum & patibulum; Corporalia & Spiritualia; Arma & Sacra; Bellum & Pax; Cæsar & nuntius; Dominus & Servus. Ludovicus Imp. *in Edicto publico contra Johan. XXII.* apud Aventin, *lib. 2. annal. Bojor.*

Annùm † ergò malè Episcopi 25
Politicam jurisdictionem, ac vicissim Principes Seculares Ecclesiasticam exerceant potestatem, ac proinde duplicem personam Principis & Episcopi falsò repræsentent? Dicam liberè qvid sentio. † Etsi vetustis diebus in Im- 26
perio nostro, Ecclesiasticis personis absq; dubio non competierit Politica potestas, qvippe qvam primum omnium Otto Magnus fratri suo Coloniensi Archiepiscopo attribuisse fertur, Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 2. cap.* 35. † Nec 27
enim

enim cum initia Ecclesiæ adhuc
fuêre tenuia, qvicqvam agrorum
vel prædiorum ipsi donatum vel
ab eâ acceptum legimus, qvia
prævidebant Apostoli, Ecclesiam
ad gentes transituram, nec penes
Judæos permansuram esse, Alex.
Raudens. *cap.* 38. *n.* 65. *de analog.*
28 † Attamen cum tempore hodier-
no Ecclesiastici jam à principio
fundationis suarum Ecclesiarum
vel à tantô dierum spatio, de cu-
jus contrario non extat amplius
memoria, unà cum potestate spi-
rituali & ecclesiasticâ obtinuerint
& adhuc legitimè obtineant Du-
catus, Comitatus, Baronias cum
29 jurisdictione temporali ;† sanè
præsumptuosum fuerit, disputa-
tione scholasticâ, qvâ nec dari
nec adimi possunt Dominia, iis
terminos antiqvæ dignitatis per-
vertere, Raudens. *cap.* 39. *n.* 83. *de*
30 *analog.* † qvod cum tentâsset Ar-
noldus qvidam Brixianus, Episco-
pis Regalia competere negans,
Anno 1139. in præsentiâ mille An-
tistitum hæresi damnatus fuit,
Carol. Sigon. *de Regno Ital. lib.* 11.
pag. 173.

31 Nec usqveqvaq; † improban-
da videtur in personis Ecclesia-
sticis politicarum & tempora-
lium rerum gubernatio, modò
per hanc à spirituali procuratio-
ne non avertantur. Nam sicuti
prædia sibi donata à Principibus
aut aliis propria habere ac reti-
nere possunt ; ita & jurisdictio-
nem, qvæ cum prædiorum do-
natione transfertur, Duar. *lib.* 1.
de benefic. eccles. cap. 4. Et qvis
non à personis Ecclesiasticis in
rebus politicis feliciter gesta de-
prædicare aut Reipublicæ invi-
dere vellet, qvorum catalogum
referre non adeô forsan difficile
foret : † Nonnè enim Chunra- 32
dus Simonetta Monachus Augu-
stinianus pacem inter Gallos &
Venetos feliciter tractavit? Non-
nè Sfortius Savanorolla à Flo-
rentinis Pacis mediator ablega-
tus? Pierr. Matthieu *de Henry IV.*
liv. 1. *narrat.* 1. *n.* 4. Nonnè pro
pace tractandâ inter Carol. IIX.
Regem Galliæ & Henricum VII.
Anglorum Regem bellum invi-
cem gerentes operosum se præ-
buit Robertus Gaguinus Genera-
lis Ordinis Trinitatis, prout i-
psus testatur in vitâ CAROLI
† qvantâq; dexteritate tractan- 33
dis induciis inter Archiduces
Austriæ & Ordines Provincia-
rum Belgicarum præfuerit Pater
Johannes Ney Generalis Franci-
scarum, patet ex testimonio
Baudii *lib.* 1. *de induc. belgic.* † Ni- 34
mirum ingenia Ecclesiasticorum,
utpote à turbis hujus mundi se-
gregata magis apta sæpius cre-
dun-

ſuntur eſſe ad gubernationem,
præſertim verò ad ſtudium Pacis,
qàm politicorum, qvi ſe violen-
tis affectibus abripi patiuntur &
nihil niſi reſpectus & deſpectus
obtendere poſſunt. Cauſa hæc
35 procul dubio fuit, † qvod cum
Comites Mansfeldiæ de heredita-
te & finibus inter ſe concerta-
rent, ac ſæpiùs ab aliis media com-
poſitionis fruſtra tentata eſſent,
D. Lutherum controverſiarum
arbitrum eligere ipſis placuerit,
qvi & in hoc concordiæ negotio,
ipſo Concordiæ die expiravit,
Joh. Sleidan. *lib. 16. hiſt. pag. 488.*
36 Atqve hinc † Proteſtantes in
poſſeſſione Ducatuum & Princi-
patuum Epiſcopos turbare nolu-
erunt, apud Frider. Hortled. *de
bello german. lib. 1. cap. 35. pag. 263.*
37 † Qvin nec Auguſtana Confeſſio
Pontifici ceu Summo Epiſcopo
politicam & temporalem in pa-
trimonio S. Petri denegat pote-
ſtatem, modò ea cum poteſtate
Eccleſiaſticâ haut confundatur,
*art. ult. §. pen. & ult. Aug. Confeſs.
& in art. Schmalkald. in ſubſcr. Phi-*
38 *lipp.* † Eademq; mens ipſiſſima
fuit Philippi Melanchthonis,
Martini Buceri, Caſp. Hedionis,
Martini Frechti, aliorumq; Theo-
logorum Proteſtantium *in Reſpon-
ſis de concordiâ Eccleſiæ ineunda*,
ad Franciſcum I. Galliæ Regem Anno
1534. perſcriptis *in libro ſent. de pac.
Eccleſ. ad Gulielm. Bellajum Langæ-
um* apud Goldaſt. *in polit. Imper.
part. 28.*

Neq; hiſce jus divinum adver-
ſari exiſtimaverim. Nam † *primò* 39
hoc Epiſcopos, qvà Epiſcopos, ſe-
cularibus negotiis ſe implicare
prohibet, ne ſcilicet vel poteſta-
tem politicam cum eccleſiaſticâ
confundant: vel nimium ſecula-
ribus negotiis dediti ſacra omni-
nò negligant; *Deinde*, qvod veri-
us videtur, prohibitio hæc juris
divini eos ſolummodò concernit
Epiſcopos, qvi verè ſunt Epiſco-
pi, docentes nimirum myſteria
divina & Sacramenta admini-
ſtrantes, qvæ propria ac perpetua
eſt Sacerdotum & Epiſcoporum
cura, Leonhard. Hütter *in act. in
Jacob. Gretſer. de Imp. in Sed. Ro-
man. munif. cap. 2.* Melch. Goldaſt.
in præfat. tom. 3. Conſtit. Imper. † 40
Atqvi neminem fugit, noſtrates
Epiſcopos, qvi & ipſi Principes ſe-
culares ſunt, actionibus hiſce ſa-
cerdotalibus, prædicationi nem-
pe verbi divini & Sacramento-
rum adminiſtrationi deditos haut
eſſe, ſed ſolummodò jura Epiſco-
palia ex pacto Religionis exerce-
re, † qvo titulo nominetenus ſal- 41
tem dicuntur Epiſcopi, ex ſenten-
tiâ Proteſtantium in Bedencken von
der *Reformation* der Kirchen/ *qvan-*

do

do inquiunt: Teutſche *Nation* hat viel/ die den Biſchöfflichen Namen und *Titul* tragen/ aber keinen Biſchoff haben wir/ der das Ambt ausrichtet / apud Frid. Hortleder *de bello german. lib.1.cap.37.pag.272.* Neutiqvam igitur prohibitioné juris divini de non implicando ſe negotiis ſecularibus, ad hoſce Epiſcopos accommodare licet. At qvomodo ſtante hâc poſteriori explicatione † Epiſcopi Pontifi- 42
ciæ Religionis, ipſimet ſacra tractantes, poteſtatem & jurisdictionem ſuam temporalem contra jus divinum tueantur, viderint ipſi.

SECTIO X.

Status Evangelici ſeu Auguſtanæ Confesſionis, Epiſcopatus, Præfecturas, Prælaturas, Monaſteria, Cœnobia, Hoſpitalia, aliaq; bona Eccleſiaſtica in Provinciis ſuis ſita, juribusqve ſuis territorialibus ſubjecta, etiam poſt Pacificationem Religioſam reformare, inq; iis Catholicam religionem abolere & Lutheranam introducere valent.

SUMMARIA.

1. *Pontificii Lutheranos arguunt criminis hæreſeos.*
2. *Eorumq; terras appetunt.n.4.*
3. *Sed contra Pacificationem Religioſam.*
5. *Jure poſtliminii revocant Epiſcopatus poſt transactionem Pasſavienſem reformatos.*
6. *Fasnè fuerit Lutheranis, Epiſcopatus ſuos poſt pacem Religioſam reformare.n.7.*
8. *Negant hoc Pontificii: qvæq; eorum ſint fundamenta?*
9. *Fundamentum primum. n. 10.*
11. *Fundamentum ſecundum.*
12 *Fundamentum tertium.*
13. *Fundamentum qvartum.*
14. *Fundamentum qvintum. n.15.*
16. *Fundamentum ſextum.*
17. *Sacra ſemel facta neqveunt fieri privata.*
18. *Sententia Evangelicorum affirmativa. n.19.*
20. *Ratio Evangelicorum prima. n.38.39.*
21. *Autonomia nihil cum jurisdictione commune habet.*

96. *Exem-*

1 PLeno clamitant ore Pontificii, Lutheranos esse hereticos, Anton. Fab. *in Codic. tit. de summa Trinit.* Ideoq; non solùm Vulcano litandos ex sententiâ *Angeli, Gril. Anton. de Padil. Julii Clar. &c.* sed etiam bona ipsorum sine sententiâ privativâ in publicū redigenda, Martin. Benckend. *ad l. 2. ff. de Reg. jur. pag. 812. per cap. cum secundum 19. de haret. in 6to.* Surd. *decis.*
2 *247.* † eorumq; terras (h. e. Regna & oppida) ab aliis Catholicis occupanda, *Auth. si verò Dominus. C. de haret. c. excommunicamus §. moveantur. c. ad abolendam. §. statui-*
3 *mus extr. de haret.* † Sed opponimus ipsis verba *Pacificat. Religios. in §.* Vnd damit solcher Friede *ibi:* Sondern bey solcher Religion/ auch ihren Haab/ Gütern ligend und fahrend/ Land/ Leuten/ Herrligkeiten unnd Gerechtigkeiten/ friedlich und ruhig bleiben lassen/ rc. qvæ Lutheranis antidotum præbent saluberrimum, & ad conservationem pariter Religionis, provinciarumq; & bonorum maximè proficuum.

Huic tamen vix acqviescunt Pontificii, † sed mille modos, in- 4
numeraq; ferè media, in bona Lutheranorum per indirectum saltem convolandi qværunt ac meditantur: huncq; in finem ipsâ Pacis Religiosæ Ordinatione abutuntur, inqve sinistrum sensum trahere haud qvaqvam verentur,
† Episcopatus nimirum, Præla- 5
turas, Monasteria, aliaq; bona Ecclesiastica post pacem Religionis à Statibus Imperii Evangelicis reformata, jure qvasi postliminii rovocare, inq; iis catholicam Religionem restituere sibi licere, autu-
mantes. De † qvo qvidem ferro & 6
igni hactenus usqve ad sangvinis effusioné hominumq; plurimorum internecionem disputatum, nec tamé qvicqvam decisum fuit. Etsi verò ab iis, qvi arcana Imperii exactè norunt, litis hujus decisionem petere, eorumq; qvi fasces Regni tenent, judicio rem totam submittere tutissimum sit, nec enim ullam hoc de negotio judicandi licentiam nobis sumimus:
Utriusqve † nihilominus partis 7
fundа-

fundamenta ex Pacificatione Religiosâ, aliisq; Imperii Recessibus desumta perpendere, & qvæ pro stabiliendâ veriori sententiâ & assertione Lutheranorum affirmativâ facere videntur, in medium proferre placet.

Videbimus autem abinitio rationes Pontificiorum, qvibus pro impugnādâ reformatione Episcopatuum prælaturamur, Monasteriorum aliorumqve bonorum Ecclesiasticorum mediatorum, à Statibus Imperii Evangelicis post Pacificationem Religiosam susceptâ innituntur.

Rationes Pontificiorum.

8 Ac (1) qvidem fundamentum, ut opinantur, infallibile ponunt † in Pacificatione Religiosâ August. *de Anno 1555.* publicatâ. §. Dargegen sollen die Stände/so der Augspurgischen *Confession* verwand/ die Römische Käys. Majestät / uns/ auch Churfürsten/ Fürsten und andere des Heil. Reichs Stände der alten Religion anhängig/ geistliche oder weltliche/ sampt und mit ihren Capiteln und andern geistliches Standes / auch ungeachtet/ ob und wohin sie ihre *Residentzen* verrückt oder gewendet hätten (Doch daß es mit Bestellung der *ministerien* gehalten werde/wie hie unten darvon ein sonderlicher *Articul* gesetzet) gleicher gestalt bey ihrer Religion/ Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen und *Ceremonien*, auch ihren Haab/Gütern/ ligend und fahrend/ Landen/ Leuten/ Herrschafften / Obrigkeiten/ Herrligkeiten und Gerechtigkeiten / Renthen / Zinsen / Zehenden unbeschwert bleiben / und sie derselben friedlich und ruhiglich gebrauchen/ geniessen / unweigerlich folgen lassen/ 2c. qvo ipso ulteriorem Religionis reformationem in Episcopatibus & Monasteriis Evangelicorum mediatis prohiberi ajunt. Verbis enim hisce (unnd andern geistliches Standes) Episcopatus, Cœnobia, aliaq; bona Ecclesiastica Statuum Evangelicorum mediata, vulgò die Mediatstiffter und geistlichen Güter / denotari, duplici ratione evincere conantur.

Primò enim † inqviunt, id luculenter probari ex verbis (Auch ungeachtet/ob und wohin sie jre *Residentzen* vorrückt) qvæ non nisi Episcopatibus, Prælaturis, bonisqve Evangelicorum mediatis congruè accommodari possunt, qvippe qvorum possessores ob reformatam Religionem, Residentias forsan commutârunt, suasq; habitationes alibi transtulerunt, aut adhuc transferunt: Qvod certè Catholici immediati facere nullâ ex causâ necesse habent. 9

Deinde † referunt sese ad acta Impe- 10

Imperii & Protocolla, in Principum Consilio super hoc puncto habita, in qvibus sanctionem hujus. §. Dargegen sollen / tàm ad bona Ecclesiastica immediata alieno in territorio sita, qvàm ad mediata, Statibus Imperii subjecta, verbis expressis extendi autumant.

11 (2) Pro fundamento † suæ assertionis adducunt qvoq; Pontificii §. Damit auch. *Pacif. Religiosæ:* ubi hæc verba habentur: Damit auch obberührte beyderseits Religions Verwandte/ so vielmehr in beständigem Frieden und guter Sicherheit / gegen / mit und bey einander sitzen und bleiben mögen/ so sol die geistliche *jurisdictio* (doch den geistlichen Churfürsten / Fürsten und Ständen/ Collegien/ Clöstern und Ordens Leuten/ an ihren Renthen/ Gülten/ Zinß und Zehenden/ weltlichen Lehenschafften/ auch andern Rechten und Gerechtigkeiten/ wie obstehet/ unvergrieffen) wider der Augspurgischen *Confession, Religion*, Glauben/ Bestellung der *Ministerien*, Kirchengebräuchen/ Ordnungen und *Ceremonien*, so sie uffgerichtet oder uffrichten möchten/ biß zu endlicher vergleichung der *Religion* nicht *exerciret*, gebrauchet oder geübet werden/ ꝛc. qvibus clarissimè dispositum: Ne suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ & Reformatio Religionis Catholicæ, Collegiis, Cœnobiis, Ordinumq; Ecclesiasticorum hominibus qvicqvam noceat, vel incommodum afferat. De Mediatis verò Episcopatibus, Collegiis & Cœnobiis ibidem agi contendunt.

(3) Videntur etiam † huc facere verba *Recess. Imper. Spirensis de Anno 1544. in §.* Und damit der Kirchen Güter halben ferner Mißverstand zwischen den Ständen verhütet werde/ so sollen die geistliche Stiffte/ Klöster und Häusere/ ungeachtet/ welches theils *Religion* die seyn/ ihrer Renth/ Zinß/ Einkommens und Güter/ so in eines andern Fürstenthumb oder Obrigkeit gelegen/ nicht entsetzet/ also und dergestalt/ daß hinführo einem jeden Stifft / *Prælatur*, Closter/ Spital / Haus und Kirchen/ ihre Renth/ Zinß und Güter an das Orth/ da dasselbige Stifft / Kloster/ *Prælatur* oder Haus gelegen/ unweigerlich folgen/ und von dem andern Stand oder Obrigkeit (ungeachtet / was Religion solch Stifft / Kloster / *Prælatur*, Spital/ Gottes Haus oder Kirchen weren) getreulich darzu verholffen werden. Ex qvibus patescit, nulli Episcopatui, Cœnobio vel Monasterio per Reformationem Religionis, Census, Decimas aliosq; 12

Reditus intervertendos vel auferendos esse. Qvod non modò de immediatis, sed etiam mediatis Episcopatibus & Monasteriis dispositum fuisse, probat generalitas verborum, qvæ etiam generaliter accipi debent, *arg. l. 1. §. generaliter: ff. de legat. præstand.*

13 (4) Allegant † §. Dieweil aber/ *in Ordin. Pacis Religiosæ; ibi*: Dieweil aber etliche Stände und derselben Vorfahren/ etliche Stiffte/ Klöster und andere geistliche Güter eingezogen/ und dieselbigen zu Kirchen/ Schulen/ Milden und andern Sachen angewendet/ So sollen auch solche eingezogene Gütere/ welche den jenigen/ so dem Reiche ohne Mittel unterworffen und ReichsStände sind/ nicht zugehörig unnd deren *Possession* die Geistlichen zur Zeit des Passavischen Vertrages oder seithero nicht gehabt/in diesem Friedstand mit begriffen und eingezogen seyn/ und bey der Verordnung/ wie es ein jeder Stand mit obberührten eingezogen und allbereit vorwendten Gütern gemacht gelassen werdē/ ꝛc. ubi Episcopatus immediatos bonaq; alia Ecclesiastica reformata, nec tamen tempore transactionis Passaviensis ab Ecclesiasticis possessa, pace Religionis comprehensa ac dispositioni jam desuper factæ relicta videmus. Seqvitur hinc ergò, Episcopatus bonaq; Ecclesiastica mediata post transactionem Passaviensem, Pacemq; Religionis ulterius haud reformari potuisse: Et si contra qvid factum fuerit à Statibus Evangelicis, ea vicissim restituenda fore.

(5) Ex jure qvoq; † communi Reformatio Episcopatuum, Monasteriorum, aliorumqve bonorum Ecclesiasticorum à Statibus Evangelicis suscepta facilimè annullari & infringi potest: Non solùm per Ordinationem Pacis publicæ prophanæ, qvæ nemini suum auferre, adeoq; nec reditus Episcoporum ac Monachorum Statibus Evangelicis subjectorum invadere & occupare permittit, ut notum est ex *Constitutione Imperii de pace publicâ* promulgatâ *in Recess. Imp. Wormatiens. de An. 1495. & 1500. August. 1521. Wormat. 1524. Norimbergens. 1548. 1551. & 1555. Ratisb. 1557. & August. 1559.* Sed & † qvod Ecclesiæ, Monasteria, pia loca & eorundem bona atq; jura, etiam de jure civili sint exempta omni potestati & jurisdictioni secularium Dominorum, qvacunq; fulgeant dignitate, etiam Imperiali, ita qvod Dominis & potestatibus temporalibus sub maximâ pœnâ prohibitum sit, qvicqvam dispo-

disponere, vel statuere de Ecclesiarum, Monasteriorum &c. bonis & rebus, *l. jubemus C. de SS. Eccles. §. Nos igitur in Auth. de non alien. aut permut. §. Hoc etiam super ipsis. & §. Hoc jubemus. in Auth. de alien. & emphy. Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. Constit. Imp. Frider. in pr. vers. item nulla potestas.*

16 (6) Deniq; opponunt † Pontificii intentionem fundatorum, qvibus reformatio Ecclesiarum & Monasteriorum maximoperè adversatur. Qvin nec jura permittunt, ut bona Ecclesiastica in alios usus prophanos convertantur, qvia bona hæc, non minus ac ipsę Ecclesiæ juris sunt divini, eademqve privilegia habent, *l. ult. C. de SS. Eccles.* Andr. Tiraq. *de Privil. piæ caus. in pr.* Et veluti Deo dicata nullius in bonis habentur, *§. nullius. §. sacra. Instit. de Rer. divis. l. 1. l. in tantum. l. sacra ff. eod. tit.* Ideoq; nec converti, nec esse in privatorum dominio & proprietate possunt, *dict. §. sacræ.*

17 † qvia sacra semel facta, amplius privata fieri neqveunt, *l. inter 83. §. sacram 5. ff. de V. O.* Hieron. Schurffius *cent. 1. consil. 48.* Hostiens. *in cap. 1. n. 1. & 2. extr. de relig. dom.* Panorm. & Dd. *rubr. de consec. Eccles.* Etsi contra qvid tentetur, à sacrilegio & homicidio non multum id putatur abesse, *cap. benè qvidem 96. dist. 3. c. sunt qvi opes. cum seq. 17. qvæstion. 4.* Matth. Wesembec. *part. 1. cons. 37. num. 6.*

Fundamenta Evangelicorum.

Eaq; sunt fundamenta Pontificiorum, qvibus assertionem suam propugnare conantur. † Sed audiamus etiam rationes Statuum Evangelicorum longè fortiores ad demonstrandum, fas sibi esse, Episcopatus, Prælaturas, Monasteria, Hospitalia aliaq; bona Ecclesiastica juribus suis territorialibus subjecta, etiam post Transactionem Passaviensem & Pacificationem Religiosam reformare, inq; iis catholicâ Religione abolitâ, Lutheranâ introducere. 18

† Id enim si obtinuerint, expeditum erit hujusmodi Collegiorum reformatorû bona (Kloster Gütere) in Protestantium territoriis sita & ab iisdem post initam Religionis pacem in aliospios usus, bonâ intentione conversa, Pontificiis mordicùs id urgentibus, de necessitate juris haut restituenda esse. 19

Primo (1) autem comprobandum erit † facultatem mutandæ Religionis jure hodierno ex jure territoriali dependere, (Nec enim 20

† cum mero & mixto Imperio Autonomia qvicqvâ commune habet, nec vigore jurisdictionis alicui competit, sed qvatenus est Status Imperii, *Recess. August. de An-* 21

Anno 1555. §. Vnd darmit solcher Friede. & §. *seq.* Gylman. *symph. supplic. fol. 258.* Petr. Syring. *de pac. relig. concl. 44. lit. a.)* ita, ut qvi jura territorialia habent, die hohe Landes Fürstliche Obrigkeit apud subditos suos, exercitio Religionis catholicæ abolito, Lutheranam Religionem introducere, ac vice versâ religionem Evangelicam abrogare & reformare qveant, prout tradunt Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 470.* Thom. Michaël. *de jurisd. concl. 49.* Henr. Bocer. *in tract. de collectis cap. 4. n. 37.* Waremund. ab Erenberg *verosim. cap. 2. n. 17.*

Id verò certissimum esse, nemo etiam Catholicorum negare poterit,
22 † perpendens (1) *Recess. Spirens. de An. 1526.* §. Demnach haben wir / auch Churfürsten / Fürsten und Stände und derselben Bottschafften uns ietzo allhie uff diesem ReichsTag einmütiglich verglichē und vereiniget / mittler Zeit des *Concilii* oder aber *National*versamlung / nichts desto weniger mit unsern Vnterthanen ein iedlicher in Sachen / so das *Edict*, durch Käyserl. Majest. uff dem ReichsTag zu Wormbs gehalten / ausgangen / belangen möchten / für sich also zuleben / zu regieren und zuhalten / wie ein ieder solches gegen Gott und Käyserl. Majest. hoffet und vertrauet zuverantworten. Qvilibet ergò Status Imper. vigore hujus Recessus, unius vel alterius Religionis exercitium apud subditos suos introducere valet, prout rationem de hâc re Deo & Cæsareæ Majestati reddere confidit.

(2) † *Recess. Spirens. de An. 1544.* §. 23
Vnd damit in H. Reich / ꝛc. *vers.* Auch die Clöster und Kirchen unzerbrochen nū unabgethan bleiben. Dergleichen den Geistlichen / so sich der Religion halben / Entsetzungen beklagen / ihre Renth / Zinß und Einkommen / so viel sie der noch in *Possession* haben / hinfort unauffgehalten erfolgen und zustehen lassen / ꝛc. ubi saltem de conservatione Monasteriorum, templorum, Censuum, Decimarum & Redituum Catholicorum: nil qvicqvam verô de certo Religionis exercitio disponitur. Cui dispositioni ad instantiam Catholicorum Status Evangelici ne verbulum qvidem (der Obrigkeit) inseri permiserunt, hâc in re Statibus Catholicis acriter contradicentes, attestante *relatione Legatorum Saxonicorum sub dato 1. Augusti 1541.* qvæ in Archivis Ducum Sax. habetur.

(3) Ac ne de verâ illatione ex h. §. Auch die Klöster / ad liberam Religionis Reformationem, dubium relinqvatur, satis manifesta

24 sta est † Declaratio prædicti Recessus Spirensis de Anno 1541. *sub dato 29. Julii ejusdem Anni* ab Imperatore Carolo V. Protestantibus data, apud Melch. Goldast, *par. 2.* der Reichssatzungen / *pag. 237.* ubi *n. 2.* hæc verba habentur: Zum andern *in articul*, da der Abschied besaget / daß die Klöster und Kirchen unzerbrochen und unabgethan bleiben sollen / soll derselbe Articul hin verstanden werden / daß hinfüro die Klöster und Stifft unzerbrochen und unabgethan bleiben sollẽ / doch unbegeben einer ieden Obrigkeit / hinter deren sie gelegen / dieselben zur Christlichen *Reformation* anzuhalten. Qvibusnam, qvæso, verbis clarioribus, Statibus Evangelicis facultas Catholicam Religionem apud Subditos suos reformandi, concedi potuisset?

25 Nec est, qvod † de potestate Imperatoriâ, Recessum Spirensem de Anno 1541. ita declarandi qvisqvam dubitet. 1. Siqvidem Carolus V. Imp. hanc potestatem declarationis sibi verbis expressis reservavit, in *dict. Recess. de Anno 1541. §.* Doch haben wir uns vorbehalten über vorgemeldten Friedstand / so offt solches die Nothdurfft erfordert / iederzeit *Declaration* und Erläuterung zu thun / wie wir uns solches hiemit ausdrücklich uñ wissentlich vorbehalten. Consentientibus Statibus Catholicis, uti ex ipsorum subscriptione *in calce dict. Recess.* patet. 26 2. Eademqve † declaratio in præsentiâ Statuum Catholicorum verbotenus recitata & publicata fuit, contra qvam Cæsarea Majestas de Solio Imperiali surgens, ullam Catholicorum protestationem audire & acceptare noluit, *attestantibus hac de re Principum Imperii Archivis.* 27 3. Qvod † & patet ex gravaminibus in *Comitiis Augustanis Anno 1555.* à Statibus utriusq; Religionis, 29. *Julii* Regi Ferdinando exhibitis, in qvibus hæc reperiuntur verba: Mit was Schein man auch die Käyserliche uff dem Reichs Tag zu Regenspurg im 41. Jahr gegebene *Declaration* hat ablehnen wollen / ist unverborgen. Qvæ gravamina etiam in archivis Ducis Brunsvicensis Dn. Erici tùm temporis Catholici adhuc reservantur. 28 4. Qvin † & Status Catholici in refutatione gravaminum Evangelicorum *Anno 1564.* exhibitâ, ad declarationem illam Caroli V. Imp. sese referunt, eamq; pro suâ intentione allegant.

29 (4) Porrò † & in *Recess. Imp. Spirens. de Anno 1544. §.* Als wir aber in der Handlung / rc. *& multis seqq.* itidem de Censibus, Decimis & Reditibus Catholicorum solummodò, non verò de exercitio

Religionis, aut liberâ hujus refor-
matione disponitur, ut proinde
dubium non sit, Religionis refor-
mationem placito Statuum Evan-
gelicorum fuisse relictam, perin-
de ut *in Recessu Spirensi anteriori de*
Anno 1541. ad qvem Recessus hic
de Anno 1544. sese multoties refert,
veluti *in* §. doch sol kein Stand.
§. dergleichen sollen die *Prælaten*, §.
unnd sollen dennoch. §. Sonsten
ausserhalb / rc. Et qvod benè no-
30 tandum, † jussit Imperator Ca-
rolus V. Recessum horum Comi-
tiorum Spirensium *de Anno* 1544.
juxta tenorem Declarationis suæ
de Anno 1541. concipere, eiq; clau-
sulam de libera Religionis refor-
matione disertis verbis inserere,
annuentibus etiam Electoribus
31 Catholicis. † Etsi verò ad petitio-
nem & instantiam reliqvorum
Statuum Catholicorum, posteà
hoc mandatum revocaverit, sub
fide tamen Imperatoriâ Statibus
Evangelicis promisit, se nunqvam
à priori Declaratione 29. *Jul.* 1541.
factâ recessurum, nec qvicqvam
contra eam fieri permissurum.
Cui promissioni demum Status
Evangelici acqvieverunt, & Re-
cessum Spirensem cum protesta-
tione tamen & reservatione De-
clarationis Cæsareæ antea factæ
expressâ, acceptaverunt.
32 (5) Accedit † Constitutio Pa-

cis Religiosæ in Comitiis August. de Anno 1555. §. Und damit solcher Friede. *in vers.* So sollen die Käys. Maj. wir / auch Churfürsten / Fürsten und Stände des Heil. Reichs / keinen Stand des Reichs / von wegen der Augspurgischen *Confession*, und derselbigen Lehr / Religion und Glaubens halben mit der That gewaltiger weise überziehen / beschädigen / vergewaltigen / oder in andere Wege / wider seine *Conscientz*, Wissen und Willen / von dieser Augspurgischen *Confessions Religion*, Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder nachmals auffrichten mögten / in ihren Fürstenthümen / Landen und Herrschafften dringen / oder durch *mandat* oder in einiger anderer gestalt beschweren oder verachten / sondern bey solcher *Religion*, Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen und *Ceremonien*, auch ihren Haab / Gütern ligend und fahrend / Land / Leuten / Herrschafften / Obrigkeiten / Herrligkeiten und Gerechtigkeiten / ruhiglich und friedlich bleiben lassen / rc. Qvæ verba etiam in §. Damit auch obberührte / rc. repetuntur: Ex qvibus luculenter patet, Status Evangelicos in Reformatione ac mutatione Religionis Catholicæ, apud Subditos suarum Provinciarum jam factâ vel adhuc facien-

ciendâ, neutiqvam esse turbandos.

33 (6) † Ex qvo porrò axioma illud tralatitium provenit inter Camerales & Dd. Catholicos vulgatissimum: *Qvod cujus sit Regio, ejusdem sit etiam Religio seu de Religione dispositio.* Joach. Stephan. *lib. 1. instit. jur. Canon. cap. 7. n. 52.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 473. & seqq.* Qvo axiomate etiam nititur Cæsarea Majestas, D. Ferdinand. II. in dem Käys. *Edict.* von Einziehung der geistlichen Güter. *in quæst. ult.* §. Als haben wir. ꝛc.

34 (7) Idemq; axioma † pro fundandâ suâ intentione adducit Cæsarea Majestas in *Resolutione datâ Augusto Palatino Neoburgico 22. Decemb. 1627.* concernente Reformationem Religionis. 5. Und wie die Augspurgische *Confessions* Verwandten wollen/ daß Fürsten und Ständen / Vermöge Landes Fürstl. Obrigkeit / und des Heiligen Römischen Reichs Religion-Friedens unbenommen / die Augspurgische *Confession* in Ihren Fürstenthumb und Landen / wenn sie gleich vorhin Catholisch gewesen/ und haben sich zur Augspurgischen *Confession* begeben / zu der ihnen gelegenen Zeit einzuführen. Also ist auch aus ebenmäßigen *fundament*, einem Catholischen Fürsten/ die Catholische *Religion* in denen Landen / darinnen er der regierende Landes-Fürst ist / wann und zu welcher Zeit es ihme gefällig / einzuführen zugelassen. *It. in* §. Weil nun ꝛc. *ibi*: Und Vermöge des Religions-Friedens einen iedern weltlichen Fürsten/Krafft tragender Landesfürstlichen Obrigkeit/ die Bestellung der Religion/ Kirchenordnungen unnd *Ceremonien* und was denselben mehr anhängig/ gebühret / ꝛc. *Et Paulò post*: Wie auch Landes-Fürstliche *reservirte* Obrigkeit/ von welcher die Bestellung der Religion *immediatè dependiret &c.*

(8) Principes qvoq; & Status Imperii Catholicos hoc axioma & fundamentum in causâ reformationis Religionis agnoscere & approbare, luculenter patescit ex *Replicâ ad Resolutionem Regis Ferdinandi super articulo Pacem Religionis concernente, 6. Sept. Anno 1555. exhibitâ*, apud Melch. Goldast. *part.* 1. der Reichshandlungen/*pag.* 285. *tit.* der Churfürsten / Fürsten und gemeinen Stände des Reichs Antwort in Religion Frieden der Römischen Königlichen Maj. ꝛc. den 6. *Septemb. Anno* 1555. übergeben *in* §. Als dann die Königl. Maj. *circa fin. ibi*. Daß auch die andern alle für Unterthanen deren/ 35

hinter denen sie gesessen / gehalten worden / derhalben sie auch billig ihren Obrigkeiten sich in der Religion gemäß erweisen / und keine Sonderung einführen sollen / 2c.

36 (9) Ex † eodemq; fundamento Status Imperii Catholicos susceptam à sese Religionis Lutheranæ reformationem, adversus qverelas Evangelicorum multoties defendisse ac propugnasse novimus, *ex literis* præsertim Electoris Bavarici, Episcopi Bambergensis & Würtzburgensis, nec non Magistri Ordinis Teutonici hâc de re edocti.

37 (10) Deniqve † ex hoc fundamento & axiomate Principes & Status Catholici, reformationi Religionis in Episcopatibus & Monasteriis à Statibus Evangelicis susceptæ sæpissimè contradixerunt, qvod scilicet iis in locis, Evangelicis jus territorii haud competeret. Veluti ab Episcopo Augustano contra Dn. Comitem à Pappenheim & Palatinum Ottonem Henricum; à Domo Austriacâ contra Domum Würtembergicam; ab Archiduce Austriaco Leopoldo contra civitatem Ulm, & ab Episcopo Würtzburgensi contra Comites & Barones Franconicos, in susceptâ Reformatione qvorundam pagorum factum, *Acta Reformationis* testantur.

Stat itaq; † Propositio: Jus territorii potestatem reformandi in omnes, qvi vel subdite vel pars territorii sunt, tribueri: Vel, qvod idem est, Statibus Imperii, qvibus jura territorii concessa, in suis ditionibus liberam reformandæ Religionis licentiâ competere. 38

Hinc jam assumere licet: Atqvi mediati Episcopatus (die Mediat-stiffter) Prælaturæ, Monasteria, Cœnobia, Hospitalia &c. membra sunt territorii Statuum Evangelicorum, eorumq́; juribus territorialibus subjecta.

Seqvitur ergò conclusio firmissima, † Qvod Status Evangelici vigore jurium territorialium in Episcopatibus, Monasteriis, Cœnobiis &c. sibi subjectis, exercitium Religionis reformare & catholicâ religione abolitâ, Lutheranam introducere valeant, nec propterea ullo jure ad restitutionem Episcopatuum aliorumqve bonorum Ecclesiasticorum teneantur. 39

Assumtionem à nemine Catholicorum in dubium vocatam iri † crediderim, 1. postqvam ipsimet duo saltem genera hominum in Imperio agnoverint, Status nempe Imperii & Subditos, hosq́; disertè Reformationi Statuum subjecerint, *in Replica suâ Regi Ferdinando. 6. Septemb. Anno 1555. exhibi-* 40

bibitâ : cujus mentio *supra* est facta, & reperitur ea apud Goldast. *in part. 2.* der Reichssatzungen / *fol.* 285. §. Als dann die Königliche May. *vers.* und daß sie sich keiner Stände / außerhalb Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graven / Freyen / Herren und den frey- uñ Reichs-Ständen im Reich Teutscher *Nation* wissen zuerinnern / daß auch die andern alle für Unterthanen deren / unter denen sie gesessen / gehalten werden / derhalben sie auch billig ihren Obrigkeiten sich in der Religion gemäß erweisen / und keine Sonderung einführen sollen / 2c. Episcopatuum autem mediatorum aliorumq; Ordinum Ecclesiasticorum homines, Status Imperii non sunt: Ergò necessariò horum Subditi.
41 2. † Qvare nec contributiones Imperii ab eis exiguntur, sed horum nomine Status Imperii ceu eorum Magistratus legitimi, gravioribus contributionibus onerantur, uti ex Matriculæ inspectione satis manifestum est.
42 3. Probant † etiam idipsum Literæ investiturarum Imperiales, die Käys. Lehenbrieffe / qvibus sæpissimè Episcopatus mediati & Monasteria inseruntur, de iisq; Status Evangelici nominatim investiuntur.
43 4. Et deniq; † actus subjectionis, puta homagii civilis (der bürgerlichen Pflicht /) collectarum, contributionis &c. qvibus mediatorum Episcopatuum, Ordinúmq; Ecclesiasticorum homines æqvè ac Laici, etiam in ipso Papatu Magistratui devinciuntur.

Ut sic prorsus dubium non sit, qvin Clerici Ordinumq; sacrorum homines pro veris Statuum subditis habeantur, † veluti qvo- 44
q; in Comitiis Augustanis *Anno* 1555. & gravaminibus Nationis Germanicæ, contra Sedem Apostolicam in Comitiis Norinbergensibus *de Anno* 1522. exhibitis, ipsimet Status Imperii unanimiter senserunt, apud Melch. Goldast. *in part. 2.* der Reichshandlungen / *pag.* 197.

(II.)

Pro stabiliendo porrò † jure 45
Statuum Evangelicorum ita argumentari licet: Qvicqvid juris competit Statibus Imperii Catholicis in subditos suos Evangelicos & Augustanæ Confessioni addictos: illud etiam Statibus Evangelicis in subditos suos Catholicos competere, necesse est:

Atqvi Status Catholici totâ die vigore jurium territorialium in provinciis & ditionibus suis jus Reformationis exercent, & abolitâ Religione Lutheranâ, catholicam subditis obtrudunt:

Ergò & Statibus Augustanæ Confessio-

 fessio-

fessionis hoc licere consequens est, ac proinde hi omni jure inmediatis Episcopatibus & Monasteriis sibi subjectis, (qvippe horum Ordinum homines subditi eorum sunt, ut paulo ante fuit demonstratum) pro placito Religionem reformare possunt.

46 Connexio † majoris Propositionis 1. ipsâ nititur æqvitate, qvæ vult, ut qvod qvisq; juris in alium statuit, eo ipse utatur. *tot. tit. ff. qvod qvisq; juris.* 2. fundata est in Transactione Passaviensi, qvæ multoties hanc paritatem urget. 3. in resolutione Ferdinandi I. datâ Statibus Imperii in Comitiis August. 30. *Augusti Anno* 1555. §. Dieweil nun. *ibi:* Fürnemlich die Billigkeit für Augen gehalten/ und kein Theil dem andern zu viel wider die Billigkeit/ &c. apud Melch. Goldast. *part.* 1. der Reichssatzungen *pag.* 287. 4. in Pacificatione Religiosâ, *de Anno* 1555. §. Und damit/ & §. Dagegen sollen. 5. *Edicto Imperatorio.* Von Einziehung der geistlichen Güter. §. Es haben aber 6. Et deniq; in fine & scopo Pacificationis Religiosæ, ut scilicet, inter Status utriusq; Religionis catholicæ & Lutheranæ, æqvalitas & concordia conservetur.

47 De veritate † qvoq; assumtionis ulterius dubitandum non est, postqvam Principes & Status catholicos jus reformandæ Religionis erga subditos suos in Scholis & Ecclesiis Lutheranis qvotidiè sibi arrogare, qvin & Pastores & ministros Ecclesiæ Lutheranos primùm expellere, compertum habemus.

Qvidni ergò † Status Evangelici pari jure reformationis apud subditos suos in mediatis Episcopatibus & Monasteriis suarum ditionum ac Provinciarum uti possent ac deberent absqve contradictione Catholicorum? Frustra namq; desiderant ab aliis, in qvo ipsi culpabiles deprehenduntur, *arg. l. pen. C. de solut.* Petr. Syring. *de Pac. Relig. concl. 40. pag. 69.* Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. cap. 16. n. 13.* 48

(III.)

Accedit qvoq; † libera Augustanæ Confessionis acceptatio, cui nec ipsimet Catholici contradicere valent. Ex qvo sic inferendum: Cui jus est acceptare Augustanam Confessionem in provinciis & ditionibus suis, illi qvoq; facultas competit, singula istius Confessionis membra singulosq; articulos introducere, & econtra omnia ea, qvæ Augustana Confessio ceu injusta rejicit ac improbat, abolere: Nec enim Augustana Confessio partialiter in Imperio 49

rio admissa, sed totaliter in omnibus articulis approbata fuit.

50 Jam verò † Statibus Imperii libera acceptatio & introductio Augustanæ Confessionis in ditionibus & provinciis suis permissa est, *Recess. Imp. August. de An. 1530.*

Ergò & iisdem licita erit abolitio omnium eorum, qvæ in Augustanâ Confessione tanqvam impia rejiciuntur & damnantur: & per conseqvens qvoq; Monasteria atq; Cœnobia, qvippe qvæ in *articulo de votis & vita monasticâ* improbantur. Nec enim articulus ille ullum extra abolitionem Monasteriorum, sortiri poterit effectum.

(IV.)

51 † Deficit porrò jus contradicendi Statibus Augustanæ Confessionis sive Evangelicis in Reformatione mediatorum suorum Episcopatuum & Monasteriorum, cum nemo in toto Imperio existat, qvi jure iis contradicere & Reformationem impedire valeat. Faciendum enim hoc esset, vel ab ipsis Monachis, Ordinumq; Ecclesiasticorum hominibus: vel à Cæsareâ Majestate & Statibus catholicis: Vel ab iis, qvi in territoriis Evangelicorum qvondam exercuerunt jurisdictionem Ecclesiasticam.

Jam verò horum nemini facultas contradicendi competit.
52 † Non Monachis Ordinumq; Ecclesiasticorum hominibus, den Ordensleuten / qvia subditi hi sunt, ut paulò ante probatum dedimus, qvi absq; controversiâ in negotio Reformationis nec votum aut jus aliqvod habent, nec illam impedire possunt, *Recess. Imper. August. de Anno 1555.* §. Und damit solcher Friede. & § *seq.* †
53 Non etiam Cæsareæ Majestati & Statibus Catholicis: Hoscé enim facultati contradicendi renunciasse, & Ordinationes Evangelicorum in Religionis negotio jam factas vel adhuc faciendas haud impedire promisisse, patescit ex *dict. Recess. August.* §. Und damit solcher Friede. *vers.* So sollen die Käyserl. Maj. Wir / auch Chur-Fürsten / Fürsten und Stände des Heiligen Reichs keinen Stand des Reichs von wegen der Augspurgischen *Confession* und derselben Lehr / Religion un̄ Glaubens halben / mit der That gewaltiger Weise überziehen / beschädigen / vorgewaltigen / oder in andere Wege / wider seine *Conscientz*, Wissen und Willen von dieser Augspurgischen *Confessions Religion*, Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen und *Cerimonien*, so sie auffgerichtet / oder nachmahl auffrichten möch-

möchten/ in ihren Fürstenthümen/ Landen und Herrschafften dringen/ oder durch *mandat* oder in einiger anderer Gestalt / beschweren/ ꝛc.

54 Neq; iis, † qvibus Ecclesiastica olim potestas in territoriis Evangelicorum competiit: Siqvidem eorum jurisdictio hodiè est suspésa, *dict. Recess. August. de Anno* 1555. *in* §. Damit auch obberührte. *vers.* So soll die geistliche *jurisdiction* wider der Augspurgischen *Confessions Religion*, Glauben/ Bestellung der *ministerien*, Kirchengebräuche/ Ordnungen und *Ceremonien*, so sie auffgerichtet oder auffrichtē möchten/ biß zu endlicher Vergleichung der *Religion* nicht *exerciret*, gebrauchet und geübet werden. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 15. n. 113.* Georg. Schönb. *Polit. lib. 4. cap. 6. pag. 331.* Auct. *du reve. matin. part. 2. cap. 15. in pr.* Et ad Principes Imperii jure Superioritatis devoluta, Andr. Knich. *de subl. territ. jur. cap. 3. n. 232.* Petr. Syring. *de pac. Relig. conc. 29. lit. b.* Joh. Zang. *de except. part. 1. c. 1. n. 425.*

(V.)

55 Hisce accedit † continua omnium temporum series, & qvod Principes ac Status Evangelici usu longævo in Episcopatibus suis mediatis, Cœnobiis & Collegiis Ecclesiasticis, ante pariter & post Transactionem Passaviensem initamq; Religionis pacem, haud attentâ aliorum contradictione, Religionem catholicam abrogârint & reformârint, atq; per id jus firmum reformandæ Religionis etiam in Monasteriis & Collegiis Ecclesiasticis suarum Provinciarum sibi acqvisiverint.

Nam † si ad tempora præterita ante Transactionem Passaviensem & initam Religionis Pacem respiciamus, fateri necessum habemus, Status Evangelicos intentionem reformationis etiam in Monasteriis, Collegiisq; Ecclesiasticis semper fovisse, nec facultatem reformandi sibi auferri passos fuisse. † Qvod manifestū reddunt *Recess. Imp. Spirens. de Anno* 1526. Protestatio Evangelicorum contra *Recess. Spirens. de Anno* 1529. Confessio Protestantium in Comitiis Augustanis *Anno* 1530. Imperatori Carolo V. exhibita. Pacificatio Norinbergensis *de Anno* 1532. Cassatio processus Spolii & Inhibitio Cameræ Imperiali insinuata *Anno* 1534. Confirmatio Cordaviensis *de Anno* 1538. Tractatio Francofurtensis *de Anno* 1539. & Hagenaviensis *de Anno* 1540. nec non Declaratio *Recess. Imper. Spirens. de Anno* 1541. ab Imp. Carolo V. facta, & *Anno* 1544. in Comitiis Spirensibus repetita. † Ex qvi- 56 57 58

qvibus luculenter patet, Status Evangelicos ante Transactionem Passaviensem & Religionis Pacificationem, ab hâc intentione & jure reformandi Episcopatus suos & Cœnobia nunqvam recessisse, qvin potiùs id acerrimè defendisse ac conservâsse: Ut hinc dubi-
59 um prorsus non sit, † qvin & in ipsâ Transactione Passaviensi *Anno* 1552. & subsecutâ Pacificatione Religionis *Anno* 1555. eò respexerint, idq; jus sibi sartum tectumq;
60 conservârint. † Qvod tantò magis asseverandum, qvantò certius est, 1. ne verbulo contrarium in Pacis ordinatione fuisse sancitum 2. præsertim cum nec qvicqvam de hoc in Statuum protocollis reperiatur. neq; præsumendum, Status Evangelicos à jure illo reformationis, qvod temporibus præteritis ante Transactionem Passaviensem admodum turbulentis conservârunt, posteà tempore Pacificationis, qvo omnia erant tranqvilla, sponte suâ recessisse.

(VI.)

61 Nec † deficit omni ex parte Cæsareæ Majestatis & Catholicorum Statuum assensus & approbatio, qvi licet expressè in Reformationem Episcopatuum & Monasteriorum mediatorum à Statibus Evangelicis susceptam non consenserint, attamen nec huic semper contradixerunt, qvin potiùs eam tolerârunt & approbaverunt. Factum inde, qvod 1. † Ma- 62
jestas Imperatoria non semel controversiam inter Status Evangelicos & eorundem Episcopatus, Collegiaq; Ecclesiastica super reformatione exortam, determinare noluerit, sed litem hanc Cameræ decisioni submiserit. † 2. 63
Qvodq; Imperator qvandoqve apud Status Evangelicos pro Monachis, Ordinumq; Ecclesiasticorum hominibus, ut iis post factam reformationem alimenta ad dies vitæ relinqverentur, intercesserit.
3. † Aliqvoties etiam transactio- 64
nes & pacta inter Status Evangelicos & Monasteria super reformatione inita, ac in specie pactum Civitatis Eslingensis ac Lindaviens. confirmaverit. 4 †. Porro, nec DDn. Camerales qvæstionem hanc decidere ausos fuisse, sed aliqvoties, imprimis verò *Anno* 1557. 1566. 1576. ad Comitia Imperii universalia eam remisisse compertum habemus, sed absq; effectu. Nullam enim hujus controversiæ decisionem in Comitiis factam novimus.

(VII.)

Deniq; † ut maximè Reforma- 65
tio Episcopatuum mediatorum, Monasteriorum, Hospitalium, alio-

liorumq; Collegiorum Ecclesiasticorum à Statibus Evangelicis, post Transactionem Passaviensem & Pacem Religiosam, de facto saltem suscepta fuisset, (qvod tamen
66 haut concedendum,) † attamen plurimis in locis præscriptio temporis immemorialis, vel etiam longissima, qvadraginta nempe annorum, qvalis de jure in rebus Ecclesiasticis reqviritur, restitutionem, qvam Catholici maximè appetunt, omninò impediret, *Auth. qvas actiones C. de SS. Eccles. c. de qvarta. cap. ad aures. cap. il-*
67 *lud extr. de præscript.* † Qvæ eò facilius admittenda, qvò certius est, ad ejusmodi præscriptionem non reqviri aliqvam probationem vel tituli vel bonæ fidei, sed utrumq; ex cursu longissimi temporis præsumi, Matth. Coler. *ad cap. ult. n. 39. extr. de præscript.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 16. n. 55.*

Respons. ad argumenta Pontificiorum.

68 Hisce positis, videbimus jam, qvid Responsi dandum sit ad Pontificiorum argumenta, qvæ profectò tantia ponderis non sunt, ut Statibus Evangelicis negotium facessere, & reformationem Episcopatuum aliorumq; Collegiorum Ecclesiasticorum mediatorum annullare qveant.

69 At (1) enim dicimus, † malè Pontificios interpretari verba hæc (und andern geistliches Standes) in §. dargegen sollen di: Stände / ꝛc. *Pacificat. Religios. de Anno 1555.* de mediatis Episcopatibus, Monasteriis, aliisqve Collegiis Ecclesiasticis Statuum Evangelicorum. Siqvidem juxta veriorem sensum, ea de Episcopatibus mediatis Catholicorum Statuum sunt accipienda, adq; illa sola restringenda.

Id qvod apparet 1. † ex particulâ copulativâ (*ET*,) qvâ verba illa (und andern geistliches Standes) verbis præcedentibus (sampt und mit ihren Capituln) qvæ absq; omni controversiâ de Catholicorum Statuum Capitulis loqvuntur, (uti ex verbis præcedentibus & toto contextu manifestissimum est) annectuntur, ac proinde etiam de eodem genere, Bonorum scilicet & Collegiorum Statuum Catholicorũ intelligenda erunt, 70
propter naturam voculæ (*ET*) † 71
qvæ eandem tribuit qvalitatem omnibus copulatis, Canonistæ *in cap. 1. de commodat.* Felin. *in cap. ex parte. verb. copula. de Rescript.* Bartol. *in l. si à re §. Cajo ff. de fund. instruct.* Alexand. *consil. 100. n. 2.* Cephal. *consil. 723. n. 5. libr. 5.* Matth. Wesemb. *consil. 42. n. 6.* Bursat. *libr. 3. consil. 243. n. 15.* Joh. Borch. *part. 1. consil. 12. circa fin.*

fin. fol. 198. Paul. Matth. Wehner. *in observat. pract. vocul.* Vnd.

72 2. Ex collatione † h. §. Dargegen sollen/ *cum* §. Damit auch & §. Als auch den Ständen/ ad qvos prior §. *in vers.* Wie hier unten davon ein sonderlicher Articul gesetzt. & vicissim §. Als auch/ *in verb.* wie oblaut. ad priorem §. disertis verbis se refert. In *dicto* verò §. Als auch/ de Catholicis Statibus solùmodò agi, patet manifestissimè ex verbis: Als auch den Ständen der alten Religion verwand. Ergò & de iisdem tantummodò prior ille §. Dargegen sollen. procul dubio erit accipiendus.

73 3. Ex † sanctione §. *præcedentis.* Vnd damit solcher Friede. qvi in genere Reformationem Religionis, Statibus Evangelicis in ditionibus & territoriis suis, adeoqve etiam in Episcopatibus & Monasteriis mediatis permittit. Cui omninò adversaretur hic §. Dargegen sollen die Stände/ si verba *ista* (und andern geistlichen Standes) de mediatis Episcopatibus Statuum Evangelicorum accipienda essent: Qvod tamen neutiqvam dicendum, nec interpretatio correctionem proximè præcedentis dispositionis inducens, admittenda videtur.

74 4. Ex † comparatione §. hujus Dagegen sollen cum §. *preced.* Vnd damit. qvem ipsimet Pontificii de solis Statibus Imperii Evangelicis, non etiam de subditis Augustanæ Confessionis, Statibus catholicis subjectis, interpretantur. Ergò & in §. seq. Dagegen sollen/ ex parte Evangelicorum, sanctio Pacificationis eodem modo erit accipienda, ex paritate dispositionis, qvæ ex toto contextu, præsertim verò ex particulâ adversativâ (Dagegen sollen) apertissimè liqvet.

5. Qvin & † ipsimet Catholici ea ipsa verba (oder einander geistlichen Standes) in §. *subseq.* Vnd nachdem. de mediatis Episcopatibus interpretantur in scriptis super articulo, qvem vulgò den geistlichen Vorbehalt vocant, mutuò ventilatis. Qvidni ergò verba ista eodem pariter sensu, in §. *præced.* Dargegē sollen accipienda essent? 75

6. Accedit † porrò considera- 76
tio tractatuum super pace Religionis, inter solos Status Imperii utriusq; Religionis susceptorum, exclusis subditis, tàm Religioni catholicæ, qvàm Augustanæ Confessioni addictis. Nec enim subditos provinciales, atq; Ordinum Ecclesiasticorum homines (Ordensleute) hisce tractatibus interfuisse, nec eorundem vota reqvisita fuisse, luculenter testatum faciunt † 1. verba: Stände: Stän- 77

 de

de des Reichs/qvæ hinc inde, veluti in §. Dieweil aber. §. Damit auch. §. Als auch den Ständen. §. Es soll auch. §. Worüber unsere. §. Vnd damit. § Dagegen sollen/ & §. Nach dem aber. reperiuntur, & subditos excludunt. 2. Verba (des Reichs) in §. Vnd damit. qvæ ad instantiam Catholicorum inserta fuêre, in hunc solummodò finem, ut subditi verbis expressioribus excluderentur, *attestante Declaratione Ferdinandi. I. de dato 13. Augusti* 1555. *in* §. Dergleichen lasse es. 3. Acta Comitiorum *de Anno* 1555. ex qvibus apparet, Nobiles Imperii liberos, qvi Status Imperii non sunt, Regn. Sixtin, *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 94.* Petr. Syring. *de pace Religion. concl. 40. lit. C.* Vid. *infra Sect. 12. n. 18. & multis seqq.* ad interpositionem Statuum Evangelicorum, sub Pace Religionis in §. Vnd in solchen Frieden. propterea verbis expressis fuisse comprehensos, qvod Pacificatio Religiosa non subditis, sed solis Statibus Imperii liberam exercendæ Religionis facultatem concedat. 4. Transactio Passaviensis *de Anno* 1552. qvæ in §. Es sollen auch. de solis Statibus Imperii loqvitur, ex qvâ Pacificatio Religionis tanqvam ex suo fundamento est interpretanda. 5. Confessio deniq; Catholicorum, qvi in reformatione Religionis expulsionem subditorum Evangelicorum hoc fundamento palliare solent, qvod subditi, & Status provinciales in Pace Religionis haud sint comprehensi.

78 Qvibus conseqvens, † & ipsam Pacem Religionis ejusq; contenta, adeoq; & Sanctionem §. Dargegen sollen. solos Status Imperii, non etiam subditos mediatos concernere, & obstringere. Nec enim transactio tertium aliqvem præter paciscentes obligare potest.

79 Verissimum † hinc manet, verba prædicta (und andern geistliches Standes) *in allegato* §. Dagegen sollen die Stände/ de Episcopatibus Catholicorum accipienda esse, qvibus per sanctionem *istius* §. hoc juris indultum, ut Census, Decimas, & Reditus ex ditionibus & territoriis Evangelicorum sibi deditos jure petere valeant, nec in horum perceptione Status Evangelici eos impedire, vel id prohibere possint. Qvod jus prohibendi aliàs ex generali dispositione § *praced.* Vnd damit. ipsis competiisset.

80 Nec † remorantur 1. hanc interpretationem verba illa (Auch ungeachtet ob und wohin sie ihre *Residentzen* verrückt oder gewendet hätten.) Nil enim prohibet accom-

commodari hanc dispositionem, Episcopatibus mediatis & Monasteriis Statuum Catholicorum, qvorum Residentiæ absq; ullo Reformationis metu in ipsis Catholicorum territoriis tutò commutari possunt, ad qvam Residentiarum translationem respicit *Recess. Spirens. de Anno 1544.* §. Doch alle die Geistliche.

81 1. Qvod ad † Protocolla attinet; *Resp.* 1. de hisce adhuc dubitari, num adsint, & pro veris, legitimis ac fide dignis protocollis haberi debeant. Qvod si ita esset, Imp. Rudolphus II. super iis *Anno* 1604. Electorem Moguntinum compellare haud opus habuisset. Nec procul dubio *Anno* 1608. ad decisionem ejusmodi causarum, Qvatuor Assessores ex Dominis Cameralibus ad Comitia accersiti fuissent. † Ante omnia itaq;
82 Protocolla ista in formâ probante producenda, & cum Protocollis Principum Evangelicorum conferenda essent, priusqvam plena fides istis attribueretur.
83 *Resp.* 2. Deinde † ex Protocollis adhuc probandum erit, qvod in specie de Episcopatibus Statuum Evangelicorum mediatis tractatum ac deliberatum, & ne horum Reformatio suscipiatur, consensu Statuum Evangelicorum conclusum, huncq; in finem verba illa (und andern geistlichen Standes.) §. huic dargegen sollen/ inserta fuerint. Qvod procul dubio nunqvam demonstrari poterit.

(2) Non obstat † etiam §. Damit auch. in *Pacificat. Relig.* ubi sancitum: Ne suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ & Reformatio Religionis Catholicæ, Collegiis, Cœnobiis, Ordinumq; Ecclesiasticorum hominibus quicqvã nocumenti vel incommodi afferat. 84

Resp. 1. Nam & *in hoc* §. Damit auch. de mediatis Episcopatibus & Collegiis Statuum duntaxat Catholicorum, non Evangelicorum agi, probatur † 1. ex *verbis* (wie obstehet) qvibus sanctio *hujus* §. ad *præcedentem* §. Dargegen sollen/ refertur. *Istum* verò § Dargegen sollen / de solis Episcopatibus mediatis Catholicorum loqvi, multis anteà demonstratum fuit. 2. † Ex *subseq.* §. Als auch den Ständen. qvi exceptionem Regulæ *in h.* §. Damit auch. positæ annectit, ac proinde de pari casu, eodemq; Subjecto accipi debet. Atqvi §. Als auch/ de solis Statibus Catholicis disponere, *ex verbis initialibus* (den Ständen der alten Religion) manifestissimum est. Nimirum in §. *hoc.* Damit auch. exceptionem Censuum & Redituum ex territoriis & ditioni-

85 → 86 placement note: see lines

nibus Evangelicorum, Episcopatibus Catholicorum mediatis competentiû, verbis expressis adjungere, propterea necesse visum fuit, ne per generalem jurisdictionis Ecclesiasticæ suspensionem, perceptioni fructuum, & redituum præjudicaretur.

87 *Resp.* 2. Positio etiam, † qvod §. Damit auch / de mediatis Episcopatibus, Monasteriis, aliisq; Collegiis Ecclesiasticis Statuum Evangelicorum accipiendus esset, nil minus tamen qvam Catholicorum intentio, qvin potiùs contrarium inde probaretur: Siqvidem dispositio *istius* §. Damit auch / ad sola jura temporalia, & perceptionem fructuum atqve Redituum disertè restringitur: adeoq; casus alios exceptos, & per conseqvens, etiam Reformationem Religionis excludit.

88 (3.) Eodem † qvoqve modo 1. *Resp. ad Recess. Imperii Spirens. de Anno* 1544. §. Vnd damit der Kirchengüter halben. Nam & ibidem de solâ fruitione & perceptione Redituum Statibus catholicis eorumq; Episcopatibus & Monasteriis, ex ditionibus & territoriis Statuum Evangelicorum, compe-

89 tentium ag', vel inde probabile redditur, 1. † Qvia *Recess. Spirens. de Anno* 1541. in hoc Recess. *de Anno* 1544. confirmatus de solo ejusmodi casu loqvitur, nec qvicqvam de jure aliqvo Episcopatuum mediatorum contra Superiores Status prætenso disponit. 2. † Qvem intellectum etiam observantia docet: Post *Recessum enim Spirens. de Anno* 1544. in qvietâ possessione vel qvasi Reformationis suorum Episcopatuum mediatorum Status Evangelicos mansisse, jusqve Reformationis absque contradictione Catholicorum *Anno* 1546. nec non subseqventi tempore exercuisse, usque dum per Transactionem Passaviensem *Anno* 1552. & Pacificationem Religionis *Anno* 1555. jus reformandi Religionem ipsis expressè confirmatum fuerit, ex actis Imperii manifestissimè liqvet. 90

Resp. 2. Et posito † qvod *Recess. Imp de Anno* 1544. Statibus Evangelicis in Reformatione mediatorum Episcopatuum, Monasteriorum, aliorumq; Collegiorum Ecclesiasticorum, impedimento esset. A sanctione tamen *dict. Recess.* per Pacificationem Religiosam recessum, eamq; permissione liberi Religionis exercitii & Reformationis immutatam fuisse, nemo negaverit, perpendens Clausulam generalem cassatoriam, qvæ contrarias priorû Recessuum sanctiones & dispositiones verbis disertis tollit & annihilat, 91

in

in §. Vnd soll alles. dict. Pacificat. Relig. de Anno 1555.

92 Ad (4) *argumentum* † *ex* §. Dieweil aber. *Ordin. Pacificat. Relig.* desumtum *Respond.* 1. Sanctionem *dicti* §. Dieweil aber. solummodò de Episcopatibus, Monasteriis aliisq; Collegiis Ecclesiasticis tùm temporis jam reformatis agere, de aliis verò nondum reformatis, ne verbulo qvicqvam disponere, adeoq; nec decisio qvoad ea, *ex hoc* §. petenda erit.

93 *Resp.* 2. Neq; ex interpretatione *dict.* §. Dieweil aber/ ad mediatos Episcopatus Statuum Evangelicorum qvicqvam certi inferendum est, postqvam ea varios intellectus recipit, & decisionem semper dubiam relinqvit, attestantibus Cæsarea Majestate, & Dn. Cameralibus, interpretationem hujus dubii casus Statibus utriusqve Religionis relinqventibus.

94 *Resp.* 3. † Ac certè Catholici *ex h.* §. Dieweil aber. à contrario sensu argumentantur. Qvod argumentum qvàm debile sit in correctione jurium anteriorum vel derogatione dispositionis expressæ aut comparatione casuum disparium & inæqvalium, nemo nescit, & abunde id demonstrat Nicol. Everh. *in loc. à contrario sensu.*

(5) Nullum porrò negotium facessit † *Ordinatio Pacis publicæ*, qvippe qvæ spolium, turbationem illicitam, injustamq; interceptionem Redituum prohibet & damnat. Qvis verò Reformationem Religionis in Pacificatione Religiosâ permissam, turbationem injustam, & spolium appellitare ausit: Non enim injuriam facit, qvi jure suo utitur. Neq; per Ordinationem Pacis publicæ prohibitum videtur, qvod in Pacificatione Religiosâ permissum est. 95

Minus verò obest † exemptio rerum Ecclesiasticarum ab omni potestate & jurisdictione seculari. Distingvendum enim maximè est inter *jura ipsa Ecclesiastica, qvæq; cultui divino immediatè sunt dicata:* Hæc apud Evangelicos pariter, atqve Catholicos remanent juris divini, nec per Reformationem juri sacrato eximuntur: Cæteroqvin nulla prorsus Reformatio ne qvidem ex parte Catholicorum permissa & licita esset. Et inter *Reditus, ac bona Ecclesiastica*, qvæ omninò juris sunt humani, nec à potestate seculari exemta; Qvicqvid etiam Pontifices Romani in *canonibus*, & Impp. Pontificum defensores, ac æmuli unqvam statuerint contra jus divinum & Augustanam 96

Con-

Confessionem. Præsertim cum jura ista omnia, unà cum jurisdictione Ecclesiasticâ tanqvã hujus effectus conseqventes, per Pacem Religiosam fuerint suspensa. in *Ordin. Religios. de Anno* 1555. §. Damit auch/ rc.

97 (6.) *Deniq;* † nec intentio fundatorum Reformationem Episcopatuum mediatorum aliorumq; Collegiorum Ecclesiasticorum impedit, qvin potiùs eam probat ac maximoperè confirmat, qvum dubium prorsus non sit, Fundatores ad Dei omnipotentis gloriam respexisse, qvæ absqve controversia in Ecclesiis Evangelicorum, abusibus & erroribus Pontificiorum abolitis, primariò & purè qværitur ac promovetur. Nec enim præsumendum, Fundatores dogmata potiùs & traditiones Papicolarum humanas, qvàm purum & sincerum Dei verbum, qvod in Lutheranorum Ecclesiis prædicatur, promovere & in posteros transferre voluisse. Nec etiam post *Pacificationem Religiosam*, qvæ exercitium utriusqve Religionis permittit, Evangelici pro hæreticis habendi, neq; eorum Religio damnanda est, ut sic vel ex publicâ Imperii Lege contra intentionem Fundatorum per Reformationem Episcopatuum, Monasteriorum, Cœnobiorum, aliorumq; Ordinum Ecclesiasticorum mediatorum nil qvicqvam peccetur.

Illud verò ultrò largimur, qvod † Episcopatus & collegia reformata neutiqvam prophananda, 98 sed ad alios pios usus, conservationem scilicet Ministerii, Scholarum, Academiarum & propagationem puri & sinceri verbi Dei sint convertenda. † Neq; enim 99 id, qvod semel dicatum est Deo, ad prophanos usus transferri debet, *c. semel* DEO, *de Reg. jur. in 6to. l. sancimus. & l. ut inter C. de SS. Eccles.* Negare eqvidem non † 100 possumus (*verba sunt* Henr. Petrei. *in tract. de monast. pag.* 74.) exempla eorum non deesse, qvi res Deo dicatas attrectare atqve diripere, Cœnobia invadere, eorumq; census in usus profanos convertere & muneris atq; officii sui immemores, epulis & crumenis tantùm intentos, literarum & pauperum penitus oblitos, Christi panem confidenter devorare ausos fuisse, Sed malè concoxisse, ac verè sed serò nimis expertos fuisse, Fundatorum devotas exsecrationes gravi effectu non caruisse: Wer die Güter nimbt / demselben soll Lunge und Leber im Leibe versöhren. *It:* Wer das thut/ den straffe deine (*juste Deus ultor*) Hand mit Armuth/ Kranckheit/ Schmach

Schmach und Schande. Cujusmodi execrationes qvibusdam in Monasteriis se vidisse, refert Petrei. *dict. loc.* Dicimus ergò, † ea, qvæ antea ad usum illicitum collata fuerant, post Reformationem ad alios veræ pietati consentaneos usus transferenda esse, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur, *l. legatum 6. ff. de usufr. legat. & arg. l. 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. ubi* Bartol. exemplum ponit † in testatore, qvi pro Missis canendis centum legaverat, qvæ, si propter interdictum Ecclesiæ, Missa non possit cantari, in alium pium usum meritò converterentur, Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 54. num. ult.* Nicol. Reusner. *lib. 4. decis. 7. per tot.* Matth. Coler. *part. 2. decis. 224.* Qvod si fiat, nulla ratio ulterior existit, cur bona Ecclesiastica publici juris permissu è faucibus Pontificiorum erepta, iisdem denuò restitui debeant.

101

102

103

SECTIO XI.

Non solùm Electorum, sed & reliqvorum Principum, tàm Ecclesiasticorum qvàm Politicorum, Civitatum Statuumq; Imperii jura territorialia, Regalia & Privilegia Rex Romanorum in Lege Regiâ juratò confirmat.

SUMMARIA.

1. Confirmat Rex Romanorum jura & privilegia Electorum.
2. Ex Aureâ Bullâ Caroli IV. Imp.
3. Omnium indifferenter Statuum Imperii privilegia à Rege Romanorum confirmantur. n. 4, 30.
5. Non soli Electores, sed & reliqvi Proceres Imperii, jura habent territorialia & Regalia.
6. Baronum potentia in Imperio Romano.
7. Principes Germaniæ omni laude & admiratione digni.
8. Competunt etiam Episcopis Regalia & jura territorialia. num. 9.
10. Carolus M. Episcopis concessit gladium.
11. Episcopi non ut Episcopi, sed ut Principes habent Regalia. n. 12.
13. Jura qvoq; Fiscalia Episcopis competunt.
14. Episcopi appellantur Principes.
15. Vocantur etiam Illustres.
16. Episcopi Ducibus comparantur. n. 17.
18. Possunt creare Notarios.

OBligat qvoq; Capitulatio Regem Romanorum ad confir- 1 mationem jurium ac privilegiorum in Imperio, ut nempe juret ac promittat, qvod ea non convellere aut imminuere, sed potiùs defendere ac tueri velit, Joh. Sleid. *lib. 1. pag.* 28. Henning. Göden. *de elect. Reg. Romanor. cap. 7.* Sed num 2 † solummodò eorum, qvæ Principibus Electoribus competunt? Ita forsan dixeris, si verbis *Aureæ Bullæ* præcisè inhæreas, in *tit. 2. A. B. ibi:* Daß nemlich der/ so vorgemelter massen zum Römischen Könige erwehlet wird / so bald nach verrichteter Wahl / ehe dann er in einiges andern Sachen und Geschäfften / in Krafft des Heiligen Reichs handelt / allen und jeden Churfürsten/ Geistlichen und Weltlichen / so für die näheste Glieder des Reichs gehalten und erkennet werden/ alle ihre *Privilegia*, Briefe/ Rechte/ Freyheiten/ Verleihungē/ alte Gewohnheiten/ und Würden/ und was sie von dem Reich/ biß auf die Zeit solcher Wahl gehabt / herbracht und ersessen haben / ohne Vorzug und Widerrede / durch seine Brieff und Siegel/ *confirmiren* und bestetigen / auch ihnen solches alles/ wie vorstehet/ wenn er mit der Käyserlichen Infeln gekrönet worden/ ernewren soll.

3 Ast contrarium † observantia docet. Etsi enim textus *Aur. Bull.* de solis Electoribus loqvatur, nec alio-

aliorum Principum, Comitum, Baronum & Statuum Imperii mentionem faciat: attamen qvũ horum eadem sit ratio, utiq; & jura eorum territorialia, Regalia & privilegia meritò à Rege Romanorum confirmantur, docente
4 † hoc formulâ *Capitulationis Cæsareæ*: Auch andere Fürsten/Grafen/ Herren und Stände bey ihren Hoheiten/Würden/Rechten und Gerechtigkeiten/Macht und Gewalt/ jeden nach seinem Stande und Wesen bleiben lassen/ ohne unser und männigliches Eintrag und Hinderung/und ihnen darzu ihre *Regalia* und Obrigkeit/Freyheiten/*Privilegia*, Pfandschafften und Gerechtigkeiten/so sie bißhero gehabt haben/ oder in übung gewesen seyn/ zu Wasser und zu Land/ in guter beständiger Form/ ohne alle Wegerung *confirmiren* uñ bestätigen. Sie auch darbey/ als erwehlter Römischer König/ handhaben/ schützen und schirmen/ doch männiglich an seinen Rechten unschädlich.

Non enim soli Electores, sed
5 † & reliqvi Proceres Imperii Regalia aliaq; jura territorialia habent, ut sunt: Principes, Duces, Comites, Barones &c. Regn. Sixtin. *de*
6 *Regal. lib. 2. cap. 4.* Unde † Baronum qvorundam potentia & autoritas in Imperio plus ponderis habet, qvàm alibi Principum ac Ducum, Franc. Carol. Dux Saxon. *apud Frider. Achill. in orat. pro German.* Qvo etiam respicit † illud 7
Guilielmi Brussi *in consil. de bello advers. Turc. feliciter gerendo:* Se, ut in Italiâ palatia & antiqvitatum monumenta: in Galliâ milites: in Hispaniâ Præsules: in Angliâ Agricolas: in Poloniâ Nobiles: ita in Germaniâ Principes omni laude & admiratione dignos invenisse. Bernh. Zieritz. *de Princip. inter ipsos dignit. prærog.*

Nec refert, an Proceres & Principes Imperii sint Politici, an verò Ecclesiastici: Nam † & Episcopis, 8
aliisq; Prælatis Regalia & alia Superioritatis jura, qvæ Duces, Marchiones & Comites habent ab Imperio, competunt, Andr. Gail *lib. 1. observat.* 30. Siqvidem Prælaturæ & Abbatiæ majores Episcopatui æqviparantur, *c. si qvis deinceps. 16. qvæst. 7.* Navar. *in manual. cap. 12. n. 75.* Mandos. *reg. 26. de benef. vac. per promot. qvæst. 3. n. 9.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. cas. 216. n. 7.* Paul. Granut. *in addit. ad Simonet. de reservat. benef. qvæst. 11. n. 10.* † Legimus hinc, ele- 9
ctum Episcopum consecrari haud potuisse, anteqvam à Principe Regalia accepisset, Otto Frising. *lib. 6. Chronic. cap. 26.* Jacob. Cujac. *de feud. lib. 1. tit. 1. & lib. 3. tit. 1.* Scipio Gentil. *de juris*

10 *jurisdict. lib. 3. cap. 16.* † Et Carolum Magnum, devictâ Saxoniâ, Episcopis concessisse gladium, ut haberent, qvò contumaces & terrerent & distringerent, scribit Crantz. *in proœm. Metropol.* ut proinde Arnoldus qvidam Brixian. qvod Episcopis Regalia competere negabant, *Anno 1139.* in præsentiâ mille Antistitum hæresi damnatus fuerit, Carol. Sigon. *de Regno Ital. lib. 11.*

Regalia tamen Episcopi in Imperio Romano-Germanico non
11 habent ut Episcopi, † sed qvatenus sunt Principes & Status Imperii, Andr. Gail *dict. obs.* 30. *n.* 6. Frider. Pruckman. *de Regal. cap. 4. n. 39.* Modest. Pistor. *vol. 2. consil. 49. n. 3.* Knichen. *in privil. Elect. Saxon. verb. Ducum Saxon. cap.* 2. †
31 † Impp. Maximiliani & Ferdinandi I. *illius*, in dem Königlichen Land-Frieden zu Wormbs *anno* 1495. auffgerichtet / *junct. pr. in vers.* Darümb. *ibi:* und Stände / *cum fine.* §. Hierbey / rc. *ibi:* Ritterschafft. Istius verò, in *Recess. Spirensi de anno* 1542. §. Dergleichen wir itzt im nechsten *articul* angezeiget. *vers.* Es wolten denn dieselbe vom Adel / *ibi:* Auch wie von andern Ständen verbisqve clarioribus *in Recess. VVormat. de anno* 1564. §. Wir wollen auch. *in verb.* Daß die von der Ritterschafft und dem Adel unter den Kreiß / und Reichs Ständen mit begriffen. † Qvem nodum ut dissolveret compilator *Decision. Cameral.* sub verbo *Nobilibus*, dicit, Nobilitatem conjunctim sumtam pro Statu haberi, separatim verò, unum aut alterum consideratum Statibus non accenseri, eoq; trahit Mandatum sine clausulâ Cassel *contra* Crailsheim / abschaffung der Jüden zu Rottelsee belangend / 10. *Jan. anno* 80. ubi inter alia Imperatoris est decisio, Dieweil denn Ihr kein Stand des Reichs seyd / rc. † At Joh. Limnæus prædictos Recessus ad Eqvites 33
Castri Fridburgensis & Gelnhusensis aliosq; in Hegaviâ, die Ritterschafft und Gesellschafft S. Georgen Schilds in Hegaw restringit, eosq; solos Statibus adjungit, reliqvos verò Nobiles excludit, *de jur. publ. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 32.

Mihi sanè constans adhuc est sententia, † Nobiles immediatos, 34
qvia Comitiorum participes non sunt, Statuum, qvi propriè ac verè sic dicuntur, classe exemtos esse: pro Statibus verò haberi in la-

tâ hujus vocabuli acceptione, qvâ omnes Principes omniaq; Imperii membra, licet jus sessuræ & suffragii in Comitiis non habeant, Status indigitari videmus, qvorum in numero sunt Ratzevilius in Lituaniâ & Transsylvanus, Marchio Montisferrati, Dux Mutinæ & Regii; Mediolanus, Sabaudus, Arnburgius, Curiensis, Sedunensis, Rechberganus &c. Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 16. n. 4.* Marta Neapolit. *de jurisdict. part. 1. cap. 33. n. 38. 78. & 48.* Idq;
35 † certorum respectuum intuitu, puta, qvia immediatè subsunt Imperio, nec præter Cæsarem, alium superiorem recognoscunt, vel si de collectarum præstatione qvæstio incidat, Andr. Gail *lib. 1. ob-*
36 *servat. 21. n. 4.* † Hoc in sensu si Nobiles immediatos ab Impp. Maximil. I. & Ferdin. I. in *allegatis Recessibus* Statuum titulo condecoratos dixerimus, omnis sublata erit difficultas; utq; sic dicamo, cogit nos ãtilogiæ vitãdæ necessitas.

Estq; † hæc vocabuli *Status* ex-
37 plicatio valdè apta declinandæ difficultati circa definitionem Statuum Imperii, in qvâ multum variant Politici, ut videre est apud Joh. Limnæum *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 86. & multis seqq.* † cui sola Matriculæ inscriptio veram
38 Status Imperii notam suppeditare videtur, *dict. loc. n. 91.* At vix certa erit hæc notatio, propter multiplicem Matricularum varietatem. † ubi de veriore & receptâ 39
nondum certò constat, Melch. Goldast. *de Regno Bohem. lib. 1. cap. 17.* Meichsner. *tom. 3. decis. 6. p. 66.* Vietor. *de caus. exemt. concl. 5.* Andr. Knich. *in encyclopædia cap. 7. fol. 21.* qvâ de re anxiè disputatum *in causa* der Fürsten von Braunschweig *contra* die Stadt Braunschweig. † Non contenti igitur 40
solâ matriculâ, alii adhuc alia ponunt reqvisita Statuum, ut nempè in Conventibus Imperialibus jus sessionis ac sententiæ dicendæ obtineant, & necessitate obveniente, certi qvid pensitare subsidiumve militare subministrare teneantur, Christ. Besold. *de jurisd. Imp. Roman. qvæst. 8.* utq; in territoriis suis merum mixtumq; Imperium & omnimodam jurisdictionem habeant, Wehn. *in observat. pract. verb.* Stand des Reichs. Reinking. *de Regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 25.* † Rursùm alii 41
hanc Statuum Imperii notam suggerunt, ut tales habeantur, qvi relati sunt in Circulos Imperii, Rutg. Ruland. *de commiss. lib. 5. cap. 4. pag. 2. n. 55.* Limn. *dict. cap. 7. n. 90.* Qvibus omnibus annuere possumus, † si latâ nominis acce- 42
ptione dicamus Status Imperii, qvi

qvi hujus sunt membra immediata, sive in matriculâ & circulis Imperii reperiantur, sive non, nec attento, an qvidqvam vel nihil contribuant: In classem verò Statuum Imperii, qvi propriè sic dicuntur, eos duntaxat referamus, qvi jus sessuræ ac voti dicendi in
43 Comitiis universalibus habent, † vel ipso Status vocabulo indigitante, qvod à stando derivatur, ut scilicet Status illi sint, qvi Stimm und Stand in den Reichsversamlungen halben / *Recess. August. de Anno* 1548. §. Wenn auch ein Außgezogener. Paurmeist. *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 4. Bortius *in jurispr. publ. th.* 7. *in præcogn.*

44 † Cæterùm Nobiles liberi sive immediatè Imperio subjecti Regalia qvoq; tenent, Frider. Pruckman. *de Regal. cap.* 4. *n.* 34. Herm. Vultej. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. Matth. Wesemb. *consil.* 6. *n.* 30. ea nimirum, qvæ cuiqve specialiter sunt concessa, aut ab ipso præscriptione acqvisita: † Qvô & referendum mixtum merumq; Imperium, qvod plura Regalia comprehendit, secundum tradita Anton. Peregr. *de jur. fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 97. Rol. à Valle *vol.* 2. *consil.* 78. *n.* 8. & *seqq.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 42. Meichsner. *decis. Cam. Imper. tom.* 2. *lib.* 2. *Decis.* 4. *n.* 137. *in fin.* Jacob. Menoch. *de præsumt. lib.* 3. *præsumt.* 97. *n.* 24. 45

† Hæc jura & privilegia Nobilium cum novi Regis Romanorum confirmatione indigeant, eam sub hoc ipso Capitulationis articulo comprehensam, nemo facilè inficias ibit. 46

SECTIO XIII.

Principum & Statuum Imperii dignitates in Lege Regiâ meritò confirmat Imperator, qvia ipse fons est omnium in Imperio dignitatum.

SUMMARIA.

1. *In Capitulatione confirmantur qvoq; Principum & Statuum Imperii dignitates.*
2. *Status Imperii dignitates Imperatori referunt acceptas.*
3. *Imperator fons est omnium dignitatum.*
4. *Ipse verò Imperator dignitatem à DEO habet. n.* 5.
5. *Soli Imperatori competit titulus* (Von Gottes Gnaden.)
7. *Alius hujus tituli sensus.*
8. *Qvo jure & intellectu Principes Imperii utantur hoc titulo? num.* 9.

10. *Cantela Bertoldi de Zeringen in usurpatione hujus tituli.*
11. *Solus Imperator Regalem confert dignitatem.*
12. *Italia qvondam Imperii Regnum.*
13. *Ut & Regnum Daniæ.*
14. *Nec non Regnum Poloniæ & Sclavorum. n. 15.*
16. *Duces Austriæ ab Imperatore creati.*
17. *Regnum Bohemiæ etiamnum sub Imperio.*
18. *Dignitas Electoralis à solo Imperatore.*
19. *Lotharius ab Henrico V. Imper. de Electoratu Saxoniæ investitus.*
20. *Fridericus Bellicosus à Sigismundo Imperatore Electoratum adeptus.*
21. *Elector Brandenburgicus à Sigismundo Imperatore creatus.*
22. *Dignitas Ducalis & Marchionalis à solo Imperatore confertur. num. 23.*
24. *Duces qvondam erant Magistri Eqvitum.*
25. *Duces à ducendo exercitu dicti. n. 26.*
27. Hertzog *quasi* Herr des Zuges.
28. *De Ducum qvalitate remissivè allegatur Limnæus.*
29. *Marchiones unde dicti?*
30. Marggraffen *unde appellati?*
31. *Origo Comitum qvænam? n. 32.*
33. *Comites dicuntur à comitando.*
34. *Comites qvinam olim & nunc? n. 35.*
36. *Varia Comitum genera. n. 37. 38.*
39. *Varia Gravionum nomina.*
40. *Burggravii jura olim competierunt Electori Saxoniæ.*
41. *Gogravii qvinam?*
42. *Qvinam sint Dinggravii?*
43. *Dignitas Baronum.*
44. *Differunt Barones à Comitibus.*
45. *Aula Saxonica observat discrimen inter Comites & Barones.*
46. *Barones unde dicantur, & qvot eorum genera: remissivè.*
47. *Jus Nobilitandi penès solum Imperatorem.*
48. *Nobilitatem falsò assumens, Majestatis crimen incurrit.*
49. *Notatur error Vulteji, jus Nobilitandi omnibus Imperii Principibus tribuentis. n. 50.*
51. *Archiduces Austriæ in suis Archiducatibus possunt nobilitare.*

Non

1 NOn solùm jura ac privilegia Principum & Statuum Imperii; sed & eorundem dignitates ab Imperatore in Capitulatione confirmari novimus, *ex verbis hujus articuli:* Die Churfürsten/ Grafen/ Herren und Stände/ bey ihren Hoheiten/ Würden/ 2c. bleiben lassen/ sie auch darbey handhaben/ schützen/ und schirmen/ 2c. Non
2 immeritò sanè; † qvia ex eo habēt id qvod sunt, nimirum esse sive existentiam dignitatis. Qvod enim sunt Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates & Status Imperii, hoc Imperatori acceptum referunt, qvi dignitates istas confirmando, denuò easdem con-
3 ferre videtur. † Ille enim fons est dignitatum, Præpos. *in cap. un. n. 2. quæ sint Regal.* à qvo dignitates fluunt ac refluunt, & veluti à fonte in alios derivantur, *l. 1. in pr. ff. ad Leg. Jul. de ambit. l. 1. §. initio 4. C. de offic. Præf. urb. l. sacrilegii 5. C. de divers. rescript.* Bald. *in cap. un. §. judices. de pac. jur. firm.* Henn. Göden. *cons. 3. n. 23.* Borch. *de feud. cap. 4. n. 12.* Carol. Tapia *in rubr. de Const. Princip. cap. 4. n. 5.* Andr. Knich. *in priv. Elect. Saxon. verb. Ducum Saxon. cap. 1.*

4 Ipsemet † verò Imperator uti Imperium, sic & Dignitatem à solo Deo mediantibus Electoribus accepit, juxta illud Plinii *in Panegyrico:* Principem dat Deus, qvi erga hominum genus vice suâ fungatur, Brisson. *lib. 1. de Regno Persar. pag.* 8. Gerhard. de Roo *in histor. Austriac. lib. 5. p. 205.* † qvò 5
facit die Churf. Ordnung / *apud Goldast. tom. 2.* der Reichssatz. *p. 35.* der Keyser hat seinen Gewalt ohne alle Mittel von Gott/ † ut non im- 6
meritò soli Imperatori competere titulum (von Gottes Gnaden) dixeris: qvem majori emphasi exprimere voluerunt Fridericus III. in der *Reformation* zu Franckfurt am Mäyn 1442. auffgerichtet/ *in pr.* Sintemal wir von Gottes Gnaden unverdienter Sache zu der Würde des Römisch. Königl. Gewalts erhöhet. Et Maximilianus in der *Reformation* die Freyschöpffen uñ das heimliche Gerichte zu Westphalen betreffende / zu Worms *Anno* 1495. *in pr.* Nach dem wir von Gottes Gnaden zu der Höhe Römischer Königlicher Würde unverdienet beruffen und kommen seyn. † 7
Qvamvis titulus iste haud ineptè in alium qvoq; flecti qveat sensum, ut permissivè sit Imperator à Deo, veluti Otto I. Imper. *in Epistola ad Romanum Pontificem* respectu divinæ clementiæ, Imperatorem se dicit Augustum, apud Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. p. 220.* qvia nempe omnis potestas est à Deo, *Rom. 13. vers. 1.* & Reges Dei re-

gnant gratiâ. *Proverb.* 8. *v.* 15. *Dan.*
8 2. *v.* 21. Oldrad. *conſ.* 69. *n.* 10. † At hoc intuitu æqvè Principes reliqvi ſe von Gottes Gnaden / ſicuti Abbates aliiq; Eccleſiæ Prælati von Gottes Verhängnüß / ſe conſtitutos prædicant: † qvo titulo
9 tamen ex ſingulari privilegio Imperii Principes decorari, ſcribit Matth. Stephan. *lib.* 2. *de jurisd. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 40. vel juxta alios, ex longiſſimi & temporis immemorialis obſervantiâ, non exclusâ
10 Imperatoris autoritate: † qvod accuratius perpendens Bertoldus de Zeringen, ne in Imperatorem injurius, in DEUM verò improbus videretur, conceptis hiſce verbis uti maluit: *Ego Berchtoldus de Zeringen Dux & Rector Burgundiæ DEI & Imperiali gratiâ.* Pithæus *libr.* 1. *de Comitibus Champagniæ.*

11 † Solus itaq; Imperator dignitates Regales & Regna confert, Regn. Sixtin. *de Regal. cap.* 2. *n.* 15. Renat. Cohoppin. *de Doman. franc. lib.* 3. *tit.* 26. *n.* 5. Qvemadmodum in ipſis Romani Imperii primordiis, Senatus populusq; Romanus ſceptra & diademata dono mittebat Regibus, qvando eis poteſtatem Regiam confirmabat, Renat. Choppin. *de Dom. franc. lib.* 2.
12 *tit.* 1. *n.* 18. † Sic Italia qvondam fuit Regnum Imperii, Sigebert. *in Chronic. Anno* 952. & 955. *lib.* 2. Otto Friſing. *lib.* 7. *Chronic. cap.* 19. Regn. Sixtin. *de Regal. cap.* 1. *n.* 15. † Ut 13
& Regnum Daniæ, Crantz. *in Dania*; *lib.* 6. *cap.* 17. Otto Friſing. *dict. cap.* 19. Hotom. *in diſp. de feud. cap.* 9. Joh. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 9. Renat. Choppin. *dict. tit.* 26. *n.* 5. † Regnum Poloniæ, 14
Crantz. *in Vandal. lib.* 8. *cap.* 2. Hotom. *dict. cap.* 9. † Sclavorum, 15
Helmod. *in hiſtor. Sclav. cap.* 50. † Ducemq; Auſtriæ Fridericum 16
Regem creavit Fridericus I. Imperator, Petr. de Vineis *lib.* 6. *Epiſtol. cap.* 26. Hotom. *dict. cap.* 9. Qvâ tamen dignitate undecimo anno iterum fuit privatus, qvod Comitiis Germaniæ contumaciter intereſſe noluiſſet, Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 406. Renat. Choppin. *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *de Doman. n.* 17. † Et Regnum Bo- 17
hemiæ adhuc Cæſaream veneratur Majeſtatem, Ladislao Duce à Friderico I. Rege creato, ob ſtrenuè navatam in obſidione Mediolanenſi operam, Radevic. *lib.* 1. *c.* 13. Crantz. *in Vandal. lib.* 7. *cap.* 30. Abb. Urſperg. *in vita Frider. I.* Hotom. *dict. cap.* 9. Renat. Choppin. *dict. cap.* 1. *n.* 19. Cuſpinian. *in vitâ Frider. I.* Onuphr. Panvin. *lib.* 3. *Roman. Princip. in geneal. Duc. & Reg. Bohem. fol.* 228. Hagec. *in Chron. Bohem. p.* 1. *anno* 1159. *fol.* 248. & *ſeqq.* Dubrav. *in hiſtor. Bohem. l.* 12.

fol. 94. Dom. Arum. *in disc. 5. ad Aur. Bull. concl.* 1. Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap. 225. in fin.* Calvis. *in Chronolog. anno 1158.* qvamvis aliter sentiat aliorumq; sententias operosè examinet Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 30.*

18 † Electoralem porrò dignitatem solus Imperator conferre potest, Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 3. n. 27.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2. cap. 3. n. 3.* Henr. à Rosenth. *de*
19 *feud. cap. 2. concl. 1.* † Ita namqve Elector Saxoniæ creatus est Lotharius Comes Supplinburgensis, ab Henrico V. Imperatore: Qvo rursus sine herede mortuo, ad Henricum Bavarum dignitas illa pervenit, hujusq; filio proscripto, iterum ablata, Bernhardo Ballenscadensi & Ascaniensi Comiti à Friderico I. concessa fuit, Münster. *in Cosmograph. dict. lib. 3. cap. 442.* Albin. *in Chron. Misnic. tit. 16.* Crantz. *in Saxon. lib. 6. cap. 38.* Apud hujus posteros perman-
20 sit usq; ad Albertum III. Eo † enim sine prole extincto, à Sigismundo Imperatore ad dignitatem illam evectus est Fridericus Bellicosus, Marchio Misniæ, *Anno Christi 1423.* cujus insignia solenniter accepit Budæ in Pannonia *Anno 1425.* Münster. *dict. cap. 442.* Chytr. *in Saxon. lib. 2.* Fabr. *lib. 7. orig. Saxon.* Albin. *dict. tit.* 16. ubi literas investituræ Electoralis refert. In qvâ familiâ adhuc DEI gratiâ consistit. A Carolo tamen V. Johanni Friderico erepta, & Mauritio in castris ad Wittebergam donata est *Anno* 1547. Chytr. *in Saxon. lib.* 16. Joh. Sleidan. *hist. lib. 19.* † Ejusdem Sigis- 21
mundi Imperatoris beneficio qvoqve Fridericus Burggravius Norinbergensis *Anno Christi 1415.* creatus Elector Brandenburgicus: cujus Posteri etiamnum hodiè hâc dignitate sunt condecorati, Münster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 472.* Chytr. *in Saxon. lib. 1.* Just. Bucholcer. Naucler. Andr. Angel. *in Chron. March. lib. 3.*

Pari ratione † Ducalem & Mar- 22
chionalem dignitatem, nec non Comitatum & Baroniam conferre, solius est Imperatoris, *cap. 1.* ubi Bald. *Qvis dicat. Dux. cap. 1.* ubi Dd. *de Feud. March.* Anton. Peregrin. *de jur. fisci. lib. 1. tit. 2. n. 39.* Herm. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7.* Joh. Borch. *de Regal. n. 4.* Renat. Choppin. *de Doman. Franc. lib. 3. tit. 26. n. 1.* † Ab Electoribus 23
qvidem aliisq; Romani Imperii Principibus, Comites & Barones de feudis Regalibus, puta Comitatu & Baroniâ investiuntur, Claud. de Seysell. *in spec. feud. Rubr. qvi feud. dar. poss. vers. idem etiam dicendum.* Ægid. Boss. *tit. de Regal.*

gal. n. 11. Borch. *de feud. cap. 4. n.* 14. attamen dignitatem ipsam vel Imperatorum beneficio sunt consecuti, vel majorum prosapiâ in eâ confirmati.

Duces † autem qvondam sub
24 Dictatoribus, Magistri Eqvitum appellabantur, *l. 2. §. iisdem temporibus 15. §. & his dictatoribus. ff. de Orig. jur.* † Sub Impp. postea
25 Duces à ducendo exercitu, vel qvod Domini essent exercitus dicti fuêre. *d' autant, qu' ils doivent conduire & monstrer le chemin à leurs gens, ou ce qu' ils diovent faire:* Claude Fauchet *de l' origine des dignites & Magistrats de france livr. 2. chap. 2 p. 97.* Münster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 21.* Tacit. *de morib. German.* Isidor. *lib. 9. etym. tit. de Regnis.* Etsi enim antiqvitùs illi etiam Duces vocabantur, qvibus pars Imperii ab alio Superiore erat demandata, Cicer. *lib. 3. offic. l. conventionum. 5. ff. de pact.* Vel etiam, qvi summum obtinebant Imperium, Cic. *pro Marcell.* Hotom. *de feud. verb. Duces.* Guid Panc. *in comm. tit. Imper. Orient. cap. 139. & 149.* Mar. Frecc. *de feud. tit. qvis dicat. Dux.*
26 *n. 19. & seq.* † Ejus tamen, qvi exercitum ducit, vera & propria denominatio est, unde etiam nomen accepit, *l. 2. C. de off. Præf. Præt. Afr. l. ult. C. de offic. milit. jud.* Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. Dux:* † Et cum germanicâ qvoqve 27
Etymologia convenit, Hertzog / qvasi Heer Zug oder Herr des Zugs / Zas. *de feud. part. 5. n. 6.* Joh. Borch. *de feud. cap. 5. n. 32.* Hartys. *de feud. cap. 5. n. 10.* De horum † 28
qvalitate & naturâ scripsit plenissimè Limn. *de jur. publ. 4. cap 3.*

† Marchiones (non à mari ita 29
dicti, qvasi Marchionatus sit plerumq; juxta mare, sed â germanico March seu limite, qvod juxta morem Romanorum in limitibus Imperii adversus hostium excursiones, Duces militum erant constituti, Crantz. *in Vandal. lib. 3. cap. 16. & in Saxon. lib. 3. cap. 9.* Marc. Frecc. *de feud. lib. 1. tit. de antiq. Stat. Regn. n. 18. & lib. 2. tit. qvis dicatur Marchio n. 1. & seqq.* Hotom. *de feud verb. Marchio.* Borch. *dict. cap. 5. n. 33.* Albin. *in Chron. Misnic. tit. 9.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 2. n. 57.)* qvia apud Germanos simul judicis officio fungebantur, † Marggraffen ap- 30
pellati sunt: Gravio enim judicem significat, Diacon. *lib. 5. histor. Longob. & in legibus Ripuar. tit. 53. 55. 86. 90.* Hotom. *in verb. Marchiones. & verb. Comites.* Christoph. Besold. *de Comit. & Baronib. n. 4.* Borch. *de feud. cap. 5. n. 33.* Petr. Heig. *dict. qvæst. 2. n. 43.* Closs. *in art. 53.* Landr. *lib. 3. n. 2.*

Comi-

31 Comitum † verò origo Germanis moribus primùm non cœpit, ut putat Zas. *de feud. part.* 5. *n.* 7. Sonsbec. *de feud. part.* 5. *n.* 8. Nam licet Principes Germanorum suos Comites habuerint, qvi in eorum comitatu erant, Corn. Tacit. *de morib. Germ.* Spartian. *in Hadr.*
32 † Ante illos tamen in Romano Imperio Præsides, Proconsules, Procuratores Cæsaris, Prætores & alii Magistratus provincias regentes, suos habebant comites, *l.* 12. §. *Comites ff. de vacat. & excus. muner. l.* 5. *ff. ad* Leg. Jul. *repet.* Et hi erant Legati, Præfecti, Qvæstores, Scribæ, Budæus *in annot. post.*
33 *ad Pand. dict. lib.* 5. *p.* 45. † Ita appellati à comitando & seqvendo, *l. apud latronem* 15. §. *Comitem. ff. de injur.* & sunt qvasi Consiliarii, Franc. Duar. *de feud. cap.* 6. *n.* 8. Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.*
34 21. † Sed moribus feudalibus Comites judices ordinarii dici cœperunt & Præfecti urbium, qvi in pace & otio jus reddunt *cap.* 1. *si de invest. int. Dom. & Vasall. cap.* 1. §. *si judex* 2. *de pac. ten. & ejus violat.* Hotom. *de feud. verb. Comites* Vultej. *de feud. cap.* 4. *n.* 14. Heig. *dict.*
35 *quæst.* 2. *n.* 4. † At cum tandem de certo territorio & Comitatu investirentur, *cap.* 1. *qui dic. Dux.* Marin. Frecc. *de feud. lib.* 2. *tit. quis dic. Com. n.* 29. successu temporis eorum dignitas, ut & Ducum atq; Marchionum, hereditaria effecta est. Eorumqve officia probè descripsit Hincmarus Rhemensis Episcopus, qvi sub Ludovico Pio & Carolo Calvo floruit, *cap.* 14. & 15. *epist.* 4.

Erant autem in Republicâ Romanorum varia Comitum genera: † Nam præter Limitaneos seu 36
Marchiones, qvidam provincias regebant, de qvibus in *l. un. C. de Comit. qvi Prov. reg.* Germanis Landgraffen dicuntur. † Alii Co- 37
mites sacri Palatii, de qvibus *in tot. tit. C. de Comit. & arch. sacri palat.* Germanis Pfaltzgraffen / qvi præficiebantur ditionibus & Regnis devictis à Romanis: Relinqvebant enim interdum regna devicta Regibus, sed in signum acceptæ victoriæ & subjectionis mutabant eorum nomen, ne deinceps Reges, sed vel Palatini Comites, vel aliter nominarentur, Münster. *in Cosmograph lib.* 3. *cap.* 20. *art.* 53. Landr. *lib.* 3. *& ibi* Gloss. German. *n.* 2. † Alii erant Co- 38
mites Consistoriani, Comites Scholarium, Comites rei militaris, Comites qvi in urbe Constantinopolitanâ docentes ex lege meruerant Comitivam, Comites sacrarum Largitionum, Comites sacri Patrimonii & similes, de

de qvibus *in lib.* 1. *& lib.* 12. *Codic.* passim agitur. Martin. Frecc. *dict. tit. qvis dic. Comes.*

Et qvia Gravionum nomen judicem significat, varia autem apud Germanos, præsertim Saxones, judicum reperiantur genera; † Ideoq; & varia sunt Gravionum
39 nomina: Sunt namq; alii Burggraffen/qvi olim jurisdictionem, præsertim in causis capitalibus nomine Imperatoris, in urbibus & vicinis terris, Episcoporum diœcesibus attributis, administraverunt, *art.* 48 Weichbild/*ubi* gloss. *n.* 8. Albin. *in Chron. Misnic. tit.* 8. † Veluti Electori Saxoniæ jura
40 Burggravii in Salinis Saxonicis & urbe Magdeburgâ competierunt, David Chytr. *in Saxon. lib.*15 Dresser. *in p.* 2. *mill. sexto Isag. histor. pag.* 436. Qvæ tamen Elector Saxoniæ Augustus *Anno* 1579. Administratori tum temporis Episcopatus Magdeburgensis, posteà Electori Bandeburgico Joachimo Friderico Marchioni certis conditionibus concessit, Dresser. *in supplem. Chron. Saxon. pag.* 605. *& dict. p.* 2. *mill. Jsext. sag. histor.* Frider. Hortleder. *de caus. belli german. lib.* 5. *cap.* 28. reservato sibi titulo cum certis qvibusdam Præfecturis & insignibus; qvâ de re ita scribit Albin. *in Chron. Misn. tit.* 16. *p.* 436. Nachdem der Burggraff zu Magdeburg ein Burggraff des Heiligen Reichs / unnd desselben ein sonderer Stand/auch das Burggraffschafftthumb zu Magdeburg auff sondere ämpter/ welche ausser das Stifft Magdeburg gelegen / außgesetzt und *fundiret* ist / als Gommern / Nariß/ Elbenaw / Gottaw / Als hat der Chürfürst zu Sachsen sich derhalb des *tituls* Burggraff zu Magdeburg/ mit den dazugehörigen ämptern und Wappen nicht begeben. Der Burggraffschafft Magdeburg Wappen ist ein halber weisser Adeler im rothen Felde mit der güldenen Krone auff einer Seiten/ auff der andern rothe Balcken im weissen Felde die quer gezogen / rc.
† Alii in jure Saxonico reperiuntur Gogravii, seu Gograven/ qvi 41
eliguntur à plebe, si exigat necessitas, utputa si emergat casus, qvod qvis citò sit judicandus, veluti deprehenso qvodam in flagranti crimine, absente Burggravio & judice ordinario, *art.* 55. *&* 56. *lib.* 1. Landrecht. Gloss. *in art.* 57. Weichbild. *n.* 11. † Sunt qvoq; Dinggra- 42
vii, Dinggraffen / qvi judicis officio in pagis & judiciis Rusticorum funguntur, aliàs Sculteti seu Bauermeister appellari, *art.* 13. *& ibi.* Gloss. *in fin. lib.* 1. Landrecht. *art.* 78. *ubi* Glossa Lehenrecht. Ex qvo manifestè apparet, Comitum vel

Gra-

Gravionum officium in jure dicendo præcipuè positum fuisse.

43 † Peculiarem qvoq; dignitatem habent Barones. Licet enim inter hosce & Comites qvoad præeminentiam, nisi qvod de Comitatu non sint investiti, parum interesse existimet Zas. *de feud. part. 2. num. 1.* Frider. Schenck Baro à Tautenb. *in cap. 1. Quis dicatur Dux.* Rosenth.

44 *de feud. cap. 2. concl. 1.* † Attamen in Imperio discrimẽ horum notissimum est, cum ordine Comites seqvantur, Münster. *dict. lib. 3. Cosmograph. cap. 21.* Martin. Frecc. *de feud. lib. 2. tit. Quis dicat. Baro, n. 5.* Petr.

45 Heig. *dict. qvæst. 2. n. 53.* † Et in aulâ Saxonicâ stylus Curiæ discrimen illud accuratè observat, dum in Rescriptis Comites Generosorum der Wolgebornen/ Barones verò Nobilium saltem titulo, der Edlen / decorantur. Unde verò

46 † Barones dicantur, & qvotnam eorum sint genera, de hisce vid. Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. c. 6. num. 118. & seqq.* Eguin. Baro *lib. 1. de benefic. tit. 4. cap. 3.* Limn. *de jur. public. lib. 4. cap. 5.* Curt. *de feud. part. 2. qvæst. 1. n. 3.* Alc. *de sing. certa. c. 32.* Borch. *de feud. cap. 5. n. 39.* Kleist. *concl. feudal. decad. 1. conclus. 6.*

Et hactenus dicta locum qvoq; habent † in Nobilitate, cujus insignia dare, penes solum est Imperatorem, *l. sacrilegii 5. ubi* Dd. *C. de divers. rescript. l. ult. §. viros autem.* u- 47
bi Castr. *C. ubi Senat. vel Clariss. l. pen. in pr. & §. 1. de Decur.* Dd. *in l. 1. ff. de natal. restit.* Tiraqvell. *de Nobil. cap. 6. n. 5.* Sixtin. *de Regal. cap. 2. n. 26.* † adeò ut Nobilitatem falsò sibi assumens, non saltem falsi 48
sed Majestatis etiam læsæ crimine teneatur, *l. 3. §. ult. ff. ad leg. Jul. Majest. l. 27. §. qui se pro milite ff. ad Leg. Corn. de fals.* Bartol. *in l. 1. C. de dignit.* Tiraqv. *de Nobil. cap. 13.* Hotom. *consil. 102. n. 1.*

Non † eqvidem me latet, omni- 49
bus Imperii Romani Principibus jus Nobilitandi attribuere Herm. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 8. n. 10. §. ignobile.* in qvam sententiam etiam transit Nolden. *de Nobilit. cap. 2. n. 177.* sed rationibus admodùm leviusculis, qvibus satisfacit abundanter Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 6. cap. 1. num. 48. & seqq.* † Certè Vultejii assertio vel ex so- 50
lo privilegio Austriaco redditur suspectissima: Frustra enim Austriacis id concessum esset peculiariter, si omnes Imperii Principes suo hoc obtinuissent jure, *arg. l. un. C. de thesaur. lib. 10.* † Ni- 51
mirum Archiducibus Austriæ specialiter indultum, ut non modò Nobiles, sed & Barones ac Comi-

tes, non qvidem in toto Imperio, (ut autumat Petr. Fritz. *de Nobil. concl.8.*) sed saltem in suo Archiducatu creare possint, prout sonant verba privilegii: In allen ihren Landen/ Herrschafften und Gebieten/ Grafen/ Freyherren/ Ritter/ Knechte und verdiente tügliche Personen von neuem Edel zu machen. Extat hoc Privilegium apud Limn. *de jur. publ. lib.5. cap.2.*

SECTIO XIV.

Jura ac privilegia ab Antecessore concessa Successor Imperii revocare neqvit: adeoq; horum confirmatio jurata in Capitulatione Cæsareâ præcisè necessaria haud est, arctiori tamen vinculo Regem Romanorum constringit.

SUMMARIA.

1. Privilegiorum confirmatio num sit de necessitate? n.23.
2. Imperator Carolus IV. sua & Antecessorum suorum Privilegia revocat in Aur. Bullâ, n.24.
3. Num Princeps Antecessoris acta servare teneatur? n.25.
4. Cur Galliæ Cancellarius Michaël Hospital. noluerit signare Privilegia Regia.
5. Privilegia Principis à Successore possunt revocari, n.7.
6. Secus si non Subdito sint concessa.
8. Privilegia rarò hodiè conceduntur ex liberalitate.
9. Privilegia ob causam data, ne qvidem à Subditis revocari possunt. n.10.
11. Qvia hæc Privilegia habent vim contractus.
12. Constans in Principe debet esse voluntas.
13. Princeps in contractibus utitur jure communi.
14. Contractus Principis naturam bonæ fidei habent.
15. Princeps obligatus ex contractu.
16. Nec non Principis Successor, n.17.
18. Etiamsi per electionem ad gubernationem pervenerit.
19. Aut si antecessor vi dejectus Imperio.
20. Dignitas Principis semper durat.
21. Contractus Imperio nocivus non obligat Principem.
22. Constitutio Tiberii de ratificandis Antecessorum beneficiis.

QVum jura, dignitates & privilegia Statuū Imperii in Capitulatione Cæsareâ juratò confirmari videamus, † dubium oritur: 1
Num

Num hæc confirmatio sit necessitatis, ita ut privilegia ac jura à Successore & Rege Romanorum haud confirmata, non valeant, ac pro lubitu convelli & revocari possint? Qvod qvidem Imperator
2 † Carolus IV. sensisse videtur, tàm sua qvàm Prædecessorum suorum privilegia, qvæ juribus & honoribus Electorum officiunt, revocans & annihilans *in Aur. Bull. tit. 13. ibi:* Dann solche *Privilegia* und Brieffe/ wann und so viel den Freyheiten/ Gerichten / Rechten/ Ehren unnd Herrschafften/ wie obengemelt/ der gedachten Churfürsten oder ihrer eines/ zuentziehen und zu wider zu seyn gehalten werden/ wir aus Käyserl. Macht und Vollkommenheit in solchen/ und so viel dieses betrifft/ aus rechtem wissen aufheben und *cassiren*, auch für *cassiret* und widerruffen wollen geachtet unnd gehalten haben. Nec sine ratione, cum par in parem non habeat Imperium, *l. 3.*
3 *in fin. ff. de recept. arbitr.* † Ergò nec Princeps sui Antecessoris acta servare tenebitur, Hieron. Marilian. *ad l. qvoties C. de R. V. n. 145.* Decius *consil. 155.* Felin. *in cap. 1. extr. de probat.*

4 Qvâ de causâ † Michaël Hospitalis Galliæ Cancellarius privilegia Vico S. Mauri à Carolo IX. Rege concessa, sigillo Regio munire, obstinato animo petente etiam Reginâ, recusavit, propterea, qvod perpetuam tributorum immunitatem continerent contra naturam privilegiorum, qvæ personis conceduntur, & consequentium Principum potestati præjudicare viderentur, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Neqve si Hospitalis morem gessisset Regi, propterea privilegium id vitâ Regis diuturnius esse potuisset, † cum 5
privilegium à Principe concessum Subdito, à Successore auferri possit, ut putat Franc. Vivius *lib. 2. decis. 207.* Qvod enim *Dd.* tradunt, Principem privilegium revocare haud posse, illud ita explicant, ut procedat † si privilegium non sub- 6
dito sit concessum, Innoc. *in c. novit. extr. de jud.* Romà. *cons. 252. & cons. 352.* Alex. *lib. 1. consil. 101. & lib. 4. cons. 54.* Felin. *in c. at si Clerici, §. de adult. extr. de judic. & in c. 1. extr. de probat.* Natta *cons. 674. n. 67.* Cujus rei rationem hanc reddunt, qvod Privilegiorum revocatio à jurisdictione dependeat, qvam in Non-subditum Princeps exercere haud valet, *c. 2. extr. de Constit. l. ult.* ubi Dd. *ff. de jurisdict.* Hieron. Maril. *in repet. l. qvoties. C. de R. V. n. 147.* Bald. *in l. Princeps ff. de legib.* † Cum 7
autem Status Imperii Subditi & Vasalli sint Imperatoris: qvidni eorundem jura ac privilegia ab Impe-

Imperatore ejusq; Successoribus revocari poterunt?

8 Sed transeant hæc, † postqvam immunitates & privilegia raro hodiè ex liberalitate concedi, sed in se præmium seu meritum continere, adeoq; & vim contractus habere novimus. At revocari haut
9 possunt ejusmodi privilegia † ne qvidem à Subdito, Bald. *in l. qvi se patris C. Unde liber.* Rom. *cons. 436.* Alex. *lib. 4. cons. 50.* Bartol. *in l. qvod semel. ff. de decr. ab ord. fac.* Socin. *cons. 4.* Hieron. Maril. *in dict. l. qvo-*
10 *ties C. de R. V. n. 150.* † Idq; verum, etiamsi Privilegium ob causam remunerationis à Principe fuerit concessum, Maril. *dict. loc. num. 151.* Natta *dict. cons. 674.* Roman. *cons. 436.* Felin. *in cap. novit. extr. de judic.* Socin. *lib. 1. cons. 58. & lib. 3. cons. 84.* Jason *in l. ex hoc jure ff. de just. &*
11 *jur.* † Nam & tale privilegium vim habet contractus, qvi cum subditis initus servari debet, nec rescindi potest, ne qvidem ex plenitudine potestatis: Et si contrarium faceret Imperator, diceretur potestate suâ abuti, essetqve potius plenitudo tempestatis qvàm potestatis, & qvi est omnium Præsul, esset tanqvam exul, Bald. *in c. 1. §. ad hæc de pac. jur. firm.* Paul. Castr. *in l. digna vox. C. de legibus.* Hier. Maril. *in repet. l. qvoties C. de R. V. n. 127.* Alexand. *cons. 101.* Dec. *in c. 1. in 2. lect. extr. de const.* † In Principe siqvidem de- 12
bet esse constans voluntas, immobilis, sicut lapis angularis & polus Cœli. Hier. Marilian. *dict. loco.* Nec locum habet diversitas personarum aut dignitatis in obligatione naturali, adeò ut etiam Deus ipsemet ex promissione obligetur, secundum tradita Bald. & Jason. *in l. 1. ff. de pact.* Curt. *consil. 50.* Dec. *cons. 151.*

Ideoq; Princeps in contractibus † utitur jure communi, qvippe in qvibus debet esse æqvalitas, 13
ut tradit Bald. *in l. ex imperfecto C. de testam.* Et secus si fieret, nemo reperiretur, qvi vellet cum Principe contrahere, & per conseqvens privaretur hominũ commercio, qvod esset admodum grave. Hier. Maril. *in dict. l. qvoties. n. 130.* Paul. Castr. & Cyn. *in l. digna vox. C. de legib.* Socin. *lib. 4. cons. 86. num. 14.* Dec. *in c. 1. extr. de probat.* Hocqve ne fiat † specialiter constitutum 14
est, ut omnes contractus cum Principe initi habeant naturam bonæ fidei contractuum, Bald. *in cap. 5. §. si qvis. de Pac. const.* Decius *cons. 286.* *Etsi enim Princeps*, inqvit Hier. Maril. *lege positivâ non obligatur, à dictamine tamen rationis haut est solutus, in dict. l. qvoties. n. 133.* ubi allegat Bald. *in l. si aqvam C. de servit. & aqva.* Et licet Princeps legem

gem tanqvam Princeps faciat, cui absoluta potestas est permissa, *l. ult. C. de legib. §. jus autem. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* attamen contrahendo restituitur juri communi, & ut privatus consideratur. Vel
15 qvod idem est, † licet Princeps nô obligetur lege Legis, benè tamen obligatur Lege conventionis & contractus, ut loqvitur Bald. *in l. 1. in pr. ff. de const. Princip.* Qvod in tantum verum est, ut nô tantum-
16 modò ipse Princeps, † sed & ejus Successor obstringatur, Roland. à Vall. *cons. 13. n. 32.* Felin. *in cap. 1. extr. de probat.* Hier. Marsil. *ad dict. l. qvoties. C. de R. V. n. 140.*

17 † Ex qvo Fridericus I. ejusq; filius Henricus VI. Impp. privilegia, qvę ab antecessoribus data fuerant Episcopis, Ecclesiis, Civitatibus vel qvibuscunq; aliis personis, confirmavêre, *tit. de Pac. constant. vers. hoc qvodnos.* Si enim Antecessor fecisset gratiam Ecclesiæ, non posset ejus Successor illam revocare, inqvit Specul. *in tit. de instr. edit. §. nunc autē. in fin.* Hier. Marsil. *dict. loc.* Nec enim solummodò Princeps, qvi hereditario jure Regnum adeptus est, Antecesso-
18 ris factum præstare tenetur, † Sed & is, cui per electionem sceptrum Imperii defertur, conventionibus Antecessorum obligatur, nimirum qvæ ex naturâ & consvetudine officii Regii initæ fuerunt, Andr. Tiraqvell. *de primog. qvæst. 35. n. 19.* Andr. Gail *lib. 2. observ. 154.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 7. de Republ. c. 12. n. 1.* Christ. Besold. *de success. Reg. lib. 3. differt. 2.* Anton. Peregr. *de jur. fisci lib. 2. fol. 109.* Qvod & verum † si successor Antecessorem vi & armis pepulerit è Regno, Ludoph. Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. n. 20.* Hinc cum Christiernus, Daniæ, Sveciæ & Norwegię Rex è Regnis suis exul, à Joachimo Marchione Brandenburgensi aliqvot millia florenorum Rhen. mutuò accepisset, nihilominus à Successore Regni Friderico dictam summam unà cum censibus ritè peti, Ludolph Schrader respondit, & multis probavit argumentis, *consil. 9. 10. & 25.* Duo † namqve sunt, qvæ in Principe considerari debent: Persona & Dignitas. Persona qvidem moritur; Dignitas verò semper & ubiqve qvamdiu Imperium durat, manet: cujus intuitu, cum omnia, qvæ cum Imperio tractantur, peragi soleant, relinqvitur, dignitate manente etiam illa, qvæ ab eâ promissa fuêre, præstanda esse, Anton. Peregr. *de jur. fisci, libr. 7. tit. 1. n. 37.* Frideric. Pruckman. *§. soluta potestas. membr. 2. cap. 4. effect. 2. n. 10. & 11.* Abb. *in cap. extr. de probat.* Besold. *dict. differt. 2.* Hier.

Hier. Maril. *in dict. l. qvoties. n. 143.*
21 Qvod tamen fallit, † si contractus tendat in grave damnum, deminutionem ac detrimentum Imperii, qvo casu dignitas Imperatoria non conservatur, adeoq; nec intuitu dignitatis contractus videtur initus, nec successorem obligat, Felin. *ad cap. 1. extr. de probat.* Ruin. *vol. 1. consil. 91.* Socin. *vol. 3. consil. 7. n. 5.* Hier. Maril. *dict. loc. n.*
22 *141.* † Ut sic non iniqva fuerit Constitutio Tiberii, ut beneficia â Superioribus concessa Principibus, aliter rata non haberent Successores, qvàm si ea iisdem & ipsi dedissent: Nimirum qvod immensæ essent donationes Principum. Hinc cum Nero effuderat bis & vicies mille Sestertiûm, Galba occupato Imperio cum opus haberet pecuniâ, in publicum appellari singulos jussit, decimâ parte liberalitatis apud qvemqve relictâ, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. libr. 5. cap. 13.*

23 Patet hinc † confirmationem jurium ac privilegiorum haut esse necessitatis, cum & in Capitulatione alia permitti videamus, qvæ tamen absqve ullâ promissione & juramento servanda essent. Nempe qvod Rex Romanorum arctiori constringeretur vinculo, hæc aliaq; Capitulationi inserere, visum fuit Electoribus.

Qvid ergò est, qvod † Carolus IV. privilegia ab Antecessoribus & â seipso concessa revocaverit? 24
Rectènum vel ne id factum, judicare mihi haut sumo licentiam: Haut tamē deficiet ratio dubitandi, si indifferēter & absq; omni respectu, privilegiorum privationē factam pensitaverimus. Es sey aber welcherley Recht/Gnade/Freyheiten/ Gewonheiten oder andere Sachen/was es wolle/und dieselbe entweder aus eigener Bewegung oder sonsten von uns oder unsern Vorfahren Röm. Käysern unnd Königē/ auch mit welcherley Worten gegeben. *Et posteà:* Ob auch gleich in solchen Freyheiten unnd Briefen einiger Person/wes Würden/Hoheit und Standes die werē/ wie gemelt/ oder auch der Gemeinden/ ausdrücklichen versehen/ oder ins künfftige versehen werdē möchte/ *in dict. tit. 13. Aur. Bull.* † Et qvamvis par in parem non habeat Imperium: attamen par paris, h. e. Antecessoris promissionem præstare cogitur, qvia Imperium, cujus intuitu promissio facta est, Successor tenet. Anton. Peregr. *de jur. fisci lib. 1. tit. 1. n. 37.* Frid. Pruckm. *in §. soluta potestas. memb. 2. cap. 4. effect. 2. n. 10. & 11.* 25

CAP.

CAP. IV.

De jure belligerandi Imperatoris in Imperio Romano-Germanico per Legem Regiam limitato.

SUMMARIA.

1. *Jus belli indicendi cur penes solum Imperatorem? n.2.*
3. *Jus belligerandi inter Regalia refertur.*
4. *Privatis jus belli interdictum. n.5.6.*
7. *Statibus Imperii jus belligerandi concessum haut est.*
8. *Nisi in casu necessariæ defensionis.*
9. *Injustum duntaxat bellum Statibus Imperii prohibitum.*
10. *Ne quidem pro defensione, inscio Imperatore bellum est suscipiendum.*
11. *Qvibus in casibus Imperii Principalibus arma sumere licet? n.12.13.14.*
15. *Inhibet Camera bellum à Statibus Imperii extra casum necessitatis susceptum.*
16. *Jus belligerandi Majestaticum hodiè in Imperio est limitatum.*
17. *Bella non suscipit Imperator absq; consensu Statuum Imperii.*
18. *Verba Capitulationis hac de re.*

1 CUm vindictam privatam jura pariter divina & humana propterea sublatam velint, ne ut inter Bestias, qvoqvis potentior, eò plus juris in alios sibi sumat: Neve plus vindictæ inferatur, qvàm peccatum mercatur, inter privatos Bella convenit interdicta esse, Henning. Arnis. *de jurib. Majest. major.*
2 *cap.5.* † qvin & ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut belli suscipiendi autoritas atq; consilium sit apud solos Principes, *cap. qvid culpatur. 23.*
3 *qvæst.1.* † Ergò in Imperio solus Imperator habet jus belligerandi, qvod inter Regalia refertur, Joh. Bod. *lib.1. de Republ. cap.10.* Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib.2.c.1.membr.2.n.50.* Albert. Gentil. *in lib. de jur. belli.* Cum enim vim vi repellere liceat, *l.ut vim. ff. de just. & jur.* Princeps autem supremus non nisi suæ innitatur defensioni, suâ se suamqve Rempublicam autoritate tueatur oportet: † Privati verò & Principes in- 4
feriores, cum jus suum apud Superiorem perseqvi possint, ad judicium Martis decurrere non debent, Petr. Heig. *part.1. qvæst.12.n.13. & seqq.* Danæus *Polit. Christian. lib.7.c.3.* Zoannett. *in tract. de Imp. Roman. n.110.* Cur enim ad arma & rixam procedere Prætor patiatur,

qvos

qvos suâ potest componere juris-
dictione.
5 Unde † Lex Julia Majestatis da-
mnat eum, qvi injussu Principis
Bellum gesserit delectumvê habu-
erit, exercitum comparaverit,
qvivé cum ei in provinciâ succes-
sum esset, exercitû Successori non
tradiderit, *l. L. ex 12. tab. vers. eadem*
ff. ad L. Jul. Majest. Andr. Gail *lib. 1.*
de pac. publ. cap. 4. n. 9. Marta *de ju-*
6 *risdict. part. 1. cap. 39. n. 4.* † Gravissi-
mè siqvidem læditur Majestas,
qvando jus vindicandi aut puni-
endi, qvod ipsi soli debetur, pri-
vatus sibi sumit, qvasi Superiorem
non habeat, cui injuriam suam
exponere possit, Henning. Arnis.
7 *dict. cap. 5* † Hinc & Statibus Im-
perii jus belligerandi concessum
haud est, nisi periculum occurrat
subitum. Qvid enim, si Imperato-
ris copia haberi neqveat, res autẽ
ita sit comparata, ut moram ulte-
riorem absq; Imperii incommo-
do & læsione haud patiatur? Elias
Schrœder, *in delineat. jur. bellici,*
8 *concl. 2.* † Qvod & tùm procedere
existimat Frider. Schenck. Baro à
Tautenb. si Imperator qvidem
præstò sit, ille tamen, qvi injuriam
passus, moratoriâ & delusoriâ
procrastinatione circumducatur,
ad tit. 18. in pr. FF. 2. Statibus enim
6 Imperii † non nisi injustum pro-
hibitum est bellum, *Aur. Bull. tit.*
17. §. ult. Recess. Imper. Spirens. de an-
no 1526. §. Zum andern/ *& de anno*
1529. §. wir/ auch Churfürsten. *Re-*
cess. Imper. August. de anno §. 1530. §.
wir/ auch Churfürsten/ *&* §. Und
dieweil wir nun. *Recess. Imp. Ratisp.*
de anno 1541. §. Und damit im Heil.
Reich. Atqvi injustum haud pot-
est esse bellum pro defensione su-
sceptum, *Recess. Imp. August. de an-*
no 1555. §. Nach dem aber. & §. In
Fall aber. † Nihilominus & hoc 10
casu Status Imperii ad defensio-
nem parati, prius id Imperatori si-
gnificare debent: Sie sollen die
Käys. Majest. ihres Vorhabens
und was sie darzu verursacht/ in
Schrifften unverzüglich und in
Unterthänigkeit/ der Sachen wis-
sens zuhaben/ verständigen unnd
vergewissern/ und nichts desto we-
niger mit der fürgenommenen Ge-
genwehr/ dieser Ordnung gemäß
fürschreiten/ *dict. Recess. August.* §.
und sollen in oberzehlten. † Qvin 11
& Princeps Imperii subditos suos
inobedientes, contumaces, refra-
ctarios atq; rebelles armatâ inva-
dere possunt manu, Andr. Gail *de*
Pac. publ. lib. 1. cap. 4. n. 40. † nec non 12
aliorum in auxilium suscipere ex-
peditionem contra illorum sub-
ditos rebelles, *Recess. Imp. August. de*
anno 1536. §. Desgleichen sol. *Recess.*
Spirens. de anno 1526. §. Dorauff so
haben wir uns. *& de anno* 1529. §.
Der-

13 Dergleichen soll. † Ut & contra Bannitos Imperii ad jussum Cæsaris, wann ihnen die *Execution* wider und gegen die Aechter anbefohlen/ *Recess. Imp. Ratisb. de anno 1567.* §. So halten wir.

14 Hisce & † consimilibus casib9, Principes & Status Imperii Cæsaris permissione non solùm indicere bellum, sed & milites conscribere valent, *Recess. Imp. August. de anno 1525.* §. Darzu sollen. *& de anno 1530.* §. Demnach soll sich. *Recess. Spirens. de anno 1542.* §. Wann nun aber. *&* §. Es sollen auch. †

15 Qvod si verò aliter arma à qvopiã suscipiantur, notum est, in Camerâ Imperiali mandata avocatoria contra eundem sub Banni pœnâ decerni, & per nuncios Camerales insinuari, *Recess. Imp. Spir. de anno 1529.* §. Vnd damit an solcher. *Recess. August. de anno 1530.* §. Wo aber der. *Ord. Camer. part. 2. tit. 9.* §. Vnd ob sich. *& seq.* Andr. Gail *de Pac. publ. lib. 1. cap. 4. n. 1. & seq.*

16 Cæterùm hodiè † jus belligerandi Majestaticum haud parùm in Imperio est limitatum, postqvam non solus Imperator, sed unà Ordines Imperii de bello suscipiendo statuunt, Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 12. n. 29.* Elias Schrœder. *dict.*

17 *loc.* † ex Capitulatione Cæsareâ, in qvâ Imperator juratò promittit, qvod sine consensu & voluntate Statuum pro rebus Imperii, nec intra nec extra fines Imperii bellũ suscipere, nec militem extraneum ullum in Germaniâ adducere velit, si non ipse vel Imperium bello petatur. † Verba Capitulationis 18
hæc sunt: Wir sollen und wollen uns darzu in Zeit bemelter unserer Regierung fried- und nachbarlich gegen den anstossenden Christlichẽ Gewalten halten/ kein Gezänck/ Fehde/ noch Krieg in- oder ausserhalb des Reichs von desselbigen wegen anfahen oder vornehmen/ noch einig frembdes Kriegesvolck ins Reich führen/ohne Vorwissen/ Rath uñ Bewilligung der Reichsstände/ zum wenigsten der sechs Churfürsten: Do auch von einem oder mehr Ständẽ des Reichs dergleichen fürgenomẽn/ uñ ein fremd Krieges Volck in das Reich geführet würde/ dasselbe mit Ernst abschaffen. Wo wir aber von des Reichs wegen/ oder das Heilige Römische Reich angegriffen unnd bekrieget würde/ alsdann mögen wir uns dagegen aller Hülffe gebrauchen/ Melch. Goldast. *in Polit. Imper. part. 2.* Johan. Sleidan. *lib. 1. comm. de Stat. Relig. pag. 29.* Limitatum itaq; est jus belligerandi per Capitulationem Cæsaream: Id qvàm benè & prudenter, *ex seqventibus* manifestum erit.

SECTIO I.

Cur bellum non gerat Imperator absq; Statuum Imperii consensu: qvæq; sit justa ac legitima belli gerendi causa?

SUMMARIA.

1. Jus belli indicendi pertinet ad summa Majestatis Regalia.
2. Nec divelli potest à Majestate.
3. Deliberat Princeps de bello suscipiendo unâ cum Ordinibus Regni.
4. Justum ac legitimum tantummodò bellum Christianis hominibus permissum. n. 5.
6. Pacis media qværenda, priusqvam properetur ad arma.
7. Prudentissimum hâc de re Caroli V. Imp. responsum. n. 8.
9. Cum qvo convenit Aristoteles secundùm explicationem Johan. Casi.
10. Finis belli difficilimè inveniendus.
11. Pax iniqva bello justissimo præferenda. n. 12.
13. In consortium juris belligerandi sunt recepti Ordines Imperii.
14. Idq; prudentissimè factum. n. 15. 16.
17. Nunqvam bellum absq; justâ & necessariâ causâ est suscipiendum.
18. Defensivum bellum est legitimum.
19. Ut & bellum pro patriâ susceptum.
20. Qvia defensio est juris naturalis.

ETsi jus belli indicēdi ac gerendi
1 soli competat Principi: † ex qvo inter summa Majestatis Regalia refertur, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 9. cap. 1. n. 14.* Alber. Gentil. *in lib. de jur. belli.* Matth Steph. *de jurisdict. Imp. Roman. lib. 2. cap. 1. membr. 2. n. 50.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpublic. lib. 1. cap. 20.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. n. 10.* Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 141. & in tract. de Bello & duello lib. 1. cap. 5. num. 2.* Ant. Coler. *de jur.*
2 *Imper. germ. Sect. 28.* † & Majestati ita cohærere dicitur, ut nullo modo ab eâ divelli qveat, Tob. Pautmeist. *de jurisd. Imp. Rom. lib. 1. cap. 3.* Matth. Steph. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. membr. 2. n. 50.* Henr. Bocer. *de bell. & duell. lib. 1. cap. 4.* † At- 3
tamen solus Princeps de causâ belli, num justa & sufficiens sit, cognoscere, bellumq; pro lubitu & arbitrio, Ordinum Regni consilio & autoritate irreqvisitâ, suscipere non præsumat. Cum nec Romæ arma movere licebat, nisi causam Fecialium justam pronunciâsset.

Col-

Collegium, Elias Schrœder. *in de-*
4 *lin. jur. bell. concl. 1.* † Nec enim o-
mne permissum est bellum, sed ju-
stum saltem & legitimum: nec
Christianis bellum gerere licet,
nisi ex causâ justâ & sufficiente.
Andr. Gail. *lib. 2. observat. 52. num. 3.*
Ventur. de Valent. *in parthen. litig.*
5 *lib. 1. cap. 3. n. 39.* † Nullâ siqvidem
acceptâ injuriâ, ad cædes & vasta-
tiones velle venire, non tàm bel-
lum qvàm latrocinium esset: &
solent ejusmodi bella tristes & fu-
nestos habere exitus, Herodot.
lib. 1.

6 † Qvin nec ad arma properan-
dum, sed omnia prius tentanda,
pacisqve conservandæ media un-
diqve petenda sunt. Hinc Caro-
lus V. Imperator, cum Legatum
Venetum qvidam detulerat, qvod
tarditatem & lenitudinem ipsius
culparet, nihil inde offensus, nun-
qvam mundum à bellis qvietu-
rum & respiraturum dixit, si eâ ce-
leritate, qvam res & causæ ple-
rumq; postulant, bella statim mo-
veret, David Chytræ. *in Orat. de*
7 *vitâ & morte Imp. Caroli V.* † Pru-
dentissimum sanè responsum Im-
peratoris, qvi rei hujus experien-
tiam habebat exqvisitissimam:
nec tàm laudē & gloriam ex præ-
lio, qvàm commodum inde qvæ-
rebat publicum & animę salutem;
8 † veluti Antonio Levæ alïisqve
Ducibus, Julii Cæsaris & Alexan-
dri Magni exempla laudantibus,
nec uti Carolum suis victoriis ad
potentiæ & magnitudinis suę am-
plificationem, qvantum & posset
& deberet, qværentibus respon-
dit: *Nimirum Alexandro & Julio in
bellis gerendis unum fuisse finem, ho-
norem & gloriam, Christianis verò
Regibus duos esse propositos, Hono-
rem & animæ salutem.* Chytr. *dict.*
loc. † Qvo ferè sensu Joh. Casus A- 9
ristotelem, Reges in formâ Mo-
narchicâ non solùm potestatem
vitæ ac necis, sed etiam rerum di-
vinarum religiosam qvasi curam
sibi mandatam habuisse, docen-
tem, explicat, ac si diceret, Belli
Imperatores non omnia pro suo
arbitrio agere, iram & furorem
(manes ipsius belli) semper arde-
re haud permittere, clamore ho-
stis, effusione sangvinis semper
non capi, hoc potiùs cogitare, se
DEO vindici omnium subjectos
esse, ut illius metu armis ad salutē,
non autem ad perniciem justè &
religiosè uterentur, *in Sphæra Ci-*
vitat. lib. 3. cap. 10. pag. 195. † Qvod 10
si studiosè Principes observarent,
non tàm facilè ad arma & insul-
tus inclinarent, haud advertentes,
finem belli difficilimè inveniri,
juxta Phil. Comin. *lib. 1. comm.* nec
in ejusdem potestate est initium
& finis, incipere cuivis ignavo li-
cet,

cet, deponere, cum victores volunt. Saluſt. *in bello Jugurthin.*
11 Cæſ. *lib. 6. de bello gallico.* † Hinc pax iniqva bello etiam juſtisſimo præferenda, Andr. Gail *lib. 1. de Pac. publ. cap. 4. n. 43.* Marc. Tull. *apud Plutarch. in ejus vitá.* Qvod & approbare videtur Auguſtin. *Epiſt. 105.* dicens: *Cogita tecum pugnam neceſsitatis eſſe, qvare animo ſemper feraris ad pacem, Bellum gere, qvod aliter non posſis, ſed ſi pacem habere qveas, ne illam negligas.* Et *lib. 19. de civit. DEI. Bella qvantumvis juſta, piis attamen hominibus & moleſta*
12 *& triſtia videntur.* † Memorabilis qvoq; eſt ſententia Martiani Cæſaris affirmantis, donec in pace vivere liceat, non decere Principem arma ſumere, ac Principi eſſe induenda arma, ut patriam defendat, non ut aliena oppugnatum eat.

13 Ex qvo certè † jus belligerandi in Imperio Romano-Germanico prudentisſimè temperatum, & per Capitulationem Cæſaream in conſortium qvaſi hujus juris, Ordines Imperii fuêre recepti, qvo unà cum Imperatore juſtitiam & cauſam belli ſuſcipiendi cognoſcant, qvôqve apparatu, & qvibus mediis bellum ſit gerendum, ma-
14 turè deliberent; † ne ſi forſan ex conceptâ opinione absq; ſingulari conſilio & mediis neceſſariis bellum ſuſcipiatur, metuendum ſit, qvod qvondam Carolus V. Imper. cum ad vicinos Ingolſtadio montes, Germanorum Principum & Civitatum fœderatarum caſtra longisſimo ſpatio extenta videret, præſagiebat: *Suntné iſti omnes Germani?* inqviens, *Et benè eſt: Citò eis deerit conſilium & pecunia atq; concordia,* David Chytr. *in Orat. de vitá & morte Caroli V. Imper.* Idemq; cum de Principe qvodam bellum moturo audiret: *Ignorat adhuc,* ait, *qvid ad Bellum reqviratur.* † *Igitur in comparando* 15
exercitu ſe caput ſumere ab Italis; brachia *& manus ab Hiſpanis; pectus à Germanis, (qvorum fidem & robur maximè probabat) ventrem & pedes ex reliqvâ gentium colluvie,* dicebat: *Nervos belli eſſe pecuniam, commeatus, milites, verùm ſi ex iis aliqvo carendum eſſet, militem veteranum ſe electurum eſſe, cujus induſtriâ & fortitudine reliqva duo ſe ex hoſte comparaturum confideret,* Chytr. *dict. loc. & in Chron. Saxon. fol. 509.* † Nec enim pecunia ner- 16
vus belli ita dicitur, ut potentia in pecuniâ conſiſtat; cùm humanitate Ducis belli milites magis, qvàm pecuniâ in officio contineantur, ut vult Arioſto *cant. 31.*

† De nervo igitur ſeu modo & 17
apparatu belli gerendi pariter, atqve de cauſæ juſtitiâ Ordines Imperii

periii unà cum Cæsare deliberant: qvia bellum nunqvam est suscipiendum, nisi justa & necessaria subsit causa, ut heroicè dixit Octavianus Cæsar, referente Cuspin. *in ipsius vitâ.* Justam verò belli causam ex eo facilè qvis judicare poterit, si cum æqvitate fuerit conjuncta. Hinc Sampaulinus Comes *apud Comin.* ita consuluit:
18 † *Qvi in bello vincere cupit, videat ut DEUM æqvitateq; causæ & belli à se suscepti à partibus suis habeat.* Ergò bellum erit legitimum, qvod pro defensione sui & suorum, rerumq; & bonorum conservatione geritur, Henr. Bocer. *de bello & duello lib. 1. cap. 6.* Andr. Gail *lib 1. de Pac. publ. cap. 4. n. 40. & lib. 2. observat. 57. n. 5.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 11. de Republ. c. 1.* Lamb. Dan. *lib. 6. Polit. cap. 3.* † Nec abnuit 19
Christophor. Warsevicius *in Panegyr. ad Stephanum Regem Polonorum: Omnia bella,* inqviens, *quæ pro aris & focis, pro patriâ, pro tuendis finibus, pro conservandis libertatibus suscipiuntur & gerũtur, justa sunt.* 20
† Nempè, qvia defensio est juris naturalis, ipsâq; nititur æqvitate, *l. ut vim. 3. ff. de just. & jur. l. 45. §. qui cum ff. ad leg. Aqvil. l. 1. §. cum arietes. ff. si qvadr. paup. fecisse dicatur.* Unde Mathatias cum suis maluit suscipere bellum, qvàm amittere vitam, & abolere Legem divinam, *1. Maccab. 2.* Si verò nocendi cupiditas, rebellandi feritas, & si qvæ alia bellum extorserint, tantum abest, bellum dici legitimum, ut potius omni jure sit detestandum, Gail *dict. observat. 57. n. 3.*

SECTIO II.

Justum est Bellum adversus Turcam susceptum; & qvare hoc minus feliciter hactenus fuerit gestum.

SUMMARIA.

1. *Justissimum est bellum contra Turcam susceptum.*
2. *Iniqvè hoc nomine insurgit Bellarm. contra Lutherum.*
3. *Probat Lutherus bellum Imperat. contra Turcam.*
4. *Sed improbat modum belli gerendi præposterum. n. 5.*
6. *Warem. ab Erenb. malè reprehendit Lutherum. n. 7. 8.*
9. *Ob solam impietatem haut gerere licet bellum adversus Turcam.*
10. *Causæ belli contra Turcam justissimæ. n. 11. 12.*
13. *Judicium Frider. Schenck Bar. de bello Turcico.*
14. *Cur Carolus V. ablata à Turcis repetere neqvivit?*

15. *Repetendæ bello provincia Imperii à Suleimanno ablata. n.17.*
16. *Præcipuas Orbis terra partes occupavit Turca.*
18. *Jactantia Caroli Burgundiæ Ducis contra Turcam.*
19. *Noluit Rex Poloniæ opponere se Turcarum Imperatori.*
20. *Veneti qvomodo adversus Turcas se defendant?*
21. *Hispani reditus æqvipollent reditibus Turcarum.*
22. *Solius Hispani auxilium contra Turcam haud implorandum. n.23.*
24. *Bellum qvare minus feliciter hactenus contra Turcam gestum?*
25. *Laudatur Turcarum disciplina militaris. n.26.*
27. *Exercitia militaria Statibus Imperii permissa.*
28. *Armamentarium Dresdense reliqvis præferendum.*
29. *De Arsenali Venetorum.*
30. *Arcana Turcarum de bello feliciter gerendo.*
31. *Discordia Principum Christianorum Turcis gratissima. n.34.35.36.37.*
32. *Cur Imperator Turcicus Christianorum arma non exhorrescat. n.33.*

IN specie si jam hæc accommodemus ad bellum Turcicum,
1 † justissimâ ex causâ id ab Imperatore & Statibus Imperii susceptũ, fateri necesse habemus: Qvia scilicet est defensivum pro patriâ &
2 Religione. Nec est, † qvod credamus Roberto Bellarmino, bellum hoc à B. Luthero improbatum fuisse, asserenti *in lib. 3. de Laicis cap.*
3 *16.* † Opponimus siqvidem ipsi verba Lutheri *in lib. de bello contr. Turc. edit. Anno 28. tom. 4. Jenens. germ.* qvæ sic habent: Den Käyser und die Fürsten solte man vermahnen ihres Ampts und schuldigen Pflicht / daß sie gedachten mit Fleiß und Ernst ihre Unterthanen in Fried und Schutz handzuhaben / wider den Türcken sie treiben / und ire Gewissen auffs höchste beschweren / wie sie GOtt schuldig seyn / ihre Unterthanen nicht so jämmerlich lassen verderben / und wie sie so grosse treffliche Sünde thun / daß sie ihr Ampt hierinne nicht bedencken / und den jenigen / so mit Leib und Gut unter ihrem Schutz leben sollen / und mit Eyden und Hulden verbunden seyn / nicht mit Rath und Hülffe erscheinen nach allen ihren Vermögen. *Et posteà:* Also solte ein *Legat* von Rom auff dem Reichstage mit den Reichsständen handeln / Gottes Gebot fürhalten / und eine unvermeidliche Noth daraus machen und sagen: Lieben Herren Käyser und Fürsten / wolt ihr Käyser und Fürsten seyn / so thut als Käyser und Fürsten / oder der Türcke wirds euch lehren durch Gottes Zorn uñ ungnade: Teutschland

land ist euch von Gott gegeben und befohlen / daß ihr es schützen/ regieren / rathen und helffen solt / und nicht allein sollet / sondern auch müsset bey Verlierung eurer Seelen Seeligkeit und göttlichen Hul-
4 de und Gnade/ rc. † Ex qvibus patet, Lutherum non tàm bellum ipsum, qvàm modum belli gerendi contra Turcam improbasse, si nimirum absqve verâ pœnitentiâ id suscipiatur, & qvod Bullis ac indulgentiis Papalibus, expeditionem suscepturi nimium tribuant: prout mentem suam explicat *in assert. artic. à Leone damnatorū art. 34. tom. 2. latin. Tot jam annos*, inqvit, *passi sumus nos deglubi per Impostores & Legatos Romanos, toties ad bellū Turcicum indulgentiis ac facultatibus impudentissimè venditis, pecuniam & substantiam nostram devorantes.* Ac posteà: *Qvanto rectius faceremus, si primùm Orationibus, imò totius vita mutatâ ratione,* DEUM *probitium faceremus?* Et alibi
5 † *in dict. lib. de bello contr. Turcam.* Solches (daß ich diesen Articul setze/ den der Pabst *Leo X.* verdampt hat) thät ich so viel desto lieber/ daß ich der Römischen Bübereÿ den Schalcksdeckel nehme/ dañ die Päbste hattens nie mit Ernst im Sinne/ daß sie wider den Türcken kriegen wolten/ sondern brauchten des Türckischen Krieges zum Hütlein/ darunter sie spieleten/ und das Geld mit Ablaß aus Teutschland raubeten/ so offt sie es gelüstet / wie das alle Welt wol wuste/ aber nun auch vergessen ist. Also verdammeten sie meinen Artickul nicht darümb/ daß er den Türckischen Krieg wehrete/ sondern daß er solches Käplein abriß/ und dem Gelde gegen Rom die Strasse legete/ denn wo sie mit Ernst wider den Türcken hätten wollen kriegen/ hätte der Pabst und die Cardinäl / so viel von den *Palliis*, Annaten und andern unsäglichen Zugang/ daß sie solcher Schinderey und Raubens in Teutschlanden nicht bedurfft hätten. So gefiel mir auch das nicht/ daß man so treib/ hetzete und reitzete die Churfürsten/ den Türcken anzugreiffen und zu überziehen/ ehe denn wir selbst uns besserten/ und als die rechten Christen lebeten/ rc.

Rejicit eqvidem † hanc Luthe- 6
ri sententiam Waremundus ab Erenberg *lib. 2. de fœder. cap. 1. n. 84. Si enim volueris*, inqvit, *tum demum Turcam oppugnare & repetere ab eo ablata, cum omnes Imperii Status in Religione consentiant, vel nullum regnet peccatum, in æternum erit immunis.* Addit porrò: *Ratio frigida licet calidè probata.* † Dubito 7
an Lutherus hâc in re dignus sit reprehensione: cujus mens neutiqvam fuit, bellum contra Turcā pro-

prohibere, anteqvam Status Imperii unam eandemqve Religionem amplecterentur, populusqve universus omnis expers esset peccati; sed concordiam saltem & pœnitentiam expetivit, ne alter ab altero ob fidem & Religionem suam offenderetur, cui rei postmodum *Pacificatione Religiosa* fuit prospectum, & ut Principes, anteqvam Turcam aggrederentur, pœnitentiam agerent & à peccatis abstinerent. Qvæ ratio uti pia, ita ratione justâ haud destituitur.
8 † Qvemadmodũ enim juxta *Syracid.38.verf.9.* ægrotus, priusqvam consilio Medici utatur, precibus ad DEUM appropinqvare, & à peccatis desistere debet; ita etiã Christiani ab hostibus offensi, priusqvam Belli medicinam qværant, pœnitentiam agant, & preces ad DEUM fundant, necesse est.

9 In hoc tamen consentio † Waremundo ab Erenberg, qvod propter solam impietatem, adversus Turcam bellum gerere haud liceat, *lib.2. de fæder. cap.1.num.63.* ubi reprehendit Panormit.*in cap.qvod. n. 14. extr. de vot.& vot. redim.* & Lancellott. *de offic Prætor. in tit. de Sodom.pág.644.* asserentes, Imperatorem propter solum Sodomiæ crimen infidelibus bellum inferre, eosq; bonis suis privare posse, *n.79. & 80.*

10 Nec tamen † propterea causa deficit belligerandi adversus Turcã, ut qvem Christianos invadentem non tantùm justè repellimus, sed etiam legitimè contra eum militamus, ablata repetentes & recuperantes, Didac. Covarr *in cap. peccatum 2. part. relect. §. 9.* Johan. Sleid. *lib. 1. comm.fol.2.* 11 † Est enim causa vindicatoria belligerandi, qvando rerum nostrarum, vi ab aliis detentarum & ablatarum recuperandarum gratiâ alterius ditionem invadimus, justissima. *c. qvod militare. 23. qvæst.1.* Althus. *in Polit.cap.7.& 29.* Henr.Bocer. *lib.1. de bello c. 6. n. 10.* Didac. Covarr. *in dict.cap.peccatum.* 12 † Ideoq; Sarracenis, Turcis, aliisq; populis infidelibus bellum ab Imperatore justissimè indici, maximè pro recuperatione terræ sanctę, existimant Nic.Boër *decis.178.n.7.* Bartol. *in l. Christianis 6.n.2.& 3.C.de pagan.* Oldrad. *consil. 72.* 13 † Nec abnuit Frid. Schenck Baro *in tit. 28. in pr. lib. 2. FF.* inqviens: *Licitum est Christianis adversus barbaros, & à fide orthodoxa alienos bella movere, qvi mancipatas qvandã veræ pietatis ditiones hostiliter occuparunt & in sanctã Domini hereditatem violenter irruperunt, ut scilicet recuperatio fiat possessionis, qva Christianissimus ab impiis prædonibus fuit spoliatus.* 14 † Neqve hoc improbavit Carolus V. Impera-

Imperator, aliâ ratione, qvo minus idipſum in effectum deduceret, detentus: Hunc enim cum Rudolphus Saxoniæ Dux ad Hieroſolymam recipiendâ hortabatur, maximâ cum peſtilentiæ vi Orientem propè hominibus exhauſtum eſſe conſtaret, Occidentis verò vires illum unum concordibus animis ſecuturæ viderentur: Tunc Imperator Carolus, præclarum qvidem inſtitutum hoc fore, ſed à multis ante ſe Principibus infeliciter tentatum, ab aliis feliciter qvidem, at propter Succeſſorum ignaviam, magno ſudore parta brevi ab Impiis denuò recepta fuiſſe: neq; ullam vel recuperandæ vel retinendæ Terræ ſanctæ rationem fore, niſi prius id agatur, ut Imperium Orientale à perfido Græculo poſſeſſum, Occidentali jungatur, reſpondit, Dubrav. *in hiſt. Bohem. lib. 22.* Zvvinger, *in theatr. vit. hum. vol. 7. lib. 4.*

15 Recuperent ergò † Principes ea, qvæ ſunt Imperii, & per fas & nefas à Suleimanno poſſidentur ac detinentur: Habent namq; titulum juſtiſſimum belligerandi & cauſam recuperandi: aut ad minimum ſtudeant, qvo Turcæ ambitioni & invaſioni in poſterum reſiſtere qveant. Nam qvicqvid hic ſemel obtinebit, inde non facilè ſe moveri patietur, tanta nimirum iſtius vigilantia, talis diſciplina, ut dictu difficile videatur, Sitnè in acqvirendo felicior, an in tuendo, qvæ acqviſiverit, firmior? Auger. Busbeq. *in conſil. de re milit. cōtr. Turc. inſt.* Philipp. Camerar. *cent. 2. oper. ſubciſ. cap.*
23. † Hic enim eſt, qvi diſcipli- 16
na militari imperturbabili præcipuas partes trium Orbis terræ partium ſuo Imperio comprehendit, Joh. Boter. *in comm. paral.* Hic eſt hoſtis, qvi ceu ſublimi de ſpecula in omnem intentus occaſionem, miſeræ Germaniæ Italiæq;, imò univerſæ Europæ jam afflictæ & ſuis viribus ruentis cervicibus impendet: qvem in nos ut maximè conjunctis omnium Regnorum viribus, ſummâq; conſenſione obviam eamus, nedum in noſtram perniciem ultrò provocemus, profana ſtimulat Religio, armat majorum æmulatio, rapit inexplebilis Regni propagandi cupiditas; qvo velut incendio à parvis initiis orto, omnes jam ferè totius Orbis terrarum partes conflagrârunt; Et dum Reges noſtri pro terræ ceſpite ab ultimâ ſtirpe ad ſeros usq; Nepotes catenata inter ſe bella de bellis ſerunt illi, qvicqvid olim florentiſſimæ Nationes Imperiis ſuis ſunt complexæ Aſſyrii, Perſæ,

Macedones, Romani, soli jam suâ ditione Regnis ad Regna accumulatis, comprehendisse videntur. *Verba sunt* Andr. Hoi. *in Orat. de novæ apud Europ. Monarch.*
17 *util.* Hoc in periculo positi, † cur non consulimus in medium? Cur non molimur? Cur non omnia tentamus? Cur stupet in nobis ingeniosa illa necessitas, admirabilium effectrix operum? Bus-
18 beq. *dict. consil. pag. 319.* † Sanè Carolum Burgundiæ Ducem ambitiosè qvondam jactâsse legimus, unum se futurum Principem, qvi ab Oceano Britannico ad superum atq; inferum mare productis Imperii finibus, Christianam Rempublicam ab immani Turcarum tyrannide, exercitibus in Græciam & Macedoniam transportatis, vindicaret, Ludov. Vivius *de cōcord. & discord. lib. 1.* Theod. Zvving. *vol. 11. theatr. hum. vit. libr.* 4. Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 1. cap. 7. n. 7.* Utinam talis fu-
19 isset, qvalem se professus. † Qvondam Rex Poloniæ Stephanus potentiæ suorum vicinorum non iniqvus æstimator putabat, cum Turcâ manus conserere rem esse periculosissimam, ut qvi se imparem tali adversario judicabat,
20 Joh. Boter. *in dict. comm. parall.* † Veneti qvoq; seipsos adversus Turcas magis pacis qvàm belli artibus tuentur, egregiè muniendo sua loca, fugiendo pericula & expensas belli, commercio, donariis, deniq; nihil non faciendo, ne ad manus veniatur, salvâ libertate & statu. Auct. *della relatione di tutte le cose più essentiali della Republica di Venetia.* † Unicus ille est 21
Rex catholicus, inter cujus & Ottomannicas vires non est magnæ æstimationis differentia: Reditus Regis, qvos in Europa habet, excedunt reditus Turcæ, accipit enim plus qvàm 4. auri milliones ex ditionibus, qvas in Italiâ & Siciliâ habet: plus qvàm duos ex Lusitaniâ: ex terris novis plus minus qvàm tres milliones, unum annum pro altero æstimando: Hæ accepti partes æqvant reditus Turcæ. Et illo longè erit superior, si iis jungantur ordinarii reditus Castiliæ, Arrogoniæ, Belgii &c. Joh. Boter. *dict. comm. parall.*

Regi † ergò catholico ceu pari 22
aut divitiis & reditibus superiori tanto adversario, an nos submittamus, ejusq; auxilium & defensionem imploremus? Id certè saluberrimum censet remedium contra tyrannidem Ottomannicam Andr. Hoi. *dict. Orat. deo nov. apud Europ. Monarch. util.* † At ve- 23
rendum omninò, ne hâc ratione vitantes Charybdim in Scyllam incidamus. Tutius forsan Consilii

Auger.

Auger. Busbeqvii *dict. loc. Armis,* inqvit ille, *opus est: opus est armis: Contra vim atq; arma sine armis fieri nihil rectè poterit, horum præsidio salus patriæ munienda, aut nobis omnibus ad unum pereundum, pag. 319.*

24 Sed † nonnè hoc sæpius tentatum, absq; effectu tamen minùs felici? Nonnè armis contra Turcam hactenus parum profecimus? Ita sanè est, sed qvibus armis? Audiamus Busbeqvium: *Cum Turca,* inqvit, *fines nostros infestaret, dedimus operam, ut nostras qvoq; copias cogeremus, sed qvas copias, qvem militem coëgimus? Num veteranum? Num eum, cujus virtutem multis jam ante documentis cognitam habebamus? quo vincere consveveramus? Non opinor, sed potiùs huic dissimillimum. Pulsata longè latèq; tympana: ad eorum strepitum convenêre lucelli spe, qvibus visum est. Tertius fortassè qvisq; qvi loricam aut thoracem nunqvam induerat, nec hostem vel à belli limine salutarat. Reliqvi qvales? Homines luxu perditi, decoctores, ganeones, aleatores, obærati, exules atq; his similes (paucis exceptis) ferè reliqvi, quos eò perduxit non patriæ charitas, non æqvitas causæ, non Religionis studium, non amor exercendæ virtutis, sed ebrietatis, aleæ, rapinarum, sacrilegiorum, stuprorum, & ut uno verbo dicam, scelerum & flagitiorum omnium impunitas atq; licentia. Cum hujusmodi turbâ nullo delectu colecta, vel potiùs cum fece perditorum hominum, DEO pariter atq; hominibus invisorum, contra tantum hostem, sacrum videlicet auspicamur bellum, itaq; non tam militum Conventus, qvàm Bacchanalia nostra Castra videri possunt, ubi luxuria, corruptelis, libidine, impietate, crapula, tumultu, rixis atq; cædibus strepunt & permiscentur omnia: hic tamen tàm bellus miles, magnis impendiis procul est è suis sedibus excitandus, magnâq; cum jacturâ temporis, ubi etiam res summam celeritatem exigit, perducendus.* Hactenus Busbeqvius *dict. consil. fol. 323. & 324.* † Qvod ergò 25 parum profecerimus in armis contra Turcam susceptis, non nisi ipsis armis, ipsiq; militiæ adversus tantùm & talem hostem haud probè ordinatæ imputandum: qvalis enim hæc debeat esse, vel ab ipso hoste petendum. *Nam Turcarum disciplina militaris,* inqvit Joh: Boter. *in comm. parall. adeò probè est ordinata ut ea in re ne Romanis qvidem, nedum aliis cedant: Consistit autem in pluribus: in parsimonia, sustentant siqvidem se modico panis sub cineribus cocti & oryza cum pulvere carnis ad Solem desiccata: Probibentur*

vino, ficut qvondam Carthaginenses: Decem Turcæ habent in castris unum Decurionem, cui sine refragatione obtemperant: In ipsorum castris nec una habetur fœmina: Est ibi silentium mirabile; Tot enim milites reguntur signis manuum & vultus citra verba: Ne noctu strepitum faciant, patiuntur aliqvando effugere captivos: Imprimis puniunt rixas & furta: Qvando progrediuntur exercitus, nõ audẽt excurrere in vias aut agros: Cõtemnunt mortẽ, creduntq́ eã fato inevitabili contingere: Strenui præmia, ignavi certam pœnam habent: Nunqvam disponuntur per urbes, nec iis conceditur ibi pernoctare: Ut exercitati sint milites, solent Principes Ottomanni ferè semper alicubi belligerare, ut disciplina militaris intermit-

26 *tatur &c.* Hactenus Boterus. † Et qvod maximum, Turcæ in militibus talem non numerari patiuntur, qvi non armorum peritissimus, præceptis militaribus eruditus, exercitatus & arma scienter tractare edoctus, Busbeq. *dict. Consil. de re militar. contr. Turc. pag.* 349. Philipp. Camerar. *lib. 2. oper. subcis. cap. 23.* In omni enim prælio nõ tàm multitudo & virtus indocta, qvàm ars & exercitium solent præstare victoriam, Veget. *de re milit. Roman. ad Cæsar. Valent.* Qvid enim adversus Gallorum multitudinem paucitas Romanorum valuisset? Qvid adversus Germanorum proceritatem brevitas potuisset audere? Nimirum scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam: Nemo facere metuit, qvod se benè didicisse confidit: Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promtior est: Rudis & indocta multitudo exposita semper ad cædem. Veget. *dict. loc.*

† Exercitio igitur rei militaris 27
& ipsi pacis tempore deberent incumbere Germani, qvò paratiores ad bellum effecti, felicem pugnæ exitum eò facilius asseqvi valerent. Causa procul dubio hæc est, qvod Statibus Imperii permissum, subditos suos in Wehr und Waffen zu üben/ qvod Trillen vocant, und in Bereitschafft zu halten/ *Recess. Imp. Augustan. de anno 1555.* §. Nachdem aber Musterung anzustellen. Andr. Knichen. *de Saxon. non provr. jur. verb. Ducum. cap. 5. n. 511.* Reinking. *de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 13.* nec non habere armamentaria, Zeughäuser/ *dict. Recess. Aug. de anno 1555.* § Seynd demnach † 28
inter qvæ præcipuum verè est Dresdense Serenissimi nostri Elect. Saxon. in qvo ingens machinarum & tormentorum prostat apparatus. † Simile huic vidi- 29
mus Venetiis, vulgò Arsenale

Ve-

Venetorum, amplitudine duorum, vel ut alii, trium milliarium Italicorum in circuitu, ut magnam æqvet Civitatem, cujusq; generis armis & navibus circiter ducentis, navigiisq; infinitis, nec non tormentis navalibus instructissimum, Pighius *in Hercule Prodicio p. 195.*

30 † Sunt præterea & alia qvædam arcana in castris Turcarum usitata, ad felicem belli progressum promovendum & obtinendam victoriam benè disposita: *Artes enim bellicæ Turcarum fuêre*, inqvit *Boterus, semper paratum instructumq; esse ad offendendum & præveniendum hostem: uti in expeditionibus celeritate admirabili: habere vires in promptu & ad manum: uno tempore plura non tentare: non diu cum aliqvo belligerare, ne in armis exercitetur: non consumere tempus & pecunias in expeditionibus parvi momenti: non acqvirere qvasi per saltum sed pedetentim: multum qvoq; profuit, qvod Principes maxima expeditionum parti præfuêre. dict. comm. parall.*

31 Imprimis verò † discordia Principum Christianorum Turcis gratissima est, ipsisq; non semel fuit causa victoriæ, perinde ut dissensio qvondam Romanis victoriam contra Britannos peperit. *Neque enim aliud*, inqvid Tac. *in vit. Jul. Agricolæ adversus gentes validissimas pro nobis utilius, qvàm qvod in commune non consulunt: Rarus duabus tribusq; Civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus, ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.* 32 † Imperator hinc Turcicus, cum Consiliarii & Duces ei autores essent, ne Christianos, imprimis verò Germanos armis lacesseret, eis respondisse fertur: *Se neqvaqvam Christianorum, imprimis verò Germanorum arma exhorrescere.* 33 † *& qvidem qvatuor de causis: Qvia sint discordes, & qvemadmodum qvinq; sui digiti nunqvam in unum coalescant: Qvia laborum sint impatientes & præ aliis Germani sint belluones, potatores, in castris Scortorum turbam foveant, Ducesq; belli plumis potiùs qvàm armis militaribus gaudeant: Qvod temerè cæco impetu citra ordinem ad res gerendas ruant: Qvod Legum & justitiæ sint negligentes, nullos virtutum præmiis ornent, nec etiam meritis pœnis scelera afficiant, qvodq; erga eos, qvi veniam & misericordiã mereantur, sint asperi & crudeles, contra eos, in qvos severè animadvertendum erat, lenes & misericordes &c.* veluti ex Aventino *de reb. Turcic.* refert Camerar. *cent. 1. oper. subcis. cap. 5.* 33 † Et interpres Turcici Imperatoris, cum in electione Maximiliani Cæsaris tres ei Principes præcipui,

Saxo, Bavarus & Juliacensis demonstrarentur & admoneretur, unũ qvemq; ex illis propriis opibus & viribus esse tam potentem, ut justum exercitum contra Turcas colligere & ducere posset, aliosq; plures esse similes illis in Germaniâ, qvid existimaret fore, si conjunctis viribus Imperatorem Turcicum aggrederentur? Subrisisse fertur & dixisse: *Se facile ex numero eorum, qvos præsentes videret, colligere posse & absentium potentiam, adeoq; vires Germaniæ esse immensas: sed sibi videri Germanorum animos, consilia & actiones similes esse belluæ multorum capitum & plurium caudarum, qvæ agitata sepem transire conaretur: unde cum capita diversa diversa foramina transeundi qværerent, necessarium fore, ut simul & corpus & caudæ immota manerent, & ne progrederentur ulterius, impedirentur: Imperatorem verò suum se comparare Belluæ unicipiti, qvæ plures haberet caudas, ita ut si caput aditu patefacto per unicum transitum penetraret, necessariò & corpus & caudæ unà absq; omni impedimento cogerentur seqvi*, Philip. Camerar. *cent. 2. oper. subcis. cap. 23.* † Idq; ipsum confirmat Joh. Boterus: *Imperium Turcicũ*, inqvit, *à parvis initiis in magnitudinem Principibus Christianis extimescendam excrevit per arma, qvibus nostræ discordiæ ipsis percommodæ utilesq; fuerunt ansamq; præbuerunt. dict. comm. parall.* † Neq; aliud dedit responsum 36
Sigismundus I. Rex Poloniæ à Leone X. ad bellum adversus Turcas invitatus: *Qvid multis opus est*, dixit, *Fac, Principes Christiani concordes sint, ego pro meâ parte non deero.* Boter. *dict. loco.* Nunqvam ergò Reges & Principes Christiani contra Turcam feliciter pugnabunt, si non concordiam aluerint, & ad Turcici Imperii expugnationem invicem cõvenerint, fœdusq; fraternũ inierint: † qvod qvib9 mo- 37
dis feliciter fieri qveat, tradit Caspar. Ens *in thes. Polit. part. 1. Apotelesm. 7. & 8. & part. 2. Apotelesm. 36.* Vid. qvoq; Simon Wolder. Wie ohne sonderliche Beschwerde der Obrigkeit / auch der Unterthanen / der Christenheit Erbfeind der Türcke zu Wasser und Land zuüberziehen und zuüberwinden were / apud Goldast. *tom. 15.* der Politischẽ Reichshandlungen. *pag. 505. & seqq.*

SECTIO III.

Ad recuperanda bona ab Imperio alienata justum suscipitur bellum, nullâ obstante temporis præscriptione.

SUMMARIA.

1. Ju-

1. *Justum est bellum ad recuperanda bona ab Imperio alienata susceptum, n. 3.*
2. *Licita est defensio rerum atq; bonorum.*
4. *Titulus possessionis putativus non obest recuperationi bonorum Imperii.*
5. *Varias variorum bonorum alienationes in sedem Romanam factas jactant Pontificii. n. 6. 7. 8.*
9. *Refelluntur hæ traditiones ac donationes putativæ.*
10. *Non subsistunt jure donationes bonorum ac rerum Imperii.*
11. *Haut potuerunt Imperatores liberalitate suâ præjudicare Successoribus.*
12. *Causa negligentiæ Impp. in recuperandis Imperii bonis.*
13. *Admonitio de recuperandis Imperii bonis. n. 14.*
15. *Non juvat possessores bonorum Imperii, præscriptio temporis immemorialis.*
16. *Malæ fidei possessor nunqvam præscriptione tutus est.*
17. *Mala fides qvidnam sit? n. 18.*
19. *Pontifices in malâ fide constituti.*
20. *Papa jura in scrinio pectoris habet.*
21. *Præscriptio reqvirit continuatam possessionem.*
22. *Studium Papæ in obstringendo Impp. ad ratificandam Constantini donationẽ.*
23. *Interrupta Pontificum possessio bonorum Imperii.*
24. *Vitiosa hinc Pontificum præscriptio.*

JUstum itaq; est bellum contra Turcam, qvia est defensivum pro patria, *Sect. præced. in pr.* An ergò hinc bellum contra alios qvoq; bonorum Imperii detentores ceu defensivè susceptum erit
1 legitimum? † Ita certè est: qvia justissimâ ex causâ bellum movetur ad recuperandas res, per violentiam aut injuriam ab aliis detentas, *c. Dominus noster. vers. sic gens & civitas, ibi: Vel reddere qvod per injurias ablatum est. 23. qvæst. 2.* Didac. Covarr. *in c. peccatum. tit. de Reg. jur. in 6to. secund. part. relect. §. 9. n. 4. vers. qvarta causa. & §. 10. n. 3.* Henr. Bocer. *de bell. & duell. lib. 1. cap. 6. n. 10.* Bartol *in l. Christianis 6. C. de pagan. n. 2. & 3.* Nicol. Boer. *decis.* 178. n. 7. Herman. Lather. *de censu lib. 1. cap. 16.* Reinh. König *part. 3. polit. cap. 3.*
Nam † sicuti pro tutelâ corporis & vitæ, ita qvoq; ratione rerum atq; bonorum licita est defensio, 2
Georg. Obrech. *in tract. de necess. defens. cap. 3. n. 12.* Felin. *in cap. significasti 18. extr. de homicid. n. 12. vers. Potest etiam Clericus &c.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. homicidium. n. 25.* Jodoc. Damhoud. *in pract. crimin. cap. 78.* Jacob. Boulen. *in repet. l. capi-*

capitalium. §. *famosos, n. 161. ff. de pœn.* Matth. Coler. *consil. 39. n. 14. & seqq.* Nicol. Boër. *decis. 168. n. 3.* Sebast. Medic. *de cas. fortuit. part. 1. qvæst. 8. n. 20.*
3 † Adeoq; bellum erit defensivum, & per conseqvẽs justissimum, qvod pro defensione & recuperatione rerum atq; bonorum suscipitur, qvippe qvod qvis hoc nomine alium impunè occidere qveat, *l. 1. C. Unde vi. l. 3. § 9. ff. de vi & vi armat.*

4 Idq; verum est, † etiamsi possessores titulum possessionis suæ putativum prætendere velint. Titulum inqvam putativum, qvia Imperator absqve causâ speciali & sufficiente Statuumq; consensu, bona Imperii publica nec vendere vel oppignorare, nec qvovis etiam modo alienare valet, Hotom. *illustr. qvæst. 1.* Bronch. *4. assert. 87.* Frider. Pruckm. *in §. soluta potestas. cap. 4. membr. 2. effect. 7. n. 52.* Dom. Arum. *tom. 4. jur. publ. discurs. 21.* Ut non immeritò existimet Speculator, ejusmodi donationem ab Imperatore factam, revocandam esse, *lib. 2. de instr. edit.* §. *nunc autem videndum. II. fol. 240.* Herm. Lather. *dict. lib. 1. cap. 16.*

5 Nec refert, † possessores sive Laici, sive Clerici sint. Jactitant eqvidem Pontificii, innumeras fere donationes & alienationes bonorum ac jurium Imperii ab Impp. in Pontifices factas fuisse: Nimirum, alii sedem Imperialem: alii Romam urbem: alii palatium Lateranense: alii dignitatem Regalem: alii totum Imperium Occidentale ab Imperatore Constantino Sylvestro Pontifici traditum scribunt, Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4. fol. 100. 107. & 166.* Brut. Flum. *pag. 119. & seqq.* Nicol. Cusan. Cardinal. *lib. 3. cap. 2. de concord. Cathol.* Marsil. Patavin. *in defens. Pac. cap. 10. in fin.* Wolff. *cent. 15. lection. memorab. pag. 747.* Lupold. de Babenberg *de jur. Reg. & Imper. Roman. cap. 1. & 13.* Leonhard Hütter. *in act. adversus Jacob. Gretser. de Impp. munific. in sedem Roman. cap. 4.* Albert. Crantz. *lib. 2. Saxon. cap. 1.* † Alii civitatem Bononiensem cum suo districtu, & totam Romandiolam per Rudolphum Imperatorem Ecclesiæ Romanæ donâtam contendunt, Speculat. *lib. 2. de Rescripti præsentatione.* §. *ratione, n. 18. fol. 54.* 6
† Alii Fridericum II. Imperatorem multa Italiæ prædia, & in his Comitatum Fundensem Ecclesiæ attribuisse nugantur, ut saltem Honorii III. Papæ mercaretur gratiam, Cuspin. *in vitâ Frider. II. Imperat. pag. 337.* Wolff. *13. lect. memorab. pag. 512.* Johan. Schneidvvin. *ad tit. Inst. de hered. qua ab intest* 7

intest. defer. tit. de successione fisci.
8 *pag. 431.* † Alii Romam, aliasqve civitates & provincias Italicas à Pipino donatam Pontifici Childerico, Rege Francorum deposito, ut Imperium adipisceretur, eamqve donationem posteà à Carolo Magno, ejusqve filio Ludovico Pio confirmatam, scribunt Volateran. *lib. 3. Geograph.* Hütter. *in act. advers. Jacob. Gretser. dict. cap. 4.* Alii aliter ineptiunt.

9 Sed fictæ sunt † hæ traditiones & Donationes putativæ: Nam qvi clarissimâ in luce cæcutire nolunt, fateri coguntur, jura Imperii, qvæ fuerant penes Impp. jam inde à temporibus Constantini, Pontifices Romanos ad se rapuisse, non concessu Impp. vel ullo alio jure, sed seditionibus horribilibus, tumultibus, tantisq; bellis, ut viribus Imperii accisis, subseqventes Impp. qvantumvis potentes, vel exemplo Henricorum commonefacti vel metu tyrannidis Pontificialis deterriti, ea negligere & qvasi pro derelicto habere coacti fuerint, Schard. *de Pontif. mutat. confirmat. pag. 132.*
10 † Et ut maximè omnes istæ donationes ac traditiones factæ essent, nullius tamen ponderis atq; momenti, sed ipso jure nullæ & irritæ fuissent, cum jura Imperii Germanici haut sint venalia, Zoannet. *de Roman. Imper. pag. 303. n. 184. & seqq.* Qvin nec ab Impp. sine Principum Germanorum consensu distrahi potuissent, † ut vel 11
propterea dubium haut sit, Imperatores nec posteris Principibus, nec Imperio Germanico præjudicium creasse, qvin semper provincias ac Civitates ab Imperio alienatas in ordinem cogere licuerit & etiamnum liceat, non aliter, qvàm Domino in Servum fugitivum perpetua manus injectio est, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 9. pag. 193. n. 123.* Qvod advertens Carolus V. Imper. Electorum literis solicitatus, ut urbem Romam Imperii caput & antiqva Impp. jura Imperio restitueret, respondisse fertur: *Facerem, nisi me Religio moveret,* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. cap. 3. n. 9.* † Qvâ 12
falsâ Religionis opinione Fridericus II. aliiq; Impp. plurimi fascinati Imperio suam Majestatem reddere cessârunt, Schard. *de Pontif. mut. conf. pag. 134. & seqq.* † 13
Missam ergò faciant Impp. opinionem istam, abjiciant hanc superstitionem, & vindicent ea, qvæ sunt Imperii, recuperentq; ista, qvæ à Pontificibus nullo aut ficto seu putativo titulo possidentur. Non metuant vocem Pauli III. Pontificis, cuidam de jure Pontifica-

ficatus totq; Principatuum titulo qværenti respondentis: *O te hominem scholasticum & omnium rerum ignarum, qvi Imperii jus qværis, qvod jam à tot annis contra omnium vim possidemus ac ferro defendimus.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 2. cap. 15.*

14 Neutiqvam ergò † pro recuperandis Imperii bonis, Romanæ victrici Aqvilæ jus deficit, Zoannet. *de Roman. Imper. n. 148. pag. 297.* Nisi qvis forsan præscriptionem temporis immemorialis opponere ausit, cum Roberto Bellarmino *de summ. Pontif. lib. 5. c. 9.*

15 *in fin.* † Sed frustrà omninò, postqvam de jure Canonico (qvod in causis Ecclesiæ est observandum, Bartol. *in l. privilegia. n. 2. C. de SS. Eccles.* Jason *in rubr. Solut. matr.* & ibi Dd. Wesemb. *cons. 1. n. 20.* Balb. *de præscript. in pr. & p. 2. part. 4. pr. qvæst. 2. n. 2.* Cæpoll. *de Servit. urban. prædior. cap. 24. n. 7.* Mynsing. *cent. 4. observat. 6.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 18. n. 10.*) possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, *c. vigilantis, c. ult. extr. de præscript. c. possessor. 2. de Reg. jur. in 6to.* & ibi Covarr. *p. 2. §. 8. n. 1. & 5.* Balb. *de præscript. p. 2. part. 3. princip. qvæst. 7. n. 3.*

16 † Qvod in præscriptionibus temporis etiam immemorialis receptum est, Gloss. *in cap. 1. verb. nisi de præscriptione. de præscript. in 6to.* Balb. *dict. part. 3. qvæst. 6. n. 20.* Cravett. *de antiq. tempor. part. 4. §. materia. n. 19.* Covarr. *dict. §. 8. n. 3.* Afflict. *decis. 368. n. 9. & seq.* Anton. Gabriel. *in comm. concl. tit. de præscript. conclus. 1. n. 57.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1213. n. 46.* Matth. Wesemb. *consil. 5. n. 22.* Frider. Pruckm. *de solut. potest. princip. membr. 2. effect. 7. n. 158.* Petr. Gilken. *de Usucap. part. 2. memb. 2. cap. 1. n. 6.* Mynf. *dict. observat. 6.*

† Mala fides autem alienæ rei scientia est, qvando qvis scit, vel rem alienam esse, vel eum, qvi tradit, jus tradendi non habere, *l. ult.* ubi Dd. *ff. pro emtor.* ubi bona fides est sincera conscientia, qvæ nos excusat à rei alienæ ignorantia, qvam vel alii tradimus vel ab alio accipimus, *l. qvi à qvalibet 27. ff. de contr. emt. l. si fur. 32. §. 1. ff. de Usucap. l. bonæ fidei 109.* ubi Goedd. *de V. S.* 17

† Neq; enim in materiâ Usucapionis bona fides pro jure boni & æqvi accipitur, qvod humaniorem recipit interpretationem, ut in §. *bonæ fidei Inst. de action.* Cavarr. *dict. part. 2. §. 6. n. 2.* Petr. Gilken. *dict. membr. 2. cap. 1. n. 8.* Tiraqvell. *de retract. consang. §. 35.* 18

† Atqvi sciebant Pontifices, vel scire saltem debebant, qvæ paria sunt, *l. qvod te. 5.* ubi Dd. *ff. si cert. petat. l. qvi fundum 7. §. servus 2.* 19

pro

20 *pro emtor* († cum omnia jura in scrinio pectoris habere dicantur, *c.1. de constit. in 6to. c. sæpè 44. de appellat.* eoq; ipso qvod Pontifices sunt, utriusq; juris Doctores censeantur, Bald. *in c.1. de confess.* Jas. *in l. omnium. n.3. C. qui test. fac. poss.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 26. n. 23.*) qvod Imperatoribus in detrimentum Imperii bona ei incorporata alienare vel donare haud licuerit, Decian. *consil. 2. n. 168. vol. 1.* Hotom. *qvæst. illust. qvæst.* in præjudicium maximè Successorum, Cacheran. *decis. 101. n. 13. & decis. 139. n. 6.* Pruckman. *dict. effect. 7. n. 53.* præsertim si jus plenum, directumvè & utile dominium simul transfertur, Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. in feudum n. 2.* ut propterea in malâ fide perpetuò Pontifices constituti, adeoq; nec præscribere potuisse dicantur rectissimè.

21 Ad præscriptionem porrò † possessionis continuatio reqviritur, *l. 3. ff. de usucap.* qvæ interrupta esse non debet, *l. naturaliter 5. ff. de usucap.* toties verò interrupta videtur Pontificum possessio, qvoties Imperator mortem obiit, qvi Successori futuro præjudicare haut potuit, Nicol. Everh. *in topic. loc. à plenit. potest. n. 9. & 10.* † Qvocirca 22 Papa Imperatorem noviter electũ jurejurando ad ratificandam Cõstantini confictam Donationem sibi obligare semper studuit, *c. ego Ludovicus. c. tibi Domino. distinct. 63. Clem. un. §. ipsaq; omnia. de jurejur.* Pruckman. *dict. effect. 7. n. 159.* † Qvinimò ipsâ tyrannide Pontificiâ adhuc durante, potestati 23 huic sæpissimè fuit contradictũ, ut videre est apud Aventin. *lib. 4. & 7. annal.* Æneam Sylv. *in dialog. de donat. Constant.* Felin. *in c. solitæ. n. 5. de major. & obedient.* Georg. Heimburg. *in libello, qvem de primatu Papæ scripsit.* Laur. Vallam *de donat. Constant.* qvorum verba refert Hunn. *in præfat. tract. de Eccles.* Anton. Benbel. de Godent. *in tempest. suscitab. part. 1. cap. 16. §. 3.* † Ut sic 24 dubium non sit, vitio qvoq; interruptæ possessionis Pontificũ præscriptionem laborare, adeoq; eam Imperatoribus, sua vindicãtibus, haut objici posse.

SECTIO IV.

Bona DEO dicata si justo bello recuperentur, Imperioq; reincorporentur, in usus prophanos non sunt transferenda.

SUMMARIA.

1. Periculum in recuperatione bonorum Imperii, à Pontificibus DEO dicatorũ.
2. Bona DEO dicata in prophanos usus non transferenda, n. 3. 5. 4. *Pia-*

4. Piaculares sunt DEO Principes, contrarium facientes.
6. Ut & Sacrilegi, ex sententia Pii I. Pontificis. n. 7.
8. Bona DEO dicata, Christi, non hominum bona sunt.
9. Bona DEO dicata à Pontificibus, in alios usus sacros convertenda.
10. Ex sententia Evangelicorum Statuum Imperii. n. 11.
12. Responsio Elect. Saxon. & Landgravii Hassiæ hâc de re.
13. Exclamatio Autor. Autonomiæ.
14. Variæ sunt piæ causæ, ad qvas reditus sacri possunt conferri. n. 15. 16.
17. Cura Principum Germaniæ de hâc re.
18. Sententia Scabinorum Lipsiensium.

1 Ast datâ licentiâ Imperatoribus, bona ab Imperio in Pontificem vel Ecclesiam alienata justo bello recuperandi, nonne metuendum, ut reditus, jura aut prædia à Pontificibus, sacris sanctisque usibus destinata, adeoq; Deo semel dicata, in alios & prophanos transferantur usus? Qvod
2 certè piaculum esset: † Etsi enim Pontifices de iisdem tanqvam de rebus alienis disposuerint, attamen ea semel Deo fuêre dicata, ita ut absq; piaculo aliò transferri neqveant, *Levit. 27. v. 28. c. semel DEO. extr. de Reg. jur. in 6to. l. sancimus, & l. ut inter. C. de SS. Ec-*
3 *cles.* † qvod jus ab ipso Jehovâ ortum, & naturæ ac communi Gentium lege sancitum, tradit Ernest. Cothman. *Respons. jur. 100. per tot.* Matth. Coler. *de Process. executiv. part. 2. cap. 3. n. 181.* Everh. à Weihe *in tract. de prærogat. success. lit. H. 7.* Henr. Petreius
4 *in tract. de Monast. fol. 55.* † *Ideoq; piaculares,* inqvid Lambert. Dan. *sunt DEO Principes ii, cavè Respublicæ, qui qvævè Ecclesiastica bona, h. e. DEO jam consecrata sibi vendicant, aut in alios usus transportant, de Republ. Christian. lib. 3. cap. 2.* Qvibus juxta Lutheri sententiam idem accidit, qvod Aqvilæ olim obveniebat, cui videnti, Jovi sacrificium in arâ fieri ex carne agninâ, & advolanti, bonamque partem auferenti carbo igneus alis adhæserat, qvo postmodum & nidos & pullos, qvibus prædam advexerat, comburi faciebat, Petr. Frider. *de contin. caus. libr. 3.*
cap. 18. n. 51. † Eqvidem negari 5
non potest, qvin res prædiaque Ecclesiastica, si usus, ad qvem destinata sunt, impius vel superstitiosus deprehendatur, ad alium conferre possint Imperantes, Franc. Balduin. *lib. 1. de Leg. Constantin. Magn. fol. 28.* haut inde tamen inferendum, qvod bo-

bona ista superstitioso dicata cul-
tui, prophanis commoditatibus
applicare liceat, Schurff. *cent. 1.*
cons. 48. Christ. Besold. *lib. 1. Poli-*
tic. cap. 4. Lambert. Dan. *dict. lib.*
6 *3. cap. 2.*† nisi qvis velit crimen Sa-
crilegii incurrere, juxta senten-
tiam Pii I. Pontificis *in c. prædia*
divinis usibus tradita, 12. quæst. 2.
ubi respondet: *Nefandum esse, pla-*
neq; sacrilegum, si quispiam bona
ejusmodi usurpet aut intervertat,
7 *aut in alios usus transducat.* †
Qvod Pii responsum posteà con-
firmârunt Urbanus I. Stephanus,
Pelagius, Symmachus & alii in *c.*
non liceat. ibid. Nec sine ratione,
cum is, qvi Christi bona fraudat
aut intervertit, aut ipsi eripit, non
tantùm sit prædo & raptor, ve-
8 rùm etiam Sacrilegus: † jam ve-
rò qvæ sunt Christi doctrinæ &
tuendæ & propagandæ destinata,
sunt Christi ipsius, non hominum
bona, *Malach. 1. vers. 8. cap. 3.*
vers. 8.

Sed neqvaqvam metuendum
9 id erit, † si dicamus, Reditus &
bona à Pontificibus sacris san-
ctisq; usibus destinata ac posteà
justo bello recuperata, propha-
nis commoditatibus haut appli-
canda, sed ad verum & ab omni
superstitione purgatum usum sa-
crum convertenda esse, qvod o-
10 mninò fieri debet, † ex Evangeli-
corum qvoq; Statuum & Ordi-
num Imperii sententia, Petr. Sy-
ring. *de Pace Religion. concl. 58.*
lit. b. Modest. Pistor. *vol. 1. consil.*
54. n. ult. Matth. Coler. *part. 1. de-*
cis. 224. Nicol. Reusner. *libr. 4. de-*
cis. 7. Hinc cum fundationes Col-
legiorum & Cœnobiorum C. o-
ptimâ qvondam intentione ma-
jorum, ad educandos nempe Vi-
ros doctos & castas modestasque
fœminas factæ) in abusus con-
verterentur, ita ut reformatio fue-
rit suscepta, † non fundatorum 11
heredibus bona illa reddita fuêre,
arg. l. legatum. 6. ff. de Usufr. legat.
& l. 4. ff. de administr. rer. ad Civit.
pertin. ubi Bartol. sed superstitio-
ne saltem rejectâ, in parilem rur-
sus usum ut à Principibus con-
vertantur, exigit sanctio Pacis Re-
ligiosæ *de Anno* 1555. §. 21. als auch
den. Christoph. Besold. *dict. cap. 4.*
Modest. Pistor. & Reusn. *dict. loc.*
† Qvò etiam respicit responsio E- 12
lectoris Saxon. & Landgravii Hass.
datæ 11. April. Anno 1540. apud Fri-
der. Hortleder. *de caus. belli ger-*
man. lib. 5. cap. 9. ubi inter alia hæc
verba habentur: Darumb von
den Kirchen Gütern / so noch vor-
handen seyn / erbieten wir uns (So
in einem Christlichen *Concilio* oder
Versamlung / die Händel zu Christ-
licher Vergleichung bracht wer-
den) daß wir alsdann die Güter

zu der Kirchen/Schulē und andern gemeinen LandesNothdurfften in unsern Landen und Gebieten/ ohne Beschwerung wollen folgen lassen/ wie solches also dann uffn Christlichen Synodo oder ReichsTag beschlossen wird. Dann die Kirchen-Güter sollen angewendet werden zu erhalten das PredigAmpt / die Christliche Schulen und andern Kirchen und LandesNothdurfft/ wie das klar zeuget die H. Schrifft/ die alten *Concilia* und die ältesten *Canones &c.* Idqve si ab omnibus, qvi prophanas manus bonis ejusmodi admoverunt, strictè obser-
13 vatum fuisset, † nō habuisset causam exclamandi Autor *Autonomiæ*, non sine opprobrio Protestantium, *hisce verbis:* Wo seyn ihrer Eltern Stifft und Clöster? Ist es nicht alles *prophaniret*, abgethā/niedergerissen und verwüstet? Seyn nicht aus Bisthumen weltliche Fürstenthumb/ aus den Kirchen Zeughäuser / Roßställe / Tantzhäuser / Pulverkästen/Badehäuser/ ꝛc. aus den Klöstern gemacht worden/ *part. 3. cap. 16.*

14 Sunt profectò † infinitæ ferè causæ piæ, ad qvas Reditus isti conferri possent: Clamat penuria pauperum: clamant nudi: clamant famelici, conqveruntur & dicunt: *Nostrum est, qvod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, qvod inaniter expenditis: Nostris necessitatibus detrahitur, qvicqvid accedit vanitatibus vestris,* ut refert ex *Bernhard.* Christ. Besold. *lib. 1. Polit. cap. 4.* † Utqve 15
reditus isti Ecclesiastici in eqvestribus ordinibus constituendis impenderentur, qvibus non solùm Potentiorum secundogeniti sese alere, & sublimes Imperii dignitates in suâ integritate conservari possent, sed etiam qvod perpetuas pro Lege & grege excubias agerent, firmum haberetur præsidium, svadet Nicol. Betf. *de pact. Famil. illustr. cap. ult.* cui consentit Besoldus *de Success. Regiâ diss. 6.* & Petrus Syring. *dict. concl. 38. lit. b.* † Et nunqvam deficiet causa pa- 16
rilis, qvæ reditus & bona Deo semel dicata excipere possit. Si scilicet ejusmodi bona vel ad alium cultum divinum, vel ad salutem Reipublicæ: vel ad conservandum ministeriū: vel ad pias scholas constituendas: vel ad juvandos pauperes: vel ad conditionem Nosocomiorū qvoqvo modo meliorem efficiendam: vel ad causam Studiorum conferantur, *arg. l. sancimus. 21. l. qvoniam 26. C. de SS. Eccles. cap. cum secundum Apostolum. 16. extr. de præbend.* † Veluti pro Monasteriis Scho- 17
las, Nosocomia, Xenodochia, Orphanotrophia, laudatissimos

qvos-

qvosdam Germaniæ Principes
conſtituiſſe, refert & commendat
Everh. à Weihe *in aulico Politico. reg.* 216. Hocq; juris apud Evan-
18 gelicos obtinere, probat † *Sententia Elect. Saxon. Scabinorum Lipſienſium*, in hunc modum pronunciata: Und ob wol das Kloſter Gerbſtedt ein geiſtliches Gut iſt: So iſt doch dabey wol zubedencken / daß ſolches den Ordens Perſonen / und nachdem nunmehr das Kloſter Leben abgethan / und das Liecht des heiligen Evangelii an Tag kommen / auch demſelbigen gemeß / die Chriſtliche *Religion reformiret* iſt / Kirchen und Schulen zu Nutz verordnet worden / in anſehung daß zu dero Unterhaltung ſolche Güter angewendet werden ſollen / wie daſſelbe durch *Hieron. Schurff. cent. 1. conſil. 47. n. 11. usq; ad n. 14. & in eâd. cent. conſ. 90.* mit vielen Rechtsgründen ſtattlich ausgeführet / auch von *VVeſemb. conſil. 37. n. 6. & ſeq. confirmiret*, und durch des Heiligen Römiſchen Reichs *de An.* 1555. zu Augſpurg *publicirten* Abſchied / und Churfürſt Moritzens hochlöblichſter Gedächtnüß *publicirten* löblichen Landes-Ordnung / *ſub tit.* von dem Uberlauff der geiſtlichen Gütere & *tit. ſeq.* beſtetiget wird / ꝛc. in causâ *Ottonis*, Edlen von Plato *Menſ. Febr. Anno* 1603.

SECTIO V.

Injuſtum eſt bellum pro amplificatione Imperi ſuſceptum.

SUMMARIA.

1. Bellum injuſtum pro augendo Imperio ſuſceptum.
2. Imperator Romanus dicitur ſemper Auguſtus.
3. Explicatio hujus tituli.
4. Auguſtus non ab augendo, ſed ab Augurio dictus.
5. Bonus Imperii moderator mavult acquiſita retinere, qvàm alia acqvirere.
6. Semper appetere avari eſt animi.
7. Cupiditas Alexandri Magni.
8. Rejicitur ſententia Machiavelli, n. 9. 10.
11. Alexander M. orbis prædo vocatus.
12. Judicium Keckermanni de Hiſpanico Imperio in Indos.
13. Bartol. Caſ. Epiſcopus Hiſpanus malè ſentit de Indorum devaſtatione.
14. Nullum habent titulum belli in Indos Hiſpani n. 15.
16. Laudes Venetorum qvòd ſint pacis amantes.
17. Malè reprehenduntur à Bodino.

Sicuti

SIcuti Bellum dicitur justum, qvod pro defendenda patriâ & conservandâ ditione ac tuendis
1 Imperii rebus suscipitur; Ita † econtra illegitimum & injustum est bellum, qvod nullum alium habet titulum, nisi amplificationem Imperii, qvæ non magis justa belligerandi causa est, qvàm gloria, propriumvè Principis commodum, *c. qvid culpatur. c. mili-*
2 *tare. 23. qvæst. 1.* † Etsi enim Imperatores dicantur semper Augusti, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs (non errore Consiliariorum aulicorum & priscorum juris Glossatorum, ut vult Goldast. *in Rational. tom. 1. Const. Imp. p. 65.* sed jure dictante, *Novell. 60. 63. 66. & 83. in fin.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 2. cap. 1. n. 31.*) attamen non permittit hic titulus Imperatori Romano qvâvis ex causâ adversus gentem peregrinam bellum suscipere, Imperiumqve augere,
3 † sed titulum eum exaudiri oportet de justâ augendi & amplificandi Imperii causa, puta: Si Imperator ditioni Romanæ reddat per bella gentes atqve provincias, qvæ aliqvando Imperio Romano fuêre subjectæ, sed manu violentâ ab eo detractæ, Henr. Bocer, *de bello & duello. lib. 1. cap.*
4 *6.* Qvin nec † Augustum ab augendo, sed augurio dictum, atq; sic per Augusti nomen non amplificatorem, sed hominem felicissimi augurii & sibi & Reipublicæ, dignumqve veneratione & excellentissimo honore indigitari, haut ineptè existimaveris, Coras. *lib. 3. misc. 22. n. 6. & 7.* Et Augustus qvasi hominis natura amplior cognominatus est, inqvit Dio *lib.* 53.

† Nec enim benè Imperium moderari dicitur, qvi semper ac- 5
qvirere & augere studet; sed qvi semel acqvisita retinere ac conservare novit: cum juxta Maximiliani I. Imperatoris dicterium, qvod sæpè in ore habuisse fertur: *Longè facilius sit vincere & domare gentem, qvam in officio retinere:* Et juxta sententiam Totilæ Regis Gothorum: *Tueri qvæsita difficilius, qvàm acqvirere: qvoniam in acqvirendo ignavia possidentis sæpè plus confert, qvàm propria virtus*, Ca- 6
merar. *cent. 1. oper. subcis. cap. 2.* † Animi qvoq; avari est semper appetere, nunqvam contentum esse, juxta illud Horat: Qvo qvis plus habet, plus habere cupit ob vastitatem animorũ, qvibus nullum finem circumscripsit natura. 7
† Hinc lachrymæ Alexandri audientis multos esse mundos, qvod ipse nondum unum subegisset, Plutarch. *in ejus vitâ.* Et de immensâ

mensâ cupiditate Alexandri extat Scytharum Legatorum oratio apud Q. Curtium *lib. 7. de reb. gest. Alex.* in qvâ inter alia hæc habentur verba: *Si Dii habitum corporis tui, aviditati animi parem esse voluissent; Orbis te non caperet: Altera manu Orientem, alterâ Occidentem contingeres; & hoc assecutus scire velles, ubi tanti Numinis fulgor conderetur; Sic qvoq; concupiscis qvæ non capis: Ab Europa petis Asiam, ex Asiâ transis in Europam: Deinde si humanum genus omne superaveris, cum sylvis & nivibus & fluminibus, ferisq; bestiis gesturus es bellum. Qvid tu? ignoras, arbores magnas diu crescere, unâ hora extirpari? Stultus est, qvi fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, qvos comprehenderis, decidas. Leo qvoq; aliqvando minimarum avium pabulum fit, & ferrum rubigo consumit. Nihil tàm firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido.*

8 Sunt eqvidem † qvi asserunt, illud Imperium esse legitimum, qvod invasione ac bello acqviratur: Unde Nicol. Machiavell. *de princ. cap. 3. Cum natura,* inqvit, *regnandi cupiditate nunqvam satiatur, nulli vitio sed potiùs laudi dandum est qvovis modo, sive per pellem leoninam sive vulpinam ditiones amplificare.* In eo saltem dicit vitium esse, si qvis ea affectat, qvæ consequi suis viribus non possit. Qvin olim Persæ, Scythæ, Cretenses & alii populi ad bellum suos cives ideò instruxerunt, ut finitimos invaderent, suaqve confinia aliarum gentium damnis spoliisqve augerent & onerarent, Beter. *lib. 8. de Polit. illustr. cap. 6.* Sed audiant † Patroni hujus sententiæ 9
Aristotelem *lib. 7. Polit. cap. 2.* in amplificandis nimirum Imperiis & necandis finitimis, beatitudinem Civitatis neqvaqvam consistere. *Nam eo animo,* inqvit Johan. Casus, *invadere, ut solùm auctior fiat Dominatio, est publicum qvasi latrocinium & homicidium profiteri, non est ergò justum, non est legitimum vi & armis susceptum Imperium, ad Aristot. dict. lib. 7. cap. 2.* † Imò au- 10
diant vocem ipsius Dei, *Habac. cap. 2. Veh, qvi multiplicant non sua: veh, qvi spoliant gentes multas: Veh, qvi congregant avaritiam malam domi suæ, ut sit in excelso nidus ejus, veh, qvi ædificant Civitatem in sangvinibus & præparant urbem in iniqvitate. Venient enim dies, qvibus afflictionem sustinebunt & manus Domini super eos erit, nisi ad Dominum convertantur & aliena restituant.*

† Nec sine ratione Seneca Ale- 11
xandrum Magnum Orbis terrarum prædonem vocant, *lib. 1. de benefic.*

nesic. cum juxta responsum Agesilai, Reipublicæ benè constitutæ fines non gladiis sed justitiâ terminentur, ut refert Plutarch. *in e-*
12 *jus vitâ*, Lips. *lib.5. Polit.cap.4.* † Hinc de Imperio Hispanico in Indos judicium facit Keckerman. *in syst. Polit. lib.1. cap.4.* qvod invasio ista Barbarorum non fuerit legitima, cum pro Scopo fuerit proposita, à plerisq; eò missis præfectis & Legatis, inexplebilis avaritia, & non emendatio aut conversio, sed eversio & vastatio istorum am-
13 plissimorum Regnorum. † Qvod non parum confirmat testimonio *Barth. Casai Episcopi Hispani*, qvi in narratione suâ de Regionum Indicarum per Hispanos devastatione, ita scribit: *Rubore suffundi deberemus, qvod omni timore DEI remoto, tàm execrandis facinoribus colorem addere & ea excusare tentemus, cum præcipuè cernamus, nos (Hispanos nempe) quadraginta orto annorum spatio Regiones majoris longitudinis, qvàm sit tota Europa & pars Asiæ, ob hanc causam, ut divitias conseqveremur, destruxisse, eas terras deprædantes & omni crudelitate, injustitiâ & tyrannide occupantes & usurpantes, qvas humanis habitatoribus & incolis refertas vidimus, & in iis ultra viginti hominum milliones periisse certò scimus.*
14 Hæc illæ. † Qvalem namq; Hispani in bello illo prætextum habebant: an concessionem Apostolicam Alexandri VI. Pontificis Romani? At ne Princeps qvidem, qvi Imperio possidet omnia, singulorum dominium invertere potest: nec Papa in Indos unqvam habuit potestatem, Hier. Benzo *in hist. novi orbis lib.3. pag.13.* † An 15
Religionis Christianæ propagationem? At Christus nullam dedit legem, qvâ liberi populi ob Evangelii rejectionem fierent mancipia. Georg. Frid. Limp. Baro *apud Frider. Achill. in Orat. contra Hispan. pag.35.* Waremund. ab Erenberg *lib.2. de fœder. cap.1. n.82.*

Saniores hâc in re sunt † Veneti, 16
qvi non nisi propulsandæ injuriæ causâ, bella suscipiant. *Si enim beata Civitas esse putetur*, inqvit Bodin. *lib.5. de Republ. c.5. quæ partâ pace suis finibus contenta sit, profectò Respublica Veneta videatur, quæ non modò Imperii sedem in loco, arte & naturâ inexpugnabili collocavit, verùm etiam continentes arces, ad Imperii adjumentum valdè opportunas, tantis præsidiis firmavit, ut nec hostium impetus valdè metuere debeat, & Subditos imperiis ac legibus facilè tueri possit, propagandi verò Imperii curam penitus omiserunt: qvin etiam bellorum causas omnes studiosissimè declinant, & illata difficillimè susci-*

suscipiunt, suscepta verò finire, ac pacem modis omnibus magnoq; sæpius cum detrimento inire conantur. Ha-
17 ctenus Bodinus. † Qui tamen eos reprehendit, ac propterea bestiis imbellib9, cervis, columbis & leporibus confert. Nescio an benè: ut nō immeritò contra eundē Venetorum famam defenderit Herm. Kirchn. *disp. final. de Republ. th. 2.*

SECTIO VI.

Pro tuenda Religione justum ac legitimum suscipitur bellum; secùs verò ad Religionem propagandam.

SUMMARIA.

1. *Justum suscipitur bellum pro defensione Religionis.*
2. *Consentit D. Lutherus.*
3. *Testimonia ex Patris.*
4. *Impp. sunt Advocati & protectores Ecclesiæ.*
5. *Veteres Germani armis tuiti sunt Religionem.*
6. *Confœderati Smalcaldici propugnárunt Religionem.*
7. *Defensores Religionis quinam in Gallia fuère?*
8. *In Belgio Ordines confœderati.*
9. *Bohemi propugnatores Religionis Hussiticæ.*
10. *Prætextu Religionis non quærendæ sunt Regiones.*
11. *Iniqua Constitutio pontificia à Friderico I. Imper. confirmata. n. 12.*
13. *Non licet bellum gerere pro Religione propaganda.*
14. *Uti nec propter abnegationem fidei Christianæ. n. 15.*
16. *Quod & juri Civili & Canonico convenit.*
17. *Limitat hoc Covarr. si gentes Evangelium blasphemiis impediant.*
18. *Refellitur hæc limitatio à Bocero.*

QVid verò de Religionis defensione dicemus, num & hanc justam & sufficientem justi belli
1 causam arbitrabimur? † Ita certè est, & pro defensione Religionis justum & legitimum suscipi bellū, hominesq; Religionis causâ vim sustinentes, præsidio armorum rectè defendi posse, præter Protestantes ipsos apud Johan. Sleidan. *libr. 17. & 18.* sensit Lutherus, † ut constat *ex fine libelli* wider 2
den Meuchler zu Dreßden. *tom. 5. Jenens.* Aus seiner Warnung an seine liebe Teutschen/ *eod. tom. 5.* Ex *concione 3. super Historiam Passionis in Postillis domesticis:* & ex *disputatione, quam publicè*

Witebergæ Anno 1540 in hanc sententiam proposuit? Daß man dem Pabst und seinen Schutzherren wider unrechte Gewalt unnd Krieg Widerstand thun soll.

3 (1) † Præter testimonia enim & exempla ex sacris deducta, ut *1. ad Timoth. 2. vers. 2. Esai. 49. Act. 23. 1. Maccab. 1. & 2. 1. Reg. 18. v. 4.* (2) †
4 Imperatores dicuntur Advocati & Protectores Ecclesiæ, der heiligen Christlichen Kirchen Rechtvoigte/ *Advocaten*, Schirmer und Schutzherren/ *Recess. Imper. Colon. de Anno 1512.* §. Und nach dem wir. Qvam protectionem etiam juratò promittunt Impp. in Capitulatione, ut dictum *suprà cap. 20.* Lupold. de Babenberg *de jur. ac translat. Imp. cap. 9. & 13.* Andr. Knichen *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum. cap.*
5 *5. n. 495. & seqq.* (3) † Armis qvoq; Religionem sæpius tuiti sunt veteres Germani, adeò ut pleriqve Ordines Eqvestres ob hanc defendendæ veræ Religionis causam instituti putentur, Spangenberg im Adelspiegel/ *part. 2. lib. 6. cap. 52.* Qvod de Eqvitibus aurei Velleris indigitant vulgares rythmi gallici:

Pour maintenir l'eglise, qvi est de Dieu maison
i' ai mis su le noble ordre, qu' on nomme la toison.

6 † Sic enim reformatam in Germaniâ Religionem Elector Johannes Fridericus, cæteriq; confœderati Smalcaldici & Mauritius Elector propugnârunt, Joh. Sleid. *comm. lib. 24.* Waremund. ab Erenberg *de fœder. c. 2. n. 24. & seqq.* † In Galliâ Rex Navarrenus, Princeps 7
Condæus & Admiralius Caspar Collinius. Dn. de la Nove. *discurs. 26. & seqq.* † In Belgio, Ordines 8
confœderati, Dn. de la Nove. *discurs. 22.* † Et Religionem Hussiticam qvondam propugnârunt Bo- 9
hemi, Spangenb. *dict. l. 6. cap. 33.*

Videant tamen ii, qvibus cura Religionis incumbit, † ne prætex- 10
tu istius, Regionem aliudvé lucrum qværant, Eberh. à Weihe *in disc. probl. Regii*, qvod de Demetrio Argentario sacræ tradunt literæ, *Actor. cap. 19. vers. 4. & seqq.* de Philippo Pulchro Galliarum Rege, Johan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 7.* & de aliis Petr. Gregor *lib. 13. de Republ. cap. 11.* † Qvò & pertinet 11
Sanctio pontificia, ut si qvæ potestates seculares ditiones suas, ab hæreticâ pravitate purgare neglexerint, illæ Catholicis exponantur occupandæ, *c. excommunicamus. §. moneantur. c. ad abolendam. §. statuimus. extr. de hæret.*
† Qvam sanctionem confirmavit 12
Fridericus I. Imperator *in Auth. si verò C. de hæret. & Manich.* absqve dubio fraude Pontificũ adductus.

Ad

Ad defendendam igitur Religionem, justum atqve licitum est bellum: † Secus verò ad Religionem propagandam, ut falsò putat Vacca *in l. 5. ff. de just. & jur.* ratione scilicet propagandæ Religionis, licere contra Ethnicos & paganos assumere arma, reprehensus propterea à Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 1. num. 81.*

13

14 † Adeoq; nec propter solam infidelitatem, h.e. contemtum & abnegationem fidei Christianæ, Philipp. Dec. *in cap. qvæ in Ecclesiarum. n. 110. extr. de consvet. & in cap. consuluit 29. n. 1. & 11. de appellat.* Didac. Covarr. *in cap. peccatum. secund. part. relect. §. 10. n. 1. & 2. de Reg. in 6to.* Waremund. ab Erenb. *de fœder. dict. cap. 1 n. 77.* Uti enim fides non alicujus hominis, sed solius DEI donum est, ita etiam non armis humanis, sed solâ DEI gratiâ propagari potest.

15 † Nec enim gens Judaica unqvam aliis gentibus ob idololatriam Bellum intulit, nisi ex speciali DEI mandato, vel qvia injuriam fecerant, Obrecht. *disp. 1. de bello. th. 245. & seqq.* etiamsi aliàs contra naturæ leges peccassent, Antimach. *lib. 3. theor. 3.*

Qvod & † juri civili convenit, 16
l. Christianis. 6. C. de pagan. nec nō juri pontificio *in c. dispar. 23. qvæst. 8. c. Judæi. extr. de Judæ. c. de Judæis. c. qvi sincera. distinct. 54.* ubi dicitur, infideles nec in personis, nec in rebus, qvamdiu qvietè vivunt, à Christianis molestari aut offendi debere. Henr. Bocer. *de bello lib. 1. cap. 6.* Waremund. ab Erenberg *dict. cap. 1. n. 65.* Jacob. Cujac. *7. observat. 30.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 3.* August. *lib. 4. de civitat. DEI. cap. 18.* Qvod Didac. Covarr.
ita limitat, † nisi gentes fidē Christianam & prædicationem Evangelii liberam blasphemiis pravisqve persvasionibus impediant in provinciis suis, qvo casu licitū sit bellum ipsis inferre, *dict. §. 10. n. 3. vers. quartò licitum est.* 17
† Qvam tamen sententiam refutat Henric. Bocer. *dict. cap. 6. n. 19.* rationibus & textibus ex sacris adductis. 18

CAP. V.

De articulis, Comitia & Conventus concernentibus.

SUMMARIA.

1. *Comitia sunt Reipublicæ fundamentum.*
2. *Indictio Comitiorum Majestatem sapit n. 3.*

4. Romulus jus Comitiorum sibi reservavit.
5. Sanctum est jus Comitiorum apud Venetos.
6. Jus indicendi Comitia, ad Regalia Majestatis pertinet. n. 11.
7. Principes Germaniæ convocant conventus.
8. At jus cogendi ad Conventus non habent. n. 9. 10.
12. Soli Imperatori competit jus indicendi comitia.
13. Jus hoc per Capitulationem Cæsaream hodiè limitatum.
14. Reqviritur consensus Electorum ad indictionem Comitiorum.
15. Extra fines Imperii Germanici haut indicenda Comitia.
16. Electores pro salute Imperii congressus celebrare possunt.
17. Comitia qvædam sint particularia?
18. Qvæ tamen generali qvoq; Comitiorum nomine comprehenduntur.
19. Alienigenæ de Dietis jocantur.
20. Dietæ omnes fœcundæ.

1 CUm Comitia sint fundamentum Reipublicæ, Aristot. *4. Polit. cap. 14.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 28. & seqq.* utiq; aliis attribui non possunt, 2 præterqvam soli Majestati: † qvippe in cujus tanqvam Naucleri manu non tantummodò navem, sed & gubernacula omnia esse oportet, totam aliàs navim pessundatura, si contra nutum Naucleri huc vel illuc à qvovis dirigi possit, Henning. Arnis. *de jurib. Majest. major. cap. 4. n. 17.* † *Hoc cum animadverterant Decemviri, opinio certa*, inqvit Livius, *exierat, qvamvis sine autore, non in præsentis modò temporis injuriam eos conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos jurejurando initum, ne Comitia haberent, qvò perpetuo Decemviratu possessum semel retinerent Imperium, nec fefellit opinionem eventus, lib. 3.* † Ideoqve Romulus, licet 4 multa alia Senatui & populo concessisset Majestatem redolentia, populum tamen convocandi, Senatumq; cogendi potestatem sibi soli reservavit, Halicar. *lib. 2.* Qvod & fecit Anglorum Princeps, solus convocans Duces, Marchiones, Barones, aliosq; qvibus licet Parlamentis, qvæ vocant, interesse, Smit. *lib. 2. Reip. cap. 3.* † Neq; aliâ 5 de causâ jure Comitiorum apud Venetos nullum sanctius & antiqvius habetur, qvàm qvod in eo maxima Imperii Majestas atq; dignitas eluceat, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 14.* Ut 6 proinde † jus indicendi Comitia

inter

inter Regalia summa Majestatis referri, nemo facilè dubitaverit: non solùm, qvia in Comitiis consilium habetur de summâ rerum & præcipuis Reipublicæ negotiis, de Bello, Pace &c. Arist. 4. *Polit. 14.* Sed & qvod species qvædam sit summæ jurisdictionis atq; potestatis, cogere eos, qvorum interest ad Comitia.
7 † Solent eqvidem conventus singulorum Circulorum Germaniæ duo primarii Principes convocare: veluti qvoqve Lubeca Civitates congregat Hanseaticas, qvibus tamen in reliqvos Principes & Civitates nec jurisdictio nec potestas aliqva competit; Ast Principes isti & Civitas Lubeca non jus habet cogendi ad conventus, id qvod proprium est Majestatis:
8 † aliud namqve est invitare ad Conventum aut Concilium: aliud verò id juris habere, ut nisi aliqvo jubente vel ipso invito insciove, conventus congregari fas non sit. Henn. Arnis. *de jurib. Majest. major. c. 4. n. 16.* Illudq; solum honorem nec aliqvod Imperium arguit:
9 † Ubi enim Principes vel Civitates amicitiâ seu fœdere inter sese coiêrunt, unum vel aliqvos eorundem esse oportet, qvi cæteris Conventuum tempus indicent, eosqve invitent ac convocent, societate nihilominus inter eos semper æqvali manente: perinde sicut Servius Rex Romanorum ex singulis Latinorum civitatibus, Optimates, in qvos tamen nihil potestatis habebat, convocavit, denuncians illis, se de rebus magnis & ad communem utilitatem pertinentibus velle cum iis consultare, ideoqve illos à se convocari, Dion. Halicarn. *lib. 4.*
† Consulum qvoq; Romanorum dignitatem Polyb. *lib. 6.* maximâ ex parte in eo collocat, qvod convocare potuerint Concionem, proferre edicta, & qvæ in juribus decreta fuerint, dispensare, cum tamen absurdum sit, Magistratui potestatem aut Majestatem in reliqvum Reipublicæ corpus attribuere. 10
† Sed tum demum Conciliorum convocatio ad Majestatem pertinet, si ita alicui competit, ut nefas sit reliqvis, eo non indicente, consilii capiendi gratiâ convenire. 11

Inter Regalia itaq; Majestatis cum jus Comitiorum referatur,
† seqvitur inde, soli Imperatori ceu Capiti in Imperio, jus indicendi Comitia universalia competere, licet per Capitulationem Cæsaream id eatenus fuerit limitatum, ut opus sit Imperatori ad Comitia indicenda, Principum Electorum approbatione & consensu. Qvin nec hodiè pro lubitu 12

tu qvovis in loco vel extra fines Imperii germanici Imperator Conventus agere, neqve Electores pro salute & incolumitate Imperi celebrare congressus, prohibere valet, Joh. Sleidan. *libr.1. comm.* Melch. Goldast. ab Haiminsf. *in Polit. Imper. part.12.* Nimirum

13 † circa jus Comitiorum tria juratò promittit Rex Romanorum.

14 *Primum est:* † qvod Comitiales Conventus absq; scitu & voluntate Sex Virûm Electorum indicere nolit. De qvo *verba Capitulationis* ita habent: Deßgleichen sie die Churfürsten unnd andere Reichsstände mit den ReichsTägē/ Cantzley Geld / Nachreisen / Aufflagen und Stewer / unnothdürfftiglich und ohne redliche tapffere Ursachen nicht beladen noch beschweren/ auch in zugelassenen Fällen / die Stewer/Aufflagen und Reichstäge ohne Wissen und Willen der sechs Churfürsten / nicht ansetzen noch ausschreiben/ ꝛc. Videmus namq; non modò Imperii nostri Majestatem, sed & libertatem Germaniæ Comitiis firmari: *Etenim si ullibi, sanè in Comitiis abundè est*, inqvit Johan. Limn. *ex qvo libertatem Imperii Statuum deprehendere licet, de jur. publ. lib.9. cap.1. n.13.* ut non immeritò simul arbitrio Electorum indictio Comitiorum videatur concessa, de qvo fusius *Sect. seq.*

Secundum: † Ne extra fines Imperii Germanici Comitia agantur, *in verbis Capitulationis:* Und sonderlich keinen ReichsTag/ ausserhalb des Reichs Teutscher *Nation*, auch ehe und zuvor der Sechs Churfürsten *Consens* und Verwilligung durch sonderbare Schickung darzu eingeholet/ fürnehmen oder ausschreiben/ ꝛc. Qvô & facit illud *Speculi Svevici cap.39.* Die Fürsten und andere Herren sollen hoff suchen zu Teutschen Landen und nicht fürbaß/ ꝛc. Limn. *dict. c. 1. n.38.* 15

Tertium est: † Ne prohibeat Principes Electores, pro eligendo Rege vel Imperatore Romanorum, Comitia indicere, nec non pro salute & incolumitate Imperii congressus alios celebrare: *husce verbis:* Wir lassen auch zu/ daß die gedachte Sechs Churfürsten ie zu zeiten Vermöge der güldenen Bull und Gelegenheit des heiligen Reichs/ zu ihrer Nothdurfft/ auch so sie beschwerliches Obligen haben/ zusammen kommen mögen/ dasselbe zubedencken und zuberathschlagen/ daß wir auch nicht verhindern noch irren/ und derhalben keine Ungnade oder Widerwillen gegen ihnen sämptlich noch sonderlich 16

schöpf-

schöpffen und empfahen / sondern uns in deme und andern / der güldenen Bull gemäß gnädiglich und unvorweißlich halten sollen und wollen / rc. Johan. Sleidan. & Goldast. *dict. loc.* non sine ratione urgentissimâ *secundum tradita infrà Sect. 7.*

17 Ex qvo perspicuum, †non semper haberi in Imperio Comitia universalia, sed dari qvoqve certorum Statuum conventus particulares, veluti Deputatorum, Deputation Tage / *Recess. Imp. de An. 1555.* Visitatorum Cameræ, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 50.* Conventus Circulorum, Kreyß Täge / *Recess. Imper. de Anno 1555.* §. In Fall aber / & *de Anno 1570.* §. Als wollen wir nochmal. Electores, vel pro eligendo Imperatore, Wahl Täge / vel pro salute & incolumitate Imperii, celebrandi, Churfürsten- oder Collegial Täge / qvæ propriè hoc Capitulationis membro indigitantur. †Eaqve omnia dicuntur
18

in genere Comitia Imperii, placita, Hinckmar. Remens. Archiep. *epist 3. cap. 29.* Synod. *Regin.* Abbas Prumiens. *lib. 2. Chron. Anno 770.* vel Dietæ, Fab. *lib. 1. histor. Svevor.* 19
† De qvibus alienigenæ invidentes gloriæ Germanorum, ita jocantur: *Qvid faciunt Germani? petunt Dietam Wormatiensem: ubi tot sunt Duces, Marchiones & Comites? Sunt in Dieta: qvid statuunt de germanicis rebus? Distulerunt in aliam dietam, bone* Deus, *qvid sibi volunt tot dietæ, nisi qvòd vulgò fertur, ut una dieta alteram pariat?* secundum Raymund, Cardinal. Gurcens. *in Orat. ad Ordin. German. Nürenb. congregatos anno 1501.* apud Reusn. *vol. 1. Orat. Turc.* † Qvò & facit illud Æneæ Sylvii: *Fœcundæ sunt omnes dietæ, qvælibet in ventre alteram habet, Epist. 72.* Et iterum: *Nec enim,* ait, *dieta fit, qvæ dietam non pariat, credo qvia fœmineum est nomen, libenter impraegnari dietas ac parturire, in Epist. 92.* 20

SECTIO I.

Non valet Imperator Comitia indicere vel reassumere absqve consensu & approbatione Electorum, qvod prudenter & magnâ ex ratione receptum, atq; in Capitulatione Cæsareâ provisum.

SUMMARIA.

1. Indictio Comitiorum pertinet ad jura Majestatis.
2. Majestatis jura solius Imperantis personæ cohærent.

3. De jure qvoq; divino Reges cogunt Comitia.
4. Qvod & in Regnis Galliarum ac Hispaniarum observatur.
5. Liberrima qvondam fuit Comitiorum indictio.n.6.7.
8. At hodiè Electorum consensui astricta. n.9.10.11.12.
13. Reqviritur etiam consensus Electorum ad reassumtionem Comitiorum.
14. Responsum Rudolphi II. Imper. ad Legatos Electorum.
15. Consensus Electorum ad formam Comitiorum necessarius.
16. Omissio formæ vitiat actum.
17. Rationes constricta Majestatis Cæsareæ circa Comitiorum indictionem. n.21.22.
18. Negotia in Comitiis tractari solita.
19. Absolutam potestatem Cæsar in Imperio non habet.n.20.
23. A priscis Impp. Status absq; necessitate sæpius convocabantur.
24. Qverela Electorum super administratione Maximiliani I.
25. Cuspiniani qverela.
26. Moguntinus in Comitiis Confluentiæ duriusculè compellavit Imp. Maxim. I.

1 VErissimè indictio Comitiorum (vulgò der Höfe/Königl. Höfe/ ReichsTäge/ VersamlungsTäge des Reichs. Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 9. cap. 1.*) ad jura Majestatis refertur ab Arnoldo Clapmaro *lib. 1. de arcan. Rerumpubl. cap. 14.* Bornit. *de Majestat. cap. 26.* Christoph. Besoldo *in Polit. lib. 1. cap. 3.* & Henning. Arnis. *de jurib. Majest. major. cap. 4.* Qvorum ductu soli Imperatori Comitia cogere & Status convocare permissum erit.
2 † Siqvidem jura Majestatis solius Imperantis personæ cohærent, ut nec volens iis se abdicare, aut alium in consortium vocare possit, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10.*
3 Hinc ipsemet † Deus Moysi simul Imperium dedit in populum, duasqve tubas argenteas ad eundem congregandum & castra movenda, *Num. 10.* Et post Moysen Josua, *Jos. cap. 1. & 24.* Regesqve & Principes usqve ad Macchabæorum tempora, *1. Maccab. 14.* jus congregandorum Comitiorum usurpârunt: veluti de Davide, *1. Paral. 15.* Salomone, *2. Paral. 5.* Assa, *2. Paralip. 15.* Josaphat, *2. Paral. 20.* Joa, *2. Paralip. 24.* Josia, *2. Paral. 34.* Ezechia, *2. Paral. 29.* legitur. † Ex 4
qvo principio etiam Reges Galliarum atqve Hispaniarum ut peculiare Dominationis signum, sibi hanc potestatem adserunt, Johan. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 7.* qvod de Rege Galliarum attestatus

ſtatuit qvoq; Petr. Gregor. Tholoſ.
lib. 24. de Republ. cap. 5. n. 3.
Et primis qvidem temporibus,
5 † absqve ullius adſenſu Comitia
cogere Imperatoribus jus fasqve
fuiſſe, ex hiſtoricis notum eſt.
Nam de Carolo Magno ſcribit
Euginhard. *in vita ejusdem*; qvod
congregatis ſolenniter de toto Re-
gno Francorum primoribus, cun-
ctorum conſilio, conſortem ſibi
totius Regni & Imperialis nomi-
nis heredem, ſcilicet Ludovicum
filium conſtituerit. Cui aſſenti-
tur Anonym. *in Annalib. de geſtis
Pipini, Caroli M. & Ludovici. Dn.
Carolus Rex*, inqvit, *habuit populi*
6 *ſui generalem conventum.* † Dubra-
vius qvoqve *lib. 14. Hiſtor. Bohem.
nunqvam Cæſar ex Italia reverſus eſt*,
ait, *qvin Principum conventus indi-
ceret:* Et Sigefrid. Presbyt. Miſn.
lib. 2. Epitom. Anno 1302. ſcribit, fa-
ctâ pace inter Regem Roman. Al-
bertum & Archiepiſcopos ſuprà
dictos, qvos idem Rex multum
humiliaverat, ſtatim ipſe Rex fa-
cto edicto omnibus Principibus
præcepit, ut ad Curiam ſuam in
feſto Sebaſtiani Martyris Merſe-
burgii celebrandam, conveni-
7 rent. † Hocq; jus indicendorum
Comitiorum usq; ad tempora Ca-
roli V. Imperatoris perduràſſe,
non uno Receſſuum Imperialium
loco clareſcit, Ita enim Frider. III.
in Reformatione Anno 1442. inſtitutâ
ait: Darumb inſonderheit her zu
uns zu kom̃en geboten un̄ geheiſſen
haben. *Ordinatione Trevirenſi & Co-
lonienſi Maximiliani An. 1512. ibi:* So
haben wir Churfürſten/ Fürſten
und andere Stände des H. Reichs/
zu uns anfänglich gen Trier auff ei-
nen gemeinen ReichsTage erfor-
dert/ ꝛc. *Receſſ. Auguſt. An. 1518. ibi:*
Vnd dorauff Chur/ Fürſten und
andere Stände zu uns daſelbſt hin
erfordert/ ꝛc. *& Receſſ. Ratisbon. de
Anno 1527.* §. haben wir der Bott-
ſchafften/ *ibi:* Wiſſen wir uns zu
erinnern/ daß aus thun unnd Er-
kundigung eines ReichsTages/
Römiſche Käyſerl. Maj. eignet.
At poſteà † Electoribus pla- 8
cuit, hâc qvoqve in parte Impera-
torum conſtringere poteſtatem,
additumqve primitus Caroli V.
Imperatoris Capitulationi, ipſi
Conventum nullum, niſi de con-
ſenſu Electorum, indicere licere,
Joh. Sleidan. *lib. 1. de ſtat. Relig. pag.
29.* † Ex qvo hodiè ad indicenda 9
Comitia univerſalia, Electorum
opus eſt approbatione & conſen-
ſu, Melch. Goldaſt. *in Polit. Imper.
part. 12.* Tob. Paurmeiſt. *de juris-
dict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 19.*
Idq; ipſum innuit Auct. des aus-
führlichen Berichts/ wie es auff
ReichsTägen pfleget gehalten zu-
werden. *in pr. inqviens:* Ob auch

wohl ein Römischer Käyser vor Alters/ aus vorfallenden wichtigen Reichs-Geschäfften einen ReichsTag für sich selbsten ausgeschrieben/ uñ darauff Churfürsten/ Fürsten und Stände erfordert/ So ist doch ietzo in der *Capitulation* und *pactis*, darauff ein ieder Römischer Käyser nach seiner Wahl schwerẽ muß/ unter andern versehen/ daß solches mit wissen und Rath der Churfürsten beschehen soll.

10 † Hocq; laudabiliter hactenus observatum fuisse, clausula illa Recessibus Imperii annexa luculenter probat (Als haben wir auff vorgehenden Rath/ wissen und Bewilligung obgemelter unserer uñ des H. Reichs Churfürsten/ nicht umbgehen mögen eine gemeine Reichsversamlung auszuschreiben) veluti constat ex *Recess. Ferd. I. August. de Anno 1559. vers.* Derowegen wir auff vorgehabten stattlichen Rath/ ꝛc. *Maximil. II. Ratisbon. de Anno 1567. vers.* Weil wir aber Churfürsten/ ꝛc. *Recess. Spirens. de Anno 1570. vers.* Als haben wir nicht umbgehen mögen/ ꝛc. *Ratisb. de Anno 1576. vers.* Als haben wir mit Rath/ ꝛc. *Rudolph. II. Aug. de Anno 1582. vers.* Derhalben zu nothwendiger. *Ratisp. de Anno 1594. vers.* Wann aber diese/ ꝛc. *An. 1603. vers.* Hierumb und dieweil.

11 † Quod & Statibus correspondentibus *in Comitiis Anno 1613. Ratisponæ* indictis, nomine Imperatoris Matthiæ &c. per Vice-Cancellarium fuit responsum: Daß nemlich Ihr Käys. M. sich erinnerten/ aus was erheblichen Ursachen und uff Beliebung und Gutachten des Churfürstlichẽ *Collegii*, sie diesen ReichsTag ausgeschrieben/ ꝛc. *Relatio* des Regenspurgischen ReichsTages.

† Hisce accedit *formula* Epistolis 12
Cæsareis ad Comitia evocatoriis, vulgò den Ausschreibẽ zum ReichsTag usitato stylo annecti solita: Wann dann sampt uns des Heiligen Reichs Churfürsten nach reiffer/ stattlicher Erwegung/ unvermeidlich unnd unumbgänglich zu seyn befunden/ einen allgemeinen ReichsTag anzustellen/ darzu uns wolermeldte Churfürsten einhällig ihren *Consens*, dem herkommen gemäß/ unter ihrer Liebden Handschrifft und Sigeln gegeben/ die Bestimmung des Tages heimgestellt/ und als viel die Wahlstadt betrifft/ ihnen unser und des Heiligen ReichsStadt N. N. umb erheblichen Ursachen Willen gefallen lassen. Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 9. num. 19.*

Cæterùm non solummodò ad
indictionem Comitiorum, † sed 13
etiam ad eorundem reassumptionem, Electorum consensus & approbatio reqviritur. Nam & hîc Cæsa-

Cæſarem, qvicqvid ſtatuit, cum
conſilio Electorum ſtatuere opor-
tere, exiſtimat Bernh. Bertram *de
Comitiis, apud Domin. Arum. tom.*
14 *1, jur. publ. diſc. 9.* † ubi hanc in rem
profert *Reſponſum* Cæſaris Rudol-
phi II. ad Principum Septem Vi-
rorum Noribergæ congregato-
rum Legatos, *ſub dato Pragæ 25.
Novemb. Anno 1611.* ubi inter alia
habetur: Zu ſolchem Ende/ were
ſie auch denen nach Nürnberg ver-
ordnetē Käyſerl. *Commiſſarien* Be-
fehl zu geben in Werck geweſen/
daß bey dieſer der Churfürſten *Col-
legial* Verſamlung / die *occaſion*
nicht verſäumet/ ſondern entweder
zu Aus chreibē eines neuen Reichs-
Tages der *Conſens* dem Herkom-
men nach erlanget/ oder da ſie die
Churfürſten für gut anſehen wür-
den/ der jüngſt verſchobene wieder
15 *reaſſumiret* werden möchte. † Eſtq;
conſenſus hic Electorum tàm ad
indictionem qvàm reaſſumtio-
nem Comitiorum adeò neceſſa-
rius, ut ſi Imperator eo non reqvi-
ſito vel recuſato, Comitia indixe-
rit vel reaſſumſerit, actus ſit ipſo
jure nullus: Formæ ſiqvidem in-
ſtar, Pricipum Electorum conſen-
ſus ad Comitiorum indictionem
reqviritur, vicemq; ſolennitatis
obtinet: Qvod qvando fit, eo non
interveniente, ſine nullitatis vi-
16 tio res explicari neqvit, † nam o-
miſſio formę actum vitioſum red-
dit, Nicol. Boër. *deciſ. 1. n. 40.* Ale-
xand. *conſil. 212. n. 3. lib. 6.* Bald. *in l.
qvoniam 1. n. 1. verſ. & forma à lege
tradita. C. Ut in poſſeſſ. legat.* Andr.
Gail *libr. 1. obſ. 1. n. 36.* Jac. Schult.
*in addit. ad Modeſt. Piſtor. part. 4.
qvæſt. 155. n. 8. & ſeqq.*

Sed qvænam cauſæ conſtrictæ
ejusmodi poteſtatis in Comitiis
indicendis? Rationes urgentiſſi-
mas hîc deficere nemo exiſtimet.
(1.) † Cum enim in Comitiis plu- 17
rimum ſit momenti, ſive ad ever-
tendam, ſive mutandam, ſive con-
ſervandam Rempublicam: Ordi-
num ſanè Imperii multum inter-
eſt, Comitia haberi vel non ha-
beri: Ergò nihil æqvius, nihil ſa-
lutarius Reipublicæ, qvàm ut
membra ejus potiora, nempe
Principes Electores iis cogendis
conſentiant, maximè cum in ejus,
qvi poteſtatem Comitiorum ha-
bet, arbitrio ſitum ſit, ut Res per
Comitia agenda vel expediatur
vel omittatur Henning. Arniſ. *de
jurib. Majeſt. major. cap. 4. num. 17.*
(2.) Deinde † in Comitiis hodiè 18
ejusmodi tractantur res & nego-
tia, circa qvæ omnis verſatur
publica poteſtas: Nimirum Le-
gum ferendarum, Belli gerendi,
Fœderum percutiendorum, ac
ſolvendorum tributorum, exer-
Mm 3 cendo-

cendorum judiciorum, atqve rerum Imperii alienationum causæ. Et ordinaria ferè sunt consultationis Comitialis capita: De firmandâ & constituendâ pace & tranqvillitate publicâ, tàm in civilibus qvàm Ecclesiasticis, ac Religionis negotiis: De Legibus & ordinatione judicii Cameralis: De impositione collectarum: De moderatione indictarum pensitationum: De Monetis: De Matriculæ Imperialis redintegratione, & avulsis ab Imperio Provinciis atq; Ordinibus recuperandis, Tobias Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 28. & seqq.* in qvibus omnibus cum Imperii salus consistat, ejusq; Majestas ex iisdem reluceat, an & qvando de iis sit consultandum, non solius Imperatoris arbitrio relinqvendum, judicârunt Principes Imperii,
19 † perinde ut nec Cæsari in Comitiis absq; scitu Statuum, absolutâ autoritate regulariter aliqvid sancire fas est, Melch. Gold. *in replic. pro Imperio, contra Gretserum cap. 11. pag. 105.* Idq; ipsum est, qvod scribit Trajan. Boccal. *in thes. Polit. lib. 2. disc. 1.* Vnd hat der Röm. Käyser in Teutschland kein *absolutum Imperium*, sondern regieret solches mehren theils durch die Reichs Tä-
20 ge. † Nec abnuit Auctor des wolmeynendē *discurs*, warümb die Catholischen in Teutschland sich von den Jesuiten und Spaniern absondern sollen/ *pag. 174. ibi:* Darümb muß man je so gar hart nicht auff eine *absolutam potestatem*, und als wann Käys. M. alles ohne einiges Zuthun der Churfürsten und anderer Stände allein zu verordnen/ bemächtiget/ gehen und dringen. (3.)
† Nullâqve aliâ de causâ Comitia 21
seu conventus indicuntur, qvàm ut de rebus arduis Imperium concernentibus, omnium simul Statuum vota colligantur, eorumq; majora prævaleant, Marqvard. Freher. *in comm. ad Constit. Adolphi, pag. 14. Recess. Trevirens. de Anno 1512.* §. Es sollen auch die Churfürsten. Regiments Ordnung zu Wormbs *de Anno 1521.* §. Würde sich auch begeben. *Recess. Spirens. de Anno 1542.* §. Vnd diesen obersten Häuptmann. *Recess. Spirens. de Anno 1570.* §. Vnd damit solche wichtige. *Recess. Ratisp. de Anno 1576.* §. da dann die Sache nach angehörter unser Käyserl. *proposition. Recess. de Anno 1594.* §. Da dann die Sache nach angehörter/ ꝛc. † Qvò & fa- 22
cit scriptum *Autor.* des gründlichen Berichts des heiligen Reichs-Stadt Friedberg stand/ Regalien/ ꝛc. *cap. 11. n. 23.* Ebenmässiger Weise wird in Reichs- Kreis- Städt- und andern Versamlungen und *Collegiis*, *per totum Imperium*

rium Romanum jederzeit in Sachē/ so vor dieselbe Räthe gehörig/ *ad majora vota* gegangen/ und was also *per majora* beschlossen/ *pro Decretis* gehalten/ wie alle Reichs/Kreise und andere Abschiede/ *Statuta* und Ordnungen ausweisen/ auch männiglichen bekant/ ꝛc. Qvemadmodum ergò Imperator in Comitiis nihil ferè solus decernit, ita nec solius Imperatoris nutu Comitia atq; conventus congregantur. (4)

23 † Qvin & cum prisci illi Cæsares non rarò pro lubitu & necessitate non ita magnâ flagitante, Status convocarent, bella obtenderent, eorumqve nomine tributa exigerent, suoq; exemplo commonstrarent, in tàm amplâ rerum licentiâ modum difficile servari, ut dicit Otanes apud Herodot. *lib. 3.* insolentiis hisce per constrictionem potestatis in Comitiis indicendis, occurrere visum fuit Ele-

24 ctoribus. † Qvò & respicit scriptum Georgii Spalatini *de Vita Friderici III. Elect. Saxon. de An. 1519. sub capite.* Hernach verzeichnete *articul* sind in der Wahl eines Röm. Käysers nach tödlichem abgang *Maximil. I* von den Churfürsten bedacht/ daß sie einen neuen Römischen Könige zuhalten/ sollen eingebunden werden/ ubi inter alia hæc reperiuntur verba: So hat sich doch darwider fast aller Mißbrauch begeben/ nemlichē das durch hochlöblicher Gedächtnüß Käyser *Maximilianen,* ohne wissen Churfürstē/ Fürstē und anderer Reichsstände/ Verbündnüß angenom̄en/ Kriege angefangen/ daraus Auffruhr und Schade entstanden/ viel Reichs Täge angesetzet/ Stewer un̄ Hülffe gesonnen und eingebracht/ zu Beschwernüß Churfürsten und anderer Stands un̄ Unterthanen/ die dadurch geblösset und nichts desto mehr Friede und Recht unterhalten worden/ apud Frid. Hortl. *de caus. belli Germ. lib. 4. c. 23.* † Qvâ 25

de re etiam conqveritur Joh. Cuspin. Consiliarius Maximiliani *in ejusdē vitâ*, qvi gravissima & varia ab ipso bella suo solius ductu cœpta gestaqve narrat, veluti Italicum, Helveticū, Bavaricum, Gallicum, Hungaricum, Venetum, Belgicum, qvibus ancipitem expertus est fortunam, & sæpiùs Ordinum Imperii auxilia flagitavit:

† ut nō sine causâ Berchtoldus Elector Moguntinus duriusculè ipsum *in Comitiis Confluentiæ* hisce verbis compellaverit: Gnädigster Herr / Teutscher *Nation* und unser Vermögen ist nicht also/ daß wir solche Anschläge unnd Schatzungen / so bißhero von Käyserl. Majest. und euch bestheẞen/ erleiden können/ ꝛc. Leheman. *lib. 7. c. 121. in Chronic. Spirens.* 26

SE-

SECTIO II.

Ultra Electorum approbationem, reliqvorum Principum & Statuum Imperii consensus specialis ad indictionem Comitiorum haud reqviritur, multò minus verò consensus Pontificis Romani.

SUMMARIA.

1. *Interest Ordinum Imperii, Comitia haberi vel non haberi. n.2.*
3. *Civitates qvoq; Imperiales jura Principum habent.*
4. *Et sunt Status Imperii. n.5.*
6. *Reliqvorum Statuum Imperii consensus ad Comitiorum indictionem necessarius non est.*
7. *ArchiPrincipes Electores nomine Statuum Imperii in Comitia consentiunt.*
8. *Ausus est Paulus IV. Pontifex indictionem Comitiorum suo adsensui adstringere. num.9.*
10. *Sed restiterunt Electores insolentiis hisce Pontificum.*
11. *Sartum hucusq; mansit Imperat. jus Comitiorum ex consensu Electorum.*

1 CUm Ordinum Imperii multum intersit, Comitia haberi vel non haberi, qvippe in qvibus vel ad evertendam & mutandam vel conservandam Rempublicam plurimum est momenti, ut dictum *Sectione praeced.* dubitare eqvidem
2 qvis posset, † annon etiam Principum reliqvorum Imperii consensus sit necessarius ad indictionem Comitiorum? qvia scilicet res sine ejus consensu, cujus maximè interest, nec potest nec debet perfici, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 8. cap. 2. n. 28.* Idemq; dubium qvoad Civitates etiam
3 Imperii liberas vertitur: † Nam & hæ jura Principum habent, & Imperio non minus sunt incorporatæ, qvàm ipsimet Principes, Prælati & Comites, nec non Cameræ & Imperatori immediatè contribuunt, Statusq; Imperii salutantur, Andr. Gail *lib. 2. observat. 57. n. 7.* Rutg. Rulan. *de Commiss. lib. 5. cap. 4. n. 41.* Auct. der Politischen Schatzkammer *lib. 2. disc. 1.* Auct. anon. *de Stat. polit. seu civil. lib. 4. cap. 42.* Joach. Cluten. *in syllog. rer. qvotidian. concl. 27.* Waremun. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq.* † Ex qvo etiam in 4
Comitiis jus votandi iis competere novimus, qvia nempe Status Imperii sessuræ & dictionis sententiæ communicatione actuali definiuntur, Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 1. cap. 8. n. 4.* † Qvod 5
& pro-

& probat Auct. des ausführlichen Berichts/ wie es uff Reichs-Tagen pfleget gehalten zu werden/ qvando ait: Der dritte Ordinari Reichs-Rath ist der Frey- und Reichs-Städten Gesandten und Bottschafften/ welcher auch abgesondert in einer andern Rathstuben gehalten wird/ darinnen seyn zwo Bäncke/ die Römische/ darunter Cölln und Aach die fürnembsten seyn/ die andere die Schwäbischen/ als Regenspurg/ Ulm/ Nürnberg/ Augspurg/ inmassen denn auch die Städte in ausschlissen alle mehr nicht als zwey *vota* haben. Qvidni ergò Civitatum Imperialium & Principum Imperii æqvè ac Electorum consensus ad Comitia indicenda reqvireretur? prout etiam consilio & assensu Statuum Comitia indicta & prorogata, indicant *Recess. August. de Anno 1500. in pr. ibi:* Als wir im Abschied des gemelten Reichs-Tages zu Freyburg mit Verwilligung der Stände/ so daselbst bey uns versamlet waren/ aus treffentlichen beweglichē Ursachen daselbst angezeiget/ einen andern gemeinen Reichs-Tag/ ꝛc. fürgenommen und bestimt/ ꝛc. & *Recess. Spirens. de Anno 1526. in pr.* Nachdem obgemelte Römische Käys. Maj. einen gemeinen Reichs-Tag unnd Versamlung auff S. Michaelis-Tag im 1525. Jahre nechst verschienen gen Augspurg ausgeschrieben und verkündiget/ welcher Tag förder aus zufallenden mercklichen Ehehafften Ursachen/ durch uns mit Rath und Bewilligung der Churfürsten/ Fürsten/ Stände und des heiligen Reichs Bottschafften/ so damals zu Augspurg gewesen/ förder biß uff den 1. Tag des Monats May nechst verrückt/ gen Speyer verlegt und geschoben/ Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 9. cap. 1. n. 17.*

Sed † clara sunt verba *Capitulationis Cæsareæ* (die Reichs-Täge ohne wissen und Willen der Sechs Churfürsten nicht ansetzen noch ausschreiben) qvæ non nisi de Electoribus loqvuntur, eorumq; consensum ad Comitia indicenda exposcunt, nec Principum reliqvorum ac Civitatum Imperii mentionem faciunt, ut proinde ad horum arbitrium & voluntatem specialem Comitiorum actus haudqvaqvam restringi debeat. Nec movet qvicqvam, qvod Principum & Civitatum Imperii non minus ac Electorum intersit, Comitia haberi vel non haberi: Respondemus enim cum Lupoldo de Babenberg *de jur. Imper. Roman. cap. 6.* † Electores vice & autoritate omnium Imperii Statuum consentire Comitiorum indictioni, eorumq; approbationem 6 7

nem pro omnimodâ Statuum Imperii voluntate atq; consensu haberi, perinde ut electio Regis Romanorum nomine Principum Imperii, totiusqve populi ab Archi Principibus Electoribus facta censetur. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 102.* Qvandoqve tamen specialem Statuum Imperii assensum ad Comitiorum indictionem, Imperatorem pro arbitrio suo reqvisivisse novimus, secundum qvæ explicanda sunt verba *prædictorum Recess. de Anno 1500. & 1526.*

Nec qvidqvam juris circa cogenda Comitia † Papæ Romano
8 Competere dicimus, licèt hic non semel Imperatoribus liberam Comitiorum indictionem adimere tentaverit, veluti apparet ex conditionibus illis, qvas Paulus IV. Pontifex Ferdinando I. Imperatori proposuit, qvarum una fuit: ne inscio Pontifice Comitia, Concilium aut ullam Conventum indiceret, Melch. Goldast. *tom. 5.* der Politischen Reichs-handlungen. Simili planè ausu, qvo ejus prædecessor Pius II. jus convocandi Electores ad electionem novi Cæsaris, intervertere, & per obliqvum jus eligendi Imperatorem, in sedem Romanam 9
derivare conatus fuerat. † Nimirum ArchiEpiscopum Moguntinum Dietherum, Comitem Isebergicum, ad obstringendum se juramento Sedi Romanæ & Successoribus cogere voluerat, ne unqvam, nisi adsentiente Romano Pontifice, Moguntinus Electores convocaret; Paralipom. *ad* 10
Ursperg. sub Frider. III. Imper. † Sed insolentiis hisce Pontificum singulari prudentiâ & fortitudine Principes Electores, imprimis verò Moguntinus Antistes, Fridericus Palatinus & Ludovicus Dives Dux Bojariæ restiterunt, Cisner. *in orat. de Otton. III.* Et sicuti in hunc usq; diem prærogativa convocandi Moguntino et- 11
iamnum salva est: † Ita Imperatoribus qvoqve ex consensu Electorum, jus Comitia cogendi sartum tectumq; mansit, litemq; Ferdinandi I. & Pauli IV. obitus Pontificis diremit, Thuan. *lib. 21. histor.* Do, Arum. *de Comitiis Imper. cap. 3. n. 41.*

SECTIO III.

Majoris Electorum partis scitum & consensus concors ad Comitiorum indictionem sufficit, nec tamen hic collegialiter, sed seorsim reqviri & accommodari solet.

SUMMARIA.

1. Regis Bohemiæ consensus ad indictionem Comitiorum non necessarius est.

2. *Reliqui sex Electores in Comitia consentiant, necesse est.*
3. *Sufficit tamen majoris partis assensus.*
4. *In electione Cæsaris pars major Electorum ad se trahit minorem.*
5. *Respond. ad clausulam literarum evocatoriarum.*
6. *Duplex Concordia. n. 7.*
8. *Num Electores collegialiter deliberent de indicendis Comitiis? num. 9. 10.*
11. *Sufficit consensum ab Electoribus seorsim dari. n. 12.*
13. *Ratio hujus rei.*

EX eo, qvod Capitulatio Cæsa-
1 rea circa indictionem Comi-
tiorum sex Electorum tantummo-
dò mentionem facit; *in verb.* ohne
wissen und Willen der Sechs Chur-
fürsten/ 2c. Regis Bohemiæ hoc in
negotio nullam haberi rationem
haut obscurè colligere licet, Dom.
Arum. *de Comit. Imper. cap. 3. n. 38.*
2 de qvo pluribus *infrà, Sect. 9.* † At
reliqvi sex Electores super hâc re
compellantur necessariò omnes,
in tantum, ut si unus saltem ne-
gligeretur, hujus præteritio plus
Comitiis, qvàm cõtradictio mul-
torum obesset, *arg. cap. bonæ me-
moriæ. cap. venerabilem. extr. de
elect. & elect. potest. cap. qvod sicut
extr. eod.* Dom. Arum. *dict. cap. 3. n.
35.* Lancellot. *lib. 1. quæst. 4. n. 62. in
pr. in templ. omn. judic.* Henning.
3 Göden. *consil. 1. n. 7. & 8.* † Qvid
verò si non omnes indictioni Co-
mitiorum annuerent, ac inter se-
se dissiderent? Majoris tùm par-
tis consensum sufficere existima-
verim cum Dom. Arum. *dict. cap.*
4 *3. n. 36.* † vel saltem propterea,
qvod in negotio majoris momen-
ti, nempe in electione Cæsaris
pars major minorem ad se trahat,
Aur. Bull. tit. 2. Von der Wahl ei-
nes Römischen Königes. Wann
dann der Eyd: *in verb:* Es haben
zuvor der mehrer Theil der Welt
un Christenheit ein weltlich Häupt
nemlich einen Römischen König zu
einem Käyser künfftig zuerheben/
erwehlet / *& §. seqq. ibi*: Wenn a-
ber an dem Ort/ sie oder der mehrer
Theil unter ihnen / gewehlet / 2c. †
Nec obstat *clausula* literis ad Co-
mitia evocatoriis, vulgò dem Aus-
schreiben zum Reichs Tag stylo usi-
tato inseri solita (Darzu uns wol-
ermelte Churfürsten einhellig ih-
ren *Consens*, dem Herkommen ge-
meß unter ihrer Liebden Hand-
schrifft und Siegeln gegeben / 2c.)
qvæ concordiam Electorum
hâc in re desiderat. Responde-
mus enim cum Arum. *dict. loc.*
† duplicem in jure concordiam 5
dari: *Unam* plenam & veram,
qvando scilicet omnium in idem
concurrit scitum & conventio:

alteram, qvando ex juris fictione reqviritur plurium consensus, 7 † qvo casu si major consentiat pars, concordia hæc, ac si omnes consenserint jure reputatur, *c. 1. ext. de his qvæ fiunt à major. part. cap. cum inter Canonicos. extr. de elect. l. qvod major. ff. ad municipal.* Ex qvo per majores saltem partis sive plurium Electorum consensum, concordiam ad Comitiorum indictionem iniri manifestum est.

8 † An ergò Principes Electores collegialiter convenire & de Comitiis indicendis consultare, atq; sic conjunctim vota sua accommodare & consentire debeant? 9 Ita forsan putaveris: Qvum † enim jus eligendi ad Electores ceu Collegium spectet, Lupold. de Babenberg. *de jur. Imper. Roman. cap. 6.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 2. n. 103.* Petr. de Andlo *de Roman. Imper. lib. 2. cap. 3.* & ibi Freherus *in not.* etiam in Comitiorum universalium indictione, consensum Electorum collegialiter considerari, dicendum videbatur, 10 † accedente imprimis conventione Electorali in der Sechs Churfürsten brüderlichen *Union de Anno 1521. in verb.* Ob es antreffe Bestetigung oder Bewilligung zu einigen Sachen zugeben/ darinnen sollen wir oder unser einiger nicht endliche Antwort geben/ noch einigerley Beschliessung thun/ wir thun es denn alle sämptlich mit einander oder mehrer theil. † Sed consensum Electorum hâc in re seorsim reqviri & accommodari, usus observat, 11 † maximè cum Imperator causas, de qvibus Comitia habenda, singulis Electoribus, non Collegio Electorum significet: 12 *teste Auct.* des ausführlichen Berichts/ wie es uff Reichs-Tägen pfleget gehalten zu werden/ *in verb:* Wenn nun solche Geschäffte in Reich vorfallen/ daß von nöthen einē Reichs-Tag auszuschreiben/ so pfleget die Römische Kays. Maj. solches zuvor dem Churfürsten einem ieden insonderheit durch Schrifften und Schickung zu vermelden und sich mit ihnen der Zeit auch etwa der Wahlstadt zu vergleichen/ rc. Idq; non sine ratione urgenti & publicæ utilitatis causâ, † Ne videlicet 13 Electores collegialiter convenire, ac de Comitiis indicendis, Comitia cogere necesse habeant.

SECTIO IV.

Extra fines Imperii germanici Comitia non sunt indicenda: Et qvousq; fines Imperii Romano-germanici porriguntur?

SUM-

SUMMARIA.

1. *Extra fines Imperii non celebrantur Comitia.*
2. *Ratio hujus rei.*
3. *Qvousq; fines Germaniæ porrigantur?*
4. *Germani non sunt fœdere saltem iisdem conjuncti.*
5. *Nec qvi originem à Germanis ducunt.*
6. *Germani Gallorum patres.*
7. *Britanni à Germanis originem ducunt.*
8. *Eadem qvondam fuit Germanis, Gallis & Britannis lingva.*
9. *Fabulosè Francorum origo ducitur à Trojanis. n. 10. 11.*
12. *Ambitio populorum in prædicandis suæ gentis autoribus.*
13. *Francorum origo à solis Germanis. n. 14. 15.*
16. *Germani à consvetudine Gallorum hodiè multum differunt. n. 17. 18. 19.*
20. *Galli & Britanni naturam Germanorum exsuerunt.*
21. *Germani qvinam fuerint secundum veteres Geographos? n. 22. 23. 24. 25.*
26. *Non semper eidem omnium Regionum fines.*
27. *Rhenus & Danubius non amplius sunt fines Germaniæ.*
28. *Germaniam multi ex Italis & Gallis sibi Urbem persvaserunt.*
29. *Germania hodiè lingvâ & jurisdictione determinatur.*
30. *Imperium Germaniæ in decem Circulos divisum.*
31. *In omnibus locis Imperii Circulis comprehensis, Comitia celebrari possunt.*
32. *Etiam infra Coloniam & ultra Augustam, contra Goldast.*

1 EX præscripto qvoqve Electorum Cæsar, antequam rerum potiatur, jurato promittit, Qvod extra fines Imperii Germanici conventus agere nolit, Joh. Sleidan. *lib. 1. comm.* Melch. Goldast. *in Polit. Imper. part.* 12. Ita namq; Verba habent Capitulationis Cæsareæ: Und sonderlich keine Reichs Tag ausserhalb des Reichs Teutschen *Nation*, auch ehe und zuvor der Sechs Churfürsten *Consens* und Verwilligung durch sonderbahre Schickung darzu eingeholet / fürnehmen oder ausschreiben / &c. † Absonum qvippe esset, de Rebus Imperii extra Imperium consultare, & qvas domi plurimas Comitiis peragendis commoditates habemus, apud exteros qværere, Dom. Arumæus, de *Comitiis Imperii cap. 5. n. 31.* 2

Ex qvo orta disceptatio, † qvousq; fines Germaniæ porrigantur, qvæq; loca & provinciæ pro Germanicis habeantur? Hoc etenim si ignotum & incertum manet, qvomodo huic Capitulationis mem- 3

4 membro satisfieri poterit? † Non certè Germani habentur, qvi iis fœdere saltem contra hostes communes sunt conjuncti, ut Angli, Poloni, Russi, Luthuani, Dani, Norvvegi, Hungari. Non enim ascititia illa amicitiæ conjunctio, sed amores, ingenium, lingva Germanos faciunt, ut censuit Trevirensis apud Johan. Sleidan. *lib. 1. com. de statu Religion.*
5 † Nec inter Germanos numerandi sunt, qvi originem duntaxat à Germanis duxerunt, nisi & Gallos atq; Britannos germanos asserere velimus.
6 † Sunt enim Germani Gallorum patres. Siqvidem in Galliam vacuam populos qvosdam ab Insulis extimis & tractibus transRhenanis, crebritate bellorum & alluvione fervidi maris sedibus suis expulsos, ait Ammianus Marcellinus, *libr. 15.* Sed ubi terrarum tractus illi transRhenani, nisi in Germaniâ?
7 † *De Britannis*, inqvit Tacitus, *Rutilas Caledoniam habitantium Comas, magnos artus Germanicam originem asseverare:* Cui accedit Sermonis cognatio, de qvâ ille: *Dextro Suevici maris littore Æstyorum gentes alluuntur, qvibus ritus habitusq; Suevorum, lingva Britanniæ proprior, de morib. German.* Et si opinentur qvidam, Gallos & imprimis Belgas vicinum Britanniæ solum occupâsse, qvid ad illud Cæsarianum respondent, plerosqve Belgos ortos esse à Germanis, Cæsar *lib. 5. Belg.* Germani ergò si non patres, attamen Britannorum avi sunt. † Et dudum Viri doctissimi 8 demonstrârunt, antiqvitus eandem Germanis, Gallis & Britannis fuisse lingvam, dialecto tantummodò discrepantem, Franc. Carol. Dux Saxon. *apud Frider. Achill. in Orat. pro Germ. in.* Henr. Bebelius *in tract. de antiqvit. & laud. German. c. 19.*

Fabulæ enim sunt & nugæ † 9 qvæ dicuntur de Francorum origine è Trojanis. Nam satis audacter Pius secundus *in suâ Europa*, qvem Sabellicus etiam seqvitur, fabulatus est, Francos, Trojanos ab origine, deleto Ilio, Duce Priamo, Priami ex sorore nepote, per pontum Euxinum in Mœotidos paludes in Scythiam pervenisse, ibiq; Civitatem ædificâsse, qvam vocaverint Sicambriam, ex qvâ dicti, Sicambri: Cumqve, ut ipse dicit, Scytharum multi Romano Imperio subjecti essent, & ipsi qvoqve tributa penderunt, manseruntq; vectigales usqve ad tempora Valentiniani Cæsaris, qvo imperante, Alani Imperium vexa-

re cœperunt. Imperator verò proposito edicto, libertatem in decennium eis promisit, qvi Alanorum ferocitatem compescerent. Allecti eo præmio Sicambri arma sumserunt, Alanosqve bello victos deleverunt, qvapropter libertate in decennium ab Imperatore donati sunt, & mutato nomine Franci appellitati, qvod lingvâ Atticâ sive feroces sive nobiles sonat: Itali Francos liberos vocant. Exacto decennio, cum Roman. solita tributa repeterent, Franci ob ipsam libertatem effrenes facti parere recusarunt. Principes eo tempore Francis fuêre Priamus & Antenor, antiqvi nominis ac virtutis, qvibus copias ductantibus prælium cum Rom. consertum est, in qvo Priamus ipse cum fortissimis suæ gentis cecidit. Qvi cladi superfuerunt, ex Scythia digressi sunt & in Germaniam profecti, in partibus Thu-
10 ringiæ consederunt. † Consentit Pio Secundo Vincentius Gallus in hunc modum paululum aliter scribens: *Nimirum Francum qvendam sive Franconem ex Hectoris filiis, à qvo Francorum nomen tractum, Anno ante Christi adventum M. C. XVII. unà cum Antenore, aliisq; Trojanis à fratribus propriis fugatum, prius tota Asia pervagata, ad Danubii ripas tandem pervenisse, ibiq; cum aliqvandiu consedisset, mox autore Antenore locum qvæsivisse à communi hominum societate sejunctum, ad Tanais fluenta & Mæotidis paludes secessisse, ubi Sicambriam urbem condiderit.*

Sed † fabulosè hæc omnia excogitata, asserit Henricus Bebe- 11
lius *in tr. de laud. antiq. & reb. gest. vet. German. cap. 19.* eò, qvod ex historiis veteribus non liceat colligere, antiqvitus fuisse vel Francos vel Sicambros vel juxta Danubium vel paludem Mæotidem. Et aliàs tanta est mortalium ambitio, ut nemo non suam Civitatem atqve gentem, nedum familiam, nobilissimam atqve vetustissimam haberi velit: qvod ipse Livius de Româ testatur: *Qvæ ante conditam*, inqvit, *condendamq; Urbem Poëticis magis decorata fabulis, qvam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea hîc nec affirmare nec repellere in animo est, &c.* † Multiqve populi in præ- 12
dicandis suæ gentis autoribus nimium effusi sunt, nam hæc venia datur antiqvitati, ut miscendo divina humanis, primordia Urbium augustiora faciat: ut non dubitandum, qvin Franci, qvi aliàs superbiæ notam incurrunt, hoc idem facere conentur, Henric. Bebel. *dict. cap. 19.*

Veri-

13 Verius itaq; videtur, † Francos nullâ in Regione nomen habuisse nisi in Germaniâ, donec hinc in Galliam transiverint. Ita enim Agathias Græcus: *Francorum*, inqvit, *natio proxima est Italiæ & terminis juncta: Veteres tamen hos Germanos dixêre, nam circa Rhenum habitant, Gallorumq; magnam partem occupant, qvi qvanqvam ut reliqvi Germani sunt barbari, Romana tamen politiâ aliisq; institutis utuntur, sunt & Christiani & rectissimæ*
14 *opinionis.* † Et Panegyricus Constanti, Constantini filio dicatus, pariter Francos Germanos dicit: *Qvid loqvitur*, inqvit, *rursus intimas Franciæ Nationes, non jam ab his locis, qvæ olim Romani invaserant, sed à propriis ab Origine suis sedibus atq; ab ultimis Barbariæ littoribus avulsas, ut in desertis Galliæ Regionibus collocatæ, etiam pacem Rom. Imperii cultu juvarent & armato delectu:* Et alibi: *Neq; enim in Rheni gurgitibus sed nominis tui terrore munimur.* Ac posteà: *Sciunt Franci transire Rhenum, qvos ad necem suam libenter admittas, sed nec victoriam possunt sperare nec veniam, qvid ipsos maneat, ex Regum suorum cruciatibus metiuntur. Tantum nimirum abest, amnis illius transitum eos moliri, ut magis coëmpto*
15 *ponte desperent.* Nec dissentit Hieronymus *in vita Hilarionis: Inter Saxones*, ait iste, *& Alemannos gens ejus non tam lata, qvàm valida apud Historicos Germania, nunc verò Francia vocatur.* Falsum igitur est, tempore Valentiniani demum Francos Germaniam invasisse, cum etiam Claudianus, (qvem ad hanc rem allegat Henr. Bebel. *dict. cap. 19.*) sub Theodosio longè ante Valentinianum, Francos dixerit Germanos, ita inqviens:

Pascat Belga pecus, mediumq; ingressa per Albim,
Gallica Francorum montes armẽta pererrant.
Ut procul Herone per vasta silentia sylvæ,
Venari tutò liceat. ——————

Nemini hinc, opinor, obscurum, Francos indigenas esse Germaniæ:
† qvamvis hodiè, teste Cæsare, 16
Germani à consvetudine Gallorum multùm differant, cum eorum vita omnis in venationibus atq; in studiis rei militaris consistat à parvulis, Galli verò molles sunt. Nam ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promtus est animus: Sic mollis & minimè resistens ad perferendas calamitates, eorum mens est. Et alio loco: *Galli paulatim assvefacti superari multisq; victi præliis, ne se qvidem ipsi cum Germanis virtute comparant.* † Nec 17
abnuit Cornel. Tacit. *de morib. German. Treviri & Nervii*, inqvit, *circa affectationẽ Germanæ originis, ultra*

ultrò ambitiosi sunt, tanqvam per hanc gloriam à similitudine & inertiâ Gallorum separentur. Galli itaqve etsi hodierno die nostrum sint genus, adeò tamen à nobis degeneraverunt, forsan ex cœlo mitiori, ut fratres nobis nec à bonis corporis nec animi, possint jure censeri, Henric. Bebelius *in Orat. ad Imper. Maximil. de ejus atq; German.*
18 *laudib.* † in tantum, ut etiam Germani contra Gallos acerrimè qvondam pugnaverint: Cæsar enim, cum tota Gallia contra eum conspirasset, neq; ipse ullos milites in Galliam interclusis viis introducere posset, Gallos Germanis vicit, cujus rei ipsemet testis est *lib. 7. comm.* ubi ait: *Fit equestre prælium, laborantibus nostris, Cæsar Germanos submittit, nostris animus augetur, hostes in fugam conjecti seipsi multitudine impediunt, atq; angustioribus portis relictis coacervant. Tum Germani usq; ad munitionem seqvuntur, fit magna cædes: Nonulli relictis eqvis, fossam transire ac maceriem transcendere conantur: multis interfectis, compluribus eqvis captis, Germani sese receperunt.* Et alibi: *Germani dextro latere summum jugum nacti, hostes loco pellunt, fugientes usq; ad flumen, ubi Vercingentorix cum pedestribus copiis consederat, persequuntur, compluresq; interficiunt. Quare animadversa, reliqui, ne circumvenirentur, veriti se fugæ mandant. Omnibus locis fit cædes: Tres nobilissimi Hedui capti ad Cæsarem perducuntur.* Sic etiam in *obsidione Civitatis Alexiæ, Germani pro Cæsare contra Gallos victoriam reportarunt:* † qvod idem ipse Cæ- 19
sar testatur *libr. 7. Cum à meridie,* ait, *propè ad Solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt, eosq; pepulerunt, quibus in fugam conjectis, Sagittariis, circumventi interfecti sunt.* Et Orosius *ad Augustinum* ita loqvitur: *Vercingentorix, qvem omnes consensu pari Regem praeoptaverant, svadet, ut ex totâ Galliâ. omnes qvi arma ferre possint, huic bello præstò sint, hoc enim esse unum bellum, qvo aut perpetua libertas aut æterna servitus aut mors omnium conseqvatur. Itaq; absq; eo numero, qvem infinitum ante contraxerat, eqvitum circiter octo M. pedicum CCLM contracta sunt: De hinc duos colles sibi invicem obversos, Romani Galliq; ceperunt, unde multis sæpè eruptionibus & variis proventibus prælian- tes, tandem Romani, præcipua Germanorum eqvitum, qvos sibi jam dudum amicos nunc in auxilium acciverant, virtute vicerunt.* Hactenus Orosius.

20 Manifestum inde, † Germani licet vel multitudinis minuendæ causâ, vel ulteriora visendi studio, in Gallias & Britannias vicinas gentis suæ examina effuderunt, tantum tamen abest, Gallos & Britannos esse Germanos, ut etiam ortus sui obliti & succo sangvineqve Gallico & Britannico imbuti, naturam Germanorum prorsus exsuerint, Petr. Heig. *lib. 2. quæst. 5. n. 27*

21 † Germanos ergò propriè sic dictos veteres Geographi illos dixerunt, qvi in districtu à mari Balthico
« versus Septentrionem, Rheno
« versus occasum, Danubio versus
« Meridiem, & Vistulâ versus Ortum circumscripto habitarent. Ita enim Servius *in 8. Æneid. Rhenus*, inqvit, *fluvius bicornis, qvia per duos alveos fluit: per unum, qvâ Romanum Imperium est, per alterum interfluit barbaros.* Et Ambrosius tempore Valentiniani: *Danubius de occidentalibus partibus barbarorum atqve Romanos intersecans populos, donec Ponto ipso condatur, Rhenus de jugo Alpium usq; in Oceani profunda cursus suos dirigens, Romani memorandus adversus feras gentes murus Imperii.*

22 † Josephus qvoqve *lib. 2. de bello Judaico* tempore Neronis ita loqvitur de Germanis: *Hunc autem limitem Rhenum habent & octo legionibus domantur, & serviunt quidem qvi capti sunt, reliqva autem eorum gens universa salutem in fuga, non in armis ponit* Et alibi: *Qvid mirum, si Euphrates ab Oriente & Oceanus ab Occidente, itemq; à meridiano tractu, Libyæ fertilissima Regio & septentrione Rhenus atq; Hister sunt Imperii limites.* Nec non Eutropius de Juliano: *A qvo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ urbem, ingentes Alemanorum copiæ extinctæ sunt, submotiqve ultra Rhenum Germani & finibus suis Imperium constitutum.* Idemqve Seneca *5. natur. Sub Nerone hinc, qvi medius inter pacata & hostilia fuit Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cobibens & Europam Asiamqve discriminans, alter Germanos avidam gentem belli repellens.*

23 † Et Cornelius Tacitus *libr. 20.* sub Vespasiano: *Rhenus incognita illi cœlo siccitate vix navium patiens, arcti commeatus, dispositæ per omnem ripam stationes, qvæ Germanos vado arcerent, apud imperitos prodigii loco accipiebatur, ipsa aqvarum penuria tanqvam nos omnes qvoq; & vetera Imperii munimenta desererent.* Consentit qvoqve Mamertinus *ad Maximianum: Sancte Jupiter,* inqviens, *& Hercules bone, tandem bella civilia ad gentes illas vesania dignas transtulistis, omnem-*

q; illam rabiem extra terminos hujus Imperii in terras hostium distulistis. Etenim à Sole exoriente adusq; Mæotidos paludes id nunc longiùs longiusq; protendere licet, si quis hostilem in mutuâ clade vesaniam toto orbe percenseat. Etenim ab ipso Solis ortu non modo ac citra Mæotim sub extremâ Septentrionis plagâ, quâ fervidum caput Danubius evolvit, qvaqve horridus secat Albis Germaniam, sub etiam ipso lucis occasu, qva Tingetanum littus Calpetano monti obvium latus in mediterraneos sinus admittit Oceanum, ruunt omnes in sangvinem summi populi, qvibus nunqvam contigit esse Romanis, obstinataqve feritatis nunc sponte persolvunt pœnas. Gothi Burgundos penitus excindunt, rursus pro victis armantur Alemanni, itemq; torva gens alia Gothorum adjuncta manu Thaifalorum adversum Vandalos Gepides*q; concurrunt. Burgundiones Alemannorum agros occupavêre, sed suâ qvoqve clade qvæsitas Alemanni terras amisêre, sed repetunt.* Hactenus
24 ille. † Ad eundem qvoqve Maximianum ita scribit Panegyricus: *Qvid autem majus evenire potuit illâ tuâ in Germaniam transgressione, qva tu primus omnium Imperator probâsti, Rom Imperii nullum esse terminum, nisi qvi tuorum esset amborum scilicet Diocletiani & Maximiani, atqvi Rhenum antea videbatur ipsa sic natura duxisse, ut eo limite Romanæ provinciæ ab immanitate Barbariæ vindicarentur: Et qvis unqvam ante vos Principes, non gratulatus est* Gal*lias illorum amne munire, qvando non enim sine metu nostro* Rheni *alveum minuit diu serena tempestas? qvando non cum securitate nostra illius diluvia creverunt?* Idemqve Panegyricus Constantino: *Et qvid opus erat ipsi* Rheno *instructis & militibus & classibus, qvem jam pridem barbaris nationibus virtutis tuæ terror obstruxit?* Et alibi: *Ruperat fidem gens levis & lubrica barbarorum & robore atqve audacia, lectis eruptionis auctoribus, institisse* Rheno *nunciabantur, ilico obvius adfuisti & præsentia tuâ, ne auderent transitum, terruisti.* Et Maximiano: *Tu Domine Maximiane, repente* Rheno *institisti, omnemqve illum limitem non eqvestribus neqve pedestribus copiis sed præsentiæ tuæ terrore tutatus es.* Ac posteà: *Porrectis*
usqve ad Danubii caput Germaniæ, 25
Rhetiæ*q; limitibus.* † Idemqve asserit Herodianus græcus *lib. 2. de Commodo & Nigro Imperatore,* hisce verbis: *Hæc dum agitaret levi incer-*

incertâq; spe subnixus, fama jam per Pannonias Illyricosq; increbuerat, perq; exercitus omnes, qvi pro ripis Danubii Rheniq; excubantes, coercendis barbaris Rom. tuentur Imperium. Et Seneca *de mundi gubernatione: Omnes,* inqvit, *considera gentes, qvibus Rom. pax desinit, Germanos dico, & qvicqvid circa Istrum vagarum gentium occursat.* Idemq; *lib. 3. de nat. qvæst. O qvàm ridiculi sunt mortalium termini. Ultra Istrum Dacus non exeat, Isthmum Samothraces includat, Parthis obstet Euphrates, Danubius Sarmatica ac Romana disterminet, Rhenus Germaniæ modum faciat.*

Sed hi Germaniæ termini jam dudum moti sunt, Franc. Carol. Dux Saxon. *apud Frider Achill. de princip. inter provinc. Europ. in Orat. pro German.*
26 † Qvis enim omnium Regionum fines semper eosdem fuisse, esse aut fore affirmabit? Sicuti namq; Urbes terminos habent incrementi & decrementi ambulatorios, jam mœnia panduntur latiùs, jam contrahuntur angustius: aut uti flumina non semper æqvabili in lecto decurrunt, nonnunqvam decentius, aliqvando fluunt superbiùs: Sic & Regionum sua sunt fata, qvæ finium regundorum judicium exercent, statuuntq; ex occasionibus modum: Et fermè qvot Reges, tot mutationes Provinciarum & nomina oriuntur, Franc. Carol. *dict. loc.* † Non ergò Rhenus & Danubius Germaniam, omnium Europæ Provinciarum maximam, amplius claudunt, sed per medios Germanorum delabuntur agros, Æneas Sylv. *in German. cap. 2.* Extra illos siqvidem Helvetia, Rhætia, Styria, Carinthia, Carniola, Austria, Alpes, magna Sarmatiæ pars, aliæq; potentissimæ & patentissimæ Regiones in lingvam, potestatem & nomen Germanorum commigrârunt, Thuan. *lib. 56. histor.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 1.* Goldast. *in præfat. tom. 3. Constit. Imper. ad Magn. Britan. Reg. Jacob.* † ut risu excipiantur meritò qværentes, qvàm latè urbis Germaniæ pateat ambitus: Multis enim Italis & Gallis, qvi nunqvam extra Lares suos pedem extulerunt, Germanos unam eandemq; urbem inhabitare, persvasum esse, refert Philip. Camerar. *in meditat. histor. cent. 1. cap. 44.*

27

28

Qvæ ergò provinciæ Germanicæ, qvæ loca Germanica? Hodiè non montium situ, non fluviis Nationes, † sed lingvâ ac jurisdictione à se invicem discriminari, inqvit Münster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 7. in fin.* Adeoq; provinciæ 29

ciæ

ciæ erunt Germanicæ, ubi & lingva Germanica colitur, & Imperii jurisdictio agnoscitur: Qvô si Imperator Comitia indicat, Capitulationi, in qvam juravit, satisfecisse videbitur, inqvit D. Ber-
30 tram. *de Comit. th. 23.* † Et ut clarius loqvar, cum Imperium Germanicæ nationis in decem Circulos fuerit divisum (puta; Austriacum, Burgundicum, Electorium Rhenanum, Saxonicum superiorem, Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum superiorem, Westphalicum & Saxonicum inferiorem, qvorum Principes Statuumq; delineationem speciatim refert Domin. Arum. *de Comit. Imper. cap. 2. n. 47.*) nullaq; provincia, qvæ ad Imperium Germanicum spectat, illis omissum sit, prout constat ex *Recess. Imp. de Anno 1522.* §. Hernach folgen die Zehen Kreiß/ wie und auff welche Ort die in das gantze Reich außgetheilet werden/ haud certè difficile est cognoscere, † o-
mnibus illis locis, qvæ circulis e- 31
jusmodi continentur, Comitia indici posse, ut benè advertit Domin. Arum. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 31.* Ex qvo, cum infra Coloniam & ultra Augustam, Civitates qvædam Imperii inter Circulos referantur † à Melch. Goldasto, qvi ultra Augustam Vindelicorum & infra Coloniam Agrippinam, haud fas esse Imperatori Comitia cogere, novellis Imperii legibus sancitum dicit *lib. 1. de Regno Bohem. cap. 2. n. 12.* cavere jubet idem Arum. *dict. cap. 5. n. 31.*

SECTIO V.

Bohemia qvia est pars Imperii Romano-Germanici, Comitia in eâ celebrari nihil prohibet.

SUMMARIA.

1. Comitia celebrantur iis in locis, ubi lingva germanica & Imperii jurisdictio.
2. Non in Sabaudia, Lombardia, Ducatu Mediolanensi aut Mantuano.
3. Hollandia non est portio Germaniæ.
4. Hollandia Respublica libera habetur, n. 5. & 6.
7. Lingva Bellica qvænam sit?
8. Gallica qvare antiqvis dicebatur Belgica?
9. Num Comitia in Bohemia celebrentur? n. 10.
11. Bohemia Circulis Imperii non continetur. n. 12. 37.
13. Bohemia provincia Germaniæ. n. 21. 22. 23
14. Probatur id autoritatibus Historicorum. n. 16. 17. 18. 19.

1 HOdiè ergò Comitia non indicuntur nisi iis in locis, ubi & lingva colitur Germanica & Imperii agnoscitur jurisdictio, qvippe qvæ duo conjunctim provinciam seu partem Imperii Romano-Germanici constituunt, ad qvod indictio Comitiorum per Capitulationem Cæsaream est restricta *Sect. præced. in fin.*
2 † Ex qvo nec in Lombardiâ, nec Sabaudiâ, nec Ducatu Mediolanensi aut Mantuano, aliisvè Italiæ Principatibus, Comitia celebrari posse evincitur, Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 32.* Qvantumvis enim feuda hæc ad Imperium spectent, non tamen lingva ibi colitur Germanica, ut vel propterea Principatus isti provinciis Germanicis malè adnumerentur.

3 † Nec Belgium, præsertim verò Hollandiã sive Bataviam portionẽ Germaniæ dixerim. Scio eqvidem, aliter sentire Cæsarem *lib. 1. de bello gallico*, propterea, qvod majori parte Belgæ dicantur inferiores Germani: qvod germanicè loqvantur: qvod ipsimet Germaniam magnã patriam suam appellitent. † Attamen si jurisdictionem consideraverimus, luce meridianâ clariꝰ apparebit, nec Batavos Germanos, nec Belgium, præsertim Hollandiam portionem esse Germaniæ, cum procul dubio hodiè Respublica hæc libera & ab Imperio exemta habeatur. † Qvale etiam responsum dederunt Ordines Confœderati, cum Imp. Romanus literis missis *An. 1607.* ipsis exprobravit, qvod viam compositionis cum Rege Hispaniarum & Archiducibus, non modo injussu suo, sed se prorsus inscio atq; incõsulto cœperant, testatus, provincias unitas esse feudum deductum à S. Impe- 4 5

Imperio, qvemadmodũ ex archivis Imperii, ex actibus investituræ multisq; publicis monumentis omni exceptione majoribus liqvidò appareat, se verò Caput & supremum feudi Dominum haberi: qvicqvid igitur secus fecissent Ordines, irritum nulliusq; momenti fore, secundũ ea, qvæ Lege fidelitatis & jure communi feudorum sanciuntur, Domin. Baud. *de induc.*
6 *Belli belg. lib. 1.* Nimirum † hodiè eò res deducta est, ut Ordines confœderati nõ, saltem se liberos, sed & alios Principes ac Reges potentiâ & divitiis superare existiment:
7 † qvamvis lingvâ utantur Germanicâ, compositione tamen verborum cum Gallico sermone multũ conveniente, & stylo per se corrupto plurimisq; vocabulis Gallicis permixto, ita ut vix Belgæ intelligi qveant ab iis, qvi nullam prorsus habent lingvæ gallicæ cognitionem. Scilicet, qvia Gallia
8 Belgio finitima: † ex qvo antiqvis Gallia dicebatur Belgica, habito respectu ad considerationem Cosmographicam, qvo Rhenus fines ponit Germaniæ.

Qvid verò de Bohemiâ asserendum? † Neutiqvam Comitia in
9 Regno Bohemiæ celebrari, statuit Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 32. & seqq.* absonum qvippe foret, apud Bohemos, qvi Comitiorum jus non habent, Comitia agere, illisq; honorẽ loci, qvi nullius loci honorem Germanis tribuunt, cõcedere, immẽsasq; illas pecuniarum impensas, qvas tantorum Electorum, Principum & Ordinũ conditio reqvirit, extra Imperium in aliud Regnum importare, & Subditos Imperii nummis suis nudare, Bohemos verò in contemtum eorum illis vestire, Arum. *dict. cap. 5. n. 36.*

Nec videtur assertio hæc *Arumæi* ratione destituta, † postqvam 10
Bohemia pro Germaniæ Provincia ab omnibus non habeatur, vel ipsomet jure Saxonico assentiente, *lib. 3.* Landr. *art. 57. verb.* Der Königin Boheimb hat keine Wahl/ weil er nicht Teutsch ist. † Qvin 11
nec Bohemia Circulis illis decem Imperii, de qvibus agitur in *Recess. Imper. de Anno 1572. vers.* Darauff habẽ wir sampt den Ständen/ ꝛc. continetur, nec peculiarem & separatum Imperii Circulũ constituit, veluti contra Melch. Goldast. ab Haiminsf. *de Regno Bohemiæ lib. 1. cap. 2. n. 5. & lib. 4. cap. 8.* multis disputat Arũ *de Comit. Imp. cap. 2. n. 41.* ubi in hanc rem adducit
† protestationem Ferdinandi I. Re- 12
gis Bohemiæ, qvam fratri Carolo V. Imperatori in Comitiis Augustæ *An. 1548.* celebratis opposuit, in qvâ inter alia hæc reperiuntur verba:

verba: Weil auch die Stewren im Reich mehrentheils uff die Stände in den Z hen Kreisen bestimbt/ die Cron Boheimb aber in einigen Becirck niemals gewiesen worden/ sey leichtlich abzunehmen / daß dieselbe Cron mit dem Reich in vorigen Zeiten gantz nie gesteuret/ und dannenhero ietzo unbillig in die Anschläge des Reichs gezogen würde/ ꝛc. Atqvi solis illis decem Circulis Imperium Germanicæ nationis circumscribi, qvibus qvi continetur, jus loci Comitialis & non aliis tribui debere, diximus *Sect. præced. circa fin.*

13 Sed † non usq; adeò hoc expeditum est, qvin potiùs Bohemiam Germaniæ provinciam haberi, inq; eâ Comitia salvâ Capitulatione Cæsareâ celebrari, non malè dixerimus, si vel authoritates historicorum & politicorum, vel etiam rationem politicam sanis inspiciamus oculis.

(1.) Nam si dubitare qvis velit, utrum Bohemia sit pars &
14 provincia Germaniæ, † opponimus ei innumeras ferè veterum pariter atqve recentium scriptorum autoritates, apud Goldast. *dict. cap. 2.* Regnum siqvidem Bohemiæ Germaniæ portionem dicit Æneas Sylv. *cap. 1. in hist. Bohem.* Et Bohemos Germanis permixtos ipsam Germaniam inhabitare, fatetur Dubrav. *lib. 9. histor. Bohem.* De qvo & Eginhardus Caroli M. Imperatoris Cancellarius *in lib. de vita & gestis ejusdem Caroli M.* ita scribit: *Omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Vistulam fluvios, Oceanumq; & Danubium positæ, linguâ qvidem penè similes, moribus verò atqve habitu valdè dissimiles, Germaniam incolunt, perdomuit: Inter qvos ferè præcipui sunt Boëmani &c.* Et anonymus qvidam Monachus Benedictinus *in vita S. Adelberti Pragensis Episcopi, tom. 5. part. 2. antiqvæ lectionis ab Henrico Canisio in lucem protractæ: Est locus in partibus Germaniæ, dives opibus, præpotens armis ferocibusqve viris, qvem incolæ Boëmiam cognomine dicunt.* Nec non Matthæus Paris *in histor. de Richardi Cæsaris electione: Hi sunt maximi in Alemaniâ, ad qvorum nutum pendet electio ipsius Regni: Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno &c.* † Qvin & Re- 15
gnum Bohemiæ Nationi germanicæ accensetur in Matriculâ Imperii, in Comitiis NORINBERGENSIBUS *Anno MCCCCLXVII* contra Turcas institutâ, hisce verbis: *Item* Nach deme Boheimb / Mähren / Schlesien / Lusitz / auch Egerer und Elnboger Kreis /

Kreis / auch zu der Teutschen *Na-*
16 *tion* gehören. † Similiter qvoqve Leopoldus de Bebenburg Episcopus Bambergensis *de jurib. Imper. Roman. cap. 2.* in hæc verba scribit: *Ludovicus (Pii filius) habuit orientale Regnum Francorum, scilicet totam Germaniam usq; ad Rheni fluenta & nonnullas Civitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum, & vocatus est Rex Germaniæ. Et intellige Germaniam, Bohemiâ, Pannoniâ & Moraviâ inclusis.* Et *cap. 3. fol. 23. Licet Posteritas Caroli Magni diu habuerit Regnum & Imperium Francorum, tamen Regnum & Imperium hujusmodi fuit divisum tempore Imperatoris Lotharii. Cujus Regni divisi una pars fuit tota Germania, Pannoniâ, Bohemia & Moraviâ inclusis, qvam ex divisione hujusmodi Ludovicus, frater dicti Lotharii Imperatoris, in portione hereditatis obtinuit.* † Accedit
17 qvoq; testimonium Jacobi Spigelii *in scholiis ad Günth. Ligurinum lib. 5. in pr. Boëmiam Germanici Imperii Regnum fuisse, nemo negare potest,* Münster. *in Cosmogr. libr. 3. cap. 501. Bohemia regio Germaniæ limitibus inclusa sylva Hercinia, tanquam nativo muro undiq; cingitur.* Joh. Bohemi Aubani *libr. 3. de morib. gent. cap. 11. Boëmia Regio Germaniæ limitibus inclusa.* Joh. Boteri *de Imper. Roman. fol. 58. Germania in plures provincias divisa est, sed præcipua sunt (loqvor de iis, qvæ viva membra habentur Imperii) Austria, Bohemia (qvamvis hæc multis privilegiis gaudeat, qvæ eam ab oneribus eximunt) Moravia, Silesia, Lusatia &c.* Hieronymi Contareni *in descript. totius Orbis in Germania fol. 17. In Germania hæ sunt Regiones: Saxonia, Bavaria, Austria, Boëmia, Marcomandia, id est, Moravia.* Auberti Miræi *in lib. de Reb. Boëmic. c. 1. In Germania sita est Bohemia &c.* Jacobi Augusti Thuani *libr. 56. histor. In Germania Bohemi, Silesii & Moravi.* Seth Calvisii *in oper. Chronolog. Anno 645. Dalmatæ Slavi, Duce Zechio, in Germania Regnum Bohemorum occupant.* Lottini *in thesauro Polit. Sapient. part. 1. in relat. de Aula & Regno Imper. Roman. Undiq; Regnum hoc Germanis populis circumseptum est. Terminatur enim à Septentrione Silesiâ, Lusatiâ & Misniâ; ad Occasum Franconiâ sive Norico, Voitlandiâ & Palatinatu superiori: ad ortum Moravia ac Silesiæ parte. In longum ab Ortu in Occasum habet milliaria Italica centum sexaginta: in latum verò sive à Borea in Austrum centum & qvatuor;* Johan. Dubravii *lib. 1. histor. Bohem. in pr. In Germania sita est Bohemia.* Martini Boregk *in Chron. Bohem. in pr.* Das Böhmerland ist eine Gegend in Teutschland. † Eliæ Berger. *in* 18
trinubio Europæo, sive de Societate

Imperii Christiani inter Germanos, Hungaros & Bohemos. Cæterum, qvi Aborigenes Bohemorum ex Pannono Corvatia aut Slavonia ignorant aut negant, maximam & nobilissimam Germaniæ partem Bohemiam audacter dicunt. Dum verò considerat qvis jam Reipublicæ constitutionem, communicatum utrinq; robur, animorum temperatam vim, dispartitos mores, humanitatem, mansvetudinem, necessitudinem affinitatumq; Leges, Clientelas, commercia victus opumq; domi, foris petita, Germanorum an Bohemorum sit Bohemia? hallucinabitur. Et posteà: *De Bohemis qvid dicam? Qvantum gloriæ illi sibi vendicant, tantas faciunt Germanis laudis suæ accessiones. Plurima etiá qvæ à natalibus suis munera genii ac ingenii habent, consvetudine vetusta & humana & splendidiora & delicatioria efficiunt, æmulationeq; germanica nimis sibi indulgēt: Ut beatissimæ Agricolarum vitæ officinam excipias, Albim Bohemicum mediam secare Germaniam (ut ex qvibusdam Geographis liqvet) qvivis comperiet, ambigantq; hodiè qvidam Bohemi, intra qvos gentis limites subsistant, an ubi per initia ortus sui seminio nati sunt? an ubi adventitii germanicæ terræ acqvisiverunt Imperium? qvam etiam suo sangvine qvæsitam ab hostium vi optimè tutari possint.* Hactenus Elias Berger.

19 † Cum qvo etiam transeunt Albert. Krantz *lib. 1. Wandalia cap. 4.* Joan. Stumpfius *libr. 2. Chron. Helvet. cap. 4. fol. 58.* Irenicus *in Exeg. german. lib. 1. cap. 42.* Althamerus *in Scholiis ad Tacit. germ. in pr.* Johan. Carion. *lib. 3. Chronicor. Anno 427.* Marqvard. Freher. *in Not. ad lib. 2. Petri de Andlo.* Joach. Clut. *in syllog. rer. quotid. concl. 24. lit. e,* Jodoc. Hondi *in Atlante minore in descript. German.* Reinh. König. *in Polit. part. 1 cap. 30. n. 32.* Thom. Lansius *in Consult. de Princ. int. prov. Europ. in Orat. pro German.* Daniel Otto *in dissert. de jure publ. Imper. Roman. cap. 19.* Qvirin. Cubach. *lib. 2. jurisprudent. Germano-publ. cap. 6. n. 27.* centumq; alii.

20 † Sunt eqvidem, qvi Electores ac Principes Imperii, Bohemiam pro Germaniæ provincia ne qvidem tempore Caroli IV. & Wenceslai Cæsarum ac Bohemiæ Regum, agnovisse autumant, idqve probare conantur ex *Actis Imperii ab An. 1398. usq; ad An. 1499. Francofordiæ in Comitiis compilatis in verb.* Darzu *Wenceslaus* sich nicht verstehen wollen / und in vielen Jahren nicht zu teutschen Landen kommen.

21 † Sed scitè respondet Melch. Goldastus, ibi Theutoniam & Bohemiam non oppositivè, sed respectivè intelligi: & ut totum cum parte, ac publicum Imperium cum

cum Regno privato, in qvo Wenceslaus tanqvam claudus sutor Pragæ sedebat totam vitam, comparari. Ex qvo hodiè non modò Bohemi, sed & Austrii das Reich vocant Imperium germanicum formulis usitatis: Im Reich/Ins Reich schicken/ Ins Reich ziehen/ qvo tamen sensu nec Austria nec Bohemia extra fines Imperii Germanici collocantur: Perinde ac Juliacenses & Clivenses sese communi sermonis usu Gallos, nos verò Theutones vocare solent, & consveta est apud eos loqvendi formula: In Teutschland ziehen/ qvi tamen propterea à solo Germanico neutiqvam sunt eliminandi, *de Regno Bohem. lib. 1. cap. 2.*
22 *n. 10.* † Et probabile omninò est, Electores, si Bohemiam pro alienâ provinciâ agnovissent, idipsum disertè inter causas abdicationis Wenceslai Cæsaris posituros fuisse, qvod tamen factum haud est, nec ulla hujus rei fit mentio in sententiâ Exauthorationis & privationis, latâ & publicatâ ab Electoribus Lonsteinii ad Rhenum *Anno 1400.* qvæ habetur apud Goldast. *tom. 1. Constit. Imp. fol. 379. & part. 1.* der Reichs-Satzungen/ *fol. 158.*

23 (2) Rationes † porrò politicas si respexerimus, Bohemiam è Regno Germaniæ non excludere licet. Diximus enim *Sect. praeced. circa fin.* Provincias verè esse Germanicas, ubi & lingva germanica colitur & Imperii jurisdictio agnoscitur. Sed utrumq; ritè accommodatur Bohemiæ.
† Qvod enim lingva Germanica haud sit peregrina & exotica in regno Bohemiæ, testatur Æneas Sylvius, rerum Bohemicarum scriptor accuratissimus *in histor. Bohem. cap. 1.* hisce verbis: *In templis sermone Teutonico plebes docent: in Cœmiteriis* Bohemico: *solis mendicantibus libertas fuit, qua vellent, linguâ populum instruere: quæ res palàm indicat, Regionem ipsam olim Teutonicam fuisse, sensimq; subintrasse Bohemos, id est, Sclavos.* Et in Germaniâ *cap. 47. Bohemia quamvis Sclavonico sermone utitur, sub Imperio tamen Germanico sese continet & moribus utitur Teutonicis: Et pauci sunt inter Bohemos saltem Nobiles, qui non utramq; noverint lingvam: & undiq; cincta est ea terra Teutonicis plebibus.* Illud qvoq; Germanicam esse Bohemiam palàm ostendit, qvod intra Ecclesias teutonico tantùm sermone instruere populum Sacerdotibus permissum est: In Cœmeteriis autem Sclavonico. 24
† Nec non Boëmus Aubanus *lib. 3. c. 11. Mos vetus & germ. lingua à pleris*q; 25

risq; in hanc usq; diem observantur: In templis enim plebes sermone Teutonico docentur, in cœmiteriis Bohemico. Et Albert. Krantz. *lib.1. Wandal. cap. 4. Etiam Bohemia undiq; septa Teutonibus, quid aliud studet, nisi qvod lingva sit conformis gentium proximarum?* Accedit, qvod in Bohemiâ multi vivunt inter Teutones nati, qvi lingvam patriam non intermittunt.

26 † Jurisdictionem qvoqve Imperii Boëmos agnoscere, Regnumq; Bohemiæ Imperio subjectum esse vel inde patet, qvod privilegium de eligendo novo Rege, à Romanis Imperatoribus, Bohemis fuerit indultum, *Aur. Bull. tit.* 7. At concessio privilegii, superioritatem & subjectionem arguit, Rudg. Ruland. *part. 4. cap. 3. n. 27.*
27 *libr. 2. de commiss.* † Bohemiam qvoq; Henricus Anceps Imperio tributariam reddidit, Peucer. *in Chron. lib. 4. in Henr. Aucup.* Hinc Imperator Albertus à Wenceslao Rege Bohemorum decimas argenti, qvod in Bohemiâ ex montibus puteisq; argenteis eruebatur, petiit, rationem hanc addens, eodem jure, eâdemq; conditione obligatam esse Imperio Bohemiam, qvâ cæteræ Principum in Germaniâ provinciæ, qvæ à Cæsare jurisdictionem suam accipiunt, ut meritò Cæsar vicissim ab iis decimas metalli exigat: à qvo etsi Wenceslaus peteret, ut vectigalibus, Cæsaribus debitis, contentus esset, tantum tamen abfuit, Imperatorem huic petito acqvievisse, ut potiùs bellum Regi intulerit, Dubrav. *lib. 18. histor. Bohem.*
† Et qvorsum sententia Cameræ, 28
qvam refert Buxdorff. *ad Aur. Bull. th. 88.* hisce verbis conceptam: In Sachen *N.N. contra N.N.* ist erkant/ daß *Appellaten* unverhindert ihrer Einrede/ auff der *Appellanten* eingebrachte Klage *litem contestiren* und antworten sollen: und wollen sie die *Appellaten* gegen den Regenten in Böheimb/ auff die angezogene Poen *procediren*, sollen sie denselben Regenten darzu/ wie recht/ *citiren* lassen. Ex qvo Regem Bohemiæ in Camerâ conveniri posse, evincitur: qvo ipso jurisdictio Imperii in Bohemos satis fundata est. † Eoq; respicit Elias Ber- 29
ger *in trinubio Europæo sive de societate Imperii Christiani inter german. Hungar. & Boëmos*, qvando inqvit: *Bohemia propterea Romano-germanorum Imperio plurimis obligata nominibus, qvantum gloriæ ex datâ qvondam Regum libertate sibi vendicat, tantum laudis germanicæ facit accessionis. Nam qvod primum illud commemorem: Germani Bohemorum summi Magistratus etiam hodiè vestratum Cæsarum nomine sacrosan-*

crosancti sunt. Sic qvondam Uratislaus ab Henrico III. Cæsare, diedemate Regia donatus est. Uladislaus I. Friderici Barbarossæ beneficio axioma regium conseqvitur. Premislaus interpolatam Regiæ dignitatis existimationem à Philippo Cæsare recipit, à qvo indemptâ serie Reges habent & beneficii habent loco. In ipso Romano Imperio qvid excellentius sacro SeptemViratu? Unà cum Regni rudimentis, gloriam hujus Bohemia accepit illibatam incontaminatamq; in hodiernam usq; diem possidet. Itaq; cum à summis Cæsaribus summam regiamq; dignitatem accepisset, eam qvoq; iisdem hoc sacro Electionis jure acceptam referendam in more habet, Hactenus Elias Berger.

Concurrente itaq; jurisdictione Imperii cum lingvâ Teutonicâ, Bohemiam Germaniæ provinciam haberi, inq; eâ Comitia celebrari, nihil porrò asserere prohibet secundum tradita *Sect. praced. circa fin.*

30 (3.) Præsertim † cum non semel in Bohemiâ superioribus temporibus Comitia peracta novimus. Ut: Egræ à Friderico II. de qvibus ita scribit Aventin. *Hæc ubi dicta sunt à Legatis, Rex Bojemus commutato animo, alioqvi Pontificis Max: conatus, qvòd Legatum petentibus non miserat, suspectos habens, cœpta improbat, se in potestate Augusti atq; Cæsaris fore respondet, atq; fœdus novis Sacramentis, datis obsidibus, Egræ consilio habito, redintegrandum decernit: Idem cæteri Principes censent: Ottonem Bojum, qvi aberat, hujus discordiæ autorem, contra Rempubl. fecisse, crimine perfidiæ, proditæ Majestatis populi Christiani accersendum esse statuunt. lib. 7. annal. Bojor.* † Egram qvoqve Wen- 31
ceslaus Imperator Imperii Status ad Comitia convocavit, in qvibus Civitates Ligæ inter se initæ renunciare, Ordinum decretô jussæ fuerunt, Lehemann. *lib. 7. cap. 69. in Chron. Spirens.* † Budewitii qvo- 32
qve *Anno 1227.* celebrata fuisse Comitia, testis est Aventin. *lib. 7. annal. Bojor. fol. 537. & fol. 542.*
† Nec non Pragæ (qvæ est caput 33
Regni Bohemiæ & Civitas Electoralis, Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 3. c. 7. n. 6.*) fuit Conventus Principum Imperii, qvos inter Moguntino auctore, Concilium habitum est de Adolpho ab Imperatoriâ dignitate deturbando, Gerard. de Roo *lib. 2. histor. Austr. sub anno 1296.* Henr. Rebdorffens. *in Annal. sub anno 1297.* Sethus Calvis. *in Chronol. anno 1297.* Aventin. *lib. 7. annal. Bojor. fol. 558.* † Qvin & no- 34
strâ ætate *Anno 1610.* Rudolphum II. Imperatorem Conventum Ordinum Deputatorum Pragæ habuisse, meminit Goldast. *In qvo,* in-

inqvit, *Archiepiscopi, Electores, Principes ecclesiastici & laici cum Austriæ & Burgundiæ Archiducum Legatis comparuerunt: ibi de controversiâ Cæsaris & Matthiæ fratris, Hungariæ Regis; De Bohemorum, Moravorum ac Silesiorum ad Matthiam defectione; De restitutione Civitatis Donavverdanæ: De causâ Juliacensi: De unitorum deniq; gravaminibus & comminationibus tractatum, actum & decretum fuit, ut docent acta illius conventûs, & partim exseqvitur Henric. Julius Dux Brunsvicensis* in gründlichen und warhafftigen Bericht/ wegen der zwischen der Römischen Käyserl. Majest. Herrn Rudolphen den Andern uñ der Königlichen Würde zu Ungarn Herrn *Matthiæ*, getroffener Vergleichung / auch Abdanckung des Passauischen Kriegs Volcks/ ꝛc. Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 1. cap. 2. num. 12.*

An ergò hisce adhuc contrariari putaveris *Specul. Saxon. lib. 3. art. 57.* ubi dicitur: *Regem Bohemiæ proptereà non eligere, qvod nostræ na-*
35 *tionis non sit &c.* † Sed tantæ autoritatis jus Saxonicum non est, ut ei tot Historici, totqve Scriptores Bohemiam inter provincias Germaniæ referentes, cedere necesse
36 habeant. † Eaq; verba juri Saxonico ab Eckone de Repkaw, Scabino seu Assessore judicii Imperialis Magdeburgici inserta fuisse, ex odio magis & invidia, qvàm usu Imperii nostri, proptereà qvod Bohemi detrectabant judicium illud agnoscere, aut jura inde petere, præsertim passivè, cum tamen Poloni & Lituani & Silesii forum illud Cæsareum, Saxonibus & Slavis pro supremò tribunali ordinatum, seqvi non gravarentur, asserit Melch. Gold. *lib. 3. cap. 2. n. 1. in Bohem.* additq; ibidem: *Benè habet, qvod & Leges nostræ textum illum falsitatis convincant, & viri prudentes ceu injustum & invidiosum jampridem exsufflarint,* Marqv. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 4. th. 3.* Qvir. Cubach. *lib. 2. Jurispr. germ. publ. c. 6. num. 27.* Dom. Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 5. concl. 1.* Christoph. Beindorff. *in dissertat. de jur. publ. Roman. Germ. Imper. dissert. 3. de Elect. concl. 63. in fin.*

Qvod verò Arum. *de Comit. Imper. cap. 2. n. 41.* † Regnum Bohemiæ 37
inter Circulos Imperii non admittit, contradicente Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 8.* præsertim ex Decreto Mergenheimensi, qvod ibidem refert verbotenus ex Lehmanno *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 68.* id certè parum obest, cum nondum probatum fuerit ab Arumæo, intra solos Imperii Circulos Comitia agi universalia, licet omnibus

bus illis in locis, qvæ Circulis istis subsunt, tutò Comitia indicantur, propterea qvod absq; ulteriori dubio, Circuli Regno Germaniæ contineantur, ut dixi *Sect. præc ed. circa fin.*

38 Qvicqvid sit, † rariùs hodiè Comitia in Bohemiæ Regno agi videmus, non qvod Bohemia pro Germaniæ provinciâ habenda haud sit; contrarium enim abundè demonstravimus; Sed qvia Comitia Imperii in liberis & immediatis Imperii Civitatibus celebrari soleant, *Sect. seq.* Christophor. Lehman. *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 147. art. 7.* Auct. discurs. von Reichs-Tägen ‡ *in pr.* D. Bertram. *de Comit. concl. 22.* † Qvalis Civitas 39
cum nec Praga Regni Bohemiæ Provincialis & Metropolitica, habeatur, utiq; Status se illuc sistere non tenentur, nisi ultrò citroq; consentiant. Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 2. n. 13.*

SECTIO VI.

Comitia hodiè in liberis & immediatis Imperii Civitatibus celebrantur pro arbitratu Cæsareæ Majestatis: Nec enim ratione loci & temporis habendorum Comitiorum, voluntas Electorum est necessaria, sicuti nec ad Comitia de uno ad alium locum transferenda.

SUMMARIA.

1. *Sanctio Aureæ Bullæ de loco Comitiorum Electoralium universalium & Coronatione Regis Romanorum.*
2. *Francofurti regulariter eligitur Rex Romanorum, n. 5.*
3. *Impp. qvondam diversis in locis electi.*
4. *Carolus IV. certum constituit locum electionis Regis Romanorum.*
6. *Francofurtum cur locus electioni Imperatoris definitus?*
7. *Nundinæ Moguntinæ à Frider. II. Francofurtum translatæ.*
8. *Multi Impp. non Francofurti electi.*
9. *Aurea Bulla in Casu necessitatis electionem Regis Romanor. Civitati Francofurt. non astringit. n. 10.*
11. *Prima Cæsarum Comitia ex Aur. Bull. Norinbergæ habenda.*
12. *Alibi tamen prima Comitia sæpissimè celebrata fuere.*
13. *Certus Comitiorum universalium locus hodiè definitus non est.*
14. *Qvondam Comitia sub Dio agebantur.*
15. *Qvandoq; etiam in Villis.*

16. Ho-

16. Hodiè celebrantur Comitia in Urbibus insignioribus.
17. Quare habeantur Comitia in Civitatibus Imperialibus? n. 18.
19. Sine Electorum consensu Imperator locum Comitiorum determinat. num. 20.21.
22. Respondetur ad Recess. Colon. de anno 1512. §. Item haben wir. *n.23.*
24. Clementia Cæsarea ex literis evocatoriis apparet.
25. Absq; voluntate Electorum Cæsar Comitia de loco in locum transfert,
26. Translatio Comitiorum solius Imperatoris placito facta. n. 27.

1 EX clarissimis relectionibus & traditionibus antiqvorum, ait Carolus IV. Imperator, illud à tempore, cujus non habetur memoria, jugiter observatum fuit, ut Regis Romanorũ electio Francofurti, prima Coronatio Aqvisgrani, & prima Regalis Curia in oppido Nürnbergensi celebretur, qvod & in posterum ita servari jubet, *in Aur. Bull. tit. 28.* §. wir befinden. *ibi:* Daß von langer zeithero/ deren man nicht gedencken mag/ durch unsere Vorfahren wohl und ohne Unterlaß im brauch gewesen/ daß die Wahl eines Römischen Königs/ zum künfftigen Käyser/ in der Stadt Franckfurt/ die erste Krönung zu Aach/ unnd der erste Königliche Hoff zu Nürnberg gehalten worden: Derowegen wir aus gewissen Ursachen auch in zukünfftigen Zeiten solches also zu halten erklären/ rc. Qvô ipsô electioni Cæsaris pariter & Comitiis Imperii universalibus locum certum dixeris definitum.

Et † qvoad electionem qvidem 2
Imperatoris id etiamnum observatur, ut Francofurti Comitia Electoralia celebrentur, ibiqve novus eligatur Imperator. Qvondam sanè alio atqve alio locô hæc Comitia peragebantur. † Nam 3
Otto II. Aqvisgrani, Cuspinian. *in vita Otton. II.* Henr. III. itidem Aqvisgrani, Albert. Krantz. *lib. 4. cap. 10. in Metropol.* Henricus V. Wormatiæ, Frisingens. *lib. 1. c. 40. histor.* Lotharius II. Moguntiæ, Frising. *dict. lib. 7. cap. 17.* & Conradus Svevus Constantini electi fuêre, Frisingens. *lib. 1. c. 2. de reb. gest. Frider. Imper.* † At posteà Carolus 4
IV. Romanorũ Imperator civitatem Francofurtum singulari benevolentiæ affectu, qvo eam est prosecutus, electioni Romani Regis futuriq; Imperatoris locum in perpetuum constituit, *dict. tit. 28. Aur. Bull.* † à qvo tempore subse- 5
qventes Impp. regulariter Francofurti sunt electi, ut Wenceslaus, filius Caroli IV. Cuspin. *in Wenceslao.*

ceslao. Jodocus Barbatus. Cuspin. *in Jodoco.* Rupertus Palatinus, Cuspinian. *in Ruperto.* Sigismundus, *Paralip. ad Ursberg. in Sigismundo.* Albertus II. Crantz. *lib. 11. c. 29. in Saxon.* Fridericus III. Crantz. *dict. lib. 11. cap. 20.* Maximilianus I. Crus. *lib. 8. cap. 20. part. 3. annal. Suevicor.* Carolus V. Joh. Sleidan. *lib. 1. de stat. Religion.* Matthias itidem & Ferdinandus II. Francofurti non solùm electi, sed & coronati fuêre: nam propter intestinas Aqvisgranensium turbas, locus Coronationis solitus, minus fuit acceptus, Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 13.*

6 † Francofurtum autem locus electioni Imperatoris propterea est definitus, qvòd nullus in Imperio videatur commodior, cum eorum, qvibus undiq; in Urbe commeandum erat, ratio haberetur. Etenim si perpendamus, qvibus intervallis distet à qvibusdam remotioribus oppidis, unde ad se tempore Nundinarum tantam multitudinem hominum accire solet, eam veluti Centrum in medio positam esse, comperiemus: Et si, non solùm qvasi in agro, sed & qvâ ejus parte sita sit consideremus, vix alibi melius iis, qvæ ad vitam necessaria non incolis tantùm, sed etiam advenis forent, institui posse, fatebimur cum Dom. Arum. *discurs. 1. ad Aur. Bull. cap. 1. p. 73.*
7 † Qvæ loci commoditas Fridericum II. Imperatorem haud dubiè promovit, qvod nundinas anteà Moguntiæ haberi solitas, Francofurtum transtulerit: ut enim rerum omnium copia adesset propter Conventum, nundinę ordinatæ sunt, Melch. Goldast. *tom. 3. Constit. Imper. Constit. 1.* Crusius *lib. 5. cap. 2. part. 3. annal. Svevic.*

Dixi tamen, à tempore Caroli IV. Imperatoris regulariter saltem Francofurtum electionis locum haberi,
8 † nimirum, qvod Ferdinandum I. Coloniæ, Sleidan. *libr. 7. de statu Relig.* Maximilianum II. verò & Rudolphum II. extra locum solitum, Ratisponæ, Thuan. *lib. 31. & 60. histor.* ubiq; nunc feliciter regentem D. Ferdinandum III. electum fuisse, novimus.
9 † Nec enim Carolus IV. Imperator tàm præcisè locum electioni Regis Romanorum definivit, ut omnem prorsus necessitatis casum excludere voluerit. *Fieri namq; potest*, inqvit Hartm. Maur. Consiliarius Coloniensis, *ut Imperator cum Electoribus procul in hostili solo degat adeò dissito, ut intra præfinita Bullæ tempora nullo pacto Francofurtum attingere possint ad eligendum, si Imperator fortè occumbat, aut in fata concedat, in Coronat. Caroli V. Imp.* Et qvis inficias ibit,

 mille

mille modos accidere posse, qvibus Francofurtũ convenire Electo-
10 res impediantur. † Qvo certè casu, si alio loco Electio instituatur, tantum abest, hoc esse contra Auream Bullam, ut potiùs Carolus IV. existente legitimo impedimento, id disertè permiserit, *dict. tit. 28. Aur. Bull.* §. Wir befinden auch *in fine*: Es were denn/ daß den vorgemeldten allen/ oder ihren einem hierinn sonderbare Verhinderungen fürfielen.

11 Qvoad † Comitia verò Imperii universalia res paulò aliter se habet: Qvamvis enim Carolus IV. Imperator prima Cæsarum Comitia Norinbergæ celebrari velit. *dict. tit. 28. Aur. Bull.* §. wir befinden auch. *vers.* und der erste Königliche Hoff zu Nürnberg/ rc. præcisè tamen id observatum non
12 fuit. † Nam Fridericus III. primam suam Curiam Regalem Francofurti, *Recess. Imp. 1442.* Leheman. *lib. 7. cap. 98. in Chron. Spirens.* Maximilianus I. Wormatiæ, *Recess. de Anno 1521. in pr.* Maximilianus II Augustæ Vindelicorum, *Recess. August. de Anno 1566.* Rudolphus II. itidem Augustæ Vindelicorum, *Recess. de Anno 1582.* Et Matthias Imperator Ratisbonæ *Anno 1613.* Comitia celebrarunt.

13 An † ergò Comitiis Imperii universalibus peragendis, certus hodiè locus definitus haud est? Non certè. Qvondam eqvidem, puta Caroli Magni & Successorum temporibus † sub dio in lo- 14
cis campestribus Comitia agebantur, Radevic. *lib. 2. cap. 1.* Günther. *lib. 2. in Ligur.* qvod & innuit jus feudale *lib. 2. tit. 52. §. 1. & tit. 55.* ubi Fridericus I. *Qvapropter*, ait, *dum ex prædecessorum more, universalis Curiæ Roncaliæ, (nempe ad Campestria juxta Radevicum) pro tribunali sederemus*: † Aut etiam 15
in Villis, præsertim Reine/ Lohenstein/ Kuffenstein/ rc. Freher. *ad Lupold. de Babenberg. cap. 3. vers. possunt.* & *ad Petr. de Andlo libr. 2. cap. 2. vers. vocare ad oppidum.* Annal. Fuldens. *Anno 889.* Ita etiam Rex Arnolphus apud villam, qvæ dicitur Foracheim, generalem habuit conventum: & Otto II. Imperator Comitia Vinariam tunc Villam Regiam indixit, Schaffnaburg. *Anno 975.* Lehem. *in Chron. lib. 2. cap. 18.* Sed postqvam Henricus Auceps Imperator villas & pagos nobiliores mœnibus cinxit, omnes in iis institui Conventus jussit, Witikindus *lib. 1.* ubi, Concilia & omnes Conventus, ait, atqve convivia in Urbibus voluit celebrari, in qvibus extruendis die, noctuqve operam dabat.
† Comitia ergò ex Villis in Civitates commigrârunt, ac posteà in 16

Ur-

Urbibus insignioribus habita fuêre, qvod temporum observantia luculenter docet. Otto namq; I. Comitia Spiræ, Fabr. *lib. 2. Orig. Saxon.* Henricus II. Francofurti, & Henricus III. Spiræ, Leheman. *lib. 5. cap. 23. in Chron. Spirens.* Henricus IV. & Cunradus itidem Spiræ, Leheman. *cap. 36. 51. & 52.* Fridericus II. Moguntiæ, Crus. *lib. 3. part. 3. cap. 1. annal.* & Ludovicus Bavarus Francofurti celebravit. Cuspinian. *in Ludov.*

17 Nimirum † Impp. Comitia Imperii semper habuerunt in liberis & Imperialib9 civitatibus, propter majorẽ rerum affluentiam, & qvia ipsis Imperii arcana, qvæ in minutulorum Magistratuum notitiam devenire nõ debent, cognita sunt, prout *Recessus Imperii typis evulgati à Frideric. III. Imperatore, usq; ad Annũ 1603.* satis superq; contestantur, Dom. Arum. *de Comit. cap. 5. n.*

18 *26.* † Qvin & hodiè Comitia Imperii in liberis & immediatis Imperii Civitatibus, ex Legis sanctione in Käyserlichen und Königl. Land- und Lehenrecht. *part. 1. tit. 37. & seq. Specul. Saxon. lib. 3. art. 62. Recess. Trevir. de Anno 1512. §. Item* haben wir und die Stände. celebrari debent. Auct. des ausführlichen Berichts / wie es auff ReichsTägen pfleget gehalten zu werden / Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 2. n. 13.* Henr. Bruning. *de var. univers. speciеb. concl. 13. lit. b.* Bertram. *de Comit. concl. 22.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 3. th. 8.*

Sed num † consensu ac voluntate Electorum locus Comitiis habendus erit definiendus? Qvod certè non dixerim, sed solius Imperatoris arbitrio tempus & locus Comitiorum videtur relictus: Tum per *Recess. Imper. de Anno 1527.* §. Und haben derhalben wir. *ibi:* Dann daß Ihr Käyserl. Majest. zum förderlichsten einen Reichs-Tag zu Ihr Majest. Gelegenheit an beqveme Mahlstadt und Zeit fürgenommen und ausschreiben hätte lassen / wolten doch solches zu Ihr Majest. Wolgefallen unterthäniglich gestellet haben. † Tum, qvia per Capitulationem Cæsaream, Imperatoris arbitrium qvoad locum Comitiorum, eatenus saltem est restrictũ, ne extra fines Imperii hæc indicantur, ut dictum *suprà Sect. 4.* Ergò intra fines Imperii pro libitu Comitia indicere permissum erit. Tum † qvòd Cæsari ante Capitulationem jure ordinariæ potestatis id licuerit, *Recess. Francof. de Anno 1442. vers.* Darumb insonderheit herzu uns zu kommen geboten / *Recess. Colon. de Anno 1512. ibi:* Anfänglichen gen Trier / *Recess. August. de An. 1518. ibi:* Zu uns da- 19 20 21

selbst hin erfodert. Ergò adhuc licebit, qvia per Capitulationem hoc specialiter immutatum non est: *arg.cap.cum dilectus.extr.de consvet.*

22 Nec † obstat *Recess.Colon.de Anno 1512.§.Item* haben wir *in verb.* Daselbst soll alsdann durch uns und die Stände ferner der künfftigen Reichstäge halber gerathschlaget und beschlossen werden/ wo die hinführo durch uns und die Stände gehalten werden sollen. Qvia ibidem agitur de Conventibus annuis ordinariis, qvi cum posteà in usu esse desierunt, ad priorem & veterem consvetudinem, qvâ in arbitrio Imperatorum fuit, locum qvem volebant, designare, reditum est, † qvod videtur innuere
23 *Recess.de Anno 1527.§.* Haben wir die Bottschafften. *ibi:* Wissen wir uns zu erinnern/ daß aus thun und Ankündigung eines Reichs-Tages Römischer Käyserl. Majest. unsern allergnädigsten Herrn eignet/ ꝛc.

24 † Minus obest contextus literarum ad Comitia evocatoriarum *in verb.* Und dann uns auch die Zeit und Wahlstadt gutwillig heimgestellet/ ex qvo de contrariâ observantiâ testatur Dom. Arum. *de Comit.cap.5.n.27.in fin.* Videtur enim Imperator ex singulari clementiâ & civilitate ita loqvi, ut qvi nihil indignum suâ Majestate judicat, si hâc in parte Electorum consensum reqvisivisset.

Consensus itaq; Electorum cùm ratione loci habendorum Comitiorum necessarius haud sit, ut modò diximus, nemo certè hinc dubitaverit, † qvin & Cæsar pro 25
lubitu Comitia de uno ad alium locum transferre qveat. Qvod & Carolum V. Imp. fecisse, compertum habemus, qvi Comitia consensu Electorum Wormatiæ indicta, suo ductu Ratisponam transtulit, *Recess.Imper.Wormat.de Anno 1545.vers.* Dem allen nach. *ibi:* Unser Käyserlich Gemüth billich darzu bewegend/ diesen Reichs-Tag erstrecket unn verleget/ erstrecken und verlegen denselben hiermit wissentlichen. †Similiter qvoq; translatio 26
Comitiorum *Anno 1546.* indictorum, solius Imperatoris placito facta est, ut constat ex *Recess. ejusdem Anni. vers.* Dieweil wir aber. *ibi:* Erstrecken und verschieben auch denselben hiermit wissentlich/ ꝛc. Et
† Ulmæ indicta Comitia solius 29
Imperatoris voluntate Augustam translata fuêre, *Recess.Imp.de Anno 1555.in pr.* & § Demnach haben Ihr Liebden/ ꝛc. Domin. Arum. *de Comit.cap.5.n.28.*

SE-

SECTIO VII.

Electoribus pro salute & incolumitate Imperii Comitia particularia celebrare specialiter permissum est: De qvo jure reliqvi Imperii Principes nihil participant.

SUMMARIA.

1. *Comitia vel generalia vel particularia. n. 2.*
3. *Freqventiora Comitia universalia.*
4. *Olim etiam particularia habita Comitia.*
5. *Conventus Deputatorum qvinam? n. 6.*
7. *Conventus Circulorum.*
8. *Comitia Electoralia qvædam vocantur* Wahl Täge.
9. *Qvædam* Churfürsten- oder Collegial Täge.
10. *Absq; Cæsaris permissu non potuerant qvondam convenire Electores.*
11. *Posteà à Carolo IV. Imp. hoc ipsis fuit indultum.*
12. *Ratio hujus permissionis. n. 13.*
14. *Negotia in Comitiis Electoralibus tractari solita.*
15. *Ingens Comitiorum Electoralium utilitas.*
16. *Comitia Electoralia hodiè non sunt annua.*
17. *Qvoad Conventus Electorales, à Sanctione Aur. Bull. per contrariam observantiam hodiè in multis recessum.*
18. *Qvâ de causa articulus de Conventionibus Electoralibus Capitulationi insertus? n. 19. 20.*
21. *Reliqvi Principes Imperii haut participes sunt Comitiorum Electoralium.*
22. *Cur particulares Conventus celebrare Principibus non permissum? n. 23. 24.*
25. *Conventus Principum Numburgicus haud prohibitus.*
26. *Nec improbatur Conventus Collegii Hanseatici.*
27. *Electorum nomine, Legati possunt interesse Comitiis Electoralibus. num. 28. 29. 30.*

NUnqvam non Comitia diversimodè vel ab omnibus Imperii Statibus: vel à qvibusdam saltem habita fuêre:
1 † ex qvo partitio Comitiorum in generalia & particularia fluxit: Nam & priscis Germanis in more positum erat, vel conjunctim omnes, vel disjunctim pauciores ad consultationem negotiorum ad Rempublicam pertinentium convocare. *De majoribus enim rebus omnes, de minoribus*

noribus verò Principes consultant, ait
2 Tacit. *in lib. de mor. Germ.* † Qvod & temporibus Caroli M. cjusqve Successorum in Germaniâ observatum fuisse, clarescit ex Hincmaro Remensi Archiepiscopo: *Consvetudo autem tunc temporis*, inqvit, *talis erat, ut non sæpiùs, sed bis in anno Placita duo tenerentur: Unum qvando ordinabatur status totius Regni ad anni vertentis spatium, qvod ordinatum nullus rerum eventus, nisi summa necessitas, qvæ similiter toti Regno incumbebat, mutabat, in qvo Placito generalitas universorum majorum tàm Clericorum qvàm Laicorum conveniebat. Alterum, cum Senioribus tantùm & præcipuis Consili-*
3 *ariis habebatur. Epist. 3. cap. 30.* † Et qvidem freqventiora fuerunt Comitia generalia seu universalia, de qvibus hinc inde Historici scripserunt: ut Abbas Stadens. *in Chron. Anno 788. Carolo*, inqvit, *Pascha celebrante & generale consilium habente:* Abbas Prumiens. *lib. 2. Chron. Rex Conventum publicum Wormatiæ celebravit.* Anon. *histor. de gestis Pipini, Caroli M. & Ludovici, Anno 772. Rex Carolus congregato apud Wormatiâ generali conventu. An. 779. ipse animo ad Saxonicam expeditionem intento, habitoq; juxta morem Conventu generali, Rhenum trajecit.* Et Reichersbergensis *in Chron. Anno 1169. Imperator*, ait, *celebravit Curiam generalem & valdè celebrem apud Pabenberg.*

Sed & † Comitiorum particularium mentionem facit Hincmar. *dict. Epist. 3. cap. 29. & 30.* qvi in Caroli M. aulâ vixit & subseqventium aliqvot Imperatorum Consiliarius & Cancellarius fuit. Ad qvæ etiam respexit Abbas Stadens. *in Chron. Anno 771. Carolus*, ait, *in Villam Carbonianam venit, ibi ad eum Primates & Comites accesserunt.* Et Dubravius; *Nunqvam Cæsar ex Italiâ reversus est, qvin Principum conventum indiceret. lib. 14. histor. Bohem.* Nec non Günther. *in Ligurin. lib. 8.* 4

Ergò sacros tantùm Patres, jurisq; peritos
Et de Principibus paucos, qvibus ipse timorem
Norat inesse DEI, tacitis Fridericus adaptans
Colloqviis, triduo secreta negotia toto
Rimatur &c.

Hodieq; † Comitia particularia luculenter innuit *Aur. Bull. cap. 12.* Von Versolgung der Churfürsten/ inter qvæ etiam numerari solet Conventus Deputatorum, qvi primitus *Anno 1555.* ex omnibus Ordinibus eam ob causam fuit institutus, † ut exortis gravioribus in Imperio motibus, qvibus sedandis, 5 6

dis,

dis, non unius, duorum, trium, qvatuor vel qvinqve, sed plurium Circulorum subsidio & auxilio opus sit, Moguntinus Elector ad deliberandum & concludendum Deputatos Francofurtum convocet, juxta formam præscriptam *in Recess. de Anno 1555. vers.* So sich dann abermals die Sachen/ etc. *Recess. de Anno 1559. vers.* Nach dem sich darneben/ etc. *Et de Anno 1570. vers.* Und damit solche wichtige Dinge. Pariter qvoqve in classem Comitiorum particularium refe-
7 runtur † Conventus Circulorum, qvi vulgò appellitantur Kreistäge/ qvorum initiò sex instituti fuêre: Francicus, Bavaricus, Svevicus, Rhenanus superior, Westphalicus & Saxonicus, *Recess. Imper. de Anno 1500.* §. Wir sechs Räthe/ etc. Sed posteà illis qvatuor alii: Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus & superior Saxonicus additi, atqve sic conservandæ Pacis publicæ gratiâ decem Circuli fuêre constituti, *Recess. Imp. de An 1572. vers.* Drauff haben wir den Ständen/ etc. Dom. Arum. *de Comit. cap. 2. n. 39.* Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 19. & seqq.*

Præ aliis verò Comitiis particularibus freqventiora & celebriora sunt Electoralia Comitia,
8 † non solùm qvibus Rex vel Imperator Electorum votis eligi solet, & vulgò WahlTäge appellantur, de qvibus Onuphrius Panvinius *in peculiari libro de Comitiis Imperatoriis* latiùs agit, & tangemus ea *infrà cap. 11. Sect. 8. & 9.* † Sed et- 9
iam qvæ Electorum interventu, pro salute & incolumitate Imperii celebrari solent, & vulgò Churfürsten- oder *Collegial*Täge nominantur, Domin Arum. *dict. cap. 2. num. 28.*

Qvondam † eqvidem Electori- 10
bus solis absqve Imperatoris permissu vel aliorum Principum interventu, nunqvam convenire licuit, Melch. Goldast. *de Regno Bohem. lib. 3. cap. 5. n. 5.* Abb. Stadens. *in Chron. Anno 1240.* Paul. Bernriedensis *in vita Gregorii VII. Papæ.*
† Sed posteà à Carolo IV. Imp. 11
hoc eatenus fuit immutatum, ut absq; speciali veniæ impetratione annuatim Comitia celebrare possint, *in Aur. Bull. tit. 12.* Von Versamlung der Churfürsten. *vers.* Daß dieselbe Churfürsten hinführo alle Jahr einmal/ wann vier Wochen/ aneinander zurechnen/ nach Ostern vorüber/ in einer des Heiligen Reichs Stadt per-
sönlich sich versamlen/ etc. † Pru- 12
dentissimè sanè: ne periculosi in Imperio oriantur tumultus, aut nocivæ adversus salutem ejusdem molitiones exsurgant, Dom. Arum.

rum. *dict.cap.2.n.28*. Neqve enim multiplices Reipublicæ curæ patiuntur, Cæsarem omnibus intentum esse, ut non immeritò Electoribus casus qvosq; adversos & nocivos amoliri incumbat, qvippe qvi solidæ Imperii bases & columnæ immobiles habentur, ac proinde salutem magis qvàm ruinam Imperii qværere præsumuntur.
13 † Qvin & cum per longinqvas terrarum distantias consistant, de emergentibus defectibus referre simul & conferre, sanisq; consiliis iis providere poterunt,
14 *dict.tit.12.Aur.Bull.in pr.* † Hinc gravissima qvæq; Imperii negotia in hoc Electorum Conventu tractantur, puta: de pace & bello; de vectigalibus; de regalibus; de ditionibus defendendis; de juribus Electorum; de amoliendis conspirationibus; & ligis contra Imperatorem; deq; causis aliis, qvæ ad decus & incrementum Imperii
15 spectant. † Ex qvo Conventus hic Electorum Collegialis omnium optimum remedium in magnis Germaniæ tempestatibus, litibus ac tumultibus reputatur, Ventur. de Valent. *in parth.litig. lib.2. cap.3. n.18.* Hujus enim solius medio atq; remedio, Sacri Romani Imperii possessio adversus Pontificis Romani molitiones, aliasq; ejusmodi lites ac malitias publicas semper fuit conservata & adhuc conservatur, Dom. Arum. *ad dict. tit.12.Aur.Bull.*

Etsi verò † Carolus IV. Imp. *in* 16
dict. tit.12. Aur. Bull. per singulos annos, modo ibidem præscripto, Electorum congregationem permiserit: attamen subseqventium temporum observantiâ annuos Conventus in desvetudinem venisse, & non nisi summâ necessitate flagitante, eos institui novimus, veluti tempore Rudolphi II. Imp. *Anno 1611.* Norinbergæ & *An. 1619.* Mülhusii, Comitia ejusmodi Electoralia habita fuêre. † Qvin & a- 17
lia hujus sanctionis capita, qvorum fit mentio *in dict. tit.12. Aur. Bull.* per contrariam observantiam exolevisse, luculenter demonstrant Goldast. *in Bohem.lib. 4. cap. 6.n.22.* & Joh.Limn. *de jure publ.lib. 9.cap.1.n.232.* † Eaq; procul dubio 18
causa est, qvod Electores noviter electorum Imperatorum Capitulationibus, conveniendi hanc facultatem sartam tectamq; sibi reservare soleant, ne scilicet Comitia ista Electorum particularia per desvetudinem vel intermissionem diuturniorem, prorsus abolita qvis existimet. † Sicuti ex 19
formulâ Capitulationis apparet: Wir lassen auch zu/ daß die Chur-fürsten ie zu Zeiten/ nach Vermöge der güldenen Bull unnd Gelegen-

heit

heit des heiligen Reichs/zu ihrer Notdurfft/ auch so sie beschwerlich Obliegen haben/ zusamen kommen mögen/dasselbe zu bedencken unn zuberathschlagen/ daß wir auch nicht verhindern noch irren/ unnd derhalben keine Ungnade oder Widerwillen gegen ihnen sämptlich noch sonderlich schöpffen und empfahen/sondern uns in deme und andern/ der güldenen Bull gemeß/ gnädiglich und unvorweislich halten sollen und wollen/ Goldast. *part. 8.* der Politischen Reichhändel/*cap. 3. & part. 12.* Joh. Sleidan. *lib. 1. comm. de stat. Relig. pag. 28.*

20 † Qvamvis & probabiliter dici qveat, hunc articulum Electores propterea Capitulationi inseruisse, ne forsan Imperatores prætendant, *per dict. tit. 12. Aur. Bull. vers.* Und sonsten diese unsere Ordnung allein uff unser und ihr Wolgefallen währen soll/ hanc conveniendi licentiam ipsis non in perpetuũ, sed tantummodò usqve ad Imperatoris beneplacitum indultam esse, cum Buxdorff. *ad tit. 12. Aur. Bull.*

Cæterùm de sublimi hoc jure
21 † reliqvi Imperii Principes nihil participant, Peucer. *lib. 5. Chronic.* qvibus regulariter nullã congregationem celebrare licet. Idq; optimâ ratione, qvod Principes æqvali potentiâ præditi rarò in collocutionem descendere debeant:
† Fieri enim non potest, qvin i- 22
psorum familiares de rebus anteactis loqvantur, non absq; molestiâ & fremitu alterius patris; Alii sunt aliis elegantiùs vestiti; ex ipsis qvoq; Principibus aliis alii sunt decentiores, unde ludibrium nascitur & jocus. Dom. Arum. *in discurs. 1. ad tit. 1. Aur. Bull.* † Hinc 23
Cominæus: *Vidi, inqvit, qvo tempore Carolus Dux Burgundiæ Comitem Palatinum Rheni per complures dies honorificè tractabat Bruxellæ, Burgundiones dicebant, Germanos esse sordidiores in rebus omnibus, ideò potissimum, qvod ocreas conjicerent in lectos cubiculares splendidè magnificèq; paratos, & leviùs multò qvàm anteà, cum nondum vidissent, de iis judicabant. Germanis autem displicebat luxus ille immodicus & ostentatio. libr. 3. comm. de reb. gestis Ludovici XI.* Accedit, qvod Principes æqvales, ut opes potentiamq; suam ostentent, sumtuosissimos in congressibus mutuis sese exhibeant, utpotè qvi non rarò divitiarum & pecuniæ fructum haut alium qvàm profusionem credant.
† Et qvod maximum est, si conve- 24
nire Principibus fas non erit, non facilè ad seditiones devenire poterunt, qvâ vel solâ ex causâ, legibus Romanis absq; summi Principis concessione, etiam prætextu

ſalutis publicæ, convenire haud licuiſſe creditur, *l. 1. ff. de Colleg. illic. l. conventicula. C. de Epiſc. & Cler.*

25 † A qvâ prohibitione nihilominus excipimus Conventum, in qvo fœdus, qvod eſt inter Domum Saxonicam, Brandeburgicam & Haſſiacam, renovari conſvevit, ubi tamen, ne ſiniſtra inde naſcatur ſuſpicio, de cauſis congregationis Cæſarem certiorem
2 reddunt, Joh. Sleidan. *lib. 26.* † qvo exceptionis beneficio gaudere qvoqve Conventiones Collegii Hanſeatici, vel inde rectiſſimè dixeris, qvia fœdus Hanſeaticum in Imperio non improbatur, de qvo dicemus *cap. ſeq. Sect. 10.*

Illud adhuc dubium reſtat:
27 † num Electores perſonaliter Comitiis Electoralibus intereſſe debeant? Qvod tenor *Aur. Bull.* expoſcere videtur, *in dict. tit. 12. verſ.* Daß dieſelbe Churfürſten hinführo alle Jahr einmal / wañ vier Wochen / an einander zurechnen / nach Oſtern vorüber / in einer des heiligen Reichs-Stadt perſönlich ſich verſamlen / ꝛc. Mirum id certè, poſtqvam † in Comitiis Electoralibus, 28
in qvibus de re maximi omnium momenti, electione nimirum Regis Romanorum agitur, auff den WahlTägen / Electores per Legatos comparere & conſultare videmus. † Qvin & licet Regimenti 29
Conventui, cum qvo Electoralia Comitia non malè comparaveris, ſecundum tradita Tob. Paurmeiſt. *de jurisdict. lib. 2. cap. 2. n. 48.* Carolus V. Imp. Electores in perſonâ adeſſe voluerit, *Receſs. Imper. de Anno 1521.* §. Zu Beſtändigkeit des Führnehmens. per alios nihilominus iſtud negotium expediri potuiſſe, textus innuit, *verſ.* Möchte aber ihrer einer / ꝛc. *dict.* §. Zu Beſtändigkeit des Fürnehmens. † Per obſervantiam igitur, 30
à qvâ interpretatio Aureæ Bullæ deſumenda eſt, à literarum tenore receſſum, vel inde apparet, qvod *Anno 1611.* Conventui Noribergico, nomine Electoris Brandeburgici, ejusdem Legatus Baro à Putlitz interfuiſſe dicitur, Dom. Arum. *ad dict. tit. 12. Aur. Bull. concl. 21.*

SECTIO IIX.

Non competit hodiè jus Seſſuræ ac ſuffragii, Bohemiæ Regi in Conventu Electorum Collegiali.

SUMMARIA.

2. Nullum agnoſcit diſcrimen Goldaſt. inter Conventum Electoralem & Collegialem. n. 2.

3. Differunt hi Conventus dupliciter.

4. Non

4. Non interest Rex Bohemiæ Conventui Collegiali.
5. Qvod tamen non omnes concedunt.
6. Lis hæc in Conventu Elect. Collegiali Norinb. 1611. agitata.
7. Fundamenta Goldasti pro Rege Bohemiæ. n. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
14. Responsum Matthiæ Regis Bohemiæ.
15. Aurea Bulla omnes admittit Electores ad Conventum Collegialem. n. 17.
16. Carolus IV. pro Rege Bohemiæ Aur. Bull. declaravit.
18. Contra Bohemiæ Regem scripsit Hartm. Maurus.
19. Qvem seqvitur Dom. Arumæus. aliiq; plures. n. 20.
21. Horum fundamenta & rationes. n. 22. 23. 24.
25. Unio Electorum, vinculo æqvalitatis eos constringit.
26. Regnum Bohemiæ Circulis Imperii non comprehenditur. n. 27.
28. Per modum amicabilis tractationis agitur in Imperio cum Rege Bohemiæ. n. 29.
30. Sessionem non habuit Rex Bohemiæ in Conventu Collegiali Norinbergæ 1611. instituto.
31. Uti nec in Conventu Collegiali Anno 1619. Mülhusii habito.
32. Nec in Conventu Ratisponæ Anno 1536. celebrato.
33. Capitulatio Cæsrea non nisi sex Electores ad Comitia Electorum particularia admittit.
34. Conciliatio opinionum super hac lite.
35. Ipsemet Goldastus hanc conciliationem admittit.
36. Refert se Capitulatio hoc in puncto ad Aur. Bullam.
37. Per contrarium observantiam a sanctione Aureæ Bullæ recessum.
38. Qvibus ex causis Bohemiæ Regi denegata Sessio in Conventu Elect. Collegiali? n. 39. 40.
41. Ipsimet Reges Bohemiæ conventibus Electoralibus interesse noluerunt. n. 42.
43. Immunes sunt Reges Bohemiæ a collectis & contributionibus.
44. Nec vicissim commodorum Imperii participes.

1 OMne prorsus discrimen inter Conventum Electoralem & Collegialem, respuit Melch. Goldast. *in consultatione de officio Elect. Bohemia, ani. ex a libris de Regno Bohem. pag. 9. Omnis enim*, ait, *Conventus Electorum est Collegialis, sive super electione peragenda, sive super rebus Imperii deliberandis indicatur & instituatur. Nec ullum discrimen, quod vulgò confingunt, in Ordinationibus*

Imperii demonſtrari poterit inter E-
lectoralem & Collegialem Conven-
tum, h. e. Wahl und *Collegial* Tag/
qvoad hoc, ut aliqvi huic interſint,
aliqvi excludantur, qvod diſcrimen
abſurdum eſt, & nuperrimè demū ſine
ulla fundamēt ratione excogitatū &c.

† Conceſſerim hoc eqvidem
2 Goldaſto, ſi verbis Aureæ Bullæ &
Imperii Ordinationibus ſtrictiſ-
ſimè inhærere velit, qvibus forſan
nil qvicqvam expreſsè de hoc diſ-
crimine traditum. At ſi præſen-
tem Imperii ſtatum & obſervan-
tiam hodiernam conſuluerimus,
ingentem differentiam inter Co-
mitia Electoralia, Wahl Tag / &
Collegialia, Collegial Tag reperie-
mus. Differunt † enim ab invi-
3 cem hæc non ſolùm rerum tra-
ctandarum, ſed & perſonarū inter-
venientium intuitu. Nam in il-
lis, qvæ vulgò appellitantur die
Wahl Tâge/ de ſolâ Regis Roma-
norum electione tractari ſolet: in
hiſce verò, qvæ vocant Collegi-
al Tâge / omnia illa, qvæ adt u-
endam Imperii libertatem & ſa-
lutem ſpectant, deliberantur, *Aur.*
4 *Bull. tit. 12.* † In illis Rex Bohemiæ
cum reliqvis Sex ArchiPrincipi-
bus Electoribus admittitur: In
hiſce verò, non niſi Sex Electores,
ut tres Eccleſiaſtici, & tres Secula-
res, excluſo Rege Bohemiæ, con-
veniunt, Dom. Arum, *de Comit.*
Imper. cap. 2. n. 30.

Notabilis certè differentia ho-
rum Comitiorum, qvæ ſuo effe- 5
ctu haudqvaqvam deſtituitur, †
niſi qvis eam qvoad membrum
poſterius, qvo Regem Bohemiæ
à Conventu Electorum Collegia-
li excluſum diximus, in dubium
adhuc vocare auſit, cum Gevvol-
do *in comment. de S. Roman. Im-*
per. Septemvir. cap. 9. n. 4. Frider.
Hortled. in wahrhafften und ge-
gründten Bericht von dem/zwiſchē
den Fürſtlichen Sächſiſchen Häu-
ſern Weimar und Aldenburg / er-
regten *præcedentz* uñ *primogenitur-*
ſtreit *part. 2. fol. 40. & ſeq.* Rein-
kingk *libr. 1. de Regim. ſecul. & eccle-* 6
ſiaſt. claſs. 4. cap. 3. n. 30. † Qvam
litem in Conventu Electorum
Collegiali Norimbergæ *Anno 1611.*
inter Illuſtriſſimum Cardinalem
Cleſelium Viennenſem & Neo-
ſtadianum Epiſcopum, Sereniſ-
ſimi Dn. Matthiæ, Bohemiæ &
Hungariæ Regis Legatum, & Ar-
chiPrincipes Electores acerrimè
diſceptatam novimus. Ubi partes
Regis Bohemiæ defendit qvidem
Goldaſtus, ſed non obtinuit, con-
trariâ Imperii obſervantiâ refu-
tatus, ut ipſemet fatetur *in Bohem.*
lib. 4. cap. 6. in pr.

Nihilominus rationibus ſuis
confiſus, jus Seſſuræ atq; ſuffra-
gii Regis Bohemiæ in Conventu
Electorum Collegiali, etiamnum 7
tueri ac defendere pergit. † Nec

frustra, si qvid juris Regi Bohemiæ in tali Conventu tàm antè qvàm post conditionem Aureæ Bullæ competierit, perpendamus. Nam de Uladislao Rege asserit Gevvoldus, cum in ejusmodi Electorum Conventibus tanqvam Coëlectorem interesse & adhiberi solitum fuisse sub Friderici I. Imperio, *in comment. de S. Roman. Imper. Se-*
8 *ptemvirat. cap. 9. n. 4.* Et de Wenceslao filio Uladislai, refert Aventinus, cum non modò interfuisse Conventibus Budissini seu Budevvicii, Libusæ, Egræ & alibi institutis, verùm etiam autoritate suâ Regiâ præfuisse, Aventin. *in annal. Bojor. lib. 7. ann. 1227. & 1228. fol. 542. & seq.* Et cum ArchiPrincipes Electores Imperii *Anno 1247.* habuerunt tractatum de administratione Imperii, aliisq; rebus gravissimis, Ottocarus Rex Bohemiæ primas tenuisse perhibetur, Joh. Nussiens. *in magn. Chron. Belgg. fol. 243.* Joh. de Beka *in Chron. E-*
9 *pisc. trajectens. fol. 65.* † Porrò Ludovico IV. imperante, Johannem Regem Bohemiæ Imp. Henrici VII. filium è Domo Lützelburgiâ omnibus ac singulis Electorum Conventibus & consultationibus Rempublicam & Imperium concernentibus, tanqvam ArchiPrincipem Electorem semper interfuisse, scribit Gevvold. *in antithesi ad Freher. de Electorat. Palat. n. 22.*
† De Conventu qvoq; Rensensi à 10
Ludovico IV. Imp. *Anno 1344.* habito, refert hæc verba Albert. Argentinens. *Posthæc convenientibus Principibus in Rens & de scribendo Papa conferentibus, Princeps (h. e. Imperator) & Bohemus cum filio suo, cum super læsionibus illis factis concordare non possent, in invidiâ discesserunt. in Chron. Anno 1344.* † *Eo-* 11
demq; anno, Mense Septembr. scribit Henricus Rebdorffensis, Ludvvicus Imperator solenne Colloqvium habuit cum Principibus Electoribus Regni, juxta Rhenum in oppido Baccharaco, in qvo Johannes Rex Bohemiæ conqvestus est graviter Principibus, contra prædictum Ludvvicum & Ludvvicum filium suum Marchionem Brandenburgensem super eo, qvod filio suo uxorem suam & Comitatum Tyrolis in Alpibus abstulerat violenter. in Annal. anno 1344.

Qvæ certè sententiam Goldasti pro obtinendo jure Regis Bohemiæ in Conventu Electorum Collegiali, haut parùm confirmant.
† Qvô & facit controversia inter 12
Rupertum seniorem & Rupertum juniorem Comites Palatinos, acerrimè & hostiliter agitata & in Conventu Nürmbergensi Collegiali, cui Rex Bohemiæ unà cum reliqvis ArchiPrincipibus Electoribus interfuit, decisa. Qvâ de re testa-

testatur diploma Electorum hisce ive bis: Daß wir mit allen Churfürsten/geistlichen und weltlichen/ und sie mit uns/mit gemeinem Willen und einmütiglichen/ in Käy erlichem Hofe zu Nürnberg zu rath worden und übereinkommen seyn/ und mit Recht und Urtheil funden haben und finden / und sprechen für ein Recht/als ein König in Böheim des heiligen Reichs Obrister Schenck und ein Mit-Churfürst der ehegenanten Fürsten. relatum à Melch. Goldast. *in consult. de offic. Elect. Bohem. pag. 12.* ubi & aliud diploma in eâdem Curia Norimbergensi *Anno 1356.* hisce verbis emanatum: Durch mehrer Sicherheit geben und thun wir dazu unser Gunst/Wort und Willen / als ein König zu Böheimb / des heiligen Reichs Obrister Schenck und ein Churfürst uff die Rede/daß die obgenante Dinge in ihren Kräfften bleiben / 2c. in archivo Palatino asservari ait.

13 † Porrò in Actis Reipubl. Nürembergensis, cōtra Marchionem Brandenburgensem super Burggraviatu Norico, & in actis Civitatis Imperialis Fridbergensis, adversus Burggravium ejusdem loci, aliqvot extare diplomata Septem Electorum, ex qvibus jus Sessuræ ac suffragii Regis Bohemiæ in Conventu Electorum Collegiali demonstrari qveat, testatur idem Goldast. *in dict. consult. de offic. Elect. Bohem.* † Qvin & *Anno 1612.* 14 se tanqvam Legatum Illustrissimæ Principis Dorotheæ Mariæ, Saxoniæ Ducissæ &c. à Rege Bohemiæ Dn. Matthia, Responsum obtinuisse refert, ejusmodi tenoris: So befinden doch Ihr Königl. Maj. daß dis ein solches *Negotium*, so für das Churfürstliche gesambte *Collegium* gehörig / und dabey den andern MitChurfürstē fürzugreiffē/ Ihr nicht gebühren wil. Wann aber daselbst diese Sache *collegialiter* fürkommen wird / wollen alsdann Ihr Königl. Majestät dieses Ihr. Fürstl. Gnaden anbringens eingedenck seyn/und was begehrter massen zu Entschied oder Vermittelung dieser Sachen dienstlich seyn wirt /als ein vornemstes MitGlied desselben/ daß ey das jenige treulich zuthun nicht unterlassen / 2c. *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 25.*

Qvid multis? † postqvàm ex 15 sanctione Imp. Caroli IV. Regi Bohemiæ jus Sessuræ & votandi, in Conventibus Electorum indifferenter competere videamus, *in Aur. Bull. tit. 12. in pr.* Hat unser Kayserliche Hoheit uff vielfaltiges Nachdencken für nothwendig angesehen/daß des heiligen Reichs Churfürsten von des Reichs und der gantzen Welt Wolfarth und Heyl

Heyl zuhandeln / zeitlicher denn sonsten gewönlich gewesen / zusammen kommen sollen / rc. *Et* §. 2. Daß dieselbe Churfürsten hinfüro alle Jahr einmal / wann vier Wochen / aneinander zurechnen / nach Ostern vorüber / in einer des heiligẽ Reichs Stadt persönlich sich versamlen /
16 rc. † Qvæ certè verba generaliter de ArchiPrincipibus, Electoribus, adeoq; etiam de Rege Bohemiæ loqvuntur ac disponunt : Veluti mentem suam Carolus IV. eodem ipso tempore, qvo fuit Aurea Bulla publicata, declaravit in Decreto super controversiâ Palatinâ facto, hisce verbis: *Invenimus, declaramus, & pronunciamus pro jure, tanqvam Rex Bohemiæ, S. Romani Imperii Archi Pincerna & Coëlector præfatorum Principum &c. qvod meritò dictus Robertus admittendus est, & nos ipsum de jure admisimus, & admittere volumus & debemus, ad qvaslibet causas & ad omnia facta, qvæ nos & antefati nostri Coëlectores tractabimus, vel faciemus pro honore & utilitate S. Roman. Imperii & ejus fidelium Subditorum, omnimodò, sicut de jure & honestâ consvetudine admitti debet. sub dato Norimb. Anno 1536. feria V. post Epiphanias*, apud Freher. *in tract. de legit. tutel. curáq; Elect. Palatin.* & Joh. Zeschlin. *in lib. de tutel. Elect. legit. cap. 2. n. 38.* Qvibus verbis,
17 inqvit † Goldast. clarè & disertè explanatur, Regem Bohemiæ omnimodò admittendum esse ad qvaslibet causas, omniaq; facta, qvæ cæteri Sex Electores tractant vel faciunt pro honore & utilitate S. Imperii & ejus fidelium Subditorum, sicut de jure & honestâ consvetudine Rex Bohemiæ ArchiPincerna S. Imperii & ArchiPrinceps Elector meritò admitti debet, *dict. cap. 6. n. 16.*

18 † At Regi Bohemiæ jus Sessuræ ac suffragii haut competere in Conventu ArchiPrincipum Electorum Collegiali, videtur innuere Hartm. Maurus, Electoris Coloniensis Consiliarius, rerum Imperialium exercitatissimus & observator diligentissimus, *in tract. de coronat. Caroli V. Rubr. qvo apparata &c.* ubi ait: *Qvanqvam Rex Bohemiæ perrarò adsit conventibus & tractatibus Electorum: nec fœdera pro manutenendâ communi dignitate cum iisdem, proximis seculis percusserit, non operas Imperio, voluntariasq; collationes præstet, neq; gratuita onera erat, non denique in Circulis illis, in qvos Imperium digestum atqve partitum, compre-*
19 *hendatur &c.* Qvem secutus † Domin. Arumæus, ex rationibus Hartm.

Hartm. Mauri contra jus Sessuræ
& suffragii Regis Bohemiæ in Cõ-
ventu Electorum Collegiali mul-
tùm adversus Goldast. disputat,
in discurs. ad Aur. Bull. 5. concl. 22.
20 *& de Comit. Imperii cap. 2. n. 31.* †
Easdemq; tuentur partes Knich.
de jur. Saxon. cap. 2. Freher. *in not.*
ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. Rume-
lin. *ad Aur. Bull. p. 2. diss. 3. th. 30.*
Henr. Zoelner. *in dissert. de Regis*
Roman. elect. th. 8. lit. d.

21 Imprimis verò urget † Arum.
matriculam Unionis ArchiPrin-
cipum Electorum, cui Rex Bohe-
miæ insertus non est, sicuti appa-
ret ex primâ Unione, qvam Sex
Electores, nempe Moguntinus,
Trevirensis, Coloniensis, Palati-
nus, Saxo, & Brandenburgicus pe-
pigerunt & jurârunt Francofurti
Anno 1438. qvæ habetur apud Gol-
dast. in Politischen Reichshandlun-
gẽ/ *part. 8. tit. 1.* ejusq; meminit idem
Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 7. n.*
8. nec non ex Unione alterâ, qvam
itidem Sex reliqvi Electores, nul-
lâ factâ mentione Bohemi *anno*
1521. iniêrunt, Goldast. *dict. part.*
8. Ex qvo colligit per bonam con-
seqventiam, qvod nec privilegiis,
in formulâ unionis expressis, qvo-
rum non minimum est jus Sessu-
ræ atq; suffragii in Conventu E-
lectorum Collegiali, gaudere de-
22 beat. † Qvin imò qvando in di-
ctâ Unione *de anno 1521.* §. Were es
aber / Collegialis Conventus, &
qvo loco instituendus sit, qviq; ad
illum convocandi, exprimitur,
altum profectò silentium est de
Bohemo: cui si aditus ad eum pa-
teret, non utiq; negligi aut præte-
riri potuisset, cum contemtus uni-
us plus, qvàm contradictio multo-
rum obsistat, *c. venerabilis extr.*
de elect. & elect. potest. Arum. *dict.*
loco. † Nec sine ratione videtur, 23
Rex Bohemiæ à Conventu Colle-
giali exclusus, siqvidem ut Maur.
dict. loc. ait, non operas Imperio,
voluntariasq; collationes præstat,
neq; gratuita fert onera, veluti
apparet ex gravamine Ferdinan-
di I. Regis Bohem. Fratri Carolo
V. in Comitiis Augustæ *anno 1548.*
celebratis pro libertate Regni Bo-
hemici opposito *in verb.* Daß die
Cron Böhmen mit dem Reich hie-
vor nicht gesteuret. *Et posteà:* Und
also des Reichs Teutscher *Nation*
Bürden / Anschlägen und *Contri-*
butionibus nicht unterworffen / rc.
† Qvin & Bohemi subjectione Im- 24
perii se eximunt, omnemq; liber-
tatem & conditionem absolutam
penitus ab Imperio separatam se
habere jactitant, ut patet ex tradi-
tis Goldast. *lib. 2 per tot. in Bohem.*
Meritò igitur vicissim à commo-
dis & honoribus Imperii & per
conseqventiam jure Sessuræ ac
suffra-

suffragii in Conventu Electorum Collegiali Rex Bohemiæ censetur exclusus, ut qvi incommodis Imperii se onerari non patitur:
25 † qvod vel maximè evincit natura Unionis, ArchiPrincipes Electores arctissimæ fraternitatis & æqvalitatis vinculo constringentis, *dict. Union. de Anno 1521. §. in verb.* Zu freundliche und brüderliche Einigung und Vergleichung gegen und mit einander begeben habē/ ꝛc. Et aliàs qvoqve fratrum æqvalis conditio esse debet, *l. verum. §. si cum tres. l. si non fuerint. §. ult. ff. pro socio.*

26 Accedit porrò, † qvod Rex Bohemiæ in Circulis illis, in qvos Imperium digestum est, non comprehendatur, Hartm. Maur. *dict. loc.* Dom. Arum. *de Comit. cap. 2. n. 41.* Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 28.* Qvod licet in dubium vocetur à Melch. Goldasto *in Bohem. lib. 1. cap. 2. n. 5. & lib. 4. c. 8. & in consultat. de offic. Reg. Bohem. n. 13.*
27 † attamen probatur idipsum vel solâ confessione Regis Boh. Ferdin. I. in gravaminibus *Anno 1548.* in Comitiis Augustan. exhibitis, ubi inter alia hæc verba habentur: Darneben haben gemeine Reichsstände wol zuermessen/ dieweil die Reichssteuren bißhero allein auff die Stände in den Zehen Kreisen bestimmet/geschlagen worden/ und aber die Cron Böhmen in keinem Kreis befunden wird/ ꝛc.
Ex qvo etiam fit, † qvod cum Re- 28
ge Bohemiæ non secus ac cum extraneis Regibus, qvi suis legibus vivunt & Imperium non agnoscunt, de subsidiis ei exhibēdis agi tractariq; soleat, *Recess. Imper. de Anno 1500. tit.* Folget weiter im Abschiede/ §. wie man mit den Königen zu Hungarn/ ꝛc. Veluti qvoq; Carolus V. Imp. non per modum Imperii, sed amicabilis tractationis, cum Ferdinando I. Rege Bohemiæ, super gravamine Bullarum pontificiarum egit: Durch freundliche Unterhandlung die Sachen bey gemelten unserm Bruder dahin bracht und gerichtet/ daß seine Liebde uns zu Gefallen unnd aus allerley ursachen/ die Berührte päbstliche Bullen gutwillig übergeben/ *Recess. de Anno 1530.* §. Nachdem Churfürst/ ꝛc. & *Recess. de Anno 1551.* §. Ferner haben wir bey/ ꝛc.
† qvo sanè opus haut fuisset aut 29
foret, si Rex Bohemiæ in Imperii Circulis comprehenderetur, siqvidem etiam in invitum vigor Constitutionum Imperialium exercetur, Arum. *dict. cap. 2. n. 31. pag. 45.* Cui conseqvens, Regem Bohemiæ ceu extra Circulos Imperii constitutum & Imperium non simpliciter agnoscentem, à Conventu

ventu Electorum Collegiali meritò repelli.

Hæc ita disputantur: Sed ces-
30 sat hodiè † omnis controversia, postqvam in Electorum Conventu *Anno 1611.* Norimbergæ instituto, litem hanc gravissimo præjudicio & qvidem in contradictorio judicio decisam, nullamqve Dn. Matthiæ Regis Bohemiæ Legato Sessionem in consilio concessam novimus. Qvibus in terminis rem hodiè permanere haud unqvam mutaturam, ipsemet fatetur Goldast. *in Bohem. lib. 4. c. 6. in pr.*
31 † Qvare nec posteà in Conventu Electorum Collegiali Mülhusii Thuringorum *Anno 1619.* celebrato, Ferdinandus II. tùm temporis Rex Bohemiæ consultationibus interfuit: qvin nec admodum laboravit, ut admitteretur, tametsi multò plus ejus interesset, qvàm Regis Matthiæ, propter contradictionem Bohemorum & qvæstionem status ab illis motâ, Goldast.
32 *dict. cap. 6. in pr.* † Similiter in nuperrimo Conventu Electorum Collegiali *Anno 1636.* Ratisbonæ habito, Regem Bohemiæ Ferdinandum III. qvi nunc Orbis Christiani habenas victoriosissimè moderatur, anteqvam ad deliberationem de electione Regis Romanorum accederetur, ad consultationes haud admissum fuisse, ab iis qvi Conventui interfue-
runt, percepimus. † Eaq; procul 33
dubio causa est, qvod in membro hoc Capitulationis Cæsareæ, qvo Comitia Electorum particularia probantur & confirmantur, non nisi Sex Electorum mentio fiat, excluso scilicet Rege Bohemiæ; *in verb:* Wir lassen auch zu/ daß die gedachte Sechs Churfürsten etc. zu ihrer Nothdurfft/ auch so sie beschwerliches obligen haben/ zusammen kommen mögen/ etc. Qvod & in Capitulatione Carolo V. præscripta, factum tradit Goldast. *dict. cap. 6. n. 22.*

Facilè hinc conciliare licet argumenta pro utrâq; opinione su-
prà adducta. † Dicimus enim, 34
qvondam Regem Bohemiæ Conventibus sive Comitiis Electorum indifferenter adfuisse, & unà cum reliqvis ArchiPrincipibus Electoribus de negotiis & rebus Imperii deliberasse: qvin & Auream Bullam Caroli IV. Imp. *in dict. tit. 12.* jus Sessuræ & suffragii ei tribuere; Sed per observantiam contrariam ab hoc jure recessum esse, nec hodiè Regem Bohemiæ præterqvam ad Electionem novi Regis Roma-
norú admitti. † Qvod & Melch. 35
Gold. agnoscit, *inqviens*, illos, qvi Regem Bohemiæ contendunt, etiamnum hodiè Collegialibus Electorum Conventibus interesse debe-

debere, tanqvam Coelectorem & ArchiPincernam, ad jus illud antiqvum respicere: eos verò, qvi Regem ab iisdem excludunt, & in causâ electionis tantùm ad actum Electorium admittunt, facti qvæstionem tractare, hoc est, qvid hodiè fiat, *in Bohem. dict. lib. 4. cap. 6. num. 23.*

Unicum adhuc obstare videtur,
36 † qvod Capitulatio etiam hodierna se expressè referat ad Constitutionem & tenorem Aureæ Bullæ, qvæ ut modò dictum, inter Regē Bohemiæ & reliqvos Electores qvoad jus Sessuræ & suffragii in Conventu Collegiali differentiam non facit: Verba namq; *Capitulationis* ita sonant: Wir lassen auch zu / daß die gedachte Sechs Churfürsten ie zu Zeiten nach Vermöge der güldenen Bull/ꝛc. zusammen kommen mögen. Sed respondemus, verba illa Capitulationis non tàm tenorem & verba Aureæ Bullæ, qvàm observantiam ejus-
37 dem respicere, † qvippe qvæ hodiè maximam partem exolevit, & in desvetudinem abiit. Namqve Aurea Bulla cōnstituit, ut ArchiPrincipes Electores 1. annuatim conveniant. 2. in aliqvâ Civitate Imperiali. 3. ab Imperatore designandâ. 4. Post festum Paschatis, intra spatium unius mensis proximi. 5. Utq; convocatio & indictio fiat ab ipso Imperatore, cum consilio Electorum. 6. atqve ipsemet Imperator intersit nomine tàm Cæsareo. 7. qvàm Regio Bohemiæ Electorali. 8. Et qvod hæc Ordinatio possit ab Imperatore, cum Electorum tamen consilio mutari & revocari. Qvæ tamen omnia nostris moribus nō usqveqvaq; observantur, & plerisqve per contrariam observantiam derogatum est, Goldast. *dict. cap. 6. n. 22.* Limn. *de jur. publ. lib. 9. c. 1. n. 232.* ut proinde nec hâc in parte generalitati Aureæ Bullæ inhærendum videatur.

† Cæterùm si qvis scire aveat 38
causas hujus observantiæ, qvâ juri Regis Bohemiæ in Conventu Electorum Collegiali haud parum decessit, cogitet is, annon (1) idipsum ex propriâ Regum Bohemię culpâ provenerit, qvâ ipsorum autoritas in Imperio vilescere & negligi, contrà, ea Sex Electorum magis atq; magis crescere & sublimari occœpit. † Nam cum 39
Wenceslaus Romanorum & Bohemiæ Rex propter ignaviam & socordiam Imperio abdicatus, sibi in angulo Bohemiæ viveret, gulæ & ventri deditus, nec res Imperii amplius curaret, nevé etiam ab Electoribus ad ordinarios illos Conventus Collegiales vocaretur, omnis autoritas ad sex reliqvos

Electores insuper habito Bohemo recidere cœpit, adeò ut post illam Wenceslai depositionem, soli reliqvi ArchiPrincipes Electores Rescripta & concessiones Cæsarum Ruperti, Sigismundi & Alberti II. approbâsse atq; ratificâsse legantur, ut videre est apud Freh. *in not. ad Bullam Sigismundi Imper.*
40 *fol.140.* † Accessit dein, *inqvit* Melch. Goldast. Alberto II. mortem obeunte, Reginæ prægnantis viduitas & Uladislai seu Ladislai posthumi impubertas, justo & legitimo Administratore destituta, propterea qvod Agnatus Fridericus III. Imperator Regni administrationem recusaret, Bohemorum diffidens inconstantię & mobilitati: & qvi à Bohemis erant ordinati Gubernatores schismati Hussitico faverent, qvod Electores Imperii abominabantur. Has omnes causas deniqve prægravarunt factiosæ Bohemorum electiones, qvibus nunc homines à Regio sangvine alienos, ut Georgium Podiebracium Moravum & Matthiam Hunniadem Walachum ex Hungariâ, nunc Witoldum ex Lituaniâ, deniq; Uladislaum Jagellonem è Poloniâ ad Regnum accirent, atq; ita exteros & incapaces Collegio Electorali obtruderent, *in Bohem. lib.4. cap.6. num.18.*

(2) † Pensitandum qvoq;, qvod 41
ab initio statim vel ex superbiâ, Reges Bohemiæ ipsimet Conventibus Electorum Collegialibus interesse & Imperio sese subjicere noluerint, Dom. Arum. *de Comit. cap. 2. pag.44.* vel saltem ex odio, qvod Bohemorum erga Germanos ab antiqvo tantum fuit, ut nullo modo Regem suum in Imperii societatem, qvæ necessariò ex Unionis Electoralis participatione resultaret, venire voluerunt, unde si qvem contumeliâ afficere vellent, Germanum appellarent, Dubrav. *lib.23. in fin. hist.*
Bohem. † ut ita lex talionis Impe- 42
ratoribus & Statibus Imperii, paria iisdem reddere & locum in Comitiis Imperii vel Conventu Electorali haud concedere, necessitatem imposuerit, Arum. *dict. cap.2. pag.45.*

(3) Deniq; † immunes sunt Re- 43
ges Bohemiæ à collectis & contributionibus aliisq; Imperii oneribus, uti clarescit ex gravaminibus Ferdinandi I. Regis Bohemiæ in Comitiis August. *Anno 1548.* Fratri Carolo V. exhibitis, ubi interalia inqvit: Ob nun gleichwol die Königl. Majest. als König zu Böhmen/ etliche Lande und Herrschafften der Teutschen Sprach und Zungen vom Heiligen Reich zu Lehen erkennen/ so haben doch derselben

selben Land und Herrschafften vom Römischen Reich weder Schutz und Schirm/ Fried noch Recht/ sondern sind von dem Reich Teutscher *Nation*, in ein ander besonder Reich und *Nation* von alters her abgesondert unnd demselben nicht *incorporirt*, unnd also des Reichs Teutscher *Nation* Bürden/ Anschlägen un̄ *contributionibus* nicht unterworffen/ rc. Hartman. Maur. *de coronat. Carol. V. rubr. quo apparatu*, apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 3.* Arum. *de Comit. cap. 4. n. 59.* Goldast. *in consult. de offic. Reg. Bohem. quæst. 2. n. 12.* † Ergò nec honorum & commodorum Imperii, inter qvod haud postremum est jus Sessuræ & suffragii in Conventu Electorum Collegiali, participes, *arg. l. verum. §. si cum tres. l. si non fuerint. §. ult. ff. pro socio.* Cur enim Bohemum commodis & honoribus Imperii honoraremus, qvi incommodis ejusdem se onerari non patitur? inqvit Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 2. n. 31.* 44

SECTIO IX.

Neq; in Comitiis Imperii universalibus hodiè Rex Bohemiæ beneficium Sessionis & voti habet.

SUMMARIA.

1. *Ex Aureâ Bullâ Rex Bohemiæ particeps est Comitiorum universalium.*
2. *Primumq; tenet locum in Comitiis.*
3. *Multi etiamnum hodie jus hoc Regi Bohem. vindicant.*
4. *Reges Bohemiæ sæpissimè Comitiis universalibus interfuerunt. n. 5. 6.*
7. *Hagecii testimonium de hac re.*
8. *Ab anno 1470. Reges Bohemiæ non interfuère Comitiis universalibus.*
9. *Rex Bohemiæ ab Electorali Collegio qvondam exclusus.*
10. *Odium inter Bohemos & Germanos. n. 11.*
12. *Bohemi subjectioni Imperii se subtrahere ausi sunt. n. 21*
13. *Hodiè Rex Bohemiæ ad Comitia universalia non vocatur. n. 14.*
15. *Obloqvitur huic Goldastus. n. 16.*
17. *Refutatur Goldast. ex observantiâ Imperii.*
18. *Reges Bohemiæ nulli Imperii circulo addicti.*
19. *Contributionibus non obnoxii.*
20. *Nec Constitutionibus Imperii.*
22. *Gravamen Ferdinandi I. pro libertate Regni Bohemici.*
23. *Noluit comparere Ferdinandus I. Rex Bohemiæ ad Comitia citatus.*

24. Conventus Regimenti loco Comitiorum annuorum institutus.
25. Rex Bohem. ad Senatum Regimenti non admittitur.
26. Recessus Imperii à Rege Bohemiæ non subscripti.
27. Ab annis propemodum ducentis, Bohemiæ Rex Comitialibus decretis non subscripsit.
28. Suspecta Goldasti ratio de intermissâ subscriptione Regis Bohemiæ. n. 29.

QVum Regem Bohemiæ à Conventu ArchiPrincipum Electorum Collegiali hodiè exclusum dixerim, *Sect. præced.* dubitari potest, qvid juris ipsi competat in Comitiis Imperii universalibus? Et si qvidem † Aureum Bullam inspexerimus, jus Sessuræ ac voti in Comitiis universalibus Regi Bohemiæ vix denegandum erit, qvippe qvod Carolus IV. Imp. Regi Bohemiæ tanqvã Principi coronato & uncto in qvâlibet Curiâ † primum assignet locum. *in Aur. Bull. tit. 4. in verb.* Ein König von Böheimb/ als welcher ein gekröneter gesalbter Fürst ist/ den ersten unnd nach ihme zu nechst ein Pfaltzgrafe beym Rhein/ den andern Ort zusitzen haben soll/ 2c. ex qvibus verbis vulgò colligunt, † Regi Bohemiæ etiamnum hodiè in Comitiis Imperii generalibus Sessionem ac suffragium competere in Senatu Electorum, Petr. de Andlo *lib. 2. de Imper. Rom. cap. 16.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imp. cap. 6. & cap. 13.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. Imper. cap. 2. n. 13. vers. postqvam conventum est &c.* Melch. Gold. *in Bohem. lib. 4. cap. 5.* Münster. *in Cosmogr. lib. 3.* Reinh. König *in synops. jur. publ. disc. 3. n. 10.* Schönborn *lib. 4. Polit. cap. 33. & lib. 5. cap. 6.* Lehman. *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 11.* Caspar. Bitschius *in annotat. ad Natal. Comit. histor. fol. 341.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. 3. th. 4.*

1

2

3

Factum inde, † ut Conventui generali ab Imper. Wenceslao & Statibus Imperii *An. 1387.* Mergetheimi in Franconia habito, Regis qvoq; Bohemiæ Legati interfuerint, prout claresceit ex *Recess. Mergetheimensi de anno 1387.* apud Lehman. *lib. 7. Chron. Spir. cap. 48.* Et *Anno 1416.* Rex Bohemiæ Wenceslaus à Sigismundo Cæsare vocatus, Legatos misit Constantiam, ut interessent Concilio; Stumpfius in Beschreibung des grossen gemeinen *Concilii* zu Constentz gehalten. allegatus à Goldasto *dict. c. 5. n. 4.* † Georgius qvoqve Bohemiæ Rex Comitiis Egræ à Friderico III. Imper. *Anno 1461.* conscriptis interfuisse, & cum Cæsare atq; Ordinibus 4 5

bus Imperii de Reipublicæ negotiis consultasse fertur, Hagecius *in Chron. Bohem. part. 2. anno 1461.* Zachar. Theobaldus *in tract. de bello Hussit. part. 3. anno 1461.*

6 † Et anno seqventi, eidem Georgio Regi Bohemiæ renovatum fuit privilegium ab Imperatore, ut exoneretur à visitatione Comitiorum, nisi in civitatibus determinatis indicantur. Verba privilegii hæc fuêre: *It. qvod Rex Bohemiæ ad Curiam vocatus aut requisitus, salvoq; conductu, prout moris est, provisus, venire aliàs non debeat, nisi Romanorum Regem aut Imperatorem apud Nürembergam aut Bambergam, Curiam Imperialem habere contigerit & celebrari,* relata à Melch. Gold. *dict. c. 5. n. 6.*

7 Qvò † & pertinent notata Hagecii *de Comitiis Anno 1470. Viennæ à Friderico III. Imper. convocatis:* Käyser Friedrich ließ einen Reichs-Tag gen Wien ausschreiben/ allda kamen die Churfürsten des Reichs zusammen. Aber der König aus Böhmen kund nicht erscheinen: nichts desto weniger schickte er etliche Entschuldigungs-Schreiben dahin: Allda ist auch Matthias der König aus Hungern auff etlicher Fürsten Anhalten erschienē. Allda ward von gemeiner Wolfarth der Christenheit acht Wochen lang nach einander gehandelt / und besonders / wie man dem Erbfeind der Christenheit Widerstand thun möchte. Etliche wolten/ daß man König Georgen aus Böhmen dahin ohne alle Entschuldigung anzukommen auch erfordern solte: Aber die andern woltens nicht nachgeben/ sagende/ er were dessen nicht würdig/ Ursache/ er hätte seinen zu Eger gethanen Versprechungen nicht genüge gethan/ so wolten etliche/ daß man ihn hierinnen unterrichten solte / *in Chron. Bohem. part. 2. Anno 1470.* Erat autem promissio illa, qvam in Conventu Egrano fecerat Rex Georgius de reducendo Regno ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ & extirpando schismate Hussitico, qvam non adimpleverat, Hagec. *dict. loc.* Zach. Theobald. *dict. part. 3. anno 1470:* Goldast. *dict. cap. 5. n. 7.*

† A qvo tempore Rex Bohemiæ Comitiis Imperii ulterius interfuisse haud legitur, Alb. Crantz. *lib. 8. c. 5. in Metropol.* Hinc Leonhard. Pauholtz: *Imperator Fridericus,* inqvit, *Anno 1471. Curiam magnam habuit Ratisbonæ: affuerunt Electores Imperii omnes, præter Regem Bohemiæ & Palatinum. in addit. ad Andr. Ratispon. Chron. Bavar. an. 1471.* 8

† Qvin potiùs *Anno 1486.* ab Electorali Collegio prorsus fuit exclusus, non solùm qvod Uladislaus esset Polonus & alienigena, atq; adeò noviter ad Regnū 9

Bohe-

Bohemiæ ſine Cæſaris auctorita-
te aſſumtus, & homo peregrinus
ad intima Imperii arcana non ad-
mittendus; ſed & propter ſchiſma
Huſſiticum, qvo Regnum Bohe-
miæ erat infectum, Lehman. *lib.* 7.
Chron. Spirenſ. cap. 113. Melch. Gold.
dict. c. 5. *n.* 10. Hagecius *part.* 2. *Anno*
10 *1476. in Chron. Bohem.* † Qvantum
enim hinc odium inter Bohemos
& Germanos fuerit ſeminatum,
vel ſolius Spilignei Ducis manda-
tum probat, qvi protinus, ut Boje-
miam adeptus eſt, omnes Germa-
nos eâ excedere juſſit, nec matri
poteſtatem manendi faciens, Æ-
neas Sylvius *c.* 20. *in Bohem.* Crom.
lib. 4. *in Boleslao II. de reb. Polon.* Et
exorto tumultu Huſſitico ſub
Wenceslao, Germani ab omnibus
dignitatibus in Bohemiâ exulare
juſſi ſunt, initio facto à Germa-
nis, qvi in Univerſitate Pragenſi
ſtudiorum causâ vivebant; indi-
gnati qvippe hi, qvod prærog a-
tivam votandi ipſis Rex Wences-
laus ad inſtantiam Johannis Huſſi
abjudicaſſet, plus qvàm viginti
qvatuor millia Scholaſticorum
intra octo dies Pragâ diſceſſerunt,
ait Dubrav. *lib.* 23. *in hiſtor. Bohem.*
11 † Qvin & ex hoc ipſo odio invete-
rato, officiorum publicorum ad-
miniſtratio Polislai decreto, Ger-
manis fuit negata, Hagec. *part.* 1.
Chron. Bohem. Anno 1135.

Acceſſit hiſce porrò, † qvod 12
Bohemi debitæ Imperii ſubjecti-
oni ſe ſubtrahere auſi ſint, in tan-
tum, ut poſt mortem Ottocari Re-
gis, ab Ottone Marchione Bran-
deburgenſi Wenceslai impuberis
tutore, interrogati, utrum ſibi
putarent utilius, ſuisne legibus
& moribus ſervire, an verò Impe-
rio Germanico obtemperare? Illi
perire malle, qvàm Germanis ſub-
jici, exclamârint, Dubrav. *lib.* 18.
hiſtor. Bojemic. ut proinde Bojemis
tanqvam debitæ ſubjectionis jugi
excuſſoribus, publicæ Seſſionis
honor in Comitiis Imperii gene-
ralibus meritò fuerit denegatus.
† Hocq; eſt, qvod ſcribit Hartm. 13
Maur. hodiè ad Comitia & Con-
ventus Imperii ordinarios Regem
Bohemiæ non vocari, *in tract. de
coronat. Caroli V. Imp. Aqvisgr. fa-
cta anno* 1520. † Qvem ſecuti In- 14
terpp. & Politici moderni, Regem
Bohemiæ à Comitiis univerſali-
bus ſimiliter excludunt, Mar-
qvard. Freher. *in not. ad Petr. de
Andlo lib.* 2. *cap.* 2. Buxdorff. *ad
Aur. Bull. concl.* 41. *lit. D.* Petr. Bi-
zart. *in hiſtor. belli Pannon.* Rein-
kingk *lib.* 1. *de regim. ſecul. & ec-
cleſiaſt. claſſ.* 4. *cap.* 3. *n.* 30. Natal.
Comes *lib.* 16. *hiſtor.* Chriſtoph.
Beſold. *de jurisd. Imper. Roman. c.* 7.
in fin. Andr. Knichen *de jur. Sa-
xon. cap.* 2. Lehman. *lib.* 7. *Chron.
Spirenſ.*

Spirens. cap. 124. n. 6. Domin. Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 5. concl. 22. in fin. & de Comit. Imper. cap. 4. n. 39. & seqq.* Clut. *in syll. rer. quotid. concl. 24. lit. e.* Daniel Otto *in dissert. de jur. publ. cap. 10.* Bernh. Bertram. *de Comit. memb. 3. concl. 31.* Henr. Zoelner. *in dissert. de Regis Roman. elect. concl. 8. lit. d.*

15 Non † usqvequaq; tamen constantem hanc Politicorum sententiam, qvin potiùs Regem Bohemiæ, si supra se habeat Imperatorem, ad Comitia etiamnum hodiè vocari & consultationibus publicis interesse, asserit Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 5. n. 11.* Non solùm, qvod Ludovico Uladislai filio à Turcis cæso, Regnum Bohemiæ ad Germanos redierit, postqvam Ferdinandus Austriacus Caroli V. Imperat. frater germanus, tùm ex antiqvo confraternitatis successoriæ pacto, cùm fœderis jure connubialis, in eo successisset. † Sed &
16 qvia Carolus V. Imp. *Anno 1530.* Ferdinandum fratrem Bohemiæ Regem, Conventui Electorum Coloniæ instituto adesse, deqve maximis gravissimisq; S. Romani Imperii negotiis deliberare, edicto publico monuerit in Reichs-Satzungen. Goldast. *part. 2. anno 1531. fol. 230. §. 3.* Eundemqve *Anno 1544.* ad Comitia Wormatiæ indicta citârit, Goldast. *dict. cap. 5. n. 13.*

Ast vereor, † ne hæc Goldasti 17
assertio observantiæ Imperii repugnet, teste Auct. des außführlichen Berichts / wie es uff Reichs-Tägen pfleget gehalten zu werden. *tit.* von Räthen des heiligen Reichs *Sessionen &c.* (1) Etsi enim hodiè Bohemiæ Regnum ad Germanos redierit, nec semper peregrinæ Nationis Principes ad fasces Regni Bohemici admittantur, aliæ tamen rationes adhuc impedimento sunt, qvo minus iis beneficium sessionis & voti in Comitiis generalibus hodiè sit concedendum. † Nimirum qvia nec Cir- 18
culo alicui addicti, Marq. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. de Imper. Roman. lib. 2. cap. 2.* † nec contri- 19
butionibus aliisq; oneribus, Hartman. Maur. *de coronat. Caroli V. Recess. Imper. de Anno 1500. Rubr.* Wie man mit den Königen. † nec 20
constitutionibus Imperii obnoxii sunt, *Recess August. de Anno 1551. §. 53. 54* † qvin & sese omni Im- 21
perii subjectione eximere conantur, uti apparet ex gravamine Ferdinandi I. Regis Bohemiæ, Fratri Carolo V. in Comitiis Augustæ 1548. celebratis, pro libertate Regni Bohemici opposito, † 22
qvod verbotenus adferre placet: Die Böhmische Königliche Ma-

jestät ist von deroselben verordneten Kriegsräthen hiebevor zeitlich erinnert/ was massen der König zu Böheimb im jüngsten Wormbsischen Anschlag befunden worden/ und daß derhalbẽ gemeiner Kreis-Versamlung Vorhaben were/ Ihr Königl. Maj. als König zu Böhmen und Churfürsten von deren Landen wegen/ so Ihre Majestät als König in Böhmen vom Reich zu Lehen tragen/ in dem newen Anschlag auch zubelegen/ innmassen sie dann in dem *reformirten* Anschlag gethan. Nach dem aber solch Bedencken und Vorhaben Ihr. Königl. Majestät zuvernehmen gantz frembd gewesen/ sie hiervor auch da von nichts gehört noch gewust/ So haben Ihr Königl. Maj. mangels halben gnugsamen berichts / die Sache biß zu ihrer Ankunfft in die Cron Böhmen verschoben/ und sich allda nach fleissiger Erkundigung nichts anders erinnern noch erfahren mögen / denn daß die Stände der Cron Böhmen keiner Reichs-Anschläge bekändlich / auch nicht geständig seyn/ daß weder der angezogen Wormbsische noch ältere Anschläge/ mit Ihr Königl. Maj. löbliche Vorfahren/ Königen zu Böhmen Wissen noch Willen geschehen/ daß sie auch darinn nicht gehalten/ noch einige Hülffe geleistet hätten/ auch endlich keine schuldig weren.

So wissen auch Ihr Königl. Maj. nicht zu berichten / daß sie in Zeit ihrer Böhmischen Regierung/ darinn doch etwan viel Reichshülffen bewilliget uñ geleistet worden/ je belegt / noch umb Hülffe ersucht were/ noch viel weniger eine erlegt hätte. Zu dem / daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs Tage nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stiñe im Reichs-Rath hätte. Darneben haben gemeine Reichs-Stände wol zuermessen/ dieweil die Reichssteuren bißher alleine auff die Stände in den Zehen Kreisen bestimmet geschlagen worden/ uñ aber die Cron Böhmen in keinem Kreiß befunden würde/ so ist dabey leichtlich abzunehmen/ daß diese Cron mit dem Reich hievor nicht gesteuret/ und darümb auch ietzt unbillich in des Reichs Anschläge gezogen werde/ So begreiffen auch die Reichssteuren allein die Stände des Reichs Teutscher *Nation*, so sich des Heilig. Reichs Schutz und Schirm / auch Fried und Rechtens erfrewen und gebrauchen: Ob nun gleichwol die Königl. Majestät/ als König zu Böhmen etliche Lande und Herrschafften der Teutschen Sprach und Zungen vom H. Reich zur Lehen erkennen/ so habẽ doch derselben Land und Herrschafften vom Römischen Reich weder Schutz und Schirm/

Fried

Fried noch Recht/sondern sind von dem Reich Teutscher *Nation* in ein ander besondern Reich und *Nation* von alters her abgesondert unnd demselben nicht *incorporirt*, und also des Reichs Teutscher *Nation* Bürden/ Anschlägen und *Contributionibus* nicht unterworffen. Zudem/ so tragen und erkennen ander mehr ausländische und frembde Potentaten viel ansehnliche Lande und Leute von Käys. Maj und dem H. Reich zu Lehen/die aber darümb in des Reichs Teutscher *Nation* Anschläg und *Collecten* nicht gezogen werden.

Vnd demnach sich nun aus dem allen befindet/ daß ein König zu Böhmen in des Reichs Anschläg nicht gehörig/ auch unbillig unnd aus lauterm Irral in das vermische/ und vielleicht andere mehr ältere Anschläge und Register gebracht seyn würden/ so wollen sich die Königl. Maiestät/als König zu Böhmen/ zu gemeinen Reichs-Ständen gnädiglich versehen/ daß sie ihres Vorhabens abstehen/ und Ihre Majestät nicht weniger als deroselben Vorfahren Könige zu Böhmen/ dieses Orts unbeschweret bleiben lassen werden. Was dann Ihr Königl. Maj. als König zu Böhmen und Churfürst des heiligen Reichs zu thun schuldig/ und sonst Ständen Teutscher *Nation* gemeiniglich und sonderlich/zu sondern Ehren und Freundschafft/ Nutz und Frommen/und aller Wolfarth erzeigen und beweisen können/darzu wollen sich die Königl. Maj. gantz gutwillig und freundlich angebotten/ und hierbey gemeinen Ständen unverhalten haben/ daß sich die Stände Ihr. Majest. Cron Böhmen in allen und ieden Obliegen und in Nöthen wider die Vngläubigen bisher gantz gehorsamlich/ tröstlich und hülfflich erzeiget/ Dessen auch ietzt und künfftiglich/ nicht weniger zu thun/ und an allen ihren Vermögen nichts mangeln zulassen/ erbietig seyn.

Extat hoc *in responsione ad quæstionem:* Ob der ietzige Käyser in der streitigen Böheimischen Sachen Richter seyn könne? Ubi probè notanda sunt verba: Zu dem/ daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs-Tage nicht beschrieben würde/ auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hätte/ etc. Ex qvo corruit altera Goldasti objectio. † Etsi enim Rex Bohemiæ 23
Ferdinandus I. Comitiis interesse jussus, & ad ea à Cæsare Carolo V. citatus fuerit, attamen ipsemet se submittere noluit, eoq; ipso beneficio huic renunciavit: qvo igitur colore ab invito beneficium Sessionis & vo-

ti extorqvebimus? contra *l. hoc jure. §. non potest. ff. de donat.*

24 (2) † Addit & hoc Domin. Arum. *de Comit. cap. 4. n. 50.* qvod Conventus Regimenti loco Comitiorum annuorum institutus fuerit; cum enim more antiqvissimo ea annuatim non nisi magnis sumtibus & tardè celebrari solebant, *Receß. Imp. de An. 1495.* §. Daß ein Reichs-Tag. placuit Maximiliano I. Imperatori & Ordinibus in Comitiis Augustanis viginti personas eligi, qvæ omnium Statuum nomine, ut fieri in Comitiis consuevit, belli pacisq; negotia tractarent, *Receß. August. de Anno 1500.* §. Von den Zwantzigen/so zu der Königlichen Majestät.

25 † Atqvi ad Conventum hunc non nisi Sex Electoribus patet aditus: zu Beständigkeit dieses fürnehmens / ist auch betrachtet noth zu seyn/daß der Ertzbischoff zu Meyntz und nachfolgends der andern fünff Churfürsten/einer nach ihrer Ordnung / sich persönlich auff seinen Kosten/ 2c. der Christenheit und des Reichs Ehre/ Nutz und Nothdurfft helffen rathschlagen und betrachten/ §. Wie die Churfürsten/ *& dict. Recess. 1500.* Et si Regimenti Senatui, emergentibus gravioribus Imperii negotiis, Electores aliosq; Status conscribere necessarium visum fuerit, non nisi Sex Electores vocare potest, *dict.* §. Wie die Churfürsten / 2c. *& in* §. Das Regiment mag die Sechs Churfürsten zu ihm fordern / *dict. Receß. 1500.* ubi Sex Electorum tantummodò fit mentio, Rege Bohemiæ excluso.

(3) Evidens † qvoq; hujus observantiæ testimonium subscriptiones Recessuum Imperii præbent; sex qvippe Electorum freqventer, at nulla Bohemiæ Regis in iis mentio conspicitur: & fatetur ipsemet Goldastus, qvod † Rex Bohemiæ ab annis propemodum ducentis non legatur ullis subscripsisse Comitialibus Decretis, aut Recessibus Curiatis, idq; hâc causâ factum ait, qvod Bohemi, supremitatem affectantes, venire obluctentur, & Constitutionibus Imperii sese conformari nolint, ab Electoribus & Ordinibus propterea exclusi, ne Leges Germanis se potiùs dare qvam accipere possint gloriari, *in Bohem. lib. 4. cap. 5. n. 14.* † In qvo omninò acqviescerem, si non aliam adhuc rationem addidisset, subscriptiones nempe propterea fuisse omissas, qvod iidem fuerint Reges Bohemiæ, qvi & Imperatores Romanorum. Qvod mihi neutiqvam satisfacere videtur. † Etenim si hâc ratione in Comitiis duplicem personam, Imperatoris scilicet &. 26 27 28 29

& Regis Bohemiæ sustinuissent, ut vult alibi Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 14.* qvid ipsos duplici qvoqve modo subscribere prohibuisset?

SECTIO X.

Rex Bohemiæ Elector est, & ab antiqvo ante Auream Bullam primum inter reliqvos ArchiPrincipes Electores seculares obtinet locum, contra Albertum Krantzium & ejus asseclas.

SUMMARIA.

1. Rex Bohemiæ num sit Elector?

2. Quæstio hæc multum ubiq; agitata.

3. Affirmativè tamen decisa.

4. Constitutionibus Imperialibus, rationibus & autoritatibus Politicorum munita.

5. Dissentiunt Dd. Itali & Canonistæ: quæq; eorum sit ratio?

6. Errorem hunc imbiberunt etiam Compilatores juris Saxonici. n. 7. 8.

9. Rex Bohemiæ ab electione Caroli V. exclusus.

10. Turbæ contra Regem Bohemiæ ab imperitis Consultis excitatæ.

11. Refellitur ratio juris Saxon. qvod Rex Bohemiæ non sit Germanus. n. 12. 13. 14.

15. Nulla valet juris Saxonici autoritas, contra Auream Bullam. n. 16. 17. 18.

19. Rex Bohemiæ Elector est, & tertium in electione habet votum. num. 21.

20. Sententia Hartm. Mauri de hac re.

22. Jus electionis & suffragii competiit Regi Bohemiæ jam ante tempora Aureæ Bullæ. n. 23. 24.

25. Probatur hoc Constitutionibus Imperatoriis atq; exemplis. n. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

32. Habuit etiam primum votum inter Electores seculares Rex Bohem. ante Auream Bullam. n. 39.

33. Refellitur Krantzii aliorumq; dissentientium opinio.

34. Respondetur ad rationem Krantzii.

35. Rursum alii dissentientibus demum Electoribus, Regi Bohemiæ votum tribuunt arbitri.

36. Nituntur hi autoritate juris Saxonici.

37. Refellitur jus Saxonicum. n. 38.

40. Controversia hæc per Aur. Bull. sopita.

41. Ex observantia interruptâ Rex Bohemiæ ordinarium & tertium in electione habet votum. n. 42. 43. 44.

REx Bohemiæ etsi nec in Con-
ventu Electorum Collegiali
nec in Comitiis Imperii generali-
bus jus Sessuræ & suffragii habet,
ut demonstratum dedimus *Se-*
1 *ction. duab. praeced.* † Elector nihi-
lominus est, & in electione Regis
Romanorum primum inter Ar-
chiPrincipes Electores seculares
obtinet votum. De qvo licèt
multum ac diversimodè omni
tempore fuerit disceptatum, adeò
ut verissimè dicat Melch. Gol-
2 dast. † nullam juris publici con-
troversiam, nullam Status Regalis
causam (lite de summi Imperato-
ris & Pontificis potestate exceptâ)
jam à seculis aliqvot, aut in Co-
mitiis Imperii acriùs agitatam,
aut in Conventibus Septemvi-
rûm Electorum magis arduè dis-
qvisitam, aut in secretis Princi-
pum consiliis vehementiùs in-
stitutam, aut in Scholis Academi-
cis contentiosius disputatam, aut
deniq; in doctorum Virorum li-
bris & scriptis freqventius disser-
tatam fuisse, qvam hanc ipsam
qvæstionem de jure Regis Bohe-
miæ in electione Regis Romano-
rum in Imperatorem promoven-
di: Stat tamen veritas immota,
3 † qvæ rejectis erroneis ac falsis o-
pinionibus Regi Bohemiæ jus
suffragii legitimum ac primum
inter Electores seculares votum
asserere cogit, constitutionibus
Impp. Friderici II. Rudolphi I.
Ruperti Palatini & Caroli IV. ful-
cita; protocollis atqve edictis fa-
ctarum Electionum munita, † & 4
rationibus ac legibus ab In-
terpp. & Politicis corroborata,
ut videre est apud Gevvoldum *in*
comm. de S. Roman. Imper. Septem-
vir. cap. 9. Windeckium *de Prin-*
cip. Elect. orig. instit. cap. 1. Æ-
neam Sylv. *in descript. German.*
cap. 59. & 65. Hartm. Maur. *in*
tract. de coronat. Caroli V. Imp.
Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3.*
cap. 5. & 6. in consult. de offic. E-
lect. Bohem. qvæst. 1. Marquard.
Freherum *de orig. Palat. part. 1.*
cap. 15. & in notis ad Petr. de Andlo
lib. 2. cap. 2. Dom. Arum. *discurs. 5.*
ad Aur. Bull. concl. 2. & disc. 3. con-
cl. 8. in discurs. Academ. de jur. publ.
disc. 9. tom. 1. fol. 123. & de Comitiis
Imper. cap. 2. n. 24. Daniel Otto
in dissert. de jur. publ. Imp. Roman.
cap. 10. fol. 252. Gerlac. Buxdorff.
in dissert. ad Aur. Bull. cap. 1. concl.
18. lit. D. & cap. 4. concl. 49. Christ.
Besold. *lib. 2. de Reg. success. dissert.*
3. n. 7. Caspar. Bitschium *in annot.*

ad

ad Natal. Comit. hist. lib. 16. Bernh. Bertram. *de Comit. Imp. membr. 3. concl. 31.* Jacob. Gretserum *de munif. Impp. in sed. Apost. cap. 8.* Quir. Cubach, *lib. 2. jurispr. germ. publ. c. 6.*

5 † Ansam verò primitus dederunt huic disputationi Dd. Itali, iidemq; maximâ ex parte Canonistæ, qvi, cum *in cap. venerabilem extr. de elect. & elect. potest. & in Clem. de jurejur. c. un.* legissent, Romanum Imperium à Græcis translatum fuisse in Germanos, & ad Germanos Principes jus ac potestatem pervenisse, ita argumētari cœperunt: Rex Bohemiæ non est Germanus, sed Sclavus: Ergò non est Elector.

6 † Ex hoc lutulento Doctorum Italorum commento, Prudentes nostri (*sunt verba Goldasti,*) Ecko de Repkavv, Specul. Saxonum, Burckardus à Mangelfeld, Weichbildi Saxonum & Anonymus juris Feudalis Saxonum Compilatores errorem illum imbiberunt, ut scripserint, Regem Bohemiæ Electorem non esse, qvod Theutonicus non sit.

7 † Sic enim legitur in *Speculo Saxon. lib. 3. art. 57.* Primus inter illustres Regni Palatinus Rheni, qvi est Dapifer: Secundus Dux Saxoniæ, Marschalcus; Tertius Marchio Brandenburgensis, Camerarius; Bohemiæ Rex Pincerna est, qvi non eligit, qvia nostræ non est nationis, ubi Landrecht habet in vernaculo idiomate: Der Schencke des Reichs hat keine Wahl/ darümb daß er nicht teutsch ist.

8 † Et hinc in Weichbildo Magdeburgensi *art. 13. & seq.* & jure feudal. Saxon. *art. 3.* Lehenrecht soli tres laici Duces constituti dicuntur, qvi primi sint in electione, die ersten an der Chur / ut habet textus germanicus. Idq; ipsum à jure Saxonico mutuatus est Autor juris Cæsarei, Regii, feudalis ac nationalis *tit. 29.* §. 2. inqviens: *Qvartus, Rex Bohemiæ Imperii Pincerna, Regi Romanorum primum scyphum ad bibendum porrigito. Veruntamen sciatur, Regi Bohemiæ nullum jus electionis esse: nam Germanus non est.* Verba germanica ita habent in Käyserlichen und Königlichen Land- und Lehenrecht / *part. 1. tit. 29.* §. 2. Doch ist zuwissen/ daß der König von Böheim keine Chur hat / wann er nicht ein teutscher Mann ist/ *& part. 2. tit. 8.* §. 5. *in fin.* Der König von Böheimb ob er ein teutscher Mann ist.

9 † Qvorum textuum autoritate factum, ut Sigismundus Rex Poloniæ, Ludovici Hungariæ & Bohemiæ Regis impuberis patruus, qvi *Anno 1519.* Legatos suos cum ingenti pompâ Francofordiam ad Conventum Electoralem miserat, ut Administratorio nomine vicem

cem

cem ſuam in electione Regis Ro-
manorum gererent, tanqvam
extraneus & inhabilis à jure ac
poteſtate ſedendi, ſuffragandi &
eligendi excluſus fuerit, veluti ex
Actis electionis Caroli V. Imp.
manifeſtum eſt, apud Goldaſt. *in*
Polit. Imper. part. 1. tractat. 6. & in
Politiſchen Reichshändeln / *part.*
1. tit. 5. in Protocoll. & Proceſſ. elect.
Caroli V. Imper. tit. 7. fol. 29.

10 Hinc in Imperio noſtro † ab
imperitis Conſultis, & rerum Im-
perialium expertibus tot turbæ
contra Regem Bohemiæ excitatæ
fuerunt: Sed vano prorſus auſu,
ſi vel rationem, vel auctoritatem
juris Saxonici ſpectes. Nec enim
Italis Doctoribus, nec juris Saxo-
nici compilatoribus conceden-
dum, id qvod maximè præſuppo-
nunt, Regem ſcilicet Bohemiæ
11 non eſſe Teutonicum. † Etenim
Bohemos Germanis permixtos,
ipſam Germaniam inhabitare, fa-
tetur Dubravius *lib. 9. hiſtor. Bo-*
hem. Bohemiamqve Germaniæ
portionem facit Æneas Sylvius
cap. 1. hiſt. Bohem. adeò ut in tem-
plis Sermone teutonico plebs do-
ceatur, Münſter. *lib. 3. in deſcript.*
Regni Bohemiæ, Bohemiamq; cum
Moraviâ ab omni ævo Germaniæ
fuiſſe annumeratam, ex Cæſare,
Plinio, Tacito, Mela, Solino, Pto-
lomæo, aliisq;, tradunt Coſmo-
graphi, ad qvorum teſtimonium
provocat Melch. Goldaſt. *in con-*
ſultat. de offic. Elector. Bohem. † At- 12
q; Germanico Imperio conſtitu-
to, eandem Bohemiam cum Mo-
raviâ initiò ad Salisburgenſem,
poſteà Moguntinam metropolim
ſpectaſſe, docent Bohemor. Chro-
nica. Adeoq; Bohemiam partem
Germaniæ eſſe, ex Eginhardo, Leo-
poldo de Bebenburg, Jacobo Spi-
gelio, Johan. Boem. Aubano, Joh.
Botero, Hieronymo Contareno,
Auberto Mirco, Thuano, Setho
Calviſio, Lottino, Martino Bo-
regk, aliisq; plurimis Hiſtoricis
probatum dedimus *ſupr. Sect. 5.*
† Nec officit qvicqvam, qvod Rex 13
Bohemiæ oriundus fuerit à Sla-
vis. Nam & Pomeranos, Mega-
lopolenſes, Lignicenſes & Mün-
ſterbergenſes origine Slavos eſſe,
norunt omnes, qvi tamen hodiè
natione habentur Germani. Qvod
& de Electoribus & Marchioni-
bus Brandenburgicis, Comitibus-
q; Zolleranis, à Comitibus Zoga-
rollis in Italiâ; It: de Principibus
Anhaltinis, ab Urſinis Romanis;
De Comitibus Hohenloi, ab Al-
taflamma Romandiolæ Comita-
tu; de Mareſcalcis Pappenhei-
menſibus à Collatinis Romanis;
Deq; Marchionibus Badenſibus
Veronâ oriundis, aſſerit Goldaſt.
in Bohem. lib. 3. cap. 2. n. 6. qvi ta-
men

men verissimè sunt Germani, qvippe in Germaniâ nati, Accurs. *ad l.cives n.C.de appellat.*
14 † Et posito, Regem Bohemiæ non esse Germanum, haut tamen ratio hæc ipsum ab electione excluderet: Nam & Dux Lotharingiæ, non Germanus, sed Gallus est, qvi tamen Princeps Imperii habetur, ad eundemq; olim jus ac potestatem eligendi Romanorũ Regem, tàm activam qvàm passivam pertinuisse, qvum adhuc eligendi facultas penes universos Imperii Principes esset, notat Goldast. *dict. consult. de offic. Elect. Bohem. quæst. 1. n. 10.* Ut ita rationem Speculi Saxonici non usq; adeò liqvidam rectissimè dixerit Freher. *in not. ad Petr. de Andlo cap. 2. lib. 2.*

15 † Autoritatem verò Speculi Saxon. & juris feudalis si qvis urgere ausit, opponimus ei verba Caroli IV. Imp. *in Aur. Bull. tit. 7. §. 1. Generaliter, longè lateq; est publicum & qvasi per totum Orbem notoriè manifestum, Illustres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem, virtute Regni & Principatuum suorum, in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, suis Coëlectoribus jus vocem & locum habere, & unà cum ipsis censeri, & esse veros & legitimos Sacri Imperii Principes, Electores &c.* Et *tit. 4. §. 3. Primò qvidem interrogabit* (scilicet Moguntinus, ArchiCancellarius) *à Trevirensi ArchiEpiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse: Secundò à Coloniensi, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum Diadema Regium imponendi: Tertiò à Rege Bohemiæ, qvi inter Electores laicos ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & meritò obtinet primatum: quartò a Comite Palatino Rheni: qvintò à Duce Saxoniæ: sextò à Marchione Brandenburgensi: Horum omnium vota, præmisso jam ordine dictus ArchiEpiscopus Moguntinensis perqviret.* † Annè Speculo Saxonico vel juri feudali majorem qvàm Aureæ Bullæ & Sanctioni ImperatoriæCaroli IV. autoritatem & fidem tribuendam existimaverimus? Neutiqvam certè: Qvid, † qvod Scabini Magdeburgenses, juris Saxonici conditores, qvo Bohemis judicium illud agnoscere, aut jura petere detrectantibus, invidiam conflarent, verba ista Speculo suo inseruisse, vel ab Eckone inserta potiùs tolerasse feruntur, qvæ tamẽ, si Leges Imperii generales, & ipsum Reipublicę Germanicę statũ cõsiderare maluissent, qvàm affectibus suis indulgere, expungere 16 17

 ex

Bohemiæ ſine Cæſaris auctoritate aſſumtus, & homo peregrinus ad intima Imperii arcana non admittendus; ſed & propter ſchiſma Huſſiticum, qvo Regnum Bohemiæ erat infectum, Lehman. *lib. 7. Chron. Spirenſ. cap. 113.* Melch. Gold. *dict. c. 5. n. 10.* Hagecius *part. 2. Anno 1476. in Chron. Bohem.*

10 † Qvantum enim hinc odium inter Bohemos & Germanos fuerit ſeminatum, vel ſolius Spilignei Ducis mandatum probat, qvi protinus, ut Bojemiam adeptus eſt, omnes Germanos eâ excedere juſſit, nec matri poteſtatem manendi faciens, Æneas Sylvius *c. 20. in Bohem.* Crom. *lib. 4. in Boleslao II. de reb. Polon.* Et exorto tumultu Huſſitico ſub Wenceslao, Germani ab omnibꝰ dignitatibus in Bohemiâ exulare juſſi ſunt, initio facto à Germanis, qvi in Univerſitate Pragenſi ſtudiorum causâ vivebant; indignati qvippe hi, qvod prærogativam votandi ipſis Rex Wenceslaus ad inſtantiam Johannis Huſſi abjudicaſſet, plus qvàm viginti qvatuor millia Scholaſticorum intra octo dies Pragâ diſceſſerunt, ait Dubrav. *lib. 23. in hiſtor. Bohem.*

11 † Qvin & ex hoc ipſo odio inveterato, officiorum publicorum adminiſtratio Polislai decreto, Germanis fuit negata, Hagec. *part. 1. Chron. Bohem. Anno 1135.*

Acceſſit hisce porrò, 12 † qvod Bohemi debitæ Imperii ſubjectioni ſe ſubtrahere auſi ſint, in tantum, ut poſt mortem Ottocari Regis, ab Ottone Marchione Brandeburgenſi Wenceslai impuberis tutore, interrogati, utrum ſibi putarent utilius, ſuisné legibus & moribus ſervire, an verò Imperio Germanico obtemperare? Illi perire malle, qvàm Germanis ſubjici, exclamârint, Dubrav. *lib. 18. hiſtor. Bojemic.* ut proinde Bojemis tanqvam debitæ ſubjectionis jugi excuſſoribus, publicæ Seſſionis honor in Comitiis Imperii generalibus meritò fuerit denegatus.

13 † Hocq; eſt, qvod ſcribit Hartm. Maur. hodiè ad Comitia & Conventus Imperii ordinarios Regem Bohemiæ non vocari, *in tract. de coronat. Caroli V. Imp. Aqvisgr. factâ anno 1520.*

14 † Qvem ſecuti Interpp. & Politici moderni, Regem Bohemiæ à Comitiis univerſalibus ſimiliter excludunt, Marqvard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 41. lit. D.* Petr. Bizart. *in hiſtor. belli Pannon.* Reinkingk *lib. 1. de regim. ſecul. & eccleſiaſt. claſſ. 4. cap. 3. n. 30.* Natal. Comes *lib. 16. hiſtor.* Chriſtoph. Beſold. *de jurisd. Imper. Roman. c. 7. in fin.* Andr. Knichen *de jur. Saxon. cap. 2.* Lehman. *lib. 7. Chron. Spirenſ.*

Spirens. cap. 124. n. 6. Domin. Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 5. concl. 22. in fin. & de Comit. Imper. cap. 4. n. 39. & seqq.* Clut. *in syll. rer. quotid. concl. 24. lit. e.* Daniel Otto *in dissert. de jur. publ. cap. 10.* Bernh. Bertram. *de Comit. memb. 3. concl. 31.* Henr. Zoelner. *in dissert. de Regis Roman. elect. concl. 8. lit. d.*

15 Non † usqvequaq; tamen constantem hanc Politicorum sententiam, qvin potius Regem Bohemiæ, si supra se habeat Imperatorem, ad Comitia etiamnum hodiè vocari & consultationibus publicis interesse, asserit Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 5. n. 11.* Non solùm, qvod Ludovico Uladislai filio à Turcis cæso, Regnum Bohemiæ ad Germanos redierit, postqvam Ferdinandus Austriacus Caroli V. Imperat. frater germanus, tùm ex antiqvo confraternitatis successoriæ pacto, tùm fœderis jure connubialis, in eo successisset.

16 † Sed & qvia Carolus V. Imp. *Anno 1530.* Ferdinandum fratrem Bohemiæ Regem, Conventui Electorum Coloniæ instituto adesse, deqve maximis gravissimisq; S. Romani Imperii negotiis deliberare, edictò publico monuerit in Reichs-Satzungen. Goldast. *part. 2. anno 1531. fol. 230. §. 3.* Eundemqve *Anno 1544.* ad Comitia Wormatiæ indicta citârit, Goldast. *dict. cap. 5. n. 13.*

Ast vereor, † ne hæc Goldasti assertio observantiæ Imperii repugnet, teste Auct. des ausführlichen Berichts / wie es uff Reichs-Tägen pfleget gehalten zuwerden. *tit.* von Räthen des heiligen Reichs Sessionen *&c.* (1) Etsi enim hodiè Bohemiæ Regnum ad Germanos redierit, nec semper peregrinæ Nationis Principes ad fasces Regni Bohemici admittantur, aliæ tamen rationes adhuc impedimento sunt, qvo minus iis beneficium sessionis & voti in Comitiis generalibus hodiè sit concedendum. 17

† Nimirum qvia nec Circulo alicui addicti, Marq. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. de Imper. Roman. lib. 2. cap. 2.* 18

† nec contributionibus aliisq; oneribus, Hartman. Maur. *de coronat. Caroli V. Recess. Imper. de Anno 1500. Rubr.* Wie man mit den Königen. 19

† nec constitutionibus Imperii obnoxii sunt, *Recess August. de Anno 1551. §. 55. 54* 20

† qvin & sese omni Imperii subjectione eximere conantur, uti apparet ex gravamine Ferdinandi I. Regis Bohemiæ, Fratri Carolo V. in Comitiis Augustæ 1548. celebratis, pro libertate Regni Bohemici opposito, 21

† qvod verbotenus adferre placet: Die Böhmische Königliche Ma- 22

Tr[illegible] jestat

jestät ist von deroselben verordneten Kriegsräthen hiebevor zeitlich erinnert/ was massen der König zu Böheimb im jüngsten Wormbsischen Anschlag befunden worden/ und daß derhalbē gemeiner Kreis-Versamlung Vorhaben were/ Ihr Königl. Maj. als König zu Böhmen und Churfürsten von deren Landen wegen/ so Ihre Majestät als König in Böhmen vom Reich zu Lehen tragen/ in dem newen Anschlag auch zubelegen/ inmassen sie dann in dem *reformirten* Anschlag gethan. Nach dem aber solch Bedencken und Vorhaben Ihr. Königl. Majestät zuvernehmen gantz frembd gewesen/ sie hiervor auch da von nichts gehört noch gewust/ So haben Ihr Königl. Maj. mangels halben gnugsamen berichts / die Sache biß zu ihrer Ankunfft in die Cron Böhmen verschoben/ und sich allda nach fleissiger Erkundigung nichts anders erinnern noch erfahren mögen / denn daß die Stände der Cron Böhmen keiner Reichs-Anschläge bekändlich / auch nicht geständig seyn/ daß weder der angezogene Wormbsische noch ältere Anschläge/ mit Ihr Königl. Maj. löbliche Vorfahren/ Königen zu Böhmen Wissen noch Willen geschehen/ daß sie auch darinn nicht gehalten/ noch einige Hülffe geleistet hätten/ auch endlich keine schuldig weren.

So wissen auch Ihr Königl. Maj. nicht zu berichten / daß sie in Zeit ihrer Böhmischen Regierung/ darinn doch etwan viel Reichshülffen bewilliget uñ geleistet worden/ je belegt / noch umb Hülffe ersucht were/ noch viel weniger eine erlegt hätte. Zu dem / daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs Tage nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stimme im Reichs-Rath hätte. Darneben haben gemeine Reichs-Stände wol zuermessen / dieweil die Reichssteuren bißher alleine auff die Stände in den Zehen Kreisen bestimmet geschlagen worden/ uñ aber die Cron Böhmen in keinem Kreiß befunden würde/ so ist dabey leichtlich abzunehmen / daß diese Cron mit dem Reich hievor nicht gesteuret / und darumb auch ietzt unbillich in des Reichs Anschläge gezogen werde / So begreiffen auch die Reichssteuren allein die Stände des Reichs Teutscher *Nation*, so sich des Heilig. Reichs Schutz und Schirm / auch Fried und Rechtens erfrewen und gebrauchen: Ob nun gleichwol die Königl. Majestät / als König zu Böhmen etliche Lande und Herrschafften der Teutschen Sprach und Zungen vom H. Reich zur Lehen erkennen/ so habē doch derselben Land und Herrschafften vom Römischen Reich weder Schutz und Schirm/

Fried

Fried noch Recht/sondern sind von dem Reich Teutsch r *Nation* in ein ander besondern Reich und *Nation* von alters her abgesondert unnd demselben nicht *incorporirt*, und also des Reichs Teutscher *Nation* Bürden / Anschlägen und *Contributionibus* nicht unterworffen. Zu dem/ so tragen und erkennen ander mehr ausländische und frembde Potentaten viel ansehnliche Lande und Leute von Käys. Maj und dem H. Reich zu Lehen/die aber darumb in des Reichs Teutscher *Nation* Anschläg und *Collecten* nicht gezogen werden.

Und demnach sich nun aus dem allen befindet / daß ein König zu Böhmen in des Reichs Anschläg nicht gehörig / auch unbillig unnd aus lauterm Irsal in das vermische/ und vielleicht andere mehr ältere Anschläge und Register gebracht seyn würden / so wollen sich die Königl. Maiestät/als König zu Böhmen / zu gemeinen Reichs-Ständen gnädiglich versehen/ daß sie ihres Vorhabens absehen/ und Ihre Majestät nicht weniger als dero elben Vorfahren Könige zu Böhmen/ dieses Orts unbeschweret bleiben lassen werden. Was dann Ihr Königl. Maj. als König zu Böhmen und Churfürst des heiligen Reichs zu thun schuldig / und sonst Ständen Teutscher *Nation* gemeiniglich und sonderlich/zu sondern Ehren und Freundschafft/ Nutz und Frommen/und allen Wolfarth erzeigen und beweisen können/darzu wollen sich die Königl. Maj. gantz gutwillig und freundlich angeboten/ und hier bey gemeinen Ständen unverhalten haben/ daß sich die Stände Ihr. Majest. Cron Böhmen in allen und jeden Obliegen und in Nöthen wider die Ungläubigen bisher gantz gehorsamlich/ tröstlich und hülfflich erzeiget/ Dessen auch ietzt und künfftiglich/ nicht weniger zu thun / und an allen ihren Vermögen nichts mangeln zulassen/ erbietig seyn.

Extat hoc *in responsione ad quæstionem:* Ob der ietzige Käyser in der streitigen Böheimischen Sachen Richter seyn könne? Ubi probè notanda sunt verba: Zu dem/ daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichs Tage nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stimme im Reichs Rath hätte/ etc. Ex qvo corruit altera Goldasti objectio. † Etsi enim Rex Bohemiæ Ferdinandus I. Comitiis interesse jussus, & ad ea à Cæsare Carolo V. citatus fuerit , attamen ipsemet se submittere noluit, eoq; ipso beneficio huic renunciavit: qvo igitur colore ab invito beneficium Sessionis & voti 23

ti extorqvebimus? contra *l. hoc jure.* §. *non potest. ff. de donat.*

24 (2) † Addit & hoc Domin. Arum. *de Comit. cap. 4. n. 50.* qvod Conventus Regimenti loco Comitiorum annuorum institutus fuerit; cum enim more antiqvissimo ea annuatim non nisi magnis sumtibus & tardè celebrari solebant, *Recess. Imp. de An. 1495.* §. Daß ein Reichs-Tag. placuit Maximiliano I. Imperatori & Ordinibus in Comitiis Augustanis viginti personas eligi, qvæ omnium Statuum nomine, ut fieri in Comitiis consüevit, belli pacisq; negotia tractarent, *Recess. August. de Anno 1500.* §. Von den Zwantzigen/so zu der Königlichen Majestät.

25 † Atqvi ad Conventum hunc non nisi Sex Electoribus patet aditus: zu Beständigkeit dieses fürnehmens / ist auch betrachtet noth zu seyn/daß der Ertzbischoff zu Mäyntz und nachfolgends der andern fünff Churfürsten/einer nach ihrer Ordnung / sich persönlich auff seinen Kosten/ rc. der Christenheit unnd des Reichs Ehre/ Nutz und Nothdurfft helffen rathschlagen und betrachten/ §. Wie die Churfürsten/ *& dict. Recess. 1500.* Et si Regimenti Senatui, emergentibus gravioribus Imperii negotiis, Electores aliosq; Status conscribere necessarium visum fuerit, non nisi Sex Electores vocare potest, *dict.* §. Wie die Churfürsten/ rc. *& in* §. Das Regiment mag die Sechs Churfürsten zu ihm fordern/ *dict. Recess. 1500.* ubi Sex Electorum tantummodò sit mentio, Rege Bohemiæ excluso.

(3) Evidens † qvoq; hujus observantiæ testimonium subscriptiones Recessuum Imperii præbent; sex qvippe Electorum freqventer, at nulla Bohemiæ Regis in iis mentio conspicitur: & fatetur ipsemet Goldastus, qvod † Rex Bohemiæ ab annis propemodum ducentis non legatur ullis subscripsisse Comitialibus Decretis, aut Recessibus Curiatis, idq; hâc causâ factum ait, qvod Bohemi, supremitatem affectantes, venire obluctentur, & Constitutionibus Imperii sese conformari nolint, ab Electoribus & Ordinibus propterea exclusi, ne Leges Germanis se potiùs dare qvam accipere possint gloriari, *in Bohem. lib. 4. cap. 5. n. 14.* † In qvo omninò acqviescerem, si non aliam adhuc rationem addidisset, subscriptiones nempe propterea fuisse omissas, qvod iidem fuerint Reges Bohemiæ, qvi & Imperatores Romanorum. Qvod mihi neutiqvam satisfacere videtur. † Etenim si hâc ratione in Comitiis duplicem personam, Imperatoris scilicet 26 27 28 29

&.

& Regis Bohemiæ sustinuissent, ut vult alibi Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 14.* qvid ipsos duplici qvoqve modo subscribere prohibuisset?

SECTIO X.

Rex Bohemiæ Elector est, & ab antiqvo ante Auream Bullam primum inter reliqvos ArchiPrincipes Electores seculares obtinet locum, contra Albertum Krantzium & ejus asseclas.

SUMMARIA.

1. Rex Bohemiæ num sit Elector?
2. Quæstio hæc multum ubiq; agitata.
3. Affirmativè tamen decisa.
4. Constitutionibus Imperialibus, rationibus & autoritatibus Politicorum munita.
5. Dissentiunt Dd. Itali & Canonistæ: quæq; eorum sit ratio?
6. Errorem hunc imbiberunt etiam Compilatores juris Saxonici. n. 7. 8.
9. Rex Bohemiæ ab electione Caroli V. exclusus.
10. Turbæ contra Regem Bohemiæ ab imperitis Consultis excitatæ.
11. Refellitur ratio juris Saxon. qvod Rex Bohemiæ non sit Germanus. n. 12. 13. 14.
15. Nulla valet juris Saxonici autoritas, contra Auream Bullam. n. 16. 17. 18.
19. Rex Bohemiæ Elector est, & tertium in electione habet votum, num. 21.
20. Sententia Hartm. Mauri de hac re.
22. Jus electionis & suffragii competit Regi Bohemiæ jam ante tempora Aureæ Bullæ. n. 23. 24.
25. Probatur hoc Constitutionibus Imperatoriis atq; exemplis. n. 26. 27. 28. 29. 30. 31.
32. Habuit etiam primum votum inter Electores seculares Rex Bohem. ante Auream Bullam. n. 39.
33. Refellitur Krantzii aliorumq; dissentientium opinio.
34. Respondetur ad rationem Krantzii.
35. Rursum alii dissentientibus demum Electoribus, Regi Bohemiæ votum tribuunt arbitri;
36. Nituntur hi autoritate juris Saxonici.
37. Refellitur jus Saxonicum, n. 38.

40. Controversia hæc per Aur. Bull. sopita.
41. Ex observantia interruptâ Rex Bohemiæ ordinarium & tertium in electione habet votum. n. 42. 43. 44.

REx Bohemiæ etsi nec in Conventu Electorum Collegiali
nec in Comitiis Imperii generalibus jus Sessuræ & suffragii habet,
ut demonstratum dedimus *Se-*
1 *ction. duab. præced.* † Elector nihilominus est, & in electione Regis
Romanorum primum inter ArchiPrincipes Electores seculares
obtinet votum. De qvo licèt multum ac diversimodè omni
tempore fuerit disceptatum, adeò ut verissimè dicat Melch. Gol-
2 dast. † nullam jurispublici controversiam, nullam Status Regalis
causam (lite de summi Imperatoris & Pontificis potestate exceptâ)
jam à seculis aliqvot, aut in Comitiis Imperii acriùs agitatam,
aut in Conventibus Septemvirûm Electorum magis arduè disqvisitam,
aut in secretis Principum consiliis vehementiùs institutam,
aut in Scholis Academicis contentiosius disputatam, aut
deniq; in doctorum Virorum libris & scriptis freqventius dissertatam
fuisse, qvam hanc ipsam qvæstionem de jure Regis Bohemiæ in electione
Regis Romanorum in Imperatorem promovendi: Stat tamen veritas immota,
3 † qvæ rejectis erroneis ac falsis opinionibus Regi Bohemiæ jus
suffragii legitimum ac primum, inter Electores seculares votum
asserere cogit, constitutionibus Impp. Friderici II. Rudolphi I.
Ruperti Palatini & Caroli IV. fulcita; protocollis atqve edictis fa-
ctarum Electionum munita, † & 4
rationibus ac legibus ab Interpp. & Politicis corroborata,
ut videre est apud Gevvoldum *in comm. de S. Roman. Imper. Septemvir. cap. 9.* Windeckium *de Princip. Elect. orig. instit. cap. 1.* Æneam Sylv. *in descript. German. cap. 59. & 65.* Hartm. Maur. *in tract. de coronat. Caroli V. Imp.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 5. & 6. in consult. de offic. Elect. Bohem. qvæst. 1.* Marquard. Freherum *de orig. Palat. part. 1. cap. 15. & in notis ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* Dom. Arum. *discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 2. & disc. 3. concl. 8. in discurs. Academ. de jur. publ. disc. 9. tom. 1. fol. 123. & de Comitiis Imper. cap. 2. n. 24.* Daniel Otto *in dissert. de jur. publ. Imp. Roman. cap. 10. fol. 252.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. cap. 1. concl. 18. lit. D. & cap. 4 concl. 49.* Christ. Besold. *lib. 2. de Reg. successⁱ. dissert. 3. n. 7.* Caspar. Bitschium *in annot.*
ad

ad Natal. Comit. hist. lib. 16. Bernh. Bertram. *de Comit. Imp. membr. 3. concl. 31.* Jacob. Gretserum *de munif. Impp. in sed. Apost. cap. 8.* Quir. Cubach. *lib. 2. jurispr. germ. publ. c. 6.*

5 † Ansam verò primitus dederunt huic disputationi Dd. Itali, iidemq; maximâ ex parte Canonistæ, qvi, cum *in cap. venerabilem extr. de elect. & elect. potest. & in Clem. de jurejur. c. un.* legissent, Romanum Imperium à Græcis translatum fuisse in Germanos, & ad Germanos Principes jus ac potestatem pervenisse, ita argumẽtari cœperunt: Rex Bohemiæ non est Germanus, sed Sclavus: Ergò
6 non est Elector. † Ex hoc lutulento Doctorum Italorum commento, Prudentes nostri (*sunt verba Goldasti,*) Ecko de Repkavv, Specul. Saxonum, Burckardus à Mangelfeld, Weichbildi Saxonum & Anonymus juris Feudalis Saxonum Compilatores errorem illum imbiberunt, ut scripserint, Regem Bohemiæ Electorem non esse, qvod Theutonicus non sit.
7 † Sic enim legitur in *Speculo Saxon. lib. 3. art. 57.* Primus inter illustres Regni Palatinus Rheni, qvi est Dapifer: Secundus Dux Saxoniæ, Marschalcus; Tertius Marchio Brandenburgensis, Camerarius; Bohemiæ Rex Pincerna est, qvi non eligit, qvia nostræ non est nationis, ubi Landrecht habet in vernaculo idiomate: Der Schencke des Reichs hat keine Wahl/darümb daß er nicht teutsch ist. † Et 8
hinc in Weichbildo Magdeburgensi *art. 13. & seq.* & jure feudal. Saxon. *art. 3.* Lehenrecht soli tres laici Duces constituti dicuntur, qvi primi sint in electione, die ersten an der Chur / ut habet textus germanicus. Idq; ipsum à jure Saxonico mutuatus est Autor juris Cæsarei, Regii, feudalis ac nationalis *tit. 29. §. 2.* inqviens: *Quartus, Rex Bohemiæ Imperii Pincerna, Regi Romanorum primum scyphum ad bibendum porrigito. Veruntamen sciatur, Regi Bohemiæ nullum jus electionis esse: nam Germanus non est.* Verba germanica ita habent in Käyserlichen und Königlichen Land-und Lehenrecht / *part. 1. tit. 29. §. 2.* Doch ist zuwissen/ daß der König von Böheim keine Chur hat / wann er nicht ein teutscher Mann ist / *& part. 2. tit. 8. §. 5. in fin.* Der König von Böheimb ob er ein teutscher Mann ist. † Qvo- 9
rum textuum autoritate factum, ut Sigismundus Rex Poloniæ, Ludovici Hungariæ & Bohemiæ Regis impuberis patruus, qvi *Anno 1519.* Legatos suos cum ingenti pompâ Francofordiam ad Conventum Electoralem miserat, ut Administratorio nomine vicem

cem suam in electione Regis Romanorum gererent, tanqvam extraneus & inhabilis à jure ac potestate sedendi, suffragandi & eligendi exclusus fuerit, veluti ex Actis electionis Caroli V. Imp. manifestum est, apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 1. tractat. 6. & in* Politischen Reichshändeln / *part. 1. tit. 5. in Protocoll. & Process. elect. Caroli V. Imper. tit. 7. fol. 29.*

10 Hinc in Imperio nostro † ab imperitis Consultis, & rerum Imperialium expertibus tot turbæ contra Regem Bohemiæ excitatæ fuerunt: Sed vano prorsus ausu, si vel rationem, vel auctoritatem juris Saxonici spectes. Nec enim Italis Doctoribus, nec juris Saxonici compilatoribus concedendum, id qvod maximè præsupponunt, Regem scilicet Bohemiæ

11 non esse Teutonicum, † Etenim Bohemos Germanis permixtos, ipsam Germaniam inhabitare, fatetur Dubravius *lib. 9. histor. Bohem.* Bohemiamqve Germaniæ portionem facit Æneas Sylvius *cap. 1. hist. Bohem.* adeò ut in templis Sermone teutonico plebs doceatur, Münster. *lib. 3. in descript. Regni Bohemiæ*, Bohemiamq; cum Moraviâ ab omni ævo Germaniæ fuisse annumeratam, ex Cæsare, Plinio, Tacito, Mela, Solino, Ptolomæo, aliisq;, tradunt Cosmographi, ad qvorum testimonium provocat Melch. Goldast. *in consultat. de offic. Elector. Bohem.* † Atq; Germanico Imperio constituto, eandem Bohemiam cum Moraviâ initiò ad Salisburgensem, 12
posteà Moguntinam metropolim spectasse, docent Bohemor. Chronica. Adeoq; Bohemiam partem Germaniæ esse, ex Eginhardo, Leopoldo de Bebenburg, Jacobo Spiegelio, Johan. Boem. Aubano, Joh. Botero, Hieronymo Contareno, Auberto Mireo, Thuano, Setho Calvisio, Lottino, Martino Boregk, aliisq; plurimis Historicis probatum dedimus *supr. Sect. 5.*
† Nec officit qvicqvam, qvod Rex 13
Bohemiæ oriundus fuerit à Slavis. Nam & Pomeranos, Megapolenses, Lignicenses & Münsterbergenses origine Slavos esse, norunt omnes, qvi tamen hodiè natione habentur Germani. Qvod & de Electoribus & Marchionibus Brandenburgicis, Comitibusq; Zolleranis, à Comitibus Zogarollis in Italiâ; It: de Principibus Anhaltinis, ab Ursinis Romanis; De Comitibus Hohenloi, ab Altaflamma Romandiolæ Comitatu; de Marescalcis Pappenheimensibus à Collatinis Romanis; Deq; Marchionibus Badensibus Veronâ oriundis, asserit Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 2. n. 6.* qvi tamen

men verissimè sunt Germani, qvippe in Germaniâ nati, Accurs. *ad l. cives n. C. de appellat.*
14 † Et posito, Regem Bohemiæ non esse Germanum, haut tamen ratio hæc ipsum ab electione excluderet: Nam & Dux Lotharingiæ, non Germanus, sed Gallus est, qvi tamen Princeps Imperii habetur, ad eundemq; olim jus ac potestatem eligendi Romanorū Regem, tàm activam qvàm passivam pertinuisse, qvum adhuc eligendi facultas penes universos Imperii Principes esset, notat Goldast. *dict. consult. de offic. Elect. Bohem. qvæst. 1. n. 10.* Ut ita rationem Speculi Saxonici non usq; adeò liqvidam rectissimè dixerit Freher. *in not. ad Petr. de Andlo cap. 2. lib. 2.*

15 † Autoritatem verò Speculi Saxon. & juris feudalis si qvis urgere ausit, opponimus ei verba Caroli IV. Imp. *in Aur. Bull. tit. 7. §. 1. Generaliter, longè lateq; est publicum & qvasi per totum Orbem notoriè manifestum, Illustres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgensem, virtute Regni & Principatuum suorum, in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, suis Coëlectoribus jus vocem & locum habere, & unà cum ipsis censeri, & esse veros & legitimos Sacri Imperii Principes, Electores &c.* Et *tit. 4. §. 3. Primò quidem interrogabit* (scilicet Moguntinus, ArchiCancellarius) *à Trevirensi ArchiEpiscopo, cui primā vocem competere declaramus, sicut invenimus hactenus competiisse: Secundò à Coloniensi, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum Diadema Regium imponendi: Tertiò à Rege Bohemiæ, qvi inter Electores laicos ex Regiæ dignitatis fastigio, jure & meritò obtinet primatum: qvartò à Comite Palatino Rheni: qvintò à Duce Saxoniæ: sextò à Marchione Brandenburgensi: Horum omnium vota, præmisso jam ordine dictus ArchiEpiscopus Moguntinensis perqviret.* † Annè Speculo Saxonico vel juri feudali majorem qvàm Aureæ Bullæ & Sanctioni Imperatoriæ Caroli IV. autoritatem & fidem tribuendam existimaverimus? Neutiqvam certè: Qvid, † qvod Scabini Magdeburgenses, juris Saxonici conditores, qvo Bohemis judicium illud agnoscere, aut jura petere detrectantibus, invidiam conflarent, verba ista Speculo suo inseruisse, vel ab Eckone inserta potiùs tolerasse feruntur, qvæ tamē, si Leges Imperii generales, & ipsum Reipublicę Germanicę statū cōsiderare maluissent, qvàm affectibus suis indulgere, expungere 16 17

ex Codice illo & delere debuissent, Melch. Goldast. *in Bohem.*
18 *lib.3.cap.2.n.1.* † Sufficiat, qvod errorem juris Saxonici, ejusq; hâc in parte futilitatem viri qvàmplurimi & inter hosce etiam Saxones ipsimet impugnare & refellere aggresſi ſint, Marqvard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Roman. Imp. cap. 2.* Daniel Otto *in diſſert. de jur. publ. Imper. Roman. cap. 10.* Herman. Kirchner. *de Republ. diſp. 4. th. 3.* ubi ait: Speculum Saxonum in ejusmodi multis aliis, poſteritati verba dediſſe, Reinh. König *in theat. Polit. part. 1. cap. 30. n. 32.* ubi dicit, Speculi Saxonici rationem non adeò eſſe veram aut magni ponderis. Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. cap. 4. concl. 49. lit. D.* Dom. Arum. *in diſcurſ. ad Aur. Bull. 5. concl. 2. & de Comit. Imper. cap. 2. num. 24.* Qvir. Cubach. *lib. 2. jurispr. germ. publ. cap. 6. n. 23. & ſeqq.* Joach. Cluten. *in ſyllog. rer. qvotid. cap. 24. lit. e.* Joan. Paul. Windeck. *in comm. de Princip. Elect. orig. cap. 1. n. 1.*

Sublato itaq; fundamento hoc
19 juris Saxonici, † cuivis vel ex ſolâ Aureæ Bullæ Carolinæ ſanctione liqvere arbitror, Regem Bohemiæ & legitimum eſſe Electorem & tertiam habere vocem in ſuffragiis, & votando antecedere Comitem Palatinum, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandenburgenſem & ArchiEpiſcopum Moguntinum, qvi tanqvam Collegii Decanus pro more habet ultimum votum. Qvam in rem memorabiliter ſcripſit † Harman. 20
Maurus Cancellarius qvondam Colonienſis *in tract. de coron. Carol. V. Imper. apud Aqvisgranos facta:* Rex Bohemiæ, *inqvit*, eſt Elector Imperii & tertium in Conſilio Electorum tempore electionis Regis, ſuffragium adhibet: ita qvod impunè præteriri non poterit ob pœnam, qvæ in Aureâ Bullâ exprimitur. Et cum tempore electionis Divi Maximiliani, eo qvod fortè non ſatis conveniebat inter Fridericum Cæſarem & Regem, præteritus fuiſſet, adeò non diſſimulanter tulit, ut pœnam Aureæ Bullæ, in qvam inciderunt Principes, acerrimè interpellando poſtulare non ceſſaret, armaq; præter hoc ſe illaturum minaretur rediredq; aliqvandiu in gratiã, litiqve renunciare pertinaciter recuſaret, niſi eâ conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ jus illud Imperatorum, qvod Reges Bohemiæ, Imperatores in Italiam in perſonis euntes ſeqvi cogûtur, aut loco ejus ſervitii octingentos Ducatos qvoties Imperatorem Alpes transcendere contigerit, exſolvere. Illo negato, à Cæſare Friderico tandem ſub pacto

cto atq; conventione, ulterius ipsos neqvaqvam prætereundi Reges Bohemiæ, sub pœnâ qvingentarum Marcarum auri, decisum transactumqve fuit, & Ladislaus Rex, ratificatâ electione Maximiliani, qvæsitis juri litiq; renunciavit, Principibus hâc etiam excusatione utentibus electionem Maximiliani non ex prædestinato Francofordiæ, sed urgentibus de causis perceleriter atq; subitariè celebratam, *Hucusq; Hartm. Maur.*

21 † Ac porrò hanc ipsam sententiã multis tuentur Interpp. nostri atqve Politici, imprimis verò rerum Imperialium experientissimus Melch. Goldast. Heiminsfeld. *in Bohem. lib. 3. c. 5.* ubi à variis antiqvorum Scriptorum erroribus, jura Bohemiæ Regis strenuè vindicat, qvibus heîc supersedeo, ne aliena transscribere, & crambem bis coctam repetere videar.

22 Illud saltem miror, † qvod doctissimi etiam Viri, Cardinal. Baronius *in annal. eccles. tom. 9. An. 996. n. 67.* Jacob. Spigelius *in Schol. ad Günther. Ligur. lib. 6. in pr.* Albert. Krantz. *lib. 4. Saxon. cap. 25. & 28. & lib. 9. cap. 26.* Sim. Schard. *de Elect. origin. cap. 9.* Matth. Flacius Illyricus *de translat. Imper. cap. 5. fol. 74.* Caspar. Peucer *lib. 4. Chron. in Frid. I. Imper.* Jacob. August. Thuan. *lib. 2. histor.* Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 4. th. 4.* & Michaël Beuther. *in animadvers. histor. c. 13* Regi Bohemiæ jus suffragii in electione Regis Romanorum per Aureã Bullam Caroli IV. Imper. demùm concessum; anteà verò nullum in electione votum ipsi competiisse existimaverint: † forsan qvod 23 Carolus IV. cum simul Bohemiæ Regnum, cujus amplificandi & illustrandi mirâ cupiditate ducebatur, jure hereditario administraret, id favoris Bohemis voluerit tribuere, ut titulo Electoris Rex Bohemiæ prærogativâ qvandam supra cunctos totius Christianitatis Reges conseqveretur. † 24 Qvorum error vel ex ipsâ Aureâ Bullâ *art. 7. §. 1.* redarguitur. Si enim, ut textus ibi ait, longè latèq; tempore Caroli IV. publicum, & qvasi per totum Orbem, manifestum notoriè fuerit, Regem Bohemię cum cęteris Electoribus verum & legitimum Electorem fuisse, non utiq; Carolus IV. Imp. eum de novo reliqvis adjecit. Qvod enim notorium & manifestum per totum Orbem fuit, non recens, sed ab antiqvo constitutum fuerit, necesse est, Dom. Arum. *de Comit. cap. 2. n. 24. pag. 30.*

Verissimè autem † Carolum IV. 25 ad tempora antiqva & vetustatem provocasse, probat Constitutio Friderici II. Imper. de privilegiis Bo-

Bohemiæ promulgata apud Goldast. in Reichshandlungen/ *de an. 1212.* Hagec. *in Chron. Bohem. part. 1. an. 1212.* & Georg. Beat. *in Chron. Bohem. in Primislao I. fol. 36.* ubi inter alia hæc verba habentur: Und dieweil wir ie uñ allwege gespüret/ was dem Römischen Käyserthumb vor fleissige und herrliche Dienste von aller Böheimischen *Nation* von alters her/ in der Zeit geleistet. Unter welchen dann dieser nicht für den geringsten Dienst zu achtē/ in deme uns der Durchläuchtige, *Primislaus Ottokar* König in Böheimb/ eben mit so viel Treu als Fleiß vor allen andern Fürsten/ besonders vorgezogen unnd unserer Wahl also standhafftig/ fleissig uñ
26 nützlich beygestanden/ rc. † Liqvet hinc ex ipsius Friderici II. Imper. confessione, in ejusdem electione primas partes Regem Bohemiæ tenuisse. Dubrav. *lib. 15. histor. Bohem. fol. 121.* Spangenb. *in Chron. Saxon. cap. 246. anno 1211.* Idemqve confirmat Constitutio Rudolphi I. Imperat. de jure Electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente, apud Goldast. *Constit. Imper. tom. 2. Anno 1290.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 3. ubi in §. 3. ait.:* Hæc verò jura Pincernatus & Electoratus nedum dicto Regi & suis heredibus didicimus competere, sed etiam suis progenitoribꝰ, abavis, atavis, proavis & avis, purè plenissimè competebāt. Et in Edicto germanicè proposito. §. 2. Derowegē wir das hiermit gnugsam erklären/ daß der Böheimische König unnd alle seine Nachkommen seyn und bleiben sollen die Käyserliche Churfürsten/ derer ieglicher bey der Wahl eines Käysers die vollkommene Macht und Gewalt haben soll/ so wol als der andern Churfürsten einer: Wie denn solches bey des ietzigen Durchl. *Wenceslai* Königs in Böheimb/ unsers allerliebsten Sohns An- und Urauherrn löblicher Gedächtnüß iederzeit löblichen in Brauch gewesen. † Accedit 27
diploma Ruberti Comitis Palatini ArchiPrincipis Electoris, qvo jura Electoris Bohemiæ in Comitiis Metensibus *Anno 1356.* confirmavit, §. 2. inqviens: *Licet de juribus Serenissimi Principis, Domini Regis Bohemiæ illustris, Coëlectoris, Conprincipis & Collegæ nostri, nulla sit juris seu facti dubietas, qvia ipse ab atavis, proavis, avis & progenitoribus suis, ad instar nostri & qvorumlibet aliorum Coëlectorum Principum, in Electione Romani Regis ad Imperium promovendi, pleno jure fretus sit hactenus & fruatur, sicut hoc luce clarius semper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non existit &c.*

Similiter † in electione Philippi 28

pi Imperatoris Erphordiæ *Anno 1198.* peractâ, Regem Bohemiæ primum dedisse suffragium, probat Electorale diploma, qvo electio illa Pontifici Romano insinuatur, in cujus subscriptione inter Principes seculares, primo loco legitur Rex Bohemiæ, apud Baron. *in annal. Ecclesiast. tom. 10.*
29 *Anno 996.* †Et defuncto Rudolpho Cæsare, *Anno 1292.* Francofordiæ Regem Bohemiæ per Legatos saltem electioni Regis Romanorum interfuisse, testis est Gerhardus ArchiEpiscopus in instrumento eâ de re confecto, qvod ita habet: Nach dem wir in verschienen 1291. Jahre / unsern MitChurfürsten zur Wahl eines Römischen Königs / einen Tag zu Franckfurth angestellet haben / allda denn mit unserer und unser MitChurfürsten / denen solche Wahl gehörig / Bewilligung / die berühmte Männer / ꝛc. des Königs aus Böheimb besondere / mit voller Macht unnd Gewalt Abgesandte / vor uns unnd unserer MitChurfürsten Gegenwärtigkeit / des Großmächtigen Fürsten und Herrn Wenceslai Königs in Böheimb / Marggrafen zu Mähren und Hertzogen zu Krackaw und Sandomirien Entschuldigung vorgebracht / und solches daß er zu dieser Wahl eines Römischen Königs selbst persönlichen aus Ehehafften nicht erscheinen können / mit ihrem Eyde bekräfftiget und erhalten / und uns desselbigen ihres Königes Stimme / deren er sich sonsten als ein Churfürst uñ bey der Käyserlichen Wahl der Ertzschencke / Macht zugebrauchen hat / anheim gestellet haben / wir auch mit Willen unserer MitChurfürsten seine Simme angenom̃en / Also haben wir so wol für unsere Person / als an statt und von wegen vorgemelten Königs in Böhmen / den Durchläuchtigsten Fürsten und Herrn *Adolphum*, Grafen von Nassaw zu einen Römischen König erwehlet. Dubrav. *lib. 18. histor. Bohem. fol. 149.* Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap. 271. anno 1292.*
† Porrò de electione Ludovici IV. Bavari, scribit Henric. Rebdorff. 30
Luduvicus Junior, filius Luduvici Ducis Superioris Bavariæ, Anno Domini 1314. in die B. Lucæ Evangelistæ, per majorem partem Electorum Imperii, videlicet per Dominos Petrum ArchiEpiscopum Moguntinum, Balduinum Archiepiscopũ Treverensem, JohannemRegem Bohemiæ & Waldmarum, Marchionem Brandenburgensem, in Franckenfurt est electus ad Regem, &c. in annal. *anno 1314.* apud Freher. *germ. rer. script. tom. 1. fol. 421.* † Cui assentitur Decretũ 31
electionis sub dato Franckfurt 10. *Kalend. Novemb. An. 1341.* cujus hoc est

est prologium: *Sanctissimo ac beatissimo in Christo, Patri ac Domino, Domino Sacrosanctæ Ecclesiæ summo Pontifici futuro: Balduinus DEI & Apostolicæ sedis gratiâ Trevirensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus, Sacri Imperii per Galliam ArchiCancellarius; Johannes DEI gratiâ, Bohemiæ & Poloniæ Rex: Woldemarus, Marchio Brandenburgensis, ac Johannes Dux Saxoniæ Senior, humiles & devoti, cum omni reverentiâ devotissima pedum oscula beatorum. Vacante nuper per felicis recordationis obitum Serenissimi Domini Henrici, qvondam Romanorum Imperatoris, ipso Romanorum Regno seu Romano Imperio, & nobis unà cum Reverendo Domino Petro, Moguntino ArchiEpiscopo, nec non Reverendi Domini Henrici, ArchiEpiscopi Coloniensis; Illustrium Principum, Johannis Bohemiæ & Poloniæ Regis, Rudolphi Ducis Bavariæ, Comitis Palatini Rheni: Waldemari, Marchionis Brandenburgensis ac Ducis Saxoniæ honorabilibus Procuratoribus, ad qvos tàm de jure, qvàm de consvetudine antiqvâ & approbatâ jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorẽ postmodum promovendum noscitur pertinere, solenniter concordantibus in diem electionis hujusmodi &c.* apud Georg. Herwart. *in Ludov. IV. Imper. part. 1. fol. 10. & fol. 22.* & Gewold. *de S. Rom. Imp. Septemvirat. cap. 6. n. 37.*

32 Nimirum † colligunt & probant hinc Politici, Regem Bohemiæ non modò Electorem fuisse, sed & ipsi primum votum in electione Imperatoris inter Electores laicos competiisse, etiam ante Auream Bullam ex consvetudine antiqvâ & approbatâ, ut textus loqvitur *in tit. 7. §. 1. junct. tit. 4. §. 3. Aur. Bull.* Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* Gewold. *dict. cap. 6. n. 37. & cap. 9. n. 2.* Windeck. *de Princip. Elect. origin.*

33 Abeant ergò, † qvi demum à Carolo IV. Imp. Regi Bohemiæ primum locum & votum inter Electores seculares tributum asserunt, cujus opinionis autor est Albert. Krantz. *lib. 4. Saxon. cap. 28.* qvem insecuti sunt Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. cap. 4. concl. 41. lit. B. in fin.* Dom. Arum. *disc. 3. ad Aur. Bull. concl. 13.* Bertram. *in dissert. de Comit. Imper. concl. 66.*

34 † Fefellit enim Krantzium vulgaris illa & trita Electorum ab Ottone III. facta enumeratio, in qvâ Rex Bohemiæ plerunqve ultimo loco assignatur. Sed scire debuisset Krantz. id non ordinis causâ fieri consvevisse, sed qvia Rex Bohemiæ, licet primus Electorum, postremò tamen soleat officium suum Pincernarium in Curiâ Imperatoriâ deservire, ut videre est *in Aur. Bull. tit. 27.* ubi primùm Dux Saxo-

Saxoniæ pabulum eqvis; Dein
Marchio Brandenburgicus aqvâ
manibus; tum Comes Palatinus
dapem mensæ; Rex Bohemiæ de-
niq; potum Imperatori ministrat,
non dignitatis aut præcedentiæ
alicujus, sed solâ naturæ ipsius ra-
tione, & vitæ humanæ communi
consvetudine observatâ. Ubi au-
tem præcedentiæ ratio habetur,
semper Rex Bohemiæ primo loco
nominatur, Melch. Goldast. *in Bo-
hem. lib. 3. cap. 5. n. 13.*

35 Abeant etiam † qvi Regem Bo-
hemiæ non nisi cum Septemvi-
rûm Electorum suffragia æqvali-
ter divisa inter sese dissenserint, ad
electionem Regis Romanorum
citandum, statuunt, ut ipse hoc
demum in casu vocatus, eorum
arbiter existat, juxta Rythmos
vulgares:

Ich bin der Churfürstē Oberman/
Weil man nicht wol eins werden
kan/
Und wann sich etwa in der Wahl/
Zutrüg ein Zwietracht dazumal/
Welchem ich denn die Stim̃e mein
Thu geben/ der soll Käyser seyn.

In Actis Bohem. part. 1. in pr. veluti
sentiunt Petr. de Andlo *lib. 2. de
Rom. Imp. cap. 2.* Robert. Bellarm.
lib. 1. de translat. Imper. cap. 1. Sca-
kicet. *in cap. venerabilis. in pr. extr.
de elect.* Henning. Göden. *consil. 1.
n. 10.* Georg. Schönborn. *lib. 5. Po-
lit. c. 33.* Joach. Clut. *in syllog. rer. qvo-
tid. c. 24. lit. e. vers. olim Bohemus.* Na-
tal. Comes *lib. 1. histor. fol. 6.* Johan.
Dubrav. *lib. 6. histor. Bohem. fol. 43. &
fol. 50.* Onuphr. Panvin. *de Comit.
Imper. c. verior septem.* Paul. Jovius
lib. 30. histor. tom. 2. fol. 555. Arnold.
Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 6.
cap. 19.* Henning. Arnis. *lib. 2. de
Republ. cap. 6. Sect. 5. n. 45.* † qvi o- 36
pinionis suæ vix aliud fundamen-
tum, qvam ex Glossa juris Saxon.
petitum proferre valent. Ita enim
habet Glossa Landrecht / *lib. 3. art. 57.*
Electio Regi Bohemiæ non cedit,
ubi Electores invicem concorda-
verint; sed si discrepent, ita qvod
tres eligant unum, & alii tres ali-
um. Ex his duobus potest consen-
tire in unum, qvem voluerit. † Sed 37
qvam debilis sit juris Saxonici, ne-
dum Glossæ autoritas contra Im-
perii Leges & Auream Bullam,
qvamqve suspecta pariter *supra
num. 16. & 17. & Sect. 5. num. 35.* pro-
batum dedimus. Nec ratio Glos-
sæ aut Doctorum tanti est, ut
qvemqvâ movere debeat. † Qvid 38
si enim vota non essent paria, sed
duo hunc, duo illum & duo alium
eligant, poteritne Rex duorum
votis accedens, majora constitue-
re & qvatuor illos diffidentes vin-
cere? Non certè: Lupold. de Be-
benburg. *in tract. de Imper. Roman.*
cap.

cap.12. Sigismund. Seld. *in conf. pro Ferdin. I. Imper. contra Paul. IV. Pap. q.1. n.19. vers.* Ob nun das Reich.

39 Sufficiant itaq; † nobis tot Impp. Decreta, totq; Sanctiones pragmaticæ suprà relatæ, qvæ Regi Bohemiæ non modo votum ordinarium in Senatu Electorio, sed & primum inter Electores laicos locum adjudicant, addicunt & assignant, in qvibus omninò acqviescendū, Reinkingk *lib. 1. de regim. secul. & ecclesiast. class. 4. cap. 3. num. 24. & seq.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. cap. 4. concl. 49.* Gewold. *de S. Roman. Imper. Septemvirat. cap. 9.* Christ. Besold. *lib. 2. de Regia Success. dissert. 3. n. 7.* Windeck. *de Princip. Elect. orig. cap. 1.* Kirchner. *de Republ. disp. 4. th. 3.*

40 Deniq; † qvid multis hodiè opus est verbis, postqvam litem hanc in Aureâ Caroli IV. Imperatoris Bullâ decisam videamus, in qvâ Regi Bohemiæ in ordine Electorum tertium, & inter Laicos primum decernitur votum, *dict. tit. 4. § 3. & tit. 7. § 1. Aur. Bull.* † Et 41 sic observandum fuisse in electionibus Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani II. Impp. testantur *Protocolla, Decreta & intimationes,* apud Gold. in Politischen Reichshändeln/ *part. 1. cap. 5. tit. 24. & tit. 31.* Reichssatzungen/ *part. 2. anno 1531. fol. 230.* Verzeichnüß des *Actus* der Wahl. † Maximil. II. Cæsaris, *in* 42 *allegatis* Politischen Reichshändeln/ *cap. 8. vers.* im ersten Glied/ *fol. 67.* Georg. Sabinus *in histor. de elect. & coronat. Caroli V. Imper.* Simon Schardius *in narr. de elect. Maximil. II. Imper.* Adam & Nicol. Heyden. *in hist. de elect. & inaugurat. Maximil. II.* † Idemq; de ele- 43 ctionibus Imp. Matthiæ *An. 1612.* & Ferdinandi II. *Anno 1619.* qvibus ipsemet adfuit, refert Melchior Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 6. n. 21.* † Qvod & in nuperrimâ electione 44 D. Ferdinandi III. Cæsaris invictissimi & gloriosissimi, practicatum novimus.

SECTIO XI.

Rex Bohemiæ qvatenus hodiè sit & dicatur Status Imperii?

SUMMARIA.

1. *Jura Regis Bohemiæ summatim comprehensa.*
2. *Disceptant invicem Goldastus & Arumaeus, num Rex Bohemiæ sit Status Imperii.*

3. Fun-

3. Fundamentum primum Arumæi id negantis.
4. Borussi & Livoni cur ab Imperio neglecti?
5. Regnum Bohemiæ nullo comprehenditur Imperii circulo. n. 6.
7. Secundum Arumæi fundamentum.
8. Status Imperii non est, qvi in Comitiis jus Sessuræ ac voti dicendi non habet.
9. Rex Bohemiæ non vocatur ad Comitia.
10. Ab annis propemodum ducentis Rex Bohemiæ Recessibus Imperii non subscripsit.
11. Tertium fundamentum Arumæi. n. 12.
13. Bohemiæ Regnum nobile Imperii membrum.
14. Reges Bohemiæ obnoxii haud sunt Constitutionibus Imperii.
15. Qvartum Arumæi fundamentum.
16. Primum Goldasti Argumentum pro Rege Bohemiæ.
17. Regnum Bohemiæ feudum est Imperii, n. 18.
19. Secundum Goldasti fundamentum.
20. Rex Bohemiæ Princeps Imperii.
21. Principes Imperii sunt qvoq; Imperii Status.
22. Tertium Goldasti fundamentum. n. 23.
24. Status dicuntur qvod in iis Imperium stet & subsistat.
25. Qvartum fundamentum Goldasti.
26. Electores & Principes Imperii, Regem Bohemiæ pro Statu Imperii agnoscunt.
27. Conciliatio veræ sententiæ affirmativæ & negativæ.
28. Status Imperii qvinam propriè dicantur? n. 29.
30. Qvatenus subsistat sententia Arumæi?
31. Qvandoq; Status vocabulum in lata & impropriâ accipitur significatione.
32. Immediatus qvi est, non statim in Comitiis jus Sessuræ ac voti habet.
33. Certo respectu dicuntur Principes qvidam Status Imperii, qvantumvis Comitiorum haut participes.
34. Rex Bohemiæ qvo respectu dicatur Status Imperii à Goldasto?
35. Nobiles immediati latâ Status Imperii significatione comprehensi.

1 QVæ hactenus de Rege Bohemiæ dicta fuère, † summatim ita comprehenduntur, qvod licet Bohemus olim Comitiis Imperialibus tàm universalibus qvàm particularibus, Conventibus scilicet ArchiPrincipum Electorum Collegialibus adfuerit, hodiè tamen nulla soleat visitare Comitia, nisi ea, in qvibus de electione

Regis Romanorum agitur: Elector nihilominus est; sed ad electionis actum saltem deputatus. *At num etiam Status Imperii?* Quæ-
2 stio hæc † non usq; adeò expedita, sed inter *Domin. Arumaum*, & *Melchiorem Goldastum ab Heiminsfeld* acriter & multùm disceptata fuit. Ille enim Regem Bohemiæ Statum Imperii esse negat, *in tract. de Comit. Imper. cap. 4. n. 45. & seqq.* Hic verò id affirmat, *in Bohem. lib. 3. cap. 3.* secutus Gevvoldum *de Septemvirat. cap. 9. in fin.* & Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. Imper. cap. 1. n. 17. & cap. 2. n. 126.* Auct. *Responsi in causa* Hessen *contra VValdeck*, die *exemption* betreffend. Marq. Freher. *lib. 2. de Re monetar. cap. 4. n. 1.* Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 4. n. 97.* & Paul. Matth. Wehner. *in observat. pract. verb.* Stand des Reichs. *vers. ex Principib. Politic.*

Utraqve opinio urgentissimas habet rationes. Nam pro stabi-
3 liendâ † suâ negativâ, dicit (1) Domin. Arum. *dict. cap. 4. n. 45.* omnem Imperii Statum uni ex decem Circulis, qvibus totum Imperium divisum est, adscriptum esse, *Recess. Imper. de Anno 1512.* §. Drauff haben wir/ꝛc. *Recess. Imper. de Anno 1522.* §. Hernach folgen die Zehen Kreiß/wie und in welche Ort die in das Reich ausgetheilet. Nec ullum dari Statum, qvi non uni Circulorum sit addictus: † ex qvo 4
Borussi & Livoni ab Imperio neglecti putantur, qvod prætextu exemtionis se Circulo ascribi detrectârint. Regem verò Bohemiæ † nullo comprehendi Circulo, uti 5
ex inspectione *dictorum Recessuum de anno 1512. & 1522.* constat, nec per se Bohemiam Circulum facere, multis contra Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 2. n. 5. & lib. 4. cap. 8. & in consultat. de offic. Elect. Bohem.* defendit Arum. *de Comit. cap. 2. n. 41.* † adsentiente Ferdi- 6
nando I. Rege Bohemiæ *in gravaminibus pro libertate Coronæ Bohemicæ, Fratri Carolo V. Imperatori in Comitiis Augustan. Anno 1548. exhibitis & supra Sect. 9. n. 22.* verbotenus relatis, *in verb.* Dieweil die Reichssteuere bißher alleine uff die Stände in den Zehen Kreisen bestimmet/geschlagen worden/und aber die Cron Böhmen in keinem Kreiß befunden würde/ ꝛc. Concludit hinc ergò Arum. nec Regem Bohemiæ Imperii Statibus verè adnumerari.

(2) *Deinde:* † Status Imperii 7
Romano-Germanici, qvi esse & pro tali reputari velit, qvatuor qvalitates seu inseparabilia potiùs adjuncta, ut habeat, necesse ait post alios, Christoph. Besold. *de*

de jurisdict. Imper. Roman. qvæst. 8.
Primò enim in Comitiis uni[illegible]er-
salibus stationem sessionemqve
obtinere, & sententiæ jure gau-
dere. *Secundò* in Albo seu Matri-
culâ Imperii in der Reichsmatri-
cul, ejus nomen extare debet. *Ter-
tiò* obveniente necessitate certi
qvid pensitare, subsidiumvè mili-
tare subministrare tenetur: ubi
porrò necesse est, illud subsidium
non nisi Imperatori immediatè
præstari, Andr. Gail *lib. 1. obser-
vat. 21. n. 2.* Tob. Paurmeist. *lib. 1.
de jurisdict. cap. 6. n. 2. & seqq.*
Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict.
par. 1. cap. 4. n. 27. & seqq. Quar-
tò* in suis territoriis merum mix-
tumq; Imperium & omnimodâ
jurisdictionem ut habeat, reqvi-
ritur: vigore cujus ipsum Impe-
ratorem in suis territoriis repræ-
sentat, Paul. Matth. Wehner. *in
observat. pract. verb.* Stand des
8 Reichs. † Imprimis verò urgent
vulgò jus Sessuræ & suffragii in
Comitiis: & ex sententiâ non-
nullorum satis probatum cense-
tur, aliqvem esse Imperii Statum,
si constet, ipsi ad Consilium ali-
qvot Electorum, Principum vel
Civitatum liberum patere aditū,
Daß er auff den ReichsTägen einē
Zutritt habe und zu Rath gezogen
werde/ ejusq; nomen inseri Ca-
talogo inscriptionum ad finem
Imperii Recessuum, ut probat ex
Meichsnero Wehnerus *in obser-
vat. pract. verb.* Rath. Christoph.
Besold. *dict. loc.* † Jam si hæc ad 9
Regem Bohemiæ accommode-
mus, eum vel propterea saltem
Statum Imperii haud esse, fateri
nos oportet, qvia in Comitiis u-
niversalibus sive generalibus jus
sessuræ atq; suffragii hodiè non
habet, ut *suprà Sectione IX.* ratio-
nibus & autoritatibus probatum
dedimus. Addatur Hartm. Maur.
in tract. de coronat. Caroli V. Imper.
ubi ait, ad Comitia & Conventus
Imperii Regem Bohemiæ non vo-
cari, Marq. Freher. *in not. ad Petr.
de Andlo lib. 2. cap. 2.* Lehman. *lib.
7. Chron. Spirens. cap. 124. n. 6.* Jo-
ach. Clut. *in syllog. rer. qvotid. con-
cl. 24. lit. e.* Natal. Comes *lib. 16.
histor.* Christoph. Besold. *de jur.
Imper. Roman. qvæst. 7. in fin.* † ne- 10
q; ab annis propemodum ducen-
tis Rex Bohemiæ ullis Recessibus
Imperialibus subscripsisse legitur,
fatente ipsomet Goldasto *in Bo-
hem. 4. cap. 5. n. 14.*

(3) Et si contributiones atqve
subsidia militaria (ex qvibus Im-
perii Statum non minùs cogno-
scendū, modò diximus ex Christ.
Besold. *de jurisdict. Imper. Roman.
qvæst. 8.*) pensitaverimus, in opi-
nione Arumæi negativâ multum
confirmabimur. † Constat enim 11
ex

ex *Recessu de Anno 1500. tit.* Folget weiter im Abschiede. §. wie man mit dem Könige zu Ungern/ etc. cum Regibus Ungariæ & Poloniæ de ope adversus Turcam præstandâ, similiter & cum Rege Bohemiæ tractari solere: qvo sanè opus haut foret, si ad contributiones & subsidia militaria, perinde ut
12 alii Status cogi posset. † Neq; enim ibidem de Regibus Ungariæ & Poloniæ principaliter, de Rege verò Bohemiæ obiter saltem ad captandam Regis Ungariæ benevolentiam, tractari, ut sentit Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 16. n. 8.* vocabulum *præcipuè*, besonders der König in Böhmen / luculenter evincit, monente Arum. *dict. c. 4. n. 60.*

13 † Qvâ de causâ etiam Regnum Bohemiæ, nobile Imperii membrum ipse vocat Carolus IV. *in Constit. de jur. Elect. Regi Bohem.*
14 *compet.* † Nempe qvod Reges Bohemiæ Constitutionibus Imperii obnoxii haut sint, *Receß. August. de Anno 1551. §. 53. & 54.* nec contributionibus aliisqve oneribus graventur, Hartm. Maur. *in tract. de coronat. Caroli V.* Berh. Bertram. *de Comit. concl. 31.*

15 (4) Qvin † nec ipsemet Ferdinandus I. Rex Bohemiæ Statibus Imperii se associari voluit, uti clarescit ex gravaminibus in Comitiis August. *Anno 1548.* exhibitis & *supra Sect. 9. n. 22.* relatis, *in verb.* So wissen sich auch Ihr Königl. Maj. nicht zuberichten/ daß sie in Zeit ihrer Böhmischen Regierung / dorinn doch etwan viel Reichshülffen bewilliget uñ geleistet werden / ie beleget / noch umb Hülffe ersucht were / noch vielweniger eine erlegt hätte. Zu dem/ daß ein König zu Böhmen/ zu einigem ReichsTage nicht beschrieben würde/ auch weder Stand noch Stimme in ReichsRath hätte/ etc.

Econtrà verò, qvod Rex Bohemiæ sit Status Imperii, prout communiter sentiunt Politici *supra adducti*, argumentis haut contemnendis demonstrari potest.
† Etenim qvis (1) inficias ire velit, Regnum Bohemiæ æqvè ac reliqvos Electoratus Statuumq; Imperii possessiones & territoria, esse Imperii feudum, Regesq; Bohemiæ Imperatorum vasallos & pares Curiæ Imperialis ac juramento fidelitatis & homagii obstrictos, convictus *Aur. Bull. tit. 7. §. ult. tit. 8. tit. 25. & tit. 27. in pr. & Constitutione Caroli IV. Imp. de Electione Regis Bohemiæ* puda Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. Anno 1348. fol. 342.* & Doct. Eysen in *deduct. Bohem. in Beylagen. n. 19. Decreto Alberti I. Cæsaris de absolutione VVenceslai III. Bohemiæ & Polo-* 16

Poloniæ Regis à Banno Imperiali, apud Goldast. *dict. tom. 1. const. Imper. An. 1305 fol. 317. Recess. Ratisb. Frider. III. Imp. de Anno 1471. §. 57. Recess. August. Maximil. I Imper. sub Rubr.* Wie man mit den Königen / ꝛc. *fol. 60.* † Nec non diplomatibus in-
17 vestiturarum Friderici II. Imp. *de Anno 1216. & 1231.* Friderici III. *de Anno 1462.* & Caroli V. Imp. *de Anno 1531.* apud D. Eysen *dict. loc.*
18 † Qvô & facit juramentum Matthiæ Regis Ungariæ & Bohemiæ, in reqvisitione pro investiturâ Regni Bohemiæ, Rudolpho II. Imp. *Anno 1611.* oblatâ: Dagegen bin ich erbötig/gewönliche Gelübd und Eyd zu *præstiren*, Ewer Käys. Maj. und dem heiligen Römischen Reich ümb solche Verleihung getrew / gehorsam und gewertig zu seyn/Ew. Käys. Maj. für meinen rechten LehenHerrn zuhalten und alles zuthun / was einem Ertzschencken und Churfürsten des heiligen Römischen Reichs zuthun von rechts und alter Gewohnheit wegen gebühret. Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 3. n. 44.* Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2 cap. 2. fol. 167.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bullam concl. 88. lit. C.* Christoph. Besold. *in disc. polit. 5. de Statu Rerump. subalt. cap. 7. n. 10.* Lehman. *lib. 5. Chron. Spirens. cap. 74. fol. 575. & cap. 105.* Joach. Cluten. *in Syllog. rer. qvotid. concl. 24. lit. e.* Regn. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 2. n. 24.* Mart. Neapolit. *de jurisdict. part. 1. cap. 26. n. 66.* Qvod si verum, uti verissimum est, cur non & Reges Bohemiæ perinde atq; alios Imperii Vasallos & Electores, Statibus Imperii accenseremus?

(2) Hinc porrò fit, † qvod Re- 19
ges Bohemiæ verissimè sint & dicantur Principes S. Imperii. Veluti Wenceslaus Rex Bohemiæ in confirmatione Concessionis factæ Ludovico Duci Bavariæ, à Rudolpho I. Cæsare, ait: *Nos VVenceslaus DEI gratiâ Rex Bohemiæ, Dux Cracoviæ & Sandomiriæ, Marchioq; Moraviæ S. Romani Imperii Princeps & Pincerna. sub dat. Pragæ anno 1291.* apud Goldastum *de S. Rom. Imper. Septemvirat. cap. 9.* Et Fridericus. III. Imper. in confœderatione cum Georgio Bohemiæ Rege factâ Brunnæ *anno 1549.* inqvit: *Orbis Dominus, Imperator videlicet Augustus & Principum suorum potissimus & Elector, Rex scilicet Bohemiæ &c.* apud Doct. Eys. *in deduct. Bohem. in Beylag. n. 33.* Idem testatur Adolphus Cæsar in literis investituralibus Wenceslao Regi Bohemiæ concessis Francofurti *Anno 1292.* hisce verbis: *Ut ipsum tanqvàm Imperii Principem præinsignem, amplioribus præ cæte-*

ris nostræ beneficentiæ radiis illustremus. Hagec. *in Chron. Bohem. part.*
20 *1. an. 1292. fol. 353.* † Qvò & facit investitura Uladislao Regi Bohemiæ facta Viennæ *Anno 1477.* hisce verbis: Die unser uñ des Reich förderste sind/ und uns die Bürde des heiligen Reichs mittragen helffen/ apud Doct. Eys. *dicto loco.* Si ergò Rex Bohemiæ est Princeps Imperii, absq; dubio etiam erit
21 Imperii Status, † qvia Princeps Imperii dicuntur Status Imperii & Civitatibus Imperialibus præferuntur, Auctor Des ausführlichen Berichts/ wie es auff Reichs-Tägen pfleget gehalten zuwerden. Bertram. *de Comit. concl. 28.*

22 (3) Iq; eò magis † qvia Regnum Bohemiæ est primarium & nobile Imperii membrum, prout Carolus IV. Imperator & Rex Bohemiæ asserit, Regnum Bohemiæ fore membrum nobilius Imperii Romani. *in confirmatione Privilegii à Friderico II. Imperatore concessi, sub dato Pragæ anno 1548.* apud Goldast. *in Constit. Imper. tom.*
23 *1. fol. 342.* † Et in confirmatione Electorum Imperii, super incorporatione terrarum Bavariæ cum Regno Bohemiæ, in Comitiis Norimbergensibus factâ, *anno 1355.* sancitur: *Et tantò solertius de ipsius (Regni Bohemiæ) meditari curavit (Carolus IV. Imperator) augmento, qvanto & dilatatione suarum propaginum, velut à membro nobili, Sacrum Romanum Imperium novit indubiè laudabilius honorari:* Et potestà: *Tum qvia hujusmodi terrarum spatia Regni Bohemiæ, velut insignis membri Serenitatis Cæsareæ insignis reqvirit nobilitas,* Dan. Otto *in dissertat. de jur. publ. Imper. Roman. cap. 10. fol. 225.* Qvod cum ita sit, & Rex Bohemiæ principale Imperii membrum habeatur, conseqvi inde necesse est, ut etiam Status Imperii existat, qvia sine principali suo membro corpus stare neqvit, aut integrâ retinere substantiam. † Nam & pro- 24
pterea Status Imperii dicuntur, qvod in illis ceu membris, id est, basibus & columnis ipsum Imperium stet & subsistat. Melch. Goldast. in Bohem. *lib. 3. cap. 3. n. 4.*

(4) Deniq; † Regem Bohemiæ 25
à Coëlectoribus cæterisq; Principibus pro Imperii Statu haberi, evidenter probat eorundem Replica in Conventu *anno 1610.* Pragæ habito, Matthiæ Austriaco, Hungariæ Regi *sub dato 28. Junii,* exhibita. *in verb:* Es müssen aber Chur-und Fürsten dieses wolmeynendlich dabey erinnern/ daß in solchen wichtigen Sachen/ so *respectivè* das heilige Römische Reich *ratione* des KönigReichs Böheimb/ weil

weil der König von Böheimb ein Stand des Reichs/ der sieben Chur fürsten einer/ und des Römischen Käysers Ertz-Schencke ist/ *concerniren* thut / man ohne zuthun Chur- und Fürsten/ weil man die nechstge essene leichtlich darzu erfordern können/ da es sich doch ziemlich verweilet gehabt/ billig nichts fürnehmen oder schliessen sollen/ rc. † Eadémq; fuit sententia Electorum atq; Principum in Conventu Mülhusino *anno 1620.* in dehortatorio Decreto ad Electorem Palatinum directo, de Regno Bohemiæ commonentium : Insonderheit aber das Haupt und die Glieder im Reich beysammen in ihrem behörigen *respect*, Stand / Hoheit unnd Freyheit/ rc. ruhig und unbetrengt seyn und bleiben mögen. Qvorum Electorum ac Principum sola autoritas satis superq; pollens ac potens esse debet, ad convincendam eorum opinionem, qvi Regem Bohemiæ statu suo abdicant, nisi viderem, plerosq; juris publici peritos ab hâc inconvenienti opinione dissentientes, in Electorũ ac Principũ illorum sententias cõcedere, inqvit Gold. *dict. c. 3. n. 4.*

26

Hæcq; sunt argumenta, qvæ â Dom. Arumæo & Melch. Goldasto proferuntur. Qvibus ne qvicqvam roboris aut firmitatis detrahamus, † utriusq; sententiam subsistere dicimus, modò Status Imperii vocabulum rectè accipiamus, qvod æqvivocum dicit Matth. Bort. *apud Dom. Arum. tom. 1. jur. publ. discurs. pen. th. 7.* & Christ. Besold. *de jurisdict. Imper. Roman. qvæst. 8.* † *Primò* enim propriè & strictè accipitur pro Ordinibus & Senatoribus, qvi proprio jure unà cum Imperatore in Comitiis statuere possũt, germanicè Reichs-Räthe / Stände des Reichs. qvi nempe decem illis Imperii Circulis comprehenduntur, in Comitiis jus sessionis atq; suffragii habent & Imperio contribuunt, ac summatim, qvi in matriculâ Imperii & catalogo indictionum, in des Reichs Anschlägen oder Anlagungen reperiuntur, Besold. *dict. loc.* Nam † qvi sessionem in Comitiis habent, aut de eâ cum aliis ratione prælationis certant, propriè dicuntur Status oder Reichs-Stände/ *Recess. de anno 1500.* §. Wie die Irrunge der *Session &c. ibi:* Daß alle und iede Stände des heiligen Reichs/ wes Würden/ Standes oder Wesens die seyn/ so der *Session* oder Standes halben/ rc. *Recess. de anno 1544.* §. Und als sich im Anfange/ *ibi:* Demnach wolten wir/ daß einem ieden Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen und Stande solches dieses Reichs-Tages ungefährliche *Session &c. Recess. de an. 1548.*

27 28 29

1548. §. Als sich auch. *Recess. de anno 1559.* §. Als sich dann / ꝛc. *Recess. de anno 1576.* §. Ferner und zum
30 Siebenden / ꝛc. † Et conveniens esse Statum oder Reichsstand dici, & Sessionem certam in Comitiis non habere, videtur innuere Imperator *in Recess. de anno 1570.* §. Nachdem auch noch etliche. *ibi:* Domit dann derselben ihre gebührliche *Session* und Stimm im Reichs-Tag eingeben / und also das Reich an seinen Gliedern und Anlagen gestärcket würde / seynd wir erbötig / mit denselben billige Verordnung zu chester Gelegenheit fürnehmen zulassen: qvo sensu Regem Bohemiæ, ut qvi ad Comitia hodiè non vocatur, nec jus sessionis & suffragii habet, *supra Sect. IX.* haut Imperii Statum esse, verissimè scripsit Dom. Arum. *de Comit. cap. 4.* idq; ejusdem argumenta luculenter probant.

31 *Deinde* † Status vocabulum impropriè qvandoqve accipitur, omnesq; eos comprehendit, qvi solum Imperatorem superiorem agnoscunt, aut saltem jus territorii cum omnimodâ jurisdictione habent, Andr. Gail *lib. 1. observat. 21. n.* 4. Statibus tamen propriè sic dictis aggregari non possunt.
32 † siqvidem qvi immediatus est aut jure territorii fruitur, non protinus votum aut Sessionem habet in Comitiis, uti constat *ex Recess. Imper. de anno 1555.* §. Dieweil aber etlich. *ibi:* So dem Reich ohne Mittel unterworffen und Reichs Stände sind. Qvidam ergò immediati sunt, qvi tamen Status Imperii haut sunt. Idq; clarius elucescit *ex Recess. de anno 1564.* §. Und wollen wir / *ibi:* Gegen denen so nicht Stände des Reichs / iedoch dem heiligen Reich *immediatè* unterworffen / diese *Constitution exerciren.* † Eâq; latâ Status acceptio- 33
ne, omnes Principes omniaq; Imperii membra, licet jus sesseræ & suffragii in Comitiis non habeant, ab Interpp. Status indigitari solent, ut sunt Ratzevilius in Lituaniâ & TransSylvanus. Marta Neapolitan. *de jurisdict. part. 1. cap. 26. n.67.* Dux Mediolani. Marta *dict. part. 1. cap. 33. n. 38.* Dux Mantuæ. Natta *vol. 2. consil. 402. n. 6.* Dux Mutinæ & Regii. Marta Neapolitan. *dict. cap. 33. n. 78.* Marchio Montisferrati. Marta *dict. loc. n. 48.* qvorum neuter ad Comitia admittitur, Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 161. n. 4.* attamen qvia Principes & Vasalli Imperii sunt, in latâ significatione Status Imperii vocantur. † Qvid- 34
ni ergò etiam hoc sensu Regem Bohemiæ Statum Imperii diceremus, cum Gevvoldo Paurmeistero, Goldasto, *aliisq; suprà allegatis?*

† Præ-

35 † Præsertim cum & Nobiles immediatos hâc latissimâ Status Imperii significatione comprehensos videamus, Domin. Arum. *de Comit. cap. 4. n. 74.*

CAP. VI.

Circa fœderum jura qvatenus potestas Cæsarea per Capitulationem sit limitata; qvidq; Imperatoris officium exigat?

SUMMARIA.

1. *Laudes Utopiæ gentium apud Thomam Morum.*
2. *Fœdera nunqvam improbanda.*
3. *Fœdera sunt arietes Rerumpublicarum.*
4. *Imperium confœderatis carere neqvit.*
5. *Qvilibet Rex aut Princeps æmulum & adversarium habet.*
6. *Non improbantur fœdera in sacris.*
7. *Arctissima confœderatorum est amicitia.*
8. *Fœdera omni tempore à populis & gentibus contracta.*
9. *Fœdera Romanorum.*
10. *Jura fœderum cura & officio Principis incumbunt. n. 11. 19.*
12. *Imperatoris potestas circa jura fœderum limitata.*
13. *In contrahendo fœdere Imperator Electorum consensum reqvirere necessum habet.*
14. *Verba Capitulationis hâc de re.*
15. *Non admittendæ confœderationes Principum illicitæ. n. 16.*
17. *Confirmantur in Capitulatione licitæ Principum confœderationes, nec non Unio Electorum.*
18. *Abolendæ sunt societates Mercatorum onerosæ.*

1 LAudat Thomas Morus Utopiæ gentes (id est, prudentiores) qvod fœdera cum nemine contrahant, qvum naturæ consortium fœderis vice habendum, & homines meliùs benevolentiâ qvàm pactis, animo qvàm verbis conjungantur, nec is, qvi naturam negligit, verba curet, *lib. 2. Utopiæ.* Sed Principes hæc non fallant: † Nunqvam enim tàm forte est vinculum fœderis naturalis, ut hujus vigore qvisqvam propriæ cum vitæ & salutis periculo alterum defendere se obstrictum existimet: qvod tamen 2

men fit promtè à confœderatis
intuitu auxilii, qvod in casu si-
3 mili expectant. † Sunt ergò fœde-
ra qvasi arietes, qvibus pravæ acti-
ones & conatus nefarii adversa-
riorum improborum destruun-
tur atqve in nihilum rediguntur.
4 (1) Vix etenim confœderatis † ullũ
Imperium carere potest, Zachar.
Victor. *de exempt. th. 12.* Reinkingk
de Regim. secul. & ecclesiast. lib. 2. class.
3. c. 3. num. 13. cum nullum unqvam
fuerit inventum, qvod non facti-
onibus internis aut finitimo ali-
qvo laboraverit inimico, Philipp.
5 Comin. *lib. 5. cap. 18.* † neqve Rex
aut Princeps, cui non æmulum &
adversarium Deus excitârit, Ge-
org. Richter. *axiom. histor. 162.* ut
verissimum sit Aristotelis effatum
lib. 8. Ethicor. Ut qvisq; maximè
opibus, principatu atqve potesta-
te excellit, ita eum amicis maxi-
mè indigere. (2) Nec propterea
6 † in sacris fœdera contracta im-
probantur, qvin potiùs proban-
tur, ut Abimelechi & Abrahami,
Genes. 21. qvod posteà inter Abi-
melech & filium Abrahami Isaa-
cum fuit continuatum; Jacobi
cum Labano, *Genes. 31. vers. 44.*
Josuæ cum Gabeonitis, *Jos. 9. v. 15.*
Davidis cum Jonathane, *1. Samuel.*
5. vers. 3. Salomonis cum Hira-
mo, *1. Reg. 5. v. 12.* Josaphat cum A-
chabo, *1. Reg. 22. vers. 24.* aliorumq;,
qvos refert Waremund. ab Eren-
berg *de fœder. lib. 1. cap. 2. pag. 127. &*
seqq. † (3) Jus porrò naturale si in- 7
spiciamus, consentaneum huic
fateri oportet, copulare amicitiã,
Aristot. 4. *Ethicor.* Arctissima ve-
rò est amicitia inter confœdera-
tos, ubi alter alteri omnia, pro-
priamq; credit salutem, qvæ verè
& propriè est amicitia, *l. ult. ubi pu-*
pill. educ. l. is. qvi 44. ff. de negot. gest.
Tiraq. *in l. si unqvam. vers. libertus.*
n. 92. cum seq. C. de revocand. donat.
Zwinger. *in theatr. vitæ human.*
lib. 7. vol. 3. p. 899. Senec. *lib. 1. Epist.*
3. (4) † Hocq; gentes ac populi 8
facto suo qvovis tempore decla-
rârunt, fœdera cum vicinis pan-
gendo: prout fecerunt Athenien-
ses cum Peloponesiacis populis,
Thucyd. *lib. 1.* & cum Archivis, Ma-
næis & Elæis, in annos centum o-
perâ Alcibiadis, Thuc. *lib. 5.* Plut.
in vitâ Alcib. † Similiter Romani 9
fœdus percusserunt cum Latinis,
Liv. *lib. 2.* Hannibal cum Cartha-
ginensibus, Liv. *lib. 1. decad. 3.* Ro-
mani cum Carthagine. Liv. *lib. 3.*
decad. 3. Successores Alexandri
cum Samnitibus *Anno mundi 3661.*
Liv. *lib. 9. decad. 1.* & Carolus Ma-
gnus cum Nicephoro Græciæ Im-
peratore, *anno Christi 803.* Ware-
mund. ab Erenberg *dict. lib. 1. de fœ-*
der. cap. 2. n. 14.

Principis itaq; officium cum
ma-

maximoperè in Status conserva-
tione consistat, nec minoris sit
laudis, Rempublicam conservare
& tueri, qvàm ab initio collocare
10 & fundare, Aristot. *4. Polit. 1.* † u-
tiq; nunqvam non ipsi incumbit
pro ratione temporis atq; status,
fœdera contrahere: qvibus sicut
discordiâ dissolvuntur Regna, ea-
dem vicissim colligantur & con-
11 servantur: † ut non immeritò ju-
ra fœderum curæ Principis & Im-
peratoris committantur. Veluti
SCtum de Imperio Vespasiani fa-
ctum, qvod Romæ in Capitolio
extat, expreßè potestatem fœde-
ris contrahendi Imperatori con-
fert: *Fœdusvé cum qvibus volet, fa-
cere liceat, ita uti licuit Divo Augu-
sto, Tito, Jul. Cæsari Aug. Tiberioq;
Claudio, Cæsari Augusto Germanico,*
Joh. Barth. Mar. *in antiq. Romæ. to-
pogr. lib. 2. cap. 9.* Mat. Salamonius
in tract. de princip. lib. 6. Just. Eccard.
in explicat. Leg. Reg.

12 Qvamvis hodiè † circa fœde-
rum jura Imperator absolutã po-
testatem non habeat, sed modo
qvadruplici eam per Capitulatio-
nem Cæsaream limitatam reperi-
amus. *Primò* enim jus pangendi
fœdera adeò fuit constrictum, ut
Electorum consensum & autori-
tatem adhibere necessum habeat.
13 † In hæc siqvidem verba jurat Rex
Romanorum recens electus: *Nos
qvoq; ipsi nulla fœdera, nullamvé li-
gam cum exteris Notionibus, vel et-
iam in ipso Imperio, in rebus Imperi-
um concernentibus, tractabimus, fa-
ciemus aut inibimus, nisi priùs consul-
tis, atq; ob id in loco commodo tem-
pestivè convocatis Principibus Ele-
ctoribus, & obtentâ vel omnium pa-
riter, vel saltem majoris eorum par-
tis voluntate & consensu,* Joh. Slei-
dan. *lib. 1. Comm.* Melch. Goldast.
in Polit. Imper. † Verba modernæ 14
Capitulationis D. Ferdinandi III.
Imper. invictissimi, ita habent:
Wir sollen uñ wollen darzu für uns
selbst/ als erwehleter Römischer
König/ in des Reichshändeln auch
kein Bündnüß oder Einigung mit
frembden *Nationen*, noch sonst im
Reich machen/ wir haben denn zu-
vor die sechs Churfürsten deßhal-
ben an gelegene Mahlstadt zu ziem-
licher Zeit erfordert/ unnd ihren
Willen sämptlich oder des meh-
rentheils aus ihnen/ unnd zwar
auff einer *Collegial* Zusammen-
kunfft/ unnd nicht durch abson-
derliche Erklärungen (es were
denn/ daß *publica salus & utilitas*
eine mehrere Schleunigung erfor-
derte) in solchen erlanget/ wie
denn der jenige *modus* so aus ge-
wissen erheblichen Ursachen/ bey
tractation des Pragerischen Frie-
dens ist gehalten worden/ ins
künfftige zu keinem *præjuditz* oder

consequentz angezogen / noch ausgedeutet werden solle / inmassen solches ohne das / in gemeldtem FriedenSchluß gnugsam versehen ist.

15 *Secundò:* † Non licet connivere Cæsari ad fœdera subditorum illicita, sed ejusmodi confœderationes & conspirationes tollere & prohibere obstrictus est, vigore promissionis in Capitulatione, hisce verbis factæ: *Cunctas etiam incompetentes ac odiosas confœderationes, colligationes & coitiones subditorum, nobilium & plebejorum insuper motus, seditiones & vim injustam in Electores, Principes & cæteros Status jam institutas, aut in posterum instituendas tollemus, prohibebimus, & de consilio atq; auxilio ipsorum Electorum, Principum & cæterorum Statuum, eas competentibus, legitimisq; modis compescemus, & ne in futurum fiant, providebimus*, Goldast. *in Polit: Imper. part. 12.*

16 † Verba D. Ferdinandi III. Imper. hæc fuerunt: Wir sollen und wollen auch alle unziemliche häsige Bündnüssen / Vorstrickungen und Zusammenthuungen der Unterthanen / des Adels / und gemeinen Volcks / auch die Empörung unnd Auffruhr und ungebührliche Gewalt / gegen den Churfürsten / Fürsten und andern Ständen fürgenommen / und die hinführo geschehen möchten / auffheben / abschaffen / und mit ihrer der Churfürsten / Fürsten unnd anderer Stände Rath und Hülffe daran seyn / daß solches wie sichs gebühret und billig ist / in künfftiger Zeit erboten und fürkommen werde.

17 *Tertiò:* † Neqve econtrà licitas confœderationes Principum tollere vel prohibere Imperatori fas est, qvin potiùs peculiariter Confraternitatem & unionem Archi-Principum Electorum in Capitulatione verbis disertis confirmat: Gestalt wir dann auch der Churfürsten gemeine unnd sonderbare Rheinische Vereinigung / als welche ohne das mit Genehmhaltung und *approbation* der vorigen Käyser rühmlichen uffgerichtet / so wol in diesen / als allen dorinn begriffenen Puncten / auch unsers theils *approbiren* und *confirmiren* thun.

18 *Quartò:* † In specie verò confœderationes & societates Mercatorum onerosæ, illicitæ & maximè perniciosæ habentur, qvas propterea Cæsar se aboliturum juratò in Capitulatione promittit hisce verbis: Wir sollen und wollen auch die grosse Gesellschafften der KauffsGewerbsLeute / so bißher mit ihrem Gelde regieret / ihres Willens gehandelt / und mit Wucherung viel Ungeschickligkeiten dem Reich / desselben Einwoh-

nerern

nerern und Unterthanen mercklichen Schaden/ Nachtheil und Beschwerung zugefüget/ zufügen/ und noch täglich thun gebähren / mit ihrer der Churfürsten und anderer Stände Rath/ nachdem/ wie deme zu begegnen/ hiebevor auch bedacht und fürgenommen/ aber nicht vollstrecket worden/ gar abthun.

19 Nimirum † eò studium & laborem intendere promittit Rex Romanorum, ne absq; consensu Electorum de rebus, Imperium concernentibus fœdera contrahantur, subditorumq; confœderationes illicitæ admittantur, nec contrà licitæ prohibeantur, Imperii Romano-Germanici commodo & utilitate hoc efflagitante, ut pluribus jam demonstrabitur.

SECTIO I.

Inconsultis ArchiPrincipibus Electoribus, non licet Imperatori fœdera pangere: qvæq; sit causa hujus constrictæ potestatis?

SUMMARIA.

1. Non nisi Majestate præditi fœdera rectè contrahunt.
2. Prudentia Helveticorum in contrahendis fœderibus.
3. Non pangunt fœdera Angli absq; consensu Regis.
4. Fœdera sancire, jus Majestatis habetur.
5. In contrahendis fœderibus requirit Imperator consensum Electorum.
6. Neq; aliis in Regnis jus fœderum absq; Ordinum assensu exercetur. num. 7. 8. 9.
10. Causæ potestatis constrictæ circa fœderum jura. n. 11. 21.
12. Qvænam causæ sufficientes fœderum? n. 13.
14. Fœdera offensiva sunt illicita.
15. Conditiones fœderum probè sunt ponderandæ.
16. Bona fides in fœderibus maximè necessaria est.
17. Confœderati in infortunio haut relinqvendi.
18. Fœdera Salis qvænam dicantur?
19. Fœdus perpetuum inter Regnum Bohemiæ & Domum Saxonicam.
20. Perpetuis fœderibus nihil perniciosius.
22. Fœdera invitis Ordinibus contracta infirma existunt.
23. Fœdera potiùs cum Regno qvàm Rege contrahenda. n. 25.
24. Burgundiæ Dux cum Regno Anglicano iniit fœdus.

 Qvum

QVum ad solos Principes Rei-
publicæ cura spectet, meritò
qvoq; jus fœderum iis competit:
1 † Soli enim qvi Majestatem ha-
bent, fœdera rectè contrahunt,
Bornit. *de Majest.* Waremund. ab
Erenberg *libr.1.de fœder.cap.2.n.28.
& seqq.* M. Anton. Peregr. *de jure
fisci lib.1.tit.1.num.15.* Damhoud. *in*
2 *prax.crimin.cap.82.n.18.* † Ideoqve
sapienter Helvetii non aliter fœ-
dus cum Tramulio inire volue-
runt, qvàm acceptis, qvi capite
punirentur, nisi Princeps rem ra-
3 tam haberet: Et laudabiliter † An-
gli belli gerendi causâ profecturi
ad exteros, Regi suo sanctè & con-
ceptissimis verbis promittunt, se
nullas conditiones pacis cum ho-
ste firmaturos citra Regis ac Pro-
cerum voluntatem, Arnold. Clap-
mar. *de arcan. Rerumpubl.lib.1.c.20.*
4 † Hinc fœdera sancire jus Maje-
statis habetur, *l.2.§.23.ff.de orig.
jur.l.5.* & ibi Dd. *ff. de pact.* Christ.
Besold.*lib.1.Polit.cap.3.*Bornit.*dict.
loco.* Waremund. ab Erenberg
dict.loco.

Qvod tamen in Imperio Ro-
mano-Germanico ita constrictū
& limitatum fuit per Capitulati-
5 onem Cæsaream, ut † Imperato-
ri neutiqvam fas sit, absq; volun-
tate & consensu ArchiPrincipum
Electorum fœdera inire. Nec
noviter hoc introductum, sed
jam dudum à Maximiliano I. Im-
per. promissum est Statibus: Auch
sollen wir/ 2c. ohne Wissen unnd
Willen jährlicher Versammlung/
keine Bündnüß oder Einigung
mit frembden *Nationen* oder Ge-
walten machen / die dem Reich zu
Schaden/ Nachtheil oder zu wider
seyn möchten/ 2c. In Handhabung
des Landfriedens/ *Anno 1495.* zu 6
Wormbs gehalten. † Qvin neqve
aliis in Regnis jus fœderum absq;
Ordinum assensu à Regibus exer-
cetur, sed sæpissimè apud Gentes
fœdera, qvò sanctiora sint & fir-
miora, in Senatu vel in Curiâ ma-
jore aut Comitiis Optimatum
populivè promulgantur, Johan.
Bodin. *lib.1. de Republ.cap.6.* † Eâ 7
namq; lege committebatur qvon-
dam Hungariæ Regnum, ut ne
cum exteris citra Senatus autori-
tatem amicitiam aut fœdus Rex
iniret; prout Uladislaus II. &
Matthias I. jurare coacti fuêre,
Bonfin. *de reb. Ungar.decad.4. libr.
9.in fin. & libr.10.in pr. & decad.3.
libr.9.* † Pariter Johannes III. Rex 8
Sveciæ juramento cavit, qvod si-
ne Ordinum consensu nec edi-
ctum proponere, nec tributum
indicere, nec in carcerem conji-
dere, nec bellum movere, nec fœ-
dera contrahere voluerit, Chytr.
lib.3.Saxon. † Regem qvoqve Po- 9
loniæ, si qvando fœdera cum ex-
teris

teris inire velit, hoc Statibus Re-
gni Poloniæ communicare neces-
se habet, teste Cromer. *Polon. lib. 2.*
Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper.
Roman. lib. 2, cap. 2. n. 100.*

Sed hæc cur tàm cautè & solen-
10 niter agenda? (1) † Non solùm
qvod hoc modo Imperator majo-
ri benevolentiâ & fidelitate Prin-
cipes sibi devinciat: cum nullum
firmius sit præsidium ipsorum be-
nevolentiâ, Liv. *lib. 8.* Warem.
ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n.
223.* utq; omnis tollatur suspicio
de fœderibus contractis in ipso-
rum præjudicium, Ludolph.
Schrader. *de feud. part. 10. sect. 7. n. 30*
11 (2) † Sed & qvod circa causam pa-
riter & modum confœderationū
prospectè sit procedendum, resq;
prudenter agitanda: tantoq; cau-
tiùs, qvantò majus periculum in-
de Reipublicæ imminere vide-
tur. Nunqvam enim non anxiè
qværitur in pangendo fœdere,
num causa sufficiens confœdera-
tionis existat? Num hic vel ille
cum hoc vel alio, & qvomodo fœ-
deris se nexu ritè & utiliter con-
12 jungat? † Nec enim satis est, cau-
sam esse justam & honestam, si
non qvoq; sit necessaria, Sveton.
in August. cap. 21. Qvalis est, qvæ
publicam imperii salutem, patriæ,
libertatis, subditorumqve conser-
vationem ac defensionem respi-
cit, Frider. Hortleder. *in disc. ad
Johan. Sleid. lib. 24.* apud Goldast.
in Polit. Imp. part. 31. fol. 1378. Joach.
Mynsing. *cent. 6. observat. 2.* † Aut 13
si vis illa repellatur, *l. 3. ff. de just. &
jur.* sive illa corpus concernat, si-
ve bona, sive honorem, sive etiam
propinqvos, Ludolph. Schrader.
de feud. part. 9. cap. 4. num. 61. Alber.
Gent. *de jur. belli. l. 1. cap. 7. 8. 9. & 10.*
ubi causas justi & necessarii fœ-
deris refert. † Offensionis verò 14
causa nunqvam justa est, adeoqve
& fœdera offensiva habentur il-
licita, Mynsing. *dict. observat. 2.*
Reinh. König *in theatr. Politic. part.
1. cap. 5.*

Conditiones porrò fœderum
accuratam & providam disqvisi-
tionem reqvirunt: † Et qvidem 15
ab initiò statim benè consideran-
dum ac perpendendum est, qvi-
bus conditionibus, & qvomodo
fœdus ineatur; cum semel con-
tractum, absqve causâ sine perfi-
diâ frangi neqveat. Ut non absq;
ratione ironicè dixerit Fridericus
III. Saxoniæ Elector: *Bonum esse
facere fœdus, sed væ ei, qvi id ser-
vet.* Abrah. Bucholtzer. *in Chro-
nolog. sub anno 1530.* Si enim ul-
libi in contractibus bona fides
necessaria, omnium maximè † in 16
fœderibus & conventionibus pu-
blicis ratio ejus habenda est; qvip-
pe

pe qvarum religione nihil antiqvius. Qvâ de causâ Turcæ detestabiles reputantur, qvod fœdera non fide, sed utilitate solâ metiantur; Contzen. 8. *Polit. cap.* 24.
17 *n.3.* † Nec etiam in summo periculo & infortunio confœderati relinqvendi, nec à pactione semel initâ, una pars, alterâ invitâ recedere potest, sed qvisq; fœderatorum cum alio aliqvid incommodi patienter ferat, necesse est, si aliter majus malum vitare velit: prout cecinit Silius Ital. *lib.13.*

Fœdera, mortales, ne sævo rumpite ferro,
Sed castam servate fidem: Fulgentibus Ostro
Hæc potior Regnis. Dubio qvis frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linqvere amici,
Non illi domus aut conjunx, aut vita manebit
Unqvam expers luctûs, lachrymæq;. Aget æqvore semper
Ac tellure premens, aget ægrum, nocte dieq;
Despecta ac violata fides. —

18 Qvin & † de tempore saltem & diuturnitate fœderum maximoperè consultandum est; qvia haut parum Reipublicæ interest, fœdera contracta num sint temporaria, an verò perpetua: qvæ fœdera Salis appellitatur, propterea qvod nihil eorum, qvæ ex elementis sunt concreta, sale sit incorruptio, Bodin. *lib.4. de Republ. cap. ult.* ubi ait, Diabolum, ut qvi rerum corruptionem procurat, à sale ceu signo immortalitatis abhorrere. † Ejusmodi fœdus perpetuum ictum est inter regnum Bohemiæ & Domum Saxonicam, Warem. ab Erenb. *lib.2. de jur. fœder. cap. ult. n.64.* † Perpetuis hisce fœderibus nihil perniciosius esse statuit Joh. Bodin. *lib.5. de Republ. cap.6.* adeoq; potius fœdera ad certum & definitum tempus contrahenda, *ait*, cùm & hæc temporaria fœdera semper renovari qveant, maximè si inita fuerint cum pacto de renovando, si placuerit, Bodin. *lib. 6. cap.4.* Waremund. ab Erenberg *dict. cap. ult.* 19 20

21 † Annon ergò causa fœderum cum Proceribus Regni communicanda? annon ipsorum consilium super modo & conditionibus fœderum reqvirendum? Annon propterea in Imperio Romano-Germanico ArchiPrincipum Electorum consensus & autoritas adhibenda erit? Non certè cautè & providè aget Cæsar, si hoc facere neglexerit: nec tutus erit ab omni periculo, qvod vel saltem ob non adhibitum Statuum consensum, ex deliberatione immaturâ ipsi imputari potest, Andr. Gail

Gail *de pac. publ. cap. 4.* Warem. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. cap. 2. n. 32.* Albert. Gentil. *de jur. belli.*
22 *lib. 1. cap. 3. pag. 31. & 32.* † Ex qvo communiter invitis Ordinibus fœdera, qvæ pacta sunt, infirma existunt, Schard. *de feud. part. 10. sect. 7. n. 30. pag. 233.*

23 (3) † Plurimumq; refert, num fœdera cum Rege solummodò, an verò cum Regno sint contracta: Priori namq; casu, mortuo Rege fœdera exspirant, Vincent. Cabot. *lib. 2. disput. jur. publ. c. 13.*
24 † Hinc Burgundiæ Dux cum Rege Regnoq; Anglicano fœdus contraxit, in qvo Angliæ Urbes qvatuor pignoris loco fuêre constitutæ, Comin. *lib. 6. cap. 6. fol. 226.*
† Et cum Eduardus IV. Rex An- 25
glorum Regno exutus, opes Francorum per Legatos imploraret, responsum fuit legatis: *Cum Anglorum Rege Regnoq; contractum esse fœdus, nec adversus Angliæ Regem novum Regnumvè salvis fœderibus, bellum geri posse.* Johann. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 6. n. 579.* Ut vel propterea Electorum consensum & autoritatem fœderibus contrahendis adhibendam, qvivis necessum duxerit.

SECTIO II.

Haut improbanda sunt fœdera in Imperio Romano-Germanico cum Hispanis inita.

SUMMARIA.

1. *In contrahendis Fœderibus qvalitates personarum paciscentium probè ponderandæ.*
2. *Cum qvibus fœdera contrahenda? n. 4. 22.*
3. *Fœdus cum Hispaniarum Rege contractum videtur suspectum. num. 12.*
5. *Cum principe extraneo fœdus pangere num prohibeant LL. Imperii?*
6. *Superbia Hispañorum.*
7. *Fastus Antonii Levæ militis Hispanici.*
8. *Martini Ivañii Hispani jactantia.*
9. *Hispani meditantur Monarchiam universalem.*
10. *Conatus Hispanorum bellicus in Belgio. n. 11.*
13. *Opinio VVaremundi ab Erenberg. de fœdere cum Rege Hispan. ineundo.*
14. *Qvatenus cum exteris Principibus in Imperio fœdera licitè contrahantur? n. 15.*
16. *Qvadraginta septem fœdera cum Regibus Galliæ contracta.*
17. *Explicatio* der Handlung des Friedens *Maximiliani I. de anno 1495.*

18. Liga cum exteris inita.
19. Fœderi Chambortico interfuit Rex Galliæ.
20. Non improbat Aurea Bulla fœdera Principum exterorum.
21. Non facilè cum exteris fœdera pangenda.
23. Rex Hispaniarum potentissimus.
24. Cautè cum Hispaniar. Rege fœdera tractanda.

1 IN contrahendis fœderibus inter alia prudens Reipublicæ gubernator personas paciscentes, cum qvibus sibi agendum est, probè observare, earumq; conditionem & qvalitatem maturè pensitare solet. Siqvidem cum omnibus indifferenter nec tutò nec u-
2 tiliter fœdera panguntur: † non certè cum iis, qvi nec nos tueri, nec à nobis defendi possunt, Christ. Besold. *in Polit. lib. 2. cap. 6.* & cum populo libero fœdera firmiora, qvàm cum Principibus iniri, autumat Machiavell. 1. *comm.*
3 *59.* † Eorumq; qvi in diversâ Politiæ formâ vivunt, fœdera admodum periculosa judicat Junius *Polit. qvæst. 79.* nec non cum iis contracta, qvi diversi sunt humoris. Ex qvo orta disceptatio inter Politicos: An cum Hispaniarum Rege fœdus sit cōtrahendum? qvam
4 † disputationem non tàm facilem atq; expeditam esse, ut primo intuitu appareat, inqvit Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 140.*

5 præterqvam enim † qvod Imperii legibus prohibitum sit, fœdera pacis cum Principe extraneo contrahere, non certè ea admittit ratio lingvæ, morum atq; ingenii, qvâ naturaliter Hispani & Germani dissidere videntur. Et si vel solam Hispanorum superbiam pensitemus, notum est, multa eos sibi imaginari, † in tantum, 6
ut ex opinione vivere putentur, fingendo nunqvam facta, nunqvam futura, qvod jamdudum fassi sunt Portugalli, dictitantes: *Se niti potiùs eo qvod se esse putant, qvàm eo qvod revera sunt.* Georg. Frider. Limp. Baro *apud Frider. Achill. in orat. contra Hispan. pag.*
321. † Qvin & superbiæ Hispanicæ solus Antonius Leva miles 7
testis esse posset, qvi, ut caput etiam coram Imperatore tegeret, capiti suo malè esse asseruit, Thuan. *lib. 1. histor.* † & Martinus Iva- 8
nius Alcantaranæ militiæ in Hispaniâ Magister, qvo fastum suum post mortem etiam extenderet, sepulchro suo hæc verba incidi curavit: *Hic jacet Martinus Ivanius, in omni periculo experti timoris animo.* Qvod Carolus V. facetè excepit: *Credo*, inqvivens, Eqvi-

Eqvitem hunc nunqvam candelam ardentem digito attigisse, Casp. Ens *in thesaur. Polit.*

9 Qvis etiam nescit,† Regem Hispaniarum instigantibus Jesuitis & autore Pontifice meditari Monarchiam, ac Concilio Tridentino invecto Religionem in Augustanis Comitiis & insuper multis inseqventibus annis & Constitutionibus approbatam cum gente Germanicâ delere, Imperiiq́; majestatem sibi applicare, nobilissimamq́; Aqvilam incaveare constituisse, Joh. Garf. *in Orat. de*
10 *Pontif. coronat.* † Et qvorsum conatus iste bellicus Hispanorum in Belgio? Nimirum ut jugo imposito terræ Belgicæ & libertate penitùs ereptâ, in suæ dominationis potestatem redigant universa, Unde progredientes, corroboratis deinde viribus vicina regna & finitimas terras, Germanicam potissimum Nationem facilius & majore apparatus fortunâ oppugnare, potentiam omnium debilitare, & Religionis sanctitate eversâ, ipsam deniq; Imperii Majestatem sibi applicare, & Domini atq; Monarchæ Christiani nominis evadere possint, Christoph. Carlevvitz & Joach. Camerar. *in consil. pro Republ. contr. Hisp. tyran-*
11 *nid.* † Hæcq; omnia autore Pontifice & ipsius asseclis pro defensione suæ auctoritatis & dignitatis, cujus interitum qvasi præ oculis vident, si non inveniant aliqvos, qvorum auxilio fulciantur, nullos autem alios magis idoneos esse judicant, qvàm Hispanos, qvos elatos animis concupiscentes ardua & superstitionibus mirificè devinctos sciunt atqve norunt, Auct. *qvæst. An Pontif. magis qvam Hispan. Reg. ad Monarch. univers. prop. extimesc. sit?* Euseb. Philadelphus *in qverel. libert. German.* † Ex qvo fœdus cum Hispa- 12
nis initum maximoperè videtur improbandum: accedente præsertim odio qvasi insito atq; innato inter Germanos & Hispanos, qvod bello germanico & belgico mirificè confirmatum fuit.
† Cum Hispaniarum itaq; Rege 13
non tanqvam cum Hispano, sed Duce Burgundiæ utiliter fœdus contrahi, scribit Waremund. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 143.*

Sed non putandum, fœdera cum Hispanis inita legibus Imperii adversari, qvippe † qvæ ex- 14
terosâ fœderum jure nullibi excludunt, sed ut consilio & consensu ArchiPrincipum Electorum cum iis fœdera contrahantur, imperant, uti ex verbis Capitulationis Cæsareæ clarescit (kein Bündnüß mit frembden *Natio-*

tionen noch sonsten im Reich machen / wir haben denn zuvor die Sechs Churfürsten deshalben an gelegene Wahlstadt erfordert/ rc.) Tantum scilicet abest, leges Imperii ejusmodi fœdera prohibere, ut etiam necessitate & utilitate Imperii suadente, ea contrahi ju-
15 beant. † Ac licet Imperator Maximilianus I. societatem cum exteris Nationibus contrahere inhibuerit. In der Handhabūg des Friedens zu Wormbs/ *de anno 1495. sub tit.* Die Königl. Maj. soll keinen Krieg anfahen/ rc. Jul. Pflug *in Orat. de Republ. germ. curand.* id tamen non observatum fuisse, vel
16 inde constat, † qvod Principes Germaniæ cum Regibus Galliæ qvadraginta septem fœdera contraxisse perhibeantur, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* † Qvin
17 nec Maximilianum Imp. fœdera exterorum prohibuisse, si ad pacis publicæ conservationem spectêt, liqvet manifestè ex verbis Maximiliani *dict. tit.* Die Königl. Maj. soll keinen Krieg anfahen. *vers.* Noch einig Bündnüß mit frembdē *Nationen* machen/ die dem Reich zu Schaden/ Nachtheil oder zu wider seyn möchten. Interdicta nimirum sunt fœdera cum exteris duntaxat ea, qvæ in perniciem & detrimentum Imperii vergere possunt. Ergò licita, qvæ in utilitatem Imperii contrahuntur, *arg. l. 63. §. videamus. ff. de condit. & demonstr.* Waremund. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 238.* Et † ut 18
ligas cum exteris initas silentio involvamus, nonne Smalcaldici fœderis socii, Galliæ & Angliæ Reges de auxilio solicitârunt, Johan. Sleidan. *lib. 17. de Statu Relig.* † In 19
fœdere porrò Chambortico, Galliæ Regem primas tenuisse, ex historicis novimus. † Qvid, qvod 20
Aur. Bull. in tit. 15. generaliter loqvatur & fœdera Statibus Imperii indifferenter pangere permittat, nec ab iisdem exteros excludat.

Ac licèt † tàm facile cum exte- 21
ris iisq́;, qvi non in proximo habitant, fœdera facienda haut sint, eò, qvod nunqvam stabile ac diuturnum judicatur, qvod à remotissimis & invitis promittitur animis: Attamen qvia ejusmodi confœderati semper sunt eligendi iisqve adhærendum, † qvi plurimū 22
nobis in bello prodesse, vel inimici nocere possunt, Liv. *lib. 8. dec. 1.* & aliàs etiam cum potentibus, fœdera ineunda: † Rex autem Hi- 23
spaniarum potentissimus habeatur, cujus Uxor fortuna, qvæ pro dote attulit in Mariti domum potentiæ perpetuitatem, qvæqve facit, ut maritus totum terrarum Orbem facilè movere & hinc inde

pro-

propellere possit, ut ait Georg. Baro Stubenberg. *apud Frider. Achill. in Orat. pro Hispan. pag. 357.* qvis negare ausit, fœdera cum ipso ceu potentissimo terrarum Rege utiliter contrahi? si maximè non extendantur extra Imperii Regiones, sed saltem respectu earum Regionum, qvæ in Imperio, non verò in aliis mundi partibus sitæ sunt, cum Hispano fiant, certisqve limitibus & conditionibus circumscribantur: † qvi- 24
bus suspiciones prætensæ Monarchiæ facilimè removeri poterunt: Et qvis scit, an homines isti suspiciosi verè aut falsò ita opinentur, utut etiam hæc opinio apud peritos pariter & imperitos vehementer crescat, Dresser. *in Orat. de Pontif. insidiis per German.*

SECTIO III.

Licita habentur fœdera, cum Turcâ aliisvè infidelibus defensionis causâ in Imperio, consensu Electorum inita.

SUMMARIA.

1. Cum Turcis & Saracenis num fœdera licitè contrahantur?
2. Argumenta negativæ opinionis.
3. Fœdera cum infidelibus jure divino prohibita.
4. Fœdera ejusmodi multum periculosa. n. 6.
5. Fidem fallunt Turcæ confœderati.
7. Fœdus Francisci I. Gall. Regis cum Turcâ contra Carolum V. Imp.
8. Pœnituit Franciscum I. hujus fœderis.
9. Cum Turcâ aliisq; infidelibus defensionis causâ licitè fœdera contrahuntur.
10. Argumenta hujus opinionis. n. 14.
11. Non prohibita conversatio politica cum infidelibus. n. 13.
12. Probantur fœdera cum infidelibus de jure divino.
15. Pontifices fœdera cum Turcis pepigerunt. n. 16.
17. Respondetur ad argumenta contraria. n. 19.
18. Qvare Israëlitis fœdera cum Cananæis inire prohibitum.
20. Fœdus Francisci I. Gall. Reg. cum Turcâ qvare habitum pro illicito?
21. Illicitum cur fœdus Henrici II. Galliæ Regis cum Solimanno.
22. Noluit Cancellarius Galliæ fœdus istud consignare.
23. Excusatio Electoris Saxon. & Langravij Hass. ad falsam fœderis cum Turcâ initi inculpationem.
24. Contra Turcam fœdera pangenda.

25. Non denegabunt operam Veneti.
26. Veneti timent Turcarum potentiam.

1 CUm sæpius fœdera etiam cum infidelibus, puta Turcis, Saracenis, &c. pangi videamus, num & rationale hoc sit, fœdusqve cum Turca initum subsistat licitumq; habeatur, à Politicis controvertitur? Negantibus siqvidem nunqvam non rationes probabiles præstò erunt. Si enim (1)
2 † jura sacra perpendamus, fœdera ejusmodi à Deo disertè prohibita, fateri necesse habemus: ita namq; inqvit *Exod. 34. Cave, ne unqvam cum habitatoribus terræ istius jungas amicitias.* It. *Deut. 7. Non inibis cum eis fœdus. Amos cap. 5. Me qværite & vivetis, nolite in Bersabe transire. Matth. 10. In viis gentium non incedite*, It: *Jos. 23. v. 12. Qvod si volueritis gentium harum, qvæ inter vos habitant, erroribus adhærere & cum eis connubia miscere, atq; amicitias copulare, jam nunc scitote, qvod Dominus DEUS vester non eas delebit ante faciem vestram, sed in foveam & laqveum*
3 *vobis erunt.* † Qvare & Judæorum cum Ægyptiis confœderationem factam sancti Prophetæ vituperant, *Esai. 30. 31. & 36.* Alber. Gentil. *de jur. Belli lib. 3. cap. 19.* Petr. Martyr *loc. comm. class. 4. cap. 16. n. 23.* Georg. Schonborn. *lib. 4. Polit. cap. 36.* Zepper. *de legib. Mosaic. cap. 6. lib. 4.* Richter. *axiom. Polit. 277.* La nove *disc. 21.* Frider. Tilem. *disput. Digest. 1. thes. 17. vol. 1.*

(2) † Accedit, qvod fœdera hæc plerumq; sint periculosa & maximè infelicia. Nam convictus & conversatio protenus inficit, Plin. *lib. 29. cap. 2.* Et serpunt vitia ac in proximũ qvemq; transiliunt & contactu nocent, Senec. *de tranqvillit. cap. 7.* ac præsertim de Turcis refert Leunclavius. *lib. 1. histor. Musulm. & in pand. Turc. cap. 175.* † eos nullo prorsus fœdere cum Christianis ita obstringi posse, qvin permittente eorum Alcorano, ubi id è re suâ fuerit visum, inde recedere qveant. Neq; felicia esse ejusmodi fœdera, probat exemplum † Hugonis Italiæ Regis, cui ob fœdus cum infidelibus pactum, cuncta infelicissimè successisse, ipsumq; tandem à suis rejectum fuisse, scribit Baron. *in annal. sub anno 499. & seq.* nec non hanc ipsam ob causam, Imp. Berengarium à suis occisum, Baron. *sub anno 924.* 4 5 6

(3) Hinc improbatum qvondam fuit † fœdus Francisci I. Regis Galliarum cum Imperatore Turcico initum, qvo Carolo V. Gallias nimis arctanti resistere promtius posset: de qvo extant Ger- 7

Germanorum Principum qverelæ *in Recess. Imp. Spirens. de Anno* 1544. §. Vnd demnach/ 2c. *ibi:* Vnd dieweil man öffentlich befunden/ daß der König von Franckreich sich nicht allein mit bemeltem Feind dem Türcken in Bündnüß eingelassen/ sondern auch demselben dergestalt anhängig gemacht/ daß er ihn wider gemeine Christenheit beweget hat/ daraus dem Reich teutscher *Nation* unnd gemeiner Christenheit noch mehr verderblicher unn unwiederbringlicher Schaden entstehen möchte. So achten wir auch/ 2c. gedachten König von Franckreich nicht weniger denn den Türcken für einen gemeinen Feind der Christenheit zuhalten / und derowegen gegen ihm / gleich wie gegen dem Türcken / mit thätlicher Handlung und Straffe zuverfahren/ und umb so viel desto mehr/ daß darob andere Christliche Potentaten Vrsach schöpffen mögen/ sich künfftig solcher unchristlichen

8 Handlungen zuenthalten. † Ipsumq; Regem Galliarum Franciscum in ultimo vitæ articulo facti sui pœnituisse, ex qverelâ ejusdem lamentabili abundè colligendum, qvam hisce formalibus protulisse fertur: *Perii, heu perii, qvod volui esse fœderatus ei, qvi hostis est Christiani nominis*; Et Cardinali consolationem è sacris literis suggerenti, *Omnis*, inqvit, *mihi misericordia clausa est, qvi ut æmuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turcâ, & Christianorum capita tanqvam armenta ad Mahometanam servitutem vivus vidensq; passus sum abigi*, Schönb. 4. *Polit.* 36.

Ast nimirum improbantur hæc fœdera cum Turcis, si fuerint offensiva: † Cœteroqvin defen- 9
sionis causâ contra infideles, Imperatorem adhibito ArchiPrincipum Electorum consensu, in casu præsertim necessitatis, cum Turcâ fœdus licitum contrahere nemo negaverit, perpendens (1)
† qvod & jure gentium cum infi- 10
delibus commercia habere, cum iisq; contrahere fas sit: qvidni ergô etiam eorundem auxilio in licito justoq; bello, ubi nullum Religionis periculum versatur, uti? Becan. *in analog. veter. & nov. Testam. cap. 17. qvæst. 6.* Jun. *qvæst. polit. 74. fol. 260.* Reinh. König *in theatr. polit. part. 1. cap. 5. n. 82. & seqq.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. discurs. 4. th. 35.* cum nihil intersit, qvâ qvis ratione se
defendat per se, an per alium. † 11
Qvò & facit istud D. Ambrosii: *Julianus*, inqvit, *Imperator qvamvis esset Apostata, habuit tamen sub se*

*ſe Chriſtianos milites, qvibus cum di-
cebat: producite aciem pro defenſione
Reipublicæ, obediebant ei: Cum au-
tem dicebat: producite arma in Chri-
ſtianos, tunc cognoſcebant Impera-
torem cæli, c.94. cauſ. 11. qvæſt. 3.* Si
ergò fidelis cum infideli arma cō-
jungere valet contra infidelem,
qvare non etiam iſtius auxilium
implorare? Helfr. Ulric. Hunn.
de pact. cap. 2. qvæſt. 4. p. 43.

12 (2) Nec† Iſraëlitis indifferen-
ter cum infidelibus fœdera con-
trahere prohibitum fuiſſe, clare-
ſcit ex fœdere Abrahami inito
cum Regibus infidelibus Eſchol
& Aner contra Reges infideles,
Gen. 14. v. 13. Cum Abimelecho,
Gen. 22. Davidis cum Rege Phili-
ſtæorum, *1. Samuel. 7.* Salomonis
cum Pharaone, *3. Reg. 3.* Judæ
Maccabæi cum Romanis, *1. Mac-
cab. 8.* Simonis Sacerdotis cum
Spartanis & Romanis, *1. Maccab.
14.* Qvin potiùs exempla hæc fœ-
dera infidelium luculenter pro-
bant, Caſp. Finck, *Cantheol. 70.*

13 (3) Si non intercedat cum in-
fidelibus communio & converſa-
tio de Evangelio & Religione, †
nihil ulterius obſtat, qvo minus
ſalvâ conſcientiâ fœdera cum
Turcis iniri qveant; Nimirum
qvod externa converſatio cum
infidelibus prohibita non ſit;
Celſus Mancinus *in tract. de jurib.
Princip. lib. 6. cap. 17.* † Qvod a- 14
deò verum putat Tiber. Decianus
vol. 3. Reſponſ. 20. ut Princeps Chri-
ſtianus pro ſui ſuorumq; bono-
rum tutelâ, etiam adverſus alios
Principes Chriſtianos fœdus ini-
re & amicitiâ infidelibus jungi,
ab iisq; auxilium efflagitare poſ-
ſit.

(4) † Et fecerunt id Pontifices, 15
ferente ita neceſſitatis ratione.
Metuentes namq; Hiſpani ambi-
tionem & rapacitatem, apud Tur-
cam, æternum nominis Chriſtia-
ni hoſtem, & fœdera & auxilia ad-
verſus illius vim qvæſiverunt, tùm
nimirum, cum Pontifex Hiſpania-
rum & Luſitaniæ Regibus Indias
ad ſedem Romanā reducendas de-
mandâſſet: Hiſpanꝰ verò ſpretâ il-
lâ cautione Regibusq; interfectis,
eas ſuo Imperio qvaſi totas ſubje-
ciſſet, Auct. *qvæſt. An Pontif. magis
qvàm Rex Hiſpan. extimeſc.* apud
Goldaſt. *in Polit. Imper. part.* 26.
Philipp. Comin. *lib. 7. cap. 15. fol.
686.* † Pontificis qvoq; ſvaſu Al- 16
phonſum II. Neapoleos Regem
contra Carolum IIX. Regem Gal-
liarum, iteratò auxilium à Turcis
petiiſſe, refert Guicciard. *lib. 1.
hiſtor.*

Hâcq; ſtante ſententiâ, nihil
prorſus officiunt rationes impu-
gnantium fœdera cum infideli-
bus inita. † Nec enim (1) Lex di- 17
vina

vina *in Exod. 34. Deuter. 7. & Jos.*
23. ad omnes infideles spectabat,
sed ad solos Cananæos, populosq;
eos, qvos DEUS exitio destinarat,
& de facie terræ delere decreve-
rat: qvod vel ex contrariis solum-
modò exemplis Abrahami, *Gen.*
14. & 22. Davidis, *1. Sam. 27.* & Sa-
lomonis, *3. Reg. 3.* suprà adductis
18 manifestum est. † Qvin nec pro-
hibitio ista fuit universalis, sed ad
populum saltem Israëliticum re-
stricta: propterea qvod aliàs pro-
ni qvam maximè erant Israëlitæ
ad idololatricam prævaricatio-
nem, Caspar Finck. *can. theol. 70.*
Ex qvo sanè ad omnes Christianos
homines, qvi tàm proni ad idolo-
latriam haud sunt, nihil univer-
saliter inferendum est.

19 Ad (2) Resp. † Fœdera cum in-
fidelibus contracta tùm demum
existere infelicia & periculosa, si
neq; necessitate ulla urgente, nec
pro defensione & absq; Religio-
nis periculo contracta, sed offen-
siva fuerint, qvæ omninò à Poli-
ticis improbantur, iisq; non nisi
causâ defensionis & necessitatis
contra infideles concurrente, ve-
nia ulla inter Christianos conce-
denda.

20 (3) Ex qvo etiam † fœdus Fran-
cisci I. Galliarum Regis cum Im-
peratore Turcico factum, à Prin-
cipibus Germaniæ improbatum,
& pro illegitimo atq; illicito ha-
bitum & judicatum fuit, nempe
qvia contra Regem fidelem &
Christianum Carolum V. non de-
fensionis, sed ultionis causa ini- 21
tum erat. † Qvale etiam fuit fœ-
dus Henrici II. Regis Galliarum,
qvod pepigit cum Solimanno
Turcarum Imperatore, cui tale
præstitit juramentum: Ich schwe-
re und gelobe / daß ich alles / was
mir bewust ist und bewust werden
mag / dem allerhöchsten Sultan
dem Türckischen Käyser offenba-
ren und entdecken / dessen Reich
GOtt bestetigen und bekräfftigen
wolle; Ich wil derer / so Freund-
schafft mit ihm haltẽ / Freund seyn
unnd seiner Widersacher Feind;
Ich wil die gefangene Türcken aus
dem Gefängnüß seiner Feinde er-
ledigen / etc. cujus meminit Dom.
Arum. *ad Aur. Bull. disc. 6. cap. 15.*
th. 7. Qvid enim hoc aliud est,
qvàm se hostem & offensorem fi-
deliũ expressè profiteri: † ut pro- 22
inde rectè Cancellarius Galliæ,
Rege qvantumvis petente, fœdus
istud consignare noluerit, Sigil-
lum non in hunc usum sibi con-
creditum asserens, Arum. *dict. lo-*
co. Nimirum utrumq; hoc fœdus
& Francisci I. & Henrici II. erat
offensivum, ac proinde illicitum
& reprobatum.

Etenim non nisi in casu sum-

mæ necessitatis, & pro defensione patriæ contra infideles, pacta cum infidelibus licita diximus:
23 † Cæteroqvin paciscentes notam vel rebellionis, vel impietatis vix effugient, ut non sine causâ Elector Saxon. & Landgravius Hassiæ fœdus cum Turcâ sibi imputatum severè declinarint, innocentiamqve suam omnibus exposuerint *die 21. Julii anno 1546.* hisce verbis: So sagen wir/ unnd es zeugen uns unsere Gewissen für GOtt und der Welt/ daß wir unser lebenlang bey dem Türcken mit Schrifften oder sonsten einige Handlung nie gehabt/ So würde sichs auch nimmermehr befinden/ und wollen den gerne sehen und hören/ der es uns aufflegen / und mit Bestande auff uns beweisen/ unnd wahr machen möge. So soll er Gott will bey der Käyserl. Majest. als ein Ertzlügner bestehen unnd befunden werden/ apud Frider. Hortleder. *de bello*
24 *german. tom. 2. lib. 3. cap. 19.* † Qvin potiùs svasu politicorum, contra Turcam Principes Imperii cum Gallo, Dano, Sveco, Pontifice, Polono, aliisq; fidelibus fœdus contrahere studeant: qvod consilium ceu prudentissimum qvondam Leoni X. datum legimus, ut nempe omnes Christiani Principes vel compositis, vel sepositis controversiis omnibus, manus jungerent pro Nominis Christiani professione & defensione salutis communis, Warem. ab Erenberg *lib. 1. de fæder. cap. 2. n. 148.* † Neqve 25
hâc in re operam suam denegabunt Veneti, non minus Turcarum Imperatori, qvàm Hispaniarum Regi oculis semper apertis resistentes, certamq; pensionem solventes. † Hinc Auct. *della relatione* 26
di tutte le cose piu essentiali della Republica di Venetia: Onde pare, inqvit, *che qvesta Republica riconosca qvasi per prencipe fatale alla sua rovina, ò alla sua declinatione qvella gran bestia:* Et posteà: *La Republica di Venetia ha Villagi alcuni del Turco, onde si per qvesti, come per l' isola di Candia, per il traffico di Levante & dell' isola del Zante & per star in pace co' l' Turco, li paga ogn' anno di tributo Cechini 16000.*

SECTIO IV.

Inter fideles, diversæ licèt Religionis homines, puta: Lutheranos, Catholicos & Calvinianos, licita in Imperio Romano-Germanico contrahuntur fœdera.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Num hæreticorum fœdera fugienda?*
2. *Lutherani pro hæreticis non habentur in Imperio Romano-Germanico.*
3. *Transactio Religiosa est confœderatio hominum diversæ Religionis. n. 4.*
5. *A parte Lutheranorum non fugienda sunt fœdera cum Catholicis. n. 6. 7. 11.*
8. *Catholicorum conversatio politica Lutheranis neutiqvam fugienda. n. 9.*
10. *Fundamentum Catholicæ Religionis arridet Lutheranis. n. 13. 14. 15.*
12. *Georgii Cassandri judicium de reformatione catholicæ Religionis.*
16. *Num Pontificii fidem servent hæreticis.*
17. *Secundum Molinæum minus tutò cum Papâ, qvàm cum Turcâ contrahitur fœdus:*
18. *Pontificii moderni fidem hæreticis servari volunt. n. 19.*
20. *Suspecta nihilominus eorum assertio.*
21. *In confœderationibus cum Pontificiis cautè procedendum.*
22. *Non improbanda sunt fœdera cum Calvinianis inita. n. 35.*
23. *Calviniani non sunt comprehensi sub pace Religionis. n. 24.*
25. *Durus nimis est Jacobus Keller Jesuita contra Calvinianos.*
26. *Calviniani non sunt fratres Augustanæ Confessionis.*
27 *Leonhardi Hütteri judicium de Calvinianis pacem Religionis affectantibus.*
28. *Sententia Caroli V. contra Calvinianos.*
29. *Calviniani passivè saltem sub pace Religionis comprehensi. n. 30.*
31. *Resolutio Protestantium super hâc re in Comitiis Augustanis. n. 32.*
33. *Lutherani Calvinianis pacem non invident.*
34. *Ex mente Autoris Antonomiæ Calviniani sub pace Religionis sunt comprehensi.*

ETsi inter Politicos pariter atq; Theologos non satis conve-
1 niat, † an hæreticorum fœdera sint fugienda, uti videre est apud Johan. Gerhard. *in loco de Magistratu pol. n. 154. & seq.* Anton. Coler. *de jur. Imper. concl. 76. & seq.* Waremund. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 2.* Daniel Otto *discurs. de jur. public. cap. 11.* Reinhard. König *in theatr. Politic. libr. 1. cap. 5. num. 133.* Christoph. Besold. *lib. 2. Politic. cap. 6.* ex qvo Catholici Principes dubitare possent, num Imperatori cum Lutheranis fœdus pacifcenti assensus sit tribuendus? Attamen † qvia Lutherani 2
per transactionem Passaviensem cum Pontificiis adeò conjuncti sunt in Imperio, ut pro hæreticis

 non

non habeantur, qvid obstat, qvo-
minus tutò ac licitè fœdera cum
iisdem contrahantur. Et qvid ali-
3 ud ista † transactio Passaviensis,
qvàm unio & cōfœderatio Ponti-
ficiorum cum Sociis Augustanæ
Confessionis. Scitè hinc ait *Au-
ctor disc.* Ob es nützlich und Heyl-
sam im H. Römischen Reich *Unio-
nes* oder Bündnüß auffzurichten:
Man hat allbereit eine *Universal-
Union* am Religion-Frieden / zu
dessen *Observation* so wol dz Haupt
als die Glieder von beyden Religi-
4 onen teuer verbunden. † Nec ab-
nuit ViceCancellarius Imperii
Georgius Sigismundus Seldus *ad
Imper. Ferdinandum I.* hisce verbis
scribens: Ob schon Ew. Majest.
mit allen andern Ständen / so die
päbstliche Heiligkeit für Ketzer hält/
sondere Bündnüß hätte / und ohne
das die Vergleichnüß des gemeinen
Friedens mit allen Ständen des
Reichs im Mittel: Dieweil iedoch
Euer Majest. nicht gemeynet / ie-
mand dadurch in seinem Irrthum
zustärcken oder zuerhalten / sondern
was deshalb auffgerichtet / das ist
allein auff die Erhaltung des ge-
meinen Friedens und dan den Wi-
derstand gegē den grausamen Erb-
feind Christliches Namens unnd
Glaubens den Türcken angesehen:
So sage ich gut rund / daß solches
Bündnüß nicht gar undienlich /
sondern zuläßlich / löblich und ehr-
lich were / etc. Im bedencken von
Ihr Käyserl. Majest. Wahl unnd
Hoheit.

Neqve † à parte Lutheranorum 5
fœdera cum Pontificiis planè sunt
fugienda. Scio eqvidem *Anno
Christi 1529.* conclusum fuisse, ut
cum iis demum, qvi doctrinam
Saxonicam per omnia probant,
fœderis actio instituatur, Johan.
Sleidan. *lib. 7. fol. 180.* † At tum 6
temporis Socii Augustanæ Con-
fessionis in Religione suâ non ad-
eò confirmati erant, sed semper
habebant, qvod in conversationi-
bus metuerent, qvæ ratio, cum
per Dei gratiam hodiè non parum
fuerit minuta, vix ulterius ejus-
modi fœdera poterit impedire.
† Sanè leves ac malitiosi sunt tur- 7
batores, *inqvit* Monsieur de la No-
ve *disc. 3. p. 82.* qvi ob diversam Re-
ligionē controversorum articulo-
rum, in aliis multis consentientes
fugiendos, & damnādos & anathe-
mate feriendos clamāt. † Neq; ad- 8
eò nigri sunt Romano-Catholici,
ut eorum conversatio politica sit
fugienda. Sunt namqve in nume-
ro pontificiorum multi probi,
boni ac pii viri, ut scribit Johan.
Sturm. *in Prolog. tract. de bello Tur-
cico fol. 11.* Nec omnes omnia in-
differenter Papistarum funda-
menta credunt, nec eorum tradita
&

& superstitiones simpliciter se-
qvuntur. † Unde Magnæ Britan-
9 niæ Rex *in oratione qvadam habitâ*
in Ordinum conventu 9. Nov. Anno
1605. cujus mentionem facit Chri-
stoph. Besold. *lib. 2. Polit. cap. 6.* in-
qvit: *Multos præstanti virtute homi-*
nes qvibusdam Religionis istius asser-
tionibus occæcari, qvi tamen funda-
menta Papistarum, vera iniqvitatis
mysteria, vel ignorant vel iis fidem
neqvaqvam habent.

Cumqve juxta nostrates Theo-
logos, † in Regno Pontificio re-
10 periatur mixtura rerum duarum
diversissimarum, qvarum una
DEUM authorem habet, & res pre-
tiosa est, nempe purum & since-
rum ministerium prædicandi E-
vangelium & dispensandi Sa-
cramenta secundum Christi insti-
tutionem: Altera verò sit vilis &
AntiChristi propria, nempe pul-
vis, fermentum, lutum, scoria, fe-
ces & sordes humanarum qva-
rumqve traditionum & supersti-
tionum, qvibus prior illa res pre-
tiosissima sic inqvinatur, conta-
minatur, fœdatur & involvitur,
ut interdum agnosci vix satis pos-
sit, nec tamen esse desinat, & sæ-
pissimè virtutē suam magnâ cum
admiratione exerceat, Balthasar
Mentzer. *in exeg. Augustan. Confess.*
art. 8. pag. 398. & art. 14. pag. 652.
† vel saltem respectu prioris rei 11
pretiosæ, qvis fœdera & conserva-
tionem cum iis improbare vellet?
Qvò & spectat Scriptum elegan-
tissimū † Georgii Cassandri *de offi-* 12
cio pii ac publicæ tranqvillitatis verè
amantis Viri, in qvo inter alia hæc
habentur verba: *Qvæ in hac Eccle-*
sia (scilicet Romano-Catholica) sana
& vera Ecclesiæ Christi consentanea
sunt, religiosè amplector, qvæ nonni-
hil vitiata modo non impia, cum non
tollere possum, pacis causa tolero: Si
qvi autem graviores morbi sunt, qvi
medicamentis indigeant, contagio-
nem ita vito, ut tamen corpus ipsum
non cum acerbitate insectandum &c.
Et posteà: *Longè aliud est à puritate*
& sinceritate tùm doctrinæ, tùm mo-
rum, qvâ vetus & primitiva Ecclesia
floruit degenerasse, & ab ipsâ vetere
Ecclesiâ prorsus defecisse: Ecclesia e-
nim ab ipso fundamento, qvod est
Christus pro nobis mortuus & resusci-
tatus, æstimanda est: Cui fundamen-
to si posteri pro auro & argento & la-
pidibus pretiosis, lignum, fœnum &
paleam superstruxerint, non tamen
continuò à fundamento recesserunt;
Et rivulus tametsi longo cursu contra-
cto limo & sordibus, nitorem illum &
puritatem, qvæ in ipso fonte aqvâq;
fonti proximâ spectatur, coinqvina-
verit & conspurcârit, non tamen à
fonte alienus & sejunctus habetur:

Sed ibi curandum, ut pro ligno, fœno, paleâ, aurum, lapides & gemmæ in eodem ædificio, superq́; eodem fundamento reponantur: & hic ut aqva rivi, qvæ potissimum è fonte profluxit, servatâ eâdem scaturigine, qvoad fieri potest à limo & sordibus repurgetur. Hactenus Cassander. † Qvo
13 ipso innuere videtur, Pontificios probos ac pios, etsi illorum Religio multis sordibus ac superstitiosis traditionibus sit coinqvinata & maculata, à fundamento tamen Ecclesiæ, Christo nimirum crucifixo & resuscitato non deviâsse, adeoq́; illos nobiscum in uno eodemqve fundamento convenire.
14 † Et qvorsum illud Lutheri in scripto adversus Bullam Pontificis: *Illa*, inqvit, *vera Ecclesia Christi fundamentum & columna veritatis est, locus sacrosanctus, in qvo stat abominatio: & in hâc Ecclesiâ DEUS miraculosè & potenter servavit Baptismum, textum Evangelii, remissionem peccatorum, Sacramentum altaris, ordinationem, claves &c.* Et in germanico libello, qvem de fidei suæ confessione scripsit: *Non solùm*, inqvit, *agnoscimus, vos unà nobiscum ex verâ Ecclesiâ prodiisse, verùm etiam dicimus: Vos in Ecclesiâ esse & manere: imò verò in eâ sedere & regnare, qvomodo Paulus dixit, AntiChristum in templo DEI (non in stabulo Vaccarum) sessurum esse: Verùm de Ecclesiâ vel membra Ecclesiæ non estis amplius &c.* † Scilicet 15
hinc conspicuum, neutiqvam nobis omnem Romano-Catholicorum conversationem, consortium & confœderationem in rebus politicis fugiendam esse: non solùm qvod multi probi ac candidi homines inter Papistas reperiantur, sed & qvod nobiscum ab initio è verâ prodierint Ecclesiâ.

Nihilominus impedimento ejusmodi confœderationibus esse videtur, † qvod hæreticis fidem 16
haud servandam, Pontificii asserant, eorumqve sit proprium non curare promissa, qvodqve Statutum extet, ut Ecclesia nullo obstante contractu aut promissione, adepto beneficio possit retractare obligationes, contraq́; eas disertè venire, qvas solenniter pepegerint Prælati, Guicciardin. *lib. 8. histor.* ut non sine causâ scripserit Carolus Molinæus *in tract. contra parvas datas ad SC. Francianum. 73.*
† minus tutò cum Papa, qvàm 17
cum Turcâ fœdus iniri: Negante Successore, sibi legem imponi potuisse, & juramentorum apud Pontifices propter absolutionem inane esse nomē, allegatus à Christoph. Besoldo *lib. 2. Polit. 6. §. 15.* Et hoc qvidem Pontificiorum dogma simpliciter professi sunt veteres

teres Romano-Catholici, allegati à Daniel. Plancio *in Elencho suo adversus Jesuitam Antvverpianum.*
18 † At moderni subtiliores scribere haud verentur, qvod hęreticis servandam fidem unanimi voce & consensu doceat Ecclesia catholica, qvâ de re latè Martin. Becan. *in disp. theolog. An haret. serv. fid.* & duo Jesuitæ, alter Antwerpianus Robertus Schwertius, alter Ultrajectinus, Heribertus Rosweit specialibus editis tractatibus: † Id-
19 eoqve negant, Johanni Husso à Concilio Constant. salvum conductum violatum, eiq; tantummodò fidem publicam contra vim, non contra juris executionē datam fuisse asserunt, Joh. Morlan. *in tr. de fid. haret. serv. lib.2.*
20 *cap.1.* † Sed hoc verbis qvidem affirmant, reipsâ verò destruunt, dum Principes fide datâ non obstringi autumant, & qvicqvid in præjudicium Pontificiæ Religionis vergit, nullum & invalidum dictitant, Dan. Planc. *dict. loco.* Aliter sentit Becan. *loc. alleg.* Nec reliqvi hâc in re satis conveniunt.
21 † In pactis igitur & confœderationibus cautè & prudenter agendum erit cum Pontificiis, pro ratione causarum & circumstantiarum, qvas prudens Politicus facilè animadvertet.

Neq; aliud de Calvinianis habendum, † qvorum conversationē 22
politicam non magis qvàm Catholicorum fugiendam existimaverim: Qvod tamen valdè suspectum videtur Pontificiis, uti apparet ex traditis Auct. Des Calvinischen Models/ Christophori von Vngersdorff/ in der Erinnerung von der Calvinisten Art uñ Feindseligkeit gegen dem heiligen Römischen Reich. & Adami Contz. *in tr. de pace germ. cap. 15.* Eqvidem negari non potest, liberiorem in Imperio Romano pacem esse Lutheranorum ac Pontificiorum, qvàm Calvinistarum, † siqvidem hi 23
comprehensi non reperiuntur sub Pace Religionis, ex veriori opinione Bidemb. *decad. 7. consil. 8. & 9.* Leonh. Hütter. *in Calvin. aulico-polit.* Anon. JCti Westphal. *in dissert. de jur. principat. concl. 29.* & Auct. des wolmeynenden *discurs.* Warumb die Catholischen in Teutschland sich von den Spaniern unnd Jesuiten absondern sollen. † Idqve 24
ipsum vel ex solo §. Doch sollen/ etc. *in Recess. August. de Anno 1555.* expeditum est, *in verb.* Doch sollen alle andere/ so obbemelter *Religion* (nimirum Augustanæ Confessioni) nicht anhängig/ in diesem Friede nicht gemeynet/ sondern gäntzlich ausgeschlossen seyn. † Hinc Jaco- 25
bus Keller Jesuita verbis admodum duris in Reformatos ita prorumpit:

rumpit: Hingegen ist die Calvinische *Religion*, als eine frembde unerhörte/ falsche/ schädliche *Religion*, im Reich niemals *approbiret*, niemals zugelassen/niemals in den *Religions* Frieden eingeschlossen / sondern von dem Käyserlichen Cammergerichte durch rechtmässige *Sententz* in der Graffschafft Jseburg/ ernstlichen abgeschafft. *in tyrannicid. pag. 5.* Qvamvis enim Calviniani sese fratres Augustanæ Confessionis profiteantur, si non veritate, nominetenus tamen (ut scribit Qvirin. Cubach. *apud Dom. Arum. tom. 4. jur. publ. disc. 35.* non qvidem esse eos fratres Augustanæ Confessionis confessione & secundum veritatem ac esse, attamen secundum opinionem & dici)

26 † Est tamen hoc ipsum, qvod Lutherani negant, ut multis perseqvitur Hütter. *in dict. Calvin. aulico-polit. & in suo Irenico adversus David. Par. nec non in disput. pro libro Concordiæ adversus criminationes Rudolph. Hospin. Witteberg. 21. & 22. Novemb. Anno 1611. habitâ*, ubi in *th. ult.* multa verbis paucissimis complectitur, inqviens: Illum unum nos pugnamus,

27 (1) † Cum pax Religionis vi Sanctionis pragmaticæ, sive Transactionis Passaviensis præter Pontificios, illis tantùm Ordinibus Imperii sit data & confirmata, qvi Augustanæ Confessioni, primæ illi, minimèq; variatæ ex asse sunt addicti. (2) Cum Zvvingliani in societatem fœderis nunqvam sint recepti, eò qvod diversū à Confessione Augustanâ sentiunt ac profitentur. (3) Cum malâ fide sub Confessionis Augustanæ pallio, sanctæ illius Pacificationis jura ac privilegia suæ adaptare hęresi studuerint. (4) Cum deniq; sub istis artibus, jugulum purioris Religionis Christianæ cominus petatur: Nos & orthodoxos qvosqve consentire minimè posse, ut tanqvam veri ac genuini Confessionis Augustanæ Socii pacem hanc impetrent. *Hactenus Hütter.* † Extatqve 28
hâc de re sententia contra Calvinianos Caroli V. Imper. satis acerba apud Melch. Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 510.*

Sed an propterea fœdera Calvinianorum planè erunt fugienda? Non certè, postqvam hæc etiam cum infidelibus, cum qvibus minor conversatio concessa, iniri posse, *Sect. præced.* docuimus.
† Qvin & cum Religio Calvinianorum tamdiu in Imperio tolerata fuerit, & etiamnum toleretur, utiq; si non activè, pasivè tamen sub Pace Religionis eos comprehendi, arbitratur Christ. Besold. *lib. 2. Polit. cap. 1.* h. e. ut tolerentur, non inqvietentur. Et qvis ipsis 29

pacem

pacem politicam invidere vellet?

30 † Nec alia qvondam mens fuit Lutheri, qvi *in libello qvodam* scripsit: Weltlich wollen wir mit euch *(Zwinglianis)* eines seyn / das ist / zeitlichen und leiblichen Friede halten / aber geistlich wollen wir euch neiden und hassen.

31 † Cum qvo convenit *Resolutio Protestantium in Comitiis Augustanis Anno 1566. Cæsari exhibita*, in qvâ hæc leguntur verba: Und wiewol die Stände der Augspurgischen *Confession* verwand / sich Gewissens und Gehorsambs halber / auch der Warheit zum Beystand gegen der Käys. Maj. deromassen erkläret: So were doch ihr Gemüth / Will und Meynung gar nicht / den Churfürsten / Pfaltzgraffen oder andere / so in etlichen *articuln* mit ihnen streitig / in Teutschen oder in frembden *Nationen* in einige Gefahr / vielweniger aus dem *Religion* Frieden zustellen / oder auch des Gegentheils Verfolgung (welche in oder ausserhalb teutscher *Nation* fürläufft) zu billigen / stärcken / oder den armen betrübten / bekümmerten des Worts Christi / ihr Creutz und Verfolgung schwerer und grösser zu machen / rc. apud Goldast. *tom. 2. germ. Constit. fol. 294.* Thuan. *lib. 39. fol. 827.*

32 † Nec qvicqvam contrarii hic inferunt verba (Auß dem Religion-Frieden zustellen) qvibus si Calvinianos Paci Religiosæ inclusos fuisse qvispiam existimet, longè à verô aberraverit: Non enim probant aliud qvàm qvod Protestantium menti conveniens erat, sed & Potestati. Nolebant siqvidem hi Calvinianos à Pace Religiosâ removere, cum ipsorũ doctrina satis eosdem removeret; nec verò admittere, cũ id parte alterâ renuẽte & Catholicorũ consensu non adhibito haud possent, Cran. *de pac. relig. part. 1. problem. 13. p. 157.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 13. n. 33.*

33 Eòq; † respicit Hütt. *in dict. disput. adversus Rudolph. Hospin. th. ult.* Aliàs, *inqvit*, si extra istum respectum qvæstionis cardo vertatur, usq; adeò firmam ac contentem Pacem ipsis non invidemus, ut vel hæc qvoq; pars sit minimè postrema precum nostrarum publicarum, qvo Deus dissipet consilia omnium eorum, qvi bella volunt: Et ut tàm illis, qvàm nobis aurea pax domi forisq; constare possit

34 † Atq; hoc modo dum Calviniani tolerantur, ipsos Pacificationis Religionis participes qvoq; factos fuisse, putat Autor autonom. *part. 1. c. 7. pag. 150.* ubi ait: Kürtzlich ist die Sache desselben Reichs Tages der Calvinischen Religion halber letzlich dahin geraten / daß dieselbe durch die *Confession* Verwanten nicht allein *tole-*

viret, sondern auch in die Schoß der Augspurgischen *Confession* eingenommen worden. *Et pag.* 131. So haben sie die *Confessionisten* beredet und erhalten/ daß sie für *Confessionisten* seyn auffgenommen und des Religion Friedens theilhafftig
35 worden/ ꝛc. † Qvæ si vera, qvis tam iniqvus judex esset, ut confœderationem cum Calvinianis improbare vellet, præsertim cum Pontificios concordia ista haud parum turbet, *Auct.* Der Donawertischen Erinnerung. *fol.* 284. Christoph. Besold. *lib. 2. Polit. cap. 1.*

SECTIO V.

Fœdera Subditorum illicita prohibere, officium Imperatoris exigit: qvæq; Subditorum Confœderationes dicantur illicitæ?

SUMMARIA.

1. Illicitas Subditorum confœderationes Imp. exigit officium.
2. Easq; jamdudum abrogavit Carolus IV. Imp.
3. Nec non Fridericus Imp.
4. Uniones Principum hodiè sunt disuniones Imperii.
5. Pœna contrahentibus fœdera illicita, definita.
6. Qvænam subditorum confœderationes illicitæ? n. 7.
8. Subditorum confœderationes in dubio præsumuntur illicitæ.
9. Absq; consensu Superioris à subditis fœdera protectionis illicitè contrahuntur.
10. Protectio nil detrahit juri Superioris ordinario.
11. Clientes non sunt Subditi protectoris.
12. Ex protectione alterius, injuria in Dominum resultat.
13. Axiomata in protectionis fœdere observanda. n. 14. 15. 16.

QVum Imperatori ad fœdera subditorum illicita connivere haut fas sit, meritò in Capitulatione se ea impediturum pro-
1 mittit: † jurat namq;, qvod cunctas incompetentes ac odiosas confœderationes, colligationes & coitiones Subditorum, Nobilium & Plebejorum motus, seditiones & vim injustam in Electores, Principes cæterosq; Status jam institutas, aut adhuc instituendas tollere & prohibere velit, uti liqvet ex verbis Capitulationis *supra h. cap. 6.* relatis *in art.* Wir sollen und wollen auch alle unziemliche hässige Bündnüssen/ ꝛc. Nec certè noviter id provisum, & Capitulatio-

tionibus Cæsareis insertum est,
2 † cum jamdudum Carolus IV. Imperator confœderationes subditorum illicitas reprobaverit & damnaverit, *in Aur. Bull. tit. 15. in verb.* Vber das/so verwerffen/verdammen und vernichten wir aus rechten wissen / alle verfluchte und in den heiligen Gesetze verworffene zusammen Verschwerunge unnd Versamlungē/oder unzulässige Zusammen Verbindungen/ in uñ ausserhalb den Städten oder zwischen den Städten/oder den Personen/ oder auch einer Person und Stad unter dem Schein einer Verwandschafft/ oder auffnehmung zu Bürgern/oder unter was Schein solche *conjurationes* geschehen möchten/
3 ꝛc. † Qvod & fecit Fridericus I. Imperator inqviens: *Conventicula qvoq; & omnes conjurationes in Civitatibus, & extra etiam, occasione Parentelæ inter Civitatem & Civitatem, ac inter personam & personam, sive inter Civitatem & personam modis omnibus probibemus fieri,* apud Radevv. *lib. 2. cap. 7. de reb. gest. Frider.*

4 Prudenter omninò hoc, † qvia ejusmodi Uniones reverâ sunt disuniones & dissolutiones totius Imperii: qvo respexit *Auct. disc.* Ob es heilsam und nützlich sey im heiligen Römischen Reich *Uniones* und Bündnüsse anzurichten/qvando ait: Aller Königreicher und Regimenter eusersstes Verderben und Untergang ist / wann die Stände und Unterthanen so weit in Uneinigkeit oder Mißtrawen gerathen/ daß sie sich trennen und gegen einander in Verbündnüß oder Vereinigung begeben/ ꝛc. Adeoq; ne qvisqvam huic contravenire audeat, † pœnam in transgressores 5
definivit Carolus IV. Imper. ut nempe personæ singulares, ultra pœnas Legis antiqvæ, de qvibus *in l. 1. & 2. C. de sed. tios.* notâ infamiæ & pœnâ decem librarum auri mulctentur: Civitates verò vel Universitates incurrant pœnam centum librarum auri, qvarum medietas fisco, altera Domino earundem debetur, & amissionis libertatum atq; privilegiorum, *dict. tit. 15. Aur. Bull. verb.* Was aber besondere Personen belanget/so hinfüro wider den Inhalt dieser unserer *Constitution* und unserer alten Gesetze / so deswegen gegeben / Verbündnüß/Zusammenknüpffungen/ *Conspirationes* und dergleichen Gelübd fürnehmen und eingehen wird / der soll uber die Straff des Gesetzes / nemlich Verlust seiner Ehren und Verleumbdung / auch in die Peen von zehen Marck Goldes: Einer Stadt aber uñ Gemeinde / so gleichesfalls wider diß unser Gesetz handelt/in die Peen von

hundert Marck Goldes/und darzu Verlust unnd Beraubung ihrer Freyheiten und *Privilegien* gefallen seyn/und die Helffte der Geldstraffe dem Käyserlichen *Fisco*, die andere Helffte dem Herrn des Bezircks / wider dem solch Bündnüß und Versamlung gemacht/zugeeignet werden/ꝛc.

6 Ast † qvænam Subditorum confœderationes, qvæq; conventicula sunt & dicuntur illicita? Nunqvam hîc Cæsareæ Majestatis arbitrium exclusum velim: Existimaverim tamen, duplici modo conventicula & fœdera celebrari & contrahi illicita: (1) †

7 Vel si plures conveniant in unum animo deliberato ad perpetrandum malum, secundum tradita Caroli IV. Imper. *dict. tit. 15. Aur. Bull.* † qvales Subditorum confœderatiões illicitæ in dubio præsumuntur, Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 23. n. 8.* Petr. Ritter. *de confratern.* apud Domin. Arum. *tom. 1. jur. pub. disc. 22. th. 12.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 450. n. 1.* Rol. à Valle *vol. 1. consil. 17. n. 29. & seq.* Jacob. Menoch. *consil. 28. n. 2.* Gerlac. Buxtorff. *ad tit. 15. Aur. Bull.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 10. n. 27.* (2) Vel si plures qvidem ad bonum finem convenerint, † sed Domini consensum non reqvisiverint. Qvare si

8

9

vel inter cives in Civitatibus, vel paganos, vel duas aut etiam plures Civitates, vel inter Civitatem & alium, puta Principem vel Comitem, prætextu parentelæ sive protectionis, colligatio vel congregatio inita sit, Domini consensus ut interveniat, isq; etiam nominatim excipiatur, necesse est, per text. *in dict. tit. 15. Aur. Bull. verb.* Ohne ihrer Herren/ denen sie unterthan und zu Dienste stehen/ oder in derer Bezirck sie begriffen/ Erläubnüß/oder sie nicht austrücklichen ausgenommen/gemacht/oder ins künfftig zumachen/ꝛc.

Etsi enim † per receptionem factam sub protectione, nihil detrahitur juri ordinarii & superioris Domini, juxta vulgatum illud: Schutz und Schirm gibt kein Obrigkeit. Andr. Gail. *lib. 2. observat. 54. n. 1.* † Qvamvis etiam clientes non efficiantur Subditi ejus, cujus protectioni sese committunt, secundum tradita Henning. Arnis. *de Majest. cap. 4.* & Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. c. ult. n. 12. & 13.* † Attamen vel saltem per obliqvum injuriâ qvâdam Dominus afficitur, ac si non tanta ejus potentia esset, ut sese suosq; tueri qveat. Qvin & Civitatum incolæ per ejusmodi colligationes, cum protectoris se niti auxilio sciant, audaciores adversus Dominum

10

11

12

minũ suum reddi videntur. †Suppeditat hinc qvædam axiomata in ejusmodi protectionis fœdere probè observanda Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 79. & seqq.*
14 † Nimirum † (1) daß keiner des andern Unterthanen ohne ihrer Obrigkeit wissen und Willen anders/ denn wie es iederzeit bey Römischen Käysern und Königen herkommen ist/ in Schutz unnd Schirm annehmen soll noch könne. Landfrieden zu Augspurg auffgerichtet *de anno 1548.* §. Als weiland/
15 *circa fin.* (2) † Daß keiner andere Unterthanen des Glaubens oder anderer Ursach halben in sondern Schutz uñ Schirm wider die Obrigkeit nehmen solle/ *Recess. August. de anno 1529.* §. Wir auch Churfürsten/ &c. (3) Daß die jenigẽ/ so vor Alters Schutz und Schirmsherren an- 16
zunehmen gehabt/ wol noch können in Schutz und Schirm seyn/ *Recess. August. de anno 1555.* §. Es soll auch kein Stand/ *Recess. Spirens. de anno 1544.* §. doch soll kein Stand. Vid. qvoq; Reinking *de regim. secul. lib. 1. class. 1. c. 3. n. 53.*

SECTIO VI.

Principibus & Statibus Imperii fœdera publicæ pacis causâ inire concessum est: ex qvo Unio Electoralis licita judicatur.

SUMMARIA.

1. *Jura fœderum inter Regalia referuntur.*
2. *Pro tuendâ pace, licita contrahuntur fœdera à Statibus Imperii. n. 3.*
4. *Fridericus III. fœdera Principum prohibuit.*
5. *Non observatur Constitutio Friderici III.*
6. *Plurima Friderici sanctiones in Imperio non receptæ.*
7. *Abrogata Constitutio Friderici per Recess. VVormat. de Anno 1495.*
8. *Civitates municipales inscio & invito Domino superiore non contrahunt licitè fœdera.*
9. *Licita saltem fœdera inire possunt Status Imperii.*
10. *Imperatoris persona in Statuum confœderationibus excipienda. n. 11. 12.*
13. *Consensus Imperatoris ad fœdera Statuum Imperii necessariò non reqviritur.*
14. *Qvamvis sæpius consensus Imperatoriè adhibeatur.*
15. *Qvatenus validi detur confirmatio.*
16. *Exempla fœderum à Statibus Imperii initorum num. 17. 18. 19. 20.*

1 ET si jura fœderum inter Regalia referantur, eiq; soli competant, qvi jura Majestatis exercet, *l. 2. §. 23. ff. de origin. jur.* Christoph. Besold. *lib. 1. Politic. cap. 3.* Warem. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. cap. 2. n. 28. & seqq.* attamen in Imperio Romano-Germanico, etiam Principes & Status Imperii
2 de hoc jure participant. † Indultum namq; est iis, licitas confœderationes & ligas pro tuendâ pace & securitate in ditionibus suis inire, *tit. 15. Aur. Bull. in verb.* Doch ausgenommen die Verbündnüß und Ligen/ so die Fürsten und Städte/ wie auch andere wegen des gemeinen Landfriedens unter sich gemacht und auffgerichtet haben: Dann wir dieselbe unserer Erklärung insonderheit vorbehalten/ und wollen/ daß dieselbe in ihren Kräfften/ biß wir derowegen andere Verordnung thun und anstellen werden/ verbleiben sollen/ ꝛc. *Recess. Imp. VVormat. Anno 1495.* §. Auch sollen wir. Mynsing. *cent. 16. observat. 2.* Gerlac. Buxdorff. *ad tit. 15. Aur. Bull.* ubi & Domin. Arum. *discurs. 6.* Warem. ab Erenberg *lib. 2. de fœder. cap. 2. n. 13.* Christ. Besold. *lib. 2. Politic. cap. 6.* † Qvò & facit obligatio 3
Caroli IV. Imp. qvam *Anno 1349.* Civitati Fridbergensi dedit, ubi inter alia hæc habentur: Auch mögen die vorgenante unsere Bürgere sich verbinden und stricken zu den Herren und zu den Städten/ und zu weme ihnen das nützlich und gut ist/ ꝛc. † Eqvidem Fridericus 4
III. Imperator fœdera Principum prohibuit & abrogavit in *Reformatione Imperii de anno 1441. art. 12. ibi:* Auch soll in gantzen Römischen Reich nun fürbashin kein Bündnüß/ Vereinigung/ Verstand oder einig Verschreibung auffgerichtet werden/ auch die Alten alle abgethan/

5 than/ rc. † Sed non major est observantia *hujus art. 12.* qvàm *art. 5. dict. Reformat.* ubi dispositum: Daß alle *Doctores* der Rechten / sie seyn geistlich oder weltlich / im Römischen Reich abgethan seyn und an keinem Gerichte bey keinen Rechten/auch in keines Fürsten oder andern Rath gelitten werden/ noch vor Gerichte reden / schreiben oder Rath geben sollen: Alldieweil Gott den Menschen mit seiner eignen Weißheit begnadet / die Gelehrten auch nur Besolden Knechte/ und nicht Erbdienere des Rechten seyn/ *junct. declarat. 2. dict. art.* 5. apud Melch. Goldast. *tom. 1.* der Reichssatzungen / *pag. 167. &*
6 *171.* † Nimirum plurimæ sunt Imp. Friderici III. sanctiones, qvæ nec à Statibus approbatæ, nec in Imperio receptæ fuêre.
7. † Qvin etsi sanctio prædicta cum effectu lata esset, tempore posteriori eam per *Recess. VVormat. de anno 1495.* reformatam dicere liceret, *l. ult. ff. de Const. Princ.* Cœterùm hîc duo imprimis no-
8 tanda veniunt (1) † Ut qvod de Civitatibus à Carolo IV. Imp. *dict. tit. 15. Aur. Bull.* disponitur, ad solas Civitates Imperiales, qvæ nullum superiorem præter Cæsarem & Imperium recognoscunt, sit restringendum: Etenim Civitatibus municipalibus inscio vel invito Domino, fœdera inire indultum haut est.
(2) † Ut saltem fœdera licita 9
& Imperio non nociva contrahere Principibus & Statibus Imperii fas sit, Handhabung des Friedens / Rechtens unnd der Ordnung zu Wormbs *Anno 1495. sub tit.* Die Königl. Majestät sol keinen Krieg ansahen / *ibi:* Auch sollen wir und unser lieber Sohn Ertzhertzog Philips / auch unsere Churfürsten/ Fürsten und Stände des Reichs/ rc. kein Verbündnüß oder Einigung mit frembden *Nationen* machen / die dem Reich zu Schaden/ nachtheil oder zu wider seyn möchten / rc. Qvænam verò licita habeantur fœdera, ex dictis *Sect. præced.* facilè clarescit, nimirum qvæ ad conservationem † pacis publi- 10
cæ spectant, qvæqve Imperatorem excipiunt. Hujus enim persona in omnibus Statuum Imperii fœderibus est excipienda, prout innuit textus *in art. 1.* Landrecht. *lib. 2.* Wo Fürsten und Herren mit Eyden zusammen schweren/sie scheiden denn den Käyser und das Reich aus/ so haben sie wider das Reich gemishandelt. † 11
Nec non communes fœderum clau-

clausulæ, hisce vel aliis formalibus: Doch die Römische Käyserl. Maj. allerdings ausgenommen/ und derselben aller gebührender Gehorsam vorbehalten seyn soll/ *Vel:* Mit Ausnahm und Vorbehalt der jenigen Pflichten / damit man der Römischen Käys. Maj. als dem Oberhaupt verbunden uñ zugethan: *Vel:* Daß es der Römischen Käys. Maj. deren man aller unterthänigsten Gehorsam zuleisten schuldig / zu Abbruch oder Nachtheil nicht gemeynet / noch verstanden werden soll. Hinc & in juramento,
12 † qvod Principes feudum & regalia petentes solent præstare, provisum est: Daß die Fürsten nimmermehr wissentlich in dem Reich seyn sollen noch wollen / da ichtwas wider Käyserl. Maj. Person / Ehr/ Würden und Stand gehandelt oder fürgenommen wird. Waremund. ab Erenberg *de fœder. libr.*
13 *1. cap. ult. n. 236.* † Consensus tamen & autoritas Imperatoris expressa ut Principum ac Statuum Imperii fœdera præcedat, non adeò necessarium putaverim, cum Martino Magero à Schönberg *de Advocatiâ armatâ, cap. 6. n. 196.* modò pacis publicæ gratiâ fuerint
14 inita: † qvamvis horum confirmationem ab Imperatore sæpiùs petitam haut negaverim, non ad validitatem, qvâ fœdera per se subsistentia non indigent, frustra namq; petit baculum, qvi sine eo ambulare potest, *arg. l. Imperatores ff. de reb. autor. judic. & l. un. C. de thesaur.* frustraq; deposcit Medicum, qvi non laborat morbo, Zas. *consil. 4.* sed ad fortiorem subsistentiam: † qvo respectu validi 15
qvoqve datur confirmatio, Bartol. *in l. 16. C. de decurion. lib. 10.* Reusner. *lib. 1. consil. 3. n. 64.*

Harum confœderationum
† plurima extant exempla: Etenim Electores ac Principes Imperii *Anno 1212.* Naumburgi pro defensione & protectione Ecclesiæ Romanæ ac libertatis patriæ sese confœderâsse, meminit Spangenberg. *in Chronic. Saxon. de Anno* 16
1212. † Et cum *Anno 1388.* Civitates Imperii amplius septuaginta sese adversus Principum injurias colligassent, Cæsar & Rex Bohemiæ Wenceslaus Comitia indixit Egræ ad Sylvam Bohemicam *Anno seqventi 1389.* in qvibus dictæ Civitates confœderationibus suis renunciantes generale fœdus cum Cæsare Wenceslao, Electoribus ac Principibus Imperii pro pace publicâ tuendâ & perseqvendis ejus violatoribus sanciverunt, ac juramento confirmârunt, Lehman. *lib. 7. Chronic. Spirens. cap. 69. fol. 845. col. 2.* † Sic etiam 17
cohortatu Pontificis Romani *Anno* 18

no

no 1227. fœdus invicem percusserunt Libusæ Wenceslaus Bohemiæ, Bela Hungariæ, & Waldemarus Daniæ Reges: Moguntinus & Salisburgensis, Archi-Episcopi: Frisingensis, Pataviensis, Episcopi; Austriæ, Bavariæ, Poloniæ seu Silesiæ Duces &c. Hi omnes *inqvit Aventin.* invicem sibi jurejurando Sacramentiq; religione fidem adstringunt. Ipsis potentia Friderici II. Imp. atq; opes formidolosæ erant, *in Annal. Bojor. lib. 7.*
19 *fol. 536.* † pariter qvoq; cum Ludovicus Imperator solenne colloqvium habuit *Anno 1344.* cum Principibus Electoribus Regni juxta Rhenum in oppido Baccharaco, interfuerunt multi ex Principibus, qvi sese confœderaverunt, & juraverunt insimul assistere invicem contra omnem hominem, teste Henrico Rebdorf-
20 fens. *in Annal. Anno 1344.* † Et de Conventu Viennæ *Anno 1289.* peracto, ita scribit Matth. Marescalcus de Bappenheimb: *Post octavam Purificationis B. Virginis convenerunt in Viennâ illustris Rex Ungariæ Andreas, Magnificus Wenceslaus Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis, Dux Austriæ, Dux Apuliæ, Dux Oppaviæ, Marchio Dephilë, N. filius Albramini Regis Comanorum, & alii qvàmplures Nobiles, Barones, Ministeriales & Milites. Episcopus Basiliensis, Episcopus Constantiensis, Episcopus Olomicensis, Episcopus Pataviensis, electus ArchiEpiscopus Strigoniensis, Episcopus Geormensis, Episcopus Pragensis, Episcopus Frisingensis, Episcopus Vesprunnensis, Episcopus de qving, Ecclesiis, Episcopus Seecoviensis, Episcopus Chymensis, Episcopus Colocensis, Episcopus Wazensis, Frater Amonius, Episcopus Erloensis & aliæ qvàmplures personæ solennes, Abbates, Præpositi, Canonici & Comites Ungari multi &c. Et tota terra gavisa est de pace & concordia tantorum Principum, DEO referentes gratiam & gloriam.* Hucusq; Pappenheimius *in histor. Austral. part. 2. Anno 1298.*

Qvæ omnia licita Principum Imperii habita sunt fœdera, ceu ad pacis & tranqvillitatis conservationem contracta: † qvale et- 21
iam fuit fœdus illud Svevicum pro conservandâ pace contra Rusticos seditiosos initum, Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. 2. n. 39.* Petr. Ritter. *apud Dom. Arum. tom. 1. jur. publ. disc. 22.* Christoph. Besold. *libr. 2. polit. cap. 6.* † Pro li- 22
cito qvoq; judicatum fuit in judicio Cameræ Imp. *Anno 1553.* fœdus inter Episcopos Würtzburgensem & Bambergensem ac Civitatē Norimberg. adversus Marchionem Albertum, qvippe qvod non modò Legibus permittentibus ad sui

suorumq; defensionem inierant, sed & id fecerant hortatu ac jussu Imper. Caroli V. mandantis Statibus Circuli Francici, ut fœdus inter se sancirent de obviando omnibus, qvi inposterum ipsos invadere violenter conarentur, tametsi prædictus Marchio hoc ipsum fœdus tanqvam illicitam conspirationem contra se factam in Camerâ graviter impugnâsset,
23 Mynsing. *cent. 6. obs. 2. n. 10.* † Ejusmodi qvoq; sunt Confœderationes Saxoniæ, Brandenburgensium & Hassiæ Principum, ceu pro pace tuendâ initæ, ut apparet ex renovatione Confœderationis *Anno 1587. Naumburgi factâ, verb.* Wir von Gottes Gnaden bekennen mit diesem Brieff/als weyland die hochgebornen Fürsten/ ꝛc. Vor langen Jahren eine freundliche uñ brüderliche Erbeinigung und Verständnüß/ wie und welcher Gestalt sie und ihre Erben und Nachkommen ewiglich bey einander in freundlicher Einigkeit/ gutē Friede und ewiger Ruhe sitzen und leben/ auch in desselben Widerwertigkeit unnd Nöthen/ einander Hülffe/ Rath unnd Beystand thun solten und möchten/ gemacht/ verbrieffet/ versiegelt/ gelobet und geschworen haben/ ꝛc. Ubi probè observandum, exceptam fuisse personam Cæsareæ Majestatis, *in verb:* Doch nehmen wir in dieser Erbeinigung aus die Röm. Käyserl. Majest. unsers allergnädigsten Herren/ seine Käyserliche Person und Würde/ ut eò magis confœderatio hæc licita censeatur.

Hæc cum ita sint, qvis de † subsistentiâ confœderationis & fraternitatis ArchiPrincipum Electorum dubitare vellet, qvam vulgò appellant Unionem Electoralem. Eamqve † primitùs Francofurti *Anno 1438.* Sex Electores, nempe Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, Palatinus, Saxo & Brandenburgicus pepigerunt & jurârunt: Qvæ posteà Francofurti *Anno 1446.* sub Friderico III. Imperatore confirmata: *& anno 1502.* Gilhausæ sub Maximiliano I. repetita: ac demum in Comitiis Wormatiensibus *Anno 1521.* sub Carolo V. Imperatore ab Electoribus Alberto Moguntino, Richardo Trevirensi, Hermanno Coloniensi, Ludovico Palatino, Friderico Saxone & Joachimo Marchione renovata est, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 7. n. 8.* Non solùm enim hęc unio & confœderatio licita & permissa judicata, † sed etiam Imperio maximè commoda & necessaria visa fuit, qvippe qvæ ad conservandam unionem in Imperio, omnemqve discor-

24 25 26

discordiam abolendam spectat, veluti apparet *ex verbis initialibus renovatæ Unionis*, qvæ extat apud Goldastum *in part. 8.* der Politischen Reichshändel/ *Pag. 217. §. 1. ibi:* Als wir betrachtet und zu Hertzen genommen haben / wie unsere Churfürstliche Versammlung zu Nutz und Nothdurfft des heiligen Römischen Reichs anfangs löblich geordnet und herkommen ist/ auch wie sich der unnd anderer beweglichen Ursachen halber und fördeꝛlich zu handhabung der Churfürstlichen Ehren und Würde/etwa unsere Vorfahren und VorEltern/ Churfürsten löblicher Gedächtnüß/als die förderſten Glieder des Heiligen Reichs/denen Ehre/Nutz und Einigkeit des Heiligen Reichs zubetrachten unnd Unnutz und Schaden desselben zu verhüten gebühret/ in freundliche brüderliche Einigung unnd Verschreibung gegen unnd mit einander begeben haben/ ꝛc. *Et posteà:* So haben wir/ als billich/ den Fußstapffen der Vorfahren und VorEltern/ als Nachkommen unnd Erben derselben nachgefolget/ und GOtt dem Allmächtigen zu Loß/ dem heiligen Christlichen Glauben/ der Römischen Käyserlichen Majest. dem heiligen Römischen Reich und sonderlich Teutscher *Nation* zu Frieden/ Ehr/Nutz und Frommen/uns auch zusammen in freuntliche/brüderliche Einigung und Verständnüß gethan/ꝛc.

Est præterea † particularior qvædam Unio qvatuor Electorum Rhenensium, Moguntini, Coloniensis, Trevirensis & Palatini instituta Vesaliæ ad Rhenum *Anno 1519.* tempore Interregni, Melch. Goldast: *in Bohem. dict. cap. 7. n. 9.* Qvæ posteà non minus ac prior illa Unio Electorum universalis à D. Matthiâ & subseqq. Impp. † in Capitulatione Cæsareâ confirmata fuit, *in verb:* Gestalt wir dann auch der Churfürsten gemeine und sonderbare Rheinische Vereinigung/ als welche ohne das mit genehmhaltung und *approbation* der vorigen Käyser rühmlich uffgerichtet/ so wol in diesen als allen dorinn begriffenen Puncten/ auch unsers theils *approbiren* und *confirmiren* thun. Ut proinde nec de hujus confœderationis subsistentiâ & approbatione nullo modo sit dubitandum.

27 28

SECTIO VII.

Confraternitates sive confœderationes Principum de futurâ Successione, vulgò ErbVerbrüderungen/ in Imperio Romano-Germanico licitæ habentur.

SUMMARIA.

1. *Effectus confraternitatum de futurâ successione.*
2. *Confraternitates hæ dicuntur* Erbverbrüderungen.
3. ErbVerbrüderung *&* ErbVereinigung *quomodo ab invicem differant?*
4. *Confraternitas inter Marchiones Brandenburg. & Duces Pomeraniæ.*
5. *Mutuum inter eos non fuit pactum successorium.*
6. *Mutuum pactum inter Marchiones Brandeburg. & Duces Lignicenses ac Brigenses.*
7. *Confraternitas Ducum Bavar. & Principum Palatinorum.*
8. *Confraternitas inter Duces Saxoniæ & Principes Hennebergicos.*
9. *Causa hujus confraternitatis.*
10. *Landgravii Hassiæ participes sunt confraternitatis Hennebergicæ.*
11. *Comitatus Hennebergicus ad Duces Saxon. pervenit.*
12. *Jure confraternitatis Landgravii Hassiæ adepti Comitatum Katzenelnbogensem.*
13. *Pactum confraternitatis inter Duces Saxon. & Landgravios Hassiæ.*
14. *Quo tempore initum hoc pactum?*
15. *Renovatio hujus confraternitatis.*
16. *Formulæ renovationum ponuntur remissivè.*
17. *Tenor ejus confraternitatis summarius.*
18. *Quo tempore domus Brandenburgica hoc pactum agnoverit? n.19.*
20. *Plura ejusmodi pactorum exempla remissivè allegantur.*
21. *Rationes, quibus vulgò pacta confraternitatis impugnantur. n. 22. 23.*
24. *Nulla valet dispositio de feudis. n.25.*
26. *Respondetur ad contraria fundamenta. n.37.*
27. *Dignitas Principum votum captandæ mortis excludit. n.29.*
28. *Protestatio Principum in confraternitatibus consueta.*
30. *Confraternitatis pacta inter Principes jure militari subsistunt.*
31. *Imperii Principes in numerum militum recepti.*
32. *In confraternitatibus reservatur summa certa, de quâ testari liceat. num. 33.*

34. Per

34. Per indirectum auferri potest facultas testandi.
35. Pacta confraternitatum in Imperio, immemoriali consuetudine approbata.
36. Confraternitatis pacta ab Imperatore approbata.
38. Cautius hodie pacta confraternitatis ineunda. n. 39.

DUbitari etiam posset, *qvid de confœderationibus Principum sive pactis mutuam Confratrum successionem continentibus sit habendū?*
1 Qvorum effectus est, † ut stirpe alterutrius extincto, ad alterū hereditario qvasi jure devolvatur Principatus, Reusn. *vol. 1. consil. 5. n. 33.* Schönborn *lib. 2. Polit. cap. 13.* Christoph. Besold. *de elect. & success. Reg. 1. lib. 1. dissertat. 13. n. 7.* Bart. Muscul. *in disp. de pact. success. fam. illustr. th. 2.* Warcmund. ab Erenb. *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 36.* Petr. Ritter *in disp. de confratern. & confœderat.*
2 *th. 10.* † Germanis hæc pacta dicuntur Erbverbrüderungen / vel ut alii, Erbvereinigungen / qvod posterius vocabulum latius est,
3 † nec solùm denotat pacta successoria, sed qvaslibet alias pactiones, qvæ hæredem seqvuntur, & inter familias perpetuo nexu sunt contractæ, Joh. Limn. *de jur. publ.*
4 *lib. 4. cap. 8. n. 126.* † Ejusmodi pactū inter Marchiones Brandenburgenses & Duces Pomeraniæ *anno 1323.* initum est. Cum enim Imperator Ludovicus Bavarus Pomeraniam, eò qvod Duces Pomeraniæ investituram petere neglexerant, filio suo Marchioni Brandenburgensi in feudum dederat, qvæ res armis ansam præbere videbatur, causa ea hoc pacto tandem composita fuit, ut extinctâ Pomeraniæ stirpe masculâ, Marchiones Brandenburgenses succederent, David Chytr. *in Chron. libr. 5. fol. 156. & fol. 365.* † Mutuum 5 tamen non fuit hoc pactum successorium, sed uno duntaxat ex latere, scilicet ut Brandenburgensis succederet familiæ Pomeranæ, non vice versâ. Limn. *dict. cap. 8. n. 175.* † Convenientius autem & ab 6 utrâq; parte successorium erat pactum inter Joachimum Electorem & Marchionem Brandenburgensem atqve Fridericum Seniorem, Fridericum Juniorem, nec non Georgium Duces Lignicenses atq; Brigenses contractum, nisi illud à Ferdinando Rege Bohemiæ fuisset cassatum, ut manifestum est *ex Beylagiis* Goldast. *in Bohem. sub. tit.* Käyser *Ferdinandi Citation* an die 7 Hertzogen zu Liegnitz und Briegg. *die ultima Mart. ann. 1546. p. 262. & tit.* Hertzog Friedrichs von der Liegnitz

gnitz *revers*, wegen der Erbverbrü-
derung/ *sub dato 11. Martii Anno*
7 *1596.p.272.* † Tale qvoqve fuit pa-
ctum inter duces Bavariæ & Prin-
cipes Palatinos initum, Schön-
born *dict.cap.13.* Johan. Bodin. *lib.
1. de Republ.cap. 2.n.12.* Christoph.
Besold. *dict.dissert.13.n.3.*

8 Pariter † Johannes Fridericus
II. Johannes Wilhelmus & Jo-
hannes Fridericus III. Duces Sa-
xoniæ cum Wilhelmo, Georgio
Ernesto & Poppone, Principibus
Hennebergicis *Anno 1554. Mens.Se-
ptembr.* fœdus invicem pepigêre,
ut extinctis Principibus Henne-
bergicis Saxoniæ Duces in toto
Comitatu Hennebergico: dece-
dentibus verò sine masculis here-
dibus, Saxoniæ ducibus, Henne-
bergici, saltem in districtu Cobur-
gensi succederent, Cyriac. Span-
genberg. *in Chron. Henneberg. lib.5.*
9 *cap.53.pag.272.* † Huic inter alia
causam præbuit: Daß beyderseits
Herrn *Contrahenten* Ort/ Land
und Herrschafft zu Francken mehr
als an einem Ort zusammen stossen
und grentzen/ immassen sie dañ auch
vor 200. Jahren zusammen und in
eine Herrschafft gegen Henneberg
gehörig gewesen. *II.* Daß nicht uff.
eines tödlichen Abgang/ ein fremb-
der Stamm den andern theil zur
Unruhe und Nachtheil in derer ör-
10 ter einsetzen möchte. † Qvam con-
ventionem confœderati Hassiæ
Landgravii approbaverunt, & Im-
perator Carolus V. *Anno 1555.* con-
firmavit. † Hinc cum *Anno 1583.* 11
Stirps Principum Hennebergico-
rum extingveretur, totus Comi-
tatus Hennebergicus cum perti-
nentiis ad Duces Saxoniæ est
translatus, Reusner *dict. vol. 1. con-
sil.3.* † Pari qvoqve jure confrater- 12
nitatis Comitatum Katzenelnbo-
gensem ad Hassiæ Landgravios
translatum esse, refert Molin.
consil.17.

Porrò † initum novimus con- 13
fraternitatis pactum inter Serenis-
simos ac illustrissimos Duces Sa-
xoniæ & Landgravios Hassiæ,
† non qvidem *Anno 1262.* uti post 14
Waremund. ab Erenberg *de fœder.
lib.1.c.2.n.35.p.441.* ex Fabritio *lib.6.
orig. Saxon.* infert Dom. Arum. *in
discurs. 6. ad Aur. Bull. th. 6.* (siqvi-
dem haut de pacto successorio, sed
defensorio inter prædictas fami-
lias illustres ibidem agit Fabritius)
at demum *Anno 1373.* secundum
Ingolstadienses & Lovanienses
vol.1.consil.9. Reusner. *vol.1.consil.3.
n.45.* & Besold. *dissertat. nomicopol.
libr. 1. dissert.14.n.3.* † qvod posteà 15
*Anno 1431. Anno 1555. 10. Martii Anno
1587. 8. Julii.* à Christiano I. Ele-
ctore, Friderico Wilhelmo, Jo-
hanne, Johanne Casimiro, Johan-
ne Ernesto Ducibus Saxoniæ, &
Wil-

Wilhelmo, Ludovico, Georgio & Mauritio Hassiæ Landgraviis, & nostrâ ætate *Anno 1614. Mense*
16 *Martio* confirmatus est, † qvarum Confirmationum formulas de *Anno 1555. 1587. & 1614.* verbotenus refert Johan. Limn. *de jur. publ. lib.*
17 *4. cap. 8. n. 162. & mult. seqq.* † Earumq; tenor summatim comprehensus in eo consistit: Also were es/ das GOtt verhüte/ daß unser einige ungenante p-r-en oder unsere Leibeslehens Erben verstürben unn ohne rechte Leibeslehens Erbē von Todes wegen abgiengen/ daß also derselben abgegangenen Fürstenthumb Graf- unnd Herrschafften/ ꝛc. Lehen/ Pfandschafften/ Schulden/ Geldere/ ꝛc. Auch aller andern fahrenden Haab/ nichts ausgeschlossen/ beweglich und unbeweglich/ die wir jetzo haben/ oder wir und unsere Leibes Lehens Erben noch gewinnen mögen/ in allermassen das vorgeschrieben stehet/ auff eine andere Parthey un̄ ihre Leibs-Lehens Erben gäntzlich zumahl zu Erbeigen gefallen/ unnd erblichen bey ihnen und ihren Erben als ihren rechten Erbherrn bleiben sollen.
18 †. Qvod enim Waremund. ab Erenb. *lib. 1. cap. 2. n. 38. de fœderib.* & alii scribunt, *Anno 1587* Brandeburgicam domum ad fœdus der Erb Verbrüderung accessisse, Dionys. Gothofred. *ad l. licet. C. de pact.* Reusner. *vol. 5. cons. 3. num. 35.* Knichen. *de jur. Saxon. prov. verb. Electorum c. 2.* ejus rei vestigium nullum extat in formulâ confraternitatis Naumburgi renovatæ *dict. Anno 1587.* Sed Saxoniæ Hassiæq; Principes soli ibidem exprimuntur. † At posteà demùm familiam 19
Marchionum Brandenburgensium illustrissimam pactum id confraternitatis sive successorium agnovisse, ac simul cum Domo Saxonicâ & Hassiacâ id Naumburgi *Anno 1614.* reiterasse, haut inficias eo, hâc de re edoctus ex formulâ ratificationis *dict. anno 1614.* Naumburgi factæ, apud Johan. Limn. *dict. cap. 8. n. 172.* † Plura e- 20
jusmodi pactorum exempla refert Hotom. *cons. 32. n. 37.* Waremund. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. c. 2. n. 35.* & alii.

Videntur autem primâ fronte pacta hęc illegitima & minus licita, † non solùm, qvod alterius vi- 21
tæ insidiandi occasionem præbeant, *l. ult. C. de pact.* sed & qvia liberam testandi facultatem paciscentibus auferant, *lib. 15. C. de pact.* cum tamen supremæ voluntatis liber debeat esse stylus, liberumqve arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccles.* † Unde ejusmodi pacta de 22
jure improbantur, *dict. l. 15. l. ult. C. de pact. l. 3. C. de collat. l. 61. ff. de*

de V.O. & improbus dicitur, qvi de hereditate adhuc viventis est sollicitus, *l.2.§.interdum ff. de vulg. & pupill.substit.* Donell. *ad dict. l.15. & ult. C. de pact.* Johan. Gœdd. *de contr.stipul.cap.6.concl.7.n.60.* Joh. Schneidwin. *ad §. item si qvis postulante, Inst. de action. n.6.* Zas. *ad l.61.ff. de V.O.n.55.* Först. *in tractat.*
23 *de pact.c.6.* † adeò ut talia pacta ne qvidem juramento confirmata subsistant, Zas. *dict. loc. num.48.* Johan. Sichard. *ad l.3. C. de collat.* Johan. Borch. *de pact.cap.5. n.61.& seqq.* Didac. Covarr. *in Rubr. de testam. part. 2. n. 15.* Petr. Gregor. *lib.*
24 *4. Syntag.5.n.2.* † Ne qvid dicam de prohibitâ feudorum alienatione & commercio, per constitutiones Lotharii & Friderici Impp. *tit. 52. & 55. FF.2.* ex qvo nec ulla defuncti ordinatio de successione in feudis subsistit, *tit.8.F.1.* Hinc licet Georgius Saxon. Dux sine liberis decedens, fratrem Henricum & ejusdem liberos, Mauritium & Augustum testamento heredes reliqverat, eâ lege, ne Religionem mutarent, ni parerent, Cæsari Carolo V. & fratri Ferdinando omnem ditionem suam attribuerat, donec vel ille, vel filii, vel ex Saxonicâ familiâ proximus Agnatus conditionem implevisset: Henricus tamen, qvi Smalcaldico fœderi subscripserat, cum primùm de fratris morte cognovisset, conditione rejectâ, hereditatem adiit, Thuan. *lib.2. histor.pag.67.* † Nimirum uti 25 feudum non sub prætextu pecuniæ, ita nec sub prætextu pacti, conventionis aut dispositionis, sed amore & honore Domini acqvirendum est, *tit.7.F.1.*

Sed † hæc ita sese habent in pri- 26 vatis personis, de qvibus disertis verbis loqvitur *dict.l.ult.C. de pact.* (1) Aliud verò de personis publicis & illustribus habendum est, in qvibus ratio prohibitionis, Votum nempe captandæ mortis cessat: Eximia namqve earum digni- 27 tas illud qvàm longissimè removet. Dahero die Chur und Fürsten des Reichs als *personæ publicæ* den Privat Gesetzen keines weges unterworffen/ uti respondit Domus Saxonica in der *Apologiâ* und Rettung der zwo Schrifften/ so *Anno 1609.* von des Chur und Fürstlichen Hauses Sachsen an den verledigten Gülischen Herschafften Rechten außgangen/ *fol.9.* Et qvia pleriq; inter Germanos boni sunt, utiq; vel saltem Principum Germaniæ genius voti sinistri suspicionem tollit omnem, Nicol. Bets. *de pact.fam.illustr.p.110.* Frid. Pruckman. *vol.2.cons.9.n.140.* † acceden- 28 te præsertim ipsâ Principũ protestatione in Confraternitatibus con-

consuetâ (Also were es/ daß Gott verhüte/ dz unser einige vorgenannte Parthey ohne rechte Leibes Lehens-Erben abgingen/ ꝛc.) † Ac si omninò qvidam ex Principibus affectibus submitterent habenas, attamen in familiis integris sibi mutuo successionis pacto substitutis, extantibus pluribus utrinq; Agnatis, detestandum captandæ mortis votum alterius sive voluntatem, sive potestatem spectes, non tàm facilè præsumendum esset, ut in singulis personis, Betsf. *dict. loc. p. 122*

30 (2) Porrò † militibus pacta ejusmodi successoria inire, expresse conceditur in *l. 19. C. de pact.* jam verò Principes Imperii Imperatori semper militare dicuntur, Andr. Gail *2. observat. 127.* Ex qvo pactis illis Principum talia inseruntur verba: Thun auch ermeldte auff- und Ubergebung gegen einander gegenwärtig/ in und mit Krafft dieses Brieffes/ in der allerbeständigsten Form/ Weise und Masse/ Als solches *jure publico militari* und sonsten zu recht geschehen kan und mag/ ꝛc. prout formula habet pacti Ducum Saxon. & Hass. Landgraviorum *Anno 1555.*

31 † Negari enim non poterit, Principes in matriculam Imperii, atqve ita in numerum Vasallorum, h. e. Imperii militum esse receptos: ex qvo meritò militaria ipsis competunt privilegia, Georg. Acac. Enenck. *de privil. milit. lib. 1. cap. 6. n. 13. & seqq.*

(3) Neq; metuendum, ut per ejusmodi confraternitates, facultas testandi paciscentibus imminuatur, † cum in iisdem certa reservari soleat summa, de qvâ testari ac in casum mortis disponere valent. Veluti in confraternitate Ducum Saxon. & Landgraviorum Hassiæ provisum est, ut ultimus ex unâ vel alterâ harum familiarum decedens, usq; ad summam 30000 aureorum in bonis mobilibus, cuicunq; voluerit, testetur, *ibi*: Doch soll dasselbe Testament uber 30000 Gülden nicht seyn/ auch nicht mit einem Schloß/ Städten oder Dörffern/ sondern aus fahrender Haab gemacht und gesetzt seyn. Ideoq; † pacta ejusmodi particularia successionis, qvia jus testandi penitus non tollunt, subsistere, putat Jason *in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de V. O. n. 19.* ubi dicit, ita se sæpiùs cōsuluisse, Nicol. Boër. *decis. 355. n. 3.* Curt. junior *cons. 81. n. 3.* Hocq; est, qvod scribit Gail. ex communi Doctorum opinione, valere donationem omnium bonorū præsentium & futurorum deducto usufructu, qvia scilicet de fructibꝰ donator poterit testari, *dict. observat. 127. n. 4.* † Qvin

etsi certa pecuniæ summa facultati testandi reservata haut esset, non minus tamen pacta ejusmodi subsisterent, cum in jure absonum non sit, ut per conseqventiam saltem sive indirectum facultas testandi alicui adimatur, pro ut fieri videmus ei, qvi se in arrogationem dat, aut monasterium ingreditur, *Auth. ingressi C.*
35 *de SS. Eccles.* Ut taceam, † pacta confraternitatum in Imperio nostro longâ consvetudine & immemoriali tempore approbata, nec Imperatoris aut cujusqvam alterius dissensu impugnata unqvam esse. Qvare jam meritò judicantur licita, nec legibus contrariari, *arg. l. 1. C. qvæ sit longa consuet.*

36 (4) Maximè verò † Principum confraternitates & pacta successoria subsistunt, qvia à Majestate Cæsareâ confirmata sunt, ut Ducum Saxon. & Landgraviorum Hass. à Carolo IV. *Anno 1373.* & à Rudolpho II. *Anno 1597.* qvæ confirmatio omnes machinationes & fraudes cessare facit, *l. ult. C. de vendend. reb. civit. l. 1.* & ibi c. Dd. *C. de his qvi propt. met. jud. non appell.* Gail *dict. observat.*
37 *127. n. 8.* † Ex qvo etiam est ratificata dispositio sive ordinatio Vasalli de feudo, qvæ Domino consentiente facta, defunctis heredibus à nemine ulterius impugnari potest. Etenim in sui præjudicium qvin Dominus Vasallo de feudo disponenti consensum, ratihabitionem, aut confirmationem adhibere valeat, dubium non est, Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. n. 83.* Idq; expeditum de pactis istis antiqvitus ab Impp. confirmatis, tum temporis, qvo Cæsares ex potestate plenariâ, feuda Imperio aperta denuò poterant reinfeudare. † At cum 38
hodiè per Capitulationem Cæsaream, §. was auch die Lehen/ etc. (de qvo articulo *in cap. seq.*) potestas hæc Imperatoris ita fuerit limitata, ut is solus de feudis Imperio apertis, alios denuò investire neqveat, † tutiùs certè a- 39
gunt Principes, de futurâ successione invicem paciscentes, si desuper non saltem Cæsaris confirmationem, sed & reliqvorum Imperii Statuum, vel saltem ArchiPrincipum Electorum consensum & approbationem reqvirant, ne per indirectum in Capitulationem peccetur, ansaqve confraternitates ejusmodi impugnandi præbeatur. Hæc postqvam scripseram, vidi Johann. Limnæum mecum prorsus convenire, *lib. 4. de jur. publ. cap. 8. n. 153.*

SEC-

SECTIO IIX.

Justum atqve legitimum fuit fœdus Smalcaldicum Anno 1530. à Statibus Imperii Protestantibus contractum.

SUMMARIA.

1. *Fœdus Smalcaldicum à qvibus & ubinam contractum?*
2. *Improbatum hoc fœdus à Bodino.*
3. *Aliis qvoq; convitiis id proscindunt.*
4. *In omni fœdere excipi debet Imperator.*
5. *Ab initio à Theologis fœdus Smalcaldicum non probatum.*
6. *Rationes pro justitia fœderis Smalcaldici.*
7. *Causæ hujus fœderis qvænam? n. 8.*
9. *Scopus Confœderatorum.*
10. *Consilio Theologorum & JCtorum fœdus Smalcaldicum ictum.*
11. *Cur primùm fœdus id dissuaserint Theologi.*
12. *Theologi sententiam suam mutaverunt.*
13. *In fœdere Smalcaldico Cæsaris persona excepta.*
14. *Qvatenus Cæsar in fœdere excipiendus?*
15. *Distinctio inter Cæsarem, qvà Cæsarem, & qvà non item.*
16. *Pium & Christianum fuit fœdus Smalcaldicum.*
17. *Defendenda est Religio contra hostes.*

1 DIsceptari qvoq; solet de fœdere Smalcaldico, † illo nempe, qvod inter plerosq; protestantes Imperii Ordines *Anno 1530.* pro defensione Religionis ac veræ doctrinæ ictum est Smalcaldiæ; (qvam Civitatem olim Comitatus Hennebergici, nunc Landgravio Hassiæ subditam, Carolus V. victor propterea solo æqvare constituerat, ni precibus Mauritii Saxonis fuisset delinitus, Spangenberg. *in Chron. Henneberg. lib. 5.*) probumne an im-
2 probum hoc fuerit? † Sanè Johannes Bodinus inter perniciosas improborum Civium adversus patriam, nullâ justâ de causâ, arma capientium conjurationes, illud retulisse videtur. † Hocq; 3
ipsum Auctor *Autonomiæ* appellitat: Einen Schmalkaldischen / Frantzösischen und pestilentzischen Bund / multisq; convitiis fœdus istud ignominiosè proscindunt Anton. Qvetta, Ludovicus de Avila & Natalis Comes, & improbavit hoc Melanchthon *in epist. ad Camerar. p. 127.* Causam si qvæsiveris, ajunt, † omni in fœ- 4
dere

dere qvod licitum judicari debet, excipiendum esse Cæsarem, *art. 1.* Landr. *lib. 2. ibi:* Wo Fürsten und Herren mit Eyden zusammen schweren/ sie scheiden denn den Käyser uñ das Reich aus/ so haben sie wider das Reich gemißhandelt. Warem. ab Erenb. *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 236.* Hunc autem non exceperunt Protestantes, qvi cum eo tandem, collatis pro tenore fœderis viribus, pro Religione bellum apertum gesserunt. Unde

5 factum, † ut Theologi hoc fœdus dissvaserint, veluti constat *ex literis* Lutheri *ad Electorem Saxon. Johannem in tom. 6. German. Jenens.* Johann Sleidan. *libr. 8. comment.* Johann. Bodin. *libr. 2. de Republ. cap. 5.* Luther. in einer Schrifft an Hertzog Friedrichen/ Churfürsten zu Sachsen/ unterm *Dato Bornæ* am Aschermittwoch/ *Anno 1522. tom. 2. Jenens.* Luther. im Buche von weltlicher Obrigkeit/ wie weit man ihr Gehorsam schuldig sey/ *impress. anno 1523. tom. 2.* Luther. *in Ep. ad Wenceslaum Linckum sub dato 1530. apud Cœlestin. hist. August. Confess. tom. 4.* Johan. Brentz. *ad Georgium Marggravium Brandenburgensem sub dato* Schwäbisch Hall/ Sanbstadt nach Catharinæ/ *Anno 29.* apud Frider. Hortleder. *de bello germanico.*

6 Sed dicamus potius qvod res est, † probum scilicet fuisse fœdus Smalcaldicum, licitum & honestum, imò pium atq; Christianum. Maximè enim licita sunt fœdera, qvæ defensionis & conservandæ pacis publicæ gratiâ copulantur, Jul. Pflug *in Orat. de Republ. germ. curandâ* Christ. Besold. *lib. 2. politic. cap. 6.* Gerlac. Buxdorff. *ad tit. 15. Aur. Bull.* Warem. ab Erenberg *lib. 2. de fœder. cap. 2. n. 13.* Vid. *supr. Sect. 6. n. 9.* † Fœdus autem Smal- 7
caldicum ictum esse non turbandæ, sed muniendæ pacis publicæ gratiâ, fœderis hujus causæ satis evincunt: † Nempe proscriptio 8
Lutheri eorumq;, qvi qvoqvomodo Luthero faverent, operamvè ei suam communicarent: Oborta inter utriusq; Religionis Ordines gravis offensio in Comitiis Spirensibus *Anno 1526.* Decretum Comitiorum Ratisbonensium *Anno 1529.* Severum & in Imperio inauditum anteà decretum Comitiorum Augustanorum *Anno 1530.* Frider. Hortleder. *in disp. de fœder. Smalcald.* apud Melch. Goldast. *in Polit. Imper. part. 31.* † 9
Huncqvè fœderis scopum ipsimet innuunt confœderati verbis seqventibus: *Nos in laudem DEI omnipotentis & liberiorem doctrinæ cœlestis propagationem ac incrementum, ad excitandam & promovendam Christianam concordiam & pacem, in sacro Romano Imperio Germani-*

manicæ Nationis, adhæc in honorem, utilitatem & salutem nostrarum ditionum, civitatum & subditorum, solummodò ad defensionem & vim injustam à nobis propulsandam & repellendam, qvod cuilibet non solùm de jure naturali & gentium, verùm etiam de jure scripto permissum & concessum est, unanimiter pio & Christiano fœdere conjunximus, huncq; mutuum consensum & fœdus pariter approbavimus & suscepimus, idq; harum literarum vigore recipimus & inimus eâ formâ ac modo &c. integrum hujus fœderis contextum ponit Waremundus ab Erenberg *lib. 2. cap. ult. meditam. pro fœder. pag. 317. & seqq.*

Nec qvicqvid in coëunda fœderis hujus societate factum, te-
10 merè & inconsultò factum est, †.
sed adhibitis in consilium non saltem JCtis, sed & Theologis. Etsi enim ab initio Theologi fœdus hoc sanctissimum dissuaserint, ut *suprà* dictum; Nec sine causâ: ne videlicet Aulicorum qvorundam animos, jam tum ad bellum per se pronos magis incendere velle viderentur: Ne protestantes perferre qvæcunq; poterant, desisterent, aut adversariis bellum forsan ultrò inferrent: Ne Pontificiis ansam calumniandi darent, qvasi Lutheranæ Religionis concionatores bellorum faces ac tubæ essent: Et qvod nondum bellum imminere, sed intempestivè de defensione consultari putarent, Frid. Hortled. *in disp. de just. belli german. assert. 3.* apud Gol-
dast. *in polit. part 31.* † Unde Theo- 11
logi Magdeburgenses *in part. 2.* Des Bekäntnüß/Unterrichts und Vermahnung *&c.* scribunt. Was aber die Ursachen seynd / warümb *D. Luther* etwas dunckel und schier wiederwertig hiervon gerathen hat / haben etliche seine vertrawte Freunde insonderheit von ihme vernommen: Er hat nemlich die Gegenwehr nicht wollen loben oder recht heissen/auff daß die guten Hertzen auff diesem theil nicht dadurch nachliessen in Geduld den Feinden gleich / viel Unrechts zu vertragen/ und daß die unsinnigen Scharrhansen an der Fürsten Höfe und sonst/ nicht unsinniger würden / die vorhin mehr denn gar zu viel und aus eitel fleischlicher thörichter Rachgier / zu kriegen Lust hatten. Et Philipp. Melanchton *in præfat.* der Erklärung *D. Martini Lutheri* von der Frage die Nothwehr belangende: Daß aber etliche solche ihre Rede schmücken mit einer Schrifft *Lutheri*, die er vor etlichen Jahren gestellet/ als der gerne Krieg verhüten wollen / so lange es durch Gottes Gnad müglich ge-
wesen/ † Attamen postqvam bel- 12
lum

lum omnimodò jam decretum esset à Pontificiis, Theologi qvoq; usq; adeò sententiam suam non dissimulârunt, ut potiùs qvid sentirent, aperte dicerent, nempe, ire se in ICtorum suadentium probantiumq; sententiam, ut apparet aus dem Bedencken D. Martini Lutheri, Justi Jonæ, Philippi Melanchtonis und etlicher anderer der heiligen Schrifft Gelahrten / auch der Juristen Unterricht von der Gegenwehr / *tom. 7. germ. Jenens. fol. 280.* Schrifft D. Martini Lutheri an einen Pfarrherrn von der Gegenwehr / so der Käyser die Evangelischen uberziehen würde / *de Anno 39. tom. 7. Germ. Jenens. fol. 279.* D. Martini Lutheri an D. George Brück / Churf. S. Cantzler / von der Gegenwehr zwischen gleiches standes Fürsten *de anno 1539. tom. 7. Jenens. german. fol. 276.* Der Theologen zu Wittembergk Bedencken uber der Frage von der Gegenwehr. *de anno 1539. tom. 7. Jenens. german. fol. 282.* Luth. in der Warnung an seine liebe Teutschen *tom. 2. german. Jenens. fol. 276.* ibi: Weiter wo es zum Kriege kompt / da Gott für sey / wil ich der Leute Gewissen nicht beschweren lassen mit der Gefahr und Sorge / als sey ihre Nothwehr auffrührisch / aliisq; multis scriptis apud Frider. Hortledern *de bello german.*

13 Nec est † qvod in fœdere Smalcaldico Cæsarem non exceptum credamus: (1) Qvid enim verba hæc fœderis sibi volunt: *Nec verò Christianum hoc fœdus nostrum, vel adversus Cæsaream Majestatem, Dominum nostrum Clementissimum, vel cæteros Status S. Romani Imperii, vel qvemvis alium, sed tantummodò ad conservationem Christianæ veritatis & pacis in sacro Imperio germanicæ Nationis, & aversionem ac propulsationem injustæ violentiæ à nobis, subditisq; & conjunctis nostris, tantùm in casu necessariæ defensionis nostri m..., qvi juri nos sistere, & judicato parere parati sumus, susceptum & sancitum, nec qvicqvam aliud qvæsitum existimetur.* In formula fœder. Smalcaldici apud Waremund ab Erenberg *dict. lib. 2. de fœder.* (2) Deinde qvod dicunt, † in omni fœdere Cæsarem esse 14 excipiendum, id qvidem verum, qvando Cæsar Cæsar, id est, major ac superior est, & Majestatis ac superioritatis jure Ordines antecellit: Ubi verò secus, annè tum Cæsar excipiendus? Non certè putabat hoc Elector Saxon. Mauritius, cum in Imper. Carolum V. Galliarum Regem Henricum II. sibi, sociisq; suis fœdere conjungeret, ut patriam libertati, Religionem paci redderet ac resti-

restitueret, Johan. Sleid. *lib. 24. comm.* 15 † Hinc distinctio seculo superiore nata: *inter Cæsarem qua Cæsarem, & qua non item*: Sleidan. *hinc ind.* Hinc ista Saxonis & Landgravii disceptatio: Cæsarisné, an alio qvopiam nomine sit affandus Cæsar in literis Belli germanici denunciator is. Et Saxo non ei tribuendum Cæsaris cognomen putabat, alioqvi cum eo belligerari non licere; Landgravius verò contra sentiebat, & habebat uterq; sui dicti comprobatores: Tandem hæc fuit inventa ratio media, ut illum appellarent vel ut eum, qvi sese pro Cæsare gerat, Sleidan. *lib. 17. comm. pag.* 533. Frider. Hortled. *dict. diss. de fœd. Smalcald.* apud Goldast. *in Polit. part. 31.* & Arum. *discurs. Academ. 26.*

16 † Qvæ certè efficiunt, ut fœdus Smalcaldicum pro illegitimo neutiqvam sit habendum, qvin potiùs pium ac Christianum id fuisse, vel propterea fateri necesse habemus, qvod pro defensione Religionis etiam initum fuerit, qvalia fœdera procul dubio sunt justa atq; legitima † cum defendere, conservare & vindicare Religionem contra hostes & turbatores, Magistratui maximoperè incumbat, *Deut. 13. Esai. 49.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 8. de Republ. cap. 2.* qvod & jamdudum præter Protestantes ipsos apud Sleidan. *lib. 17. & 18.* & Lambert. Hortens. *de bello german. lib. 2.* voluit D. Lutherus *in fin. libell.* wider den Meuchler zu Dreßden / *tom. 5. germ. Jenens.* & consentiunt Minus Celsus *de hæret. non occid. sect. 3. & 4.* Cornheert. *in epit. process. de non occid. hæret. cap. 3.* Hortled. *in disp. de just. belli german.* apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 31. disc. 2.* Waremund. ab Erenberg *in edit. pro fœder. cap. 2. n. 240. & seqq.* Henr. Bocer. *lib. 1. de jur. bell. cap. 5.* 17

SECTIO IX.

Licitané fuerit confœderatio Statuum Belgicorum Anno 1565. & Unio Evangelicorum Anno 1610. inita.

SUMMARIA

1. *Licita est confœderatio pro defensione Religionis.*
2. *Etiam apud Ethnicos.*
3. *Licitum fuit fœdus Belgicorum anno 1565. contractum.*
4. *Causa hujus fœderis, n. 7. 8.*

5. Feli-

5. Felicissimus hujus confœderationis eventus.
6. Belgæ confœderati hodiè ab omni imperio exemti.
9. Causa unionis Evangelicorum.
10. Confœderati in unione qvinam fuère?
11. Pactum unionis ab omnibus non probatum. n. 12.
13. Rationes pro unionis pacto.
14. In unione Evangelicorum persona Cæsaris excepta.
15. Licita fuit unio pro defensione Religionis.
16. Judicium Eusebij Philadelphi de sancta Liga.
17. Effectus unionis minus feliciter cessit.
18. Fœdera Principum multiplicia scindunt Imperium. n. 19.

1 NEmo facilè confœderationem pro defensione Religionis contractam improbabit, cum & pacis politicæ defensio justa ac licita judicetur, istius verò non minor ac hujus ratio sit habenda: 2 † Ex qvo etiam ethnici Athenienses, Subditos juramento obstringebant, ut pro Diis suis & sacris vel soli, vel cum aliis pugnarent, Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 60.* Qvis ergò dubitaverit 3 † de fœdere Nobilium Belgicorum 400 Catholicorum pariter & Reformatorum *Anno 1565.* contracto, qvin istud fuerit legitimum? Præterqvam enim, qvod in eo majore ex parte liberum Religionis exercitium in 4 considerationem veniebat; † non certè aliò, qvàm ut tumultui præveniretur, respiciebat: prout confœderati Bruxellæ, Gubernatrici Margarethæ, Ducissæ Parmensi conjurationem istam explicabant, Eman. Metter. *de bello Belgico*. Ernest. Erem. *de orig. & histor. belg. tumult. p. 79.* † Tan- 5 tumq; abest, confœderationem hanc non fuisse justam, ut etiam felicissimum eventum & exitum ea fuerit sortita: † ita nimirum 6 hodiè Belgæ isti confœderati, liberi & prorsus ab omni imperio sunt exempti, qvodq; potentissimus Rex Hispaniarum supplicantibus anteà negaverat, militantibus concedere coactus est, Dav. Chytr. *in Saxon. lib. 25. pag. 695. & seqq.*

Clamitent † licèt Pontificii, fi- 7 dem à Belgis fractam, eosq; rebellasse, alii tamen id negant, cum non nisi cursum tyrannidis impedire conati sint, nec conscientias Paparum somniis constringi concesserint. Considerent porrò, ab Hispano fidem contra Belgas prius violatam fuisse. † Co- 8 gitent qvoq; Hispanum contra eorun-

eorundē privilegia: *Ne sine consensu Ordinū generalium, dignitates ecclesiasticæ mutarentur, nec peregrinus ad munera admitteretur publica*, egisse. Et maximè observent istud, qvod inter cætera privilegia fuit postremum: *Si qvid contra factum fuerit, subditi juramento essent soluti, & superioribus resistere possent*, Eman. Metter. *dict. loc.*

9 † Sed qvid de confœderatione Evangelicorum, Halæ Suevorum *Anno 1610.* contractâ habendum (qvam vulgò Unionem vocabant) ex suspicione sive verâ sive falsâ, nata ut catholicis oppositâ, operam suam & studium eò dirigentibus, ut exeqvantur Concilium Tridentinum, neqve hæreticis fidem servandam, nec Pacificationem Religionis, pragmaticam sanctionem aut Legem perpetuam, sed saltem Interim & Toleramus usq; ad Concilium Tridenti-
10 num asserentibus. † Cui sua dederunt nomina Electores Palatinus & Brandenburgensis: Principes Palatini, Bipontinus, Neoburgicus Culmbacensis & Onoltzbacensis, Würtembergici, Hassiaci, Badenses, Anhaltini, Comites Ottingenses & pleriq; Wetteravici. Civitates: Argentina, Ulma, Norinberga, Wormatia, Spira, Nordlinga, HalaSuevorum, Heilbrun, Rotenburg ad Tauber, Weissenburg ad Rhen. Landavia, Memminga, Campidunum, Schweinfurth: qvibus & alii qvadantenus adjungebantur, qvos videre licet in catalogo der *Unirten* Churfürsten und Stände / so *Anno 1615.* zu Nürnberg auff dem *Correspondentz* Tag erschienen / ꝛc.

De hoc fœdere † Auct. *discurs.* 11
Ob es nützlich und heilsam im heiligen Römischen Reich *Uniones* oder Bündnüssen uffzurichten / ita loqvitur: Man hat allbereit eine *Universal-Union* am Religion Frieden / zu dessen *Observation* so wol das Haupt als die Glieder von beyden Religionen theuer verbunden: *Et posteà:* Aus diesen allen erscheinet / daß durch die vorstehende *Uniones* allbereit das *Corpus Imperii* in fünff Partheyen zertheilet: Nemlichen in die Catholische *Union*, Catholische *Malecontenten*. Evangelische *Union*, Evangelische *Malecontenten*, unnd endlichen das Haupt an sich selbsten / welches bey solcher Zerrüttung und Widerwertigkeit der Glieder sich nothwendig übel befinden muß. † Idq; malè 12
proscindunt Christianus Gottlieb à Friedberg in dem neuen Calvinischen Model des heiligen Röm. Reichs / *cap. 8. p. 73.* & Christoph. Von Ungersdorff / von der Calvinisten Art und Feindseligkeit gegen dem Römischen Reich / *cap. 5. pag. 13.*

& ad locum alludentes, unionem hanc pro Hällische vocant, eine hellische conjuration.

Evangelici tamen confœderati hanc pactionem ita defendebant,
13 † qvod non nisi ad conservationem pacis atq; concordiæ fuisset inita, juxta ea, qvæ habentur im gemeinen Ausschreiben der *Unirten* Evangelischen Churfürsten/ Fürsten und Stände/ aus was Ursachen sie sich in eine engere *Correspondentz* begeben/ *de Anno 1610.* in §. daß wir/ ibi: Daß wir uns demnach im Namen des Allmächtigen/ zu Beförderung seiner göttlichen Ehren/ zu Erhalt- und Fortpflantzung der lieben *Justitien*, Fried und Einigkeit/ und bereit vor etlichen Jahren einer mehrern/ nähern und vertraulichen Verständnüß un̄ Zusammensetzung miteinander verglichen. Et posteà: Sondern dessen versichert seyn/ daß es allein aus schuldiger/ treuhertziger Liebe und *affection* gegen dem gemeinen Vaterlande/ un̄ zuerhaltung friedlichen Wesens hergeflossen/ unnd wollens/ ob Gott wil/ mit der That bezeigen/ daß sich ob dieser unserer *correspondentz* niemand zubeschweren/ sondern vielmehr auch andere der einen und andern *Religion*, Ursach haben sollen/ sich in gleiche verständnüß mit uns einzulassen/ damit also das bißhero verspürete schädliche Mißtrauen auffgehebt unnd gute vertrauliche Einigkeit gepflantzet und erhalten werden möge/ ꝛc. † Porrò Imperatoris perso- 14
nam qvoq; in hoc fœdere exceptâ fuisse, hæc verba arguunt: Und zwar gar nicht der Röm. Käyserl. Majest. unser aller gnädigsten Herrn/ als derē wir aller unterthänigsten/ gebührenden und schuldigen Gehorsamb zuerzeigen willig/ oder auch einigen Stand des Reichs/ so sich dessen Ordnungen gemäß erzeiget/ als denen wir samt und sonders mit allen freundlichē/ günstigen/ gnädigen und nachbarlichen guten Willen zugethan/ und sonsten keinem Menschen zu wider/ zu Nachtheil und Beschwerung/ ꝛc.

Hancq; † unionem pro defen- 15
sione Religionis & Regionis licitam fuisse, scribit Ventura de Valentiis *in parth. litig. lib. 1. cap. 6. n. 33.* ubi ad hanc rem allegat Jacob. Menoch. *consil. 28. n 7.* Maxime cum à parte Pontificiorum Sancta Liga huic pactioni non minimam dederit causam, † de qvâ Eusebius 16
Philadelph. *in qverela libert. germ. Præcipuè verò*, inqvit, *qvid nuper renovatum illud Conjuratorum fœdus (in qvô præter falsi nominis titulum, nihil omninò sanctum, nihil religiosum esse potest) portendere vobis ac minitari videatur: id vestrum munus fuerit, pro magnitudine rei,* accu-

accuratè sapienterq́; considerare. Et postcà: *Patefacta consilia sunt & conspirationes eorum, qui cervicibus vestris servitutem imponere, vel certè Imperium Germaniæ vobiscum commune habere conantur, quibus nisi vos fidei ac fortitudinis clypeum maturè objiciatis, actum est de salute meâ & de Imperio vestro &c.* Ut sic unio hæc pro defensione inita, defendenda videbatur: qvam econtra Catholici pleriq; impugnabant. † Ast cum effectus confœderationis istius minus feliciter cesserit, nec bonæ intentioni responderit, liberum cuiqve suum de hâc judicium relinqvimus. † Adhærentes interim judicio rerum politicarum peritissimi Friderici Hortlederi *in lib. 5. de caus. belli german. cap. 46. p. 885. & seq. Etsi,* inqvit is, *defendendi sui gratiâ fœdus percutere, omnes leges, omnia jura permittant, attamen nimium prona à defensione ad offensionem via, scisso semel in diversas partes Imperio. Qvare si sapimus, quantum omninò possumus, singularia fœdera vitemus, & non nisi maxima atq; exploratâ de causâ, a Constitutionibus de pace Regionis & Religionis resiliamus, qvibus post distractiones qvaslibet exitiosas fœderatum rursus est atqvè unitum, divisum antcà Imperium &c. Recess. Imper. August. de Anno 1551. §.* In solcher fürgezogener Berathschlagung/ rc. † Eademqve fuit qvondam qverela Johan. Sleidan. *Fœdus,* ait, *per omnem Germaniam, & qvam latè Imperium patet, unicum esse debebat, totius Reipublicæ spectans incolumitatem. Nunc verò plurima sunt separatim & inter singulos. Qvod est maximum procul dubio & alienationis animorum & diffidentiæ & futuræ dissipationis argumentum. in Orat. ad Principes Imper.*

17 (margin, left, at "gnabant. † Ast cum effectus con-")

18 (margin, left, at "mus. † Adhærentes")

19 (margin, right, at "† Eademqve fuit")

SECTIO X.

Justum atq; legitimum in Imperio Romano-Germanico est fœdus Civitatum Anseaticarum.

SUMMARIA.

1. *Civitates Imperiales licitè contrahunt invicem fœdera.*
2. *Fœdus Civitatum Anseaticarum,* der Hannstädte.
3. Hannstädte *unde sic dicta?*
4. Hanseestädte *unde appellatæ?*
5. *Variæ hujus nominis derivationes. n. 6. 7.*
8. *Qvænam Civitates hoc fœdere comprehendantur?*

 9. De

9. *De initiis ac progressibus hujus fœderis remissivè.*
10. *Rationes contra fœdus Civitatum Anseaticarum.n.11.*
12. *Civitates municipales num sub hoc fœdere comprehensa?*
13. *Civitates municipales sine Domini consensu licita non contrahunt fœdera.*
14. *Fœdus Anseaticum à Carolo IV. confirmatum.*
15. *A multis Impp. fœdus Hanseaticum approbatum.n.16.*
17. *Collegium Civitatum Anseaticarum ad contributionem reqvisitum.*
18. *Qvonam tempore hoc fœdus initum? n.19.*
20. *Fœdus Anseaticum præscriptione temporis immemorialis munitum.n.22.*
21. *Præscriptio temporis immemorialis omnia vitia purgat.*
23. *Legati à Principibus ad Collegium Anseaticum missi.*
24. *Civitates Hanseaticæ jus mittendi Legatos non habent.*
25. *Societas Anseatica extra suspicionem est monopolii.*
26. *Consvetudo immemorialis monopolii respectum excludit.*

1 NOn modò † Principes Imperii, sed & Civitates Imperiales tàm cum aliis, qvàm inter seipsas licita contrahere fœdera, *ex tit.15. §.1. Aur. Bull. Caroli IV. Imp.* manifestum est: qvam in rem fœdus
2 vulgò proferunt † Civitatum Anseaticarum, der Hayn- und See-Städte/ *Recess. Spirens. de anno 1544.* §. Demnach haben wir/ *Recess. August. de anno 1566.* §. Der Hayn- und
3 Seestädte belangend/ † h.e. der grossen Städte: nam vocula Hayn idem est, qvod magnus à Hunnis, qvorum procera erat sta-
4 tura: † Sive der HanseeStädte/ *Recess. Ratisp. de an. 1594.* §. Derglei-
5 chen die Freye. † Vel à societate sic dictarum, significat enim Anse societatem: vel à commerciis, qvasi
6 Handelstädte / † vel à voce Hand/ qvæ mutuum defensionis vinculum notat: vel ab antiqvo gothico verbo *Ansi*, qvo Proceres & Heroes denotantur, germanicè grosse Hansen / † vel inde, qvod ma- 7
ximæ & præcipuæ ex hisce Civitatibus mari adjaceant, qvasi am See Städte/ Christoph. Besold. *lib.2. Polit. cap. 6.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.2. p.2. c.3. n.4.* Wehner. *in observat. pract. verb.* Hansee-Stadt. Rutger. Ruland. *de Commissar. lib.5. p.2. cap.4. n.36.* Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib.1. class. 4. cap.20. n.43.* † Fœdus id ab initio 8
continebat Civitates plures 80. si Thuanum seqvimur, *lib. 51. histor. p.838.* aut plus minus 83. secundum Matth. Stephan. *dict. loc.* Earum ex numero cum *Anno 1418.* ejectæ fuissent qvatuordecim, adhuc

huc 66. Civitates in societate hâc remansisse, autor est Thuanus, cui consentit Dresser. *de Urb. germ. p. 626.* qvas refert Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 70.*

9 † De fœderis hujus initiis & progressibus tractant Thuan. *dict. loco.* Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. p. 53. & seqq.* & plenissimè Johan. Limn. *dict. cap. 1.* Illud saltem hic videbimus, an fœdus Anseaticum pro legitimo sit habendum & tolerandum in Imperio? Ete-
10 nim † cum inter alia Rex Romanorum, confœderationes & societates Mercatorum onerosas se aboliturum & interdicturum *in Capitulatione* promittat, utiqve ex membro hoc Capitulationis Cæsareæ, fœdus qvoqve Civitatum Anseaticarum abolendum qvis
11 existimaverit; Qvippe † qvod speciem monopolii præ se ferre videtur: Ideò namq; contractum putatur, ut certis locis merces emant confœderati, qvo rursus precio eo, qvo volunt, vendant.

12 † Accedit, qvod scribit VVaremund. ab Erenberg. *Si penitius examinaverimus hujus fœderis naturam, vix negare poterimus, qvin sapiat qvoad nonnullas Civitates speciem conjurationis, cum multæ Civitates eo comprehendantur, alterii Imperio subjectæ, lib. 1. de fœder. cap. 2. n. 44.* Unde vel propterea solummodò fœdus hoc improbum erit, † qvod 13
Carolus IV. Imperator confœderationes Civitatum aliis subjectarum, sine eorum consensu inhibeat, *in Aur. Bullâ. tit. 15.*

Veruntamen tantum abest, fœdus Hanseaticarum Civitatum contrariari *Aureæ Bullæ*, ac proptereà illicitum ac illegitimū esse, † ut etiam consensu Caroli IV. 14
Imperatoris fuerit corroboratum eo ipso, qvod suâ autoritate perfecerit, ut Civitas Brunovicensis cum fœdere illo exclusa esset, vicissim reciperetur, Albert. Crantz. *lib. 9. in Vandal. cap. 7.* Auct. der vereinigten Teutschen Hanseestädte kurtzen nothwendigen Verantwortung. *In verb.:* Jnmassen zu solchem Ende höchstgedachter Käyser Carol der *IV. Anno 1377.* der Stadt Braunschweig/ als die von unserm *Collegio excludiret* und ausgeschlossen gewesen/ sich dergestalt angenommen/ daß sie endlich mit der Hansee verglichen unnd in vorigen Stand *restituiret* worden. † Sic & 15
civitas Coloniensis ex Ansâ ejecta intercessione Friderici III. Imperatoris, & ad instantiam ArchiEpiscopi Coloniensis iterum suscepta fuit. Nec non Civitas Bremensis ad monitionem Ferdinandi I. & Maximil. II. Imp. Auct. *dict. resp.* Der vereinigten Teutschen Hansee-Städte. Qvis non hinc animad-

16 vertit,† fœdus hoc etiam ab Impp.
Friderico III. Ferdinando I. &
Maximiliano II. approbatum fu-
17 iſſe? Qvin & non ſemel † Collegi-
um hoc civitatum Anſeaticarum
ad contributionem fuit reqviſitū,
ut patet ex *Receſſ. Imp. An. 1541. 1544.*
1548. 1576. & 1582. qvod procul du-
bio haud factum eſſet, ſi Anſa illi-
citæ cōſpirationis ſpeciē foveret.
18 Accedit porrò † temporis præ-
ſcriptio, cum hoc fœdus Anſeati-
cum jam ante 400 annos fuerit
contractum: iſtud enim paulò an-
te tempora Friderici II. Impera-
toris circiter annum 1200 cœpiſ-
ſe, ſcribit David Chytr. *in Saxon.*
fol. 67. Thuan. *hiſtor. lib. 51.* extareq;
ajunt privilegium ab Henrico III.
Anglorum Rege *de Anno 1206.* ra-
tione vectigalium civitatibus
19 Hanſeaticis conceſſum, † qvan-
tumvis alii initiū hujus Collegii
repetant ab anno 1270. Keckerm.
lib. 1. Polit. cap. 24. pag. 391. Atqvi
præſcriptio tam longi temporis
vim legis ſpecialisq; conceſſionis
obtinet, *l. 1. §. ult. l. 2. ff. de aqua pluv.*
arcend. l. 6. §. 4. ff. de aqua qvotid. &
20 *æſtiv.* † Ex qvo corruit objectio
Waremund. ab Erenberg *dict. cap.*
2. fœdus nempe hoc propterea
improbum haberi, qvod eo com-
prehendantur Civitates alterius
21 Principis Imperio ſubjectæ: † Tol-
lit enim hoc vitium præſcriptio
temporis immemorialis, qvæ pri-
vilegiata eſt & ex vitioſo etiam
titulo dominium & jus tribuit,
l. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.
cap. 12. extr. de præſcript. omnesqve
ſolennitates etiam extrinſecas
negotio acceſſiſſe præſumit tanti
temporis antiqvitas, *l. ſciendum 36.*
ubi Bartol. & Jaſon. *ff. de V. O.* Cra-
vetta *conſ. 274. n. 4. & 5.* Dec. *conſil.*
13. n. 8. & conſil. 341. num. 13. † Qvin 22
& propter vetuſtatem receptionis
adhuc incertum eſt, an Civitates
iſtæ tum temporis plenariè fue-
rint ſubjectæ; vel Dominorum
conſenſus non intervenerit: hoc
enim factum eſſe, ſalvoq; Princi-
pum & Dominorum ſuorum jure
fœderi iſtas Civitates acceſſiſſe
præſumitur, nec inde protinùs
exemtionis argumentum eſt,
qvod Hanſeaticæ ſint, Reinking
de Regim. ſec. & eccleſ. libr. 1. claſſ. 4.
cap. 20. num. 48. & ſeqq. Ac demum
evincit juſtitiam hujus fœderis,
† qvod Principes magni ad Colle- 23
gium iſtud miſerint Legatos, Her-
man. Kirchner. *libr. 1. de legat. cap. 3.*
num. 55. † qvamvis vice verſâ Civi- 24
tates Hanſeaticæ ut tales, jus mit-
tendorum Legatorum non habe-
ant, Kirchner. *dict. loco.*

Nec obſtat, qvod Societas Han-
ſeatica monopolium præ ſe ferre
dicatur. † Eſt enim hoc ipſum, 25
qvod negamus cum auct. Der

ver-

vereinigten Teutschen Hanseestädte kurtzen nothwendigen Verantwortung/ etc. qvando scribit: Darwider gantz ungereimbt zu vernehmen/ daß von unsern Mißgünstigen fürgegeben werden wil/ daß unser Verständnüß auff die *Commercia* allein/ unnd nicht zugleich mit auff die *necessitatem tutionis vel commerciorum, vel ipsarum imprimis Urbium* sich erstrecken solle. Et ut maximè qvoad qvid hoc con-
26 cederetur, † Monopolii tamen respectum, ut consvetudo immemorialis & Cæsarum approbatio excluderet, Bartol. Muscul. *in dissertat. de Confrat. th. 15.* Joh. Camman. *in disp. de jur. Majest. 5. th. 1.* Joach. Cluten. *parad. th. 8.* Reinh. König *in theatr. Polit part. 1. cap. 5. n. 74.* Nicol. Betz. *de pact. famil. illustr. fol. 53.* Ventur. de Valent. *in partb. litig. lib. 1. cap. 6. n. 34. fol. 94.* Domin. Arum. *ad Aur. Bull. disc. 6. th. 9. & tom. 1. jur. publ. disc. 14.* Reinking. *dict. loco.*

CAP. VII.

In administratione, oppignoratione, alienatione, infeudatione & recuperatione bonorum Imperii, qvidnam [illegible] Capitulatio ab Imperatore observari velit.

SUMMARIA.

1. Boni Principis est, probè res Imperii administrare.
2. Non valet Princeps alienare bona & jura Principatus.
3. Ratio prohibitæ alienationis.
4. Carolus IV. malus bonorum Imperii administrator. n. 7. 9.
5. Regnum Arelatense à Carolo IV. alienatum.
6. Publica Imperatorum vectigalia in perpetuum abalienata.
8. Lusatia à Carolo IV. Regno Bohemiæ adjuncta.
10. Carolus IV. Imp. religiosissimus & in literis peritissimus.
11. Noluit Fridericus III. qvicqvam de Imperio abalienare.
12. Leges alienationis Regi Romanorum præscripta.
13. Absq. consensu Electorum bona Imperii non alienanda.
14. De feudis Imperio apertis nemo sine consensu Electorum investiendus.
15. Nihil prorsus Imperio est detrahendum.
16. Bona illicitè alienata recuperari & Imperio reincorporari debent.

Non

lum omnimodò jam decretum esset à Pontificiis, Theologi qvoq; usq; adeò sententiam suam non dissimulârunt, ut potiùs qvid sentirent, aperte dicerent, nempe, ire se in ICtorum suadentium probantiumq; sententiam, ut apparet aus dem Bedencken D. Martini Lutheri, Justi Jonæ, Philippi Melanchtonis und etlicher anderer der heiligen Schrifft Gelahrten / auch der Juristen Unterricht von der Gegenwehr / *tom. 7. germ. Jenens. fol. 280.* Schrifft D. Martini Lutheri an einen Pfarrherrn von der Gegenwehr / so der Käyser die Evangelischen uberziehen würde / *de Anno 39. tom. 7. Germ. Jenens. fol. 279.* D. Martini Lutheri an D. George Brück / Churf. S. Cantzler / von der Gegenwehr zwischen gleiches standes Fürsten *de anno 1539. tom. 7. Jenens. german. fol. 276.* Der Theologen zu Wittembergk Bedencken uber der Frage von der Gegenwehr. *de anno 1539. tom. 7. Jenens. german. fol. 282.* Luth. in der Warnung an seine liebe Teutschen *tom. 2. german. Jenens. fol. 276.* ibi: Weiter wo es zum Kriege kompt / da Gott für sey / wil ich der Leute Gewissen nicht beschweren lassen mit der Gefahr und Sorge / als sey ihre Nothwehr auffrührisch / aliisq; multis scriptis apud Frider. Hortledern *de bello german.*

Nec est † qvod in fœdere Smalcaldico Cæsarem non exceptum credamus: (1) Qvid enim verba hæc fœderis sibi volunt: *Nec verò Christianum hoc fœdus nostrum, vel adversus Cæsaream Majestatem, Dominum nostrum Clementissimum, vel cæteros Status S. Romani Imperii, vel qvemvis alium, sed tantummodò ad conservationem Christianæ veritatis & pacis in sacro Imperio germanicæ Nationis, & aversionem ac propulsationem injustæ violentiæ à nobis, subditisq; & conjunctis nostris, tantùm in casu necessariæ defensionis nostrûm, qvi jure nos sistere, & judicato parere parati sumus, susceptum & sancitum, nec qvicqvam aliud qvæsitum existimetur.* In formula fœder. Smalcaldici apud Waremund ab Erenberg *dict. lib. 2. de fœder.* (2) Deinde qvod dicunt, † in omni fœdere Cæsarem esse excipiendum, id qvidem verum, qvando Cæsar Cæsar, id est, major ac superior est, & Majestatis ac superioritatis jure Ordines antecellit: Ubi verò secus, annè tum Cæsar excipiendus? Non certè putabat hoc Elector Saxon. Mauritius, cum in Imper. Carolum V. Galliarum Regem Henricum II. sibi, sociisq; suis fœdere conjungeret, ut patriam libertati, Religionem paci redderet ac resti- 13 14

restitueret, Johan. Sleid. *lib. 24.*
15 *comm.* † Hinc distinctio seculo superiore nata: *inter Cæsarem qua Cæsarem, & qua non item*: Sleidan. *hinc ind.* Hinc ista Saxonis & Landgravii disceptatio: Cæsarisne, an alio qvopiam nomine sit affandus Cæsar in literis Belli germanici denunciatoriis. Et Saxo non ei tribuendum Cæsaris cognomen putabat, alioqvi cum eo belligerari non licere; Landgravius verò contra sentiebat, & habebat uterq; sui dicti comprobatores: Tandem hæc fuit inventa ratio media, ut illum appellarent velut eum, qvi sese pro Cæsare gerat, Sleidan. *lib. 17. comm. pag. 533.* Frider. Hortled. *dict. diss. de fœd. Smalcald.* apud Goldast. *in Polit. part. 31.* & Arum. *discurs. academ. 26.*

16 † Qvæ certè efficiunt, ut fœdus Smalcaldicum pro illegitimo neutiqvam sit habendum, qvin potius pium ac Christianum id fuisse, vel propterea fateri necesse habemus, qvod pro defensione Religionis etiam initum fuerit, qvalia fœdera procul dubio sunt justa atq; legitima 17 † cum defendere, conservare & vindicare Religionem contra hostes & turbatores, Magistratui maximoperè incumbat, *Deut. 13. Esai. 49.* Petri Gregor. Tholosan. *lib. 8. de Republ. cap. 2.* qvod & jamdudum præter Protestantes ipsos apud Sleidan. *lib. 17. & 18.* & Lambert. Hortens. *de bello german. lib. 2.* voluit D. Lutherus *in fin. libell.* wider den Meuchler zu Dreßden / *tom. 5. germ. Jenens.* & consentiunt Minus Celsus *de hæret. non occid. sect. 3. & 4.* Cornheert. *in epit. process. de non occid. hæret. cap. 3.* Hortled. *in disp. de just. belli german.* apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 31. disc. 2.* Waremund. ab Erenberg *in edit. pro fœder. cap. 2. n. 240. & seqq.* Henr. Bocer. *lib. 1. de jur. bell. cap. 5.*

SECTIO IX.

Licitané fuerit confœderatio Statuum Belgicorum Anno 1565. & Unio Evangelicorum Anno 1610. inita.

SUMMARIA

1. *Licita est confœderatio pro defensione Religionis,*
2. *Etiam apud Ethnicos.*
3. *Licitum fuit fœdus Belgicorum anno 1565. contractum,*
4. *Causa hujus fœderis, n. 7. 8.*

5. Feli-

5. Felicissimus hujus confœderationis eventus.
6. Belgæ confœderati hodiè ab omni imperio exemti.
9. Causa unionis Evangelicorum.
10. Confœderati in unione qvinam fuêre?
11. Pactum unionis ab omnibus non probatum. n. 12.
13. Rationes pro unionis pacto.
14. In unione Evangelicorum persona Cæsaris excepta.
15. Licita fuit unio pro defensione Religionis.
16. Judicium Eusebij Philadelphi de sancta Liga.
17. Effectus unionis minus feliciter cessit.
18. Fœdera Principum multiplicia scindunt Imperium. n. 19.

NEmo facilè confœderatio-
1 nem pro defensione Religio-
nis contractam improbabit, cum
& pacis politicæ defensio justa ac
licita judicetur, istius verò non
minor ac hujus ratio sit habenda:
2 † Ex qvo etiam ethnici Athenien-
ses, Subditos juramento ob-
stringebant, ut pro Diis suis & sa-
cris vel soli, vel cum aliis pugna-
rent, Waremund. ab Erenberg *de
fœder. lib. 1. cap. ult. n. 60.* Qvis er-
3 gò dubitaverit † de fœdere Nobi-
lium Belgicorum 400 Catholico-
rum pariter & Reformatorum
Anno 1565. contracto, qvin istud
fuerit legitimum? Præterqvam
enim, qvod in eo majore ex parte
liberum Religionis exercitium in
4 considerationem veniebat; † non
certè aliô, qvàm ut tumultui præ-
veniretur, respiciebat: prout
confœderati Bruxellæ, Guberna-
trici Margarethæ, Ducissæ Par-
mensi conjurationem istam ex-
plicabant, Eman. Metter. *de bello
Belgico*; Ernest. Erem. *de orig. &
histor. belg. tumult. p. 79.* † Tan- 5
tumq; abest, confœderationem
hanc non fuisse justam, ut etiam
felicissimum eventum & exitum
ea fuerit sortita: † ita nimirum 6
hodiè Belgæ isti confœderati, li-
beri & prorsus ab omni imperio
sunt exempti, qvodq; potentissi-
mus Rex Hispaniarum supplican-
tibus anteà negaverat, militanti-
bus concedere coactus est, Dav.
Chytr. *in Saxon. lib. 25. pag. 695. &
seqq.*

Clamitent † licèt Pontificii, fi- 7
dem à Belgis fractam, eosq; rebel-
lasse, alii tamen id negant, cum
non nisi cursum tyrannidis impe-
dire conati sint, nec conscien-
tias Paparum somniis constringi
concesserint. Considerent por-
rò, ab Hispano fidem contra Bel-
gas prius violatam fuisse. † Co- 8
gitent qvoq; Hispanum contra
eorun-

eorundé privilegia: *Ne sine consensu Ordinũ generalium, dignitates ecclesiasticæ mutarentur, nec peregrinus ad munera admitteretur publica*, egisse. Et maximè observent istud, qvod inter cætera privilegia fuit postremum: *Si qvid contra factum fuerit, subditi juramento essent soluti, & superioribus resistere possent*, Eman. Metter. *dict. loc.*

9 † Sed qvid de confœderatione Evangelicorum, Halæ Suevorum *Anno 1610.* contractâ habendum (qvam vulgò Unionem vocabant) ex suspicione sive verâ sive falsâ, nata ut catholicis oppositâ, operam suam & studium eò dirigentibus, ut exeqvantur Concilium Tridentinum, neqve hæreticis fidem servandam, nec Pacificationem Religionis, pragmaticam sanctionem aut Legem perpetuam, sed saltem Interim & Toleramus usq; ad Concilium Tridentinum asserentibus.

10 † Cui sua dederunt nomina Electores Palatinus & Brandenburgensis: Principes Palatini, Bipontinus, Neoburgicus Culmbacensis & Onoltzbacensis, Würtembergici, Hassiaci, Badenses, Anhaltini, Comites Ottingenses & plerіq; Wetteravici. Civitates: Argentina, Ulma, Norinberga, Wormatia, Spira, Nordlinga, HalaSuevorum, Heilbrun, Rotenburg ad Tauber, Weissenburg ad Rhen. Landavia, Memminga, Campidunum, Schweinfurth: qvibus & alii qvadantenus adjungebantur, qvos videre licet in catalogo der *Unirten* Churfürsten und Stände/ so *Anno 1615.* zu Nürnberg auff dem *Correspondentz* Tag erschienen/ ꝛc.

De hoc fœdere † Auct. *discurs.* 11 Ob es nützlich und heilsam im heiligen Römischen Reich *Uniones* oder Bündnüssen uffzurichten/ ita loqvitur: Man hat allbereit eine *Universal-Union* am Religion Frieden/ zu dessen *Observation* so wol das Haupt als die Glieder von beyden Religionen theuer verbunden: *Et posteà:* Aus diesen allen erscheinet/ daß durch die vorstehende *Uniones* allbereit das *Corpus Imperii* in fünff Partheyen zertheilet: Nemlichen in die Catholische *Union*, Catholische *Malecontenten*. Evangelische *Union*, Evangelische *Malecontenten*, unnd endlichen das Haupt an sich selbsten/ welches bey solcher Zerrüttung unt Widerwertigkeit der Glieder sich nothwendig übel befinden muß. † Idq; malè 12 proscindunt Christianus Gottlieb à Friedbergk in dem neuen Calvinischen Model des heiligen Röm. Reichs/ *cap. 8. p. 73.* & Christoph. Von Ungersdorff/ von der Calvinisten Art und Feindseligkeit gegen dem Römischen Reich/ *cap. 5. pag. 13.*

& ad locum alludentes, unionem hanc pro Hällische vocant, eine hellische conjuration.

Evangelici tamen confœderati hanc pactionem ita defendebant,
13 † qvod non nisi ad conservationem pacis atq; concordiæ fuisset inita, juxta ea, qvæ habentur im gemeinen Ausschreiben der *Unirten* Evangelischen Churfürsten/ Fürsten und Stände/ aus was Ursachen sie sich in eine engere *Correspondentz* begeben/ *de Anno 1610.* in §. daß wir/ bi: Daß wir uns demnach im Namen des Allmächtigen/ zu Beförderung seiner göttlichen Ehren/ zu Erhalt- und Fortpflantzung der lieben *Justitien*, Fried und Einigkeit / und bereit vor etlichen Jahren einer mehrern/ nähern und vertraulichen Verständnüß uñ Zusammensetzung miteinander verglichen. Et posteà: Sondern dessen versichert seyn/ daß es allein aus schuldiger/ treuhertziger Liebe und *affection* gegen dem gemeinen Vaterlande/ uñ zuerhaltung friedlichen Wesens hergeflossen / unnd wollens/ ob Gott wil/ mit der That bezeigen/ daß sich ob dieser unserer *correspondentz* niemand zubeschweren/ sondern vielmehr auch andere der einen und andern *Religion*, Ursach haben sollen/ sich in gleiche verständnüß mit uns einzulassen/ damit also das bißhero verspürete schädliche Mißtrauen auffgehebt unnd gute vertrauliche Einigkeit gepflantzet und erhalten werdē möge/ 2c. † Porrò Imperatoris personam qvoq; in hoc fœdere exceptá 14 fuisse, hæc verba arguunt: Und zwar gar nicht der Röm. Käyserl. Majest. unser aller gnädigsten Herrn / als derē wir aller unterthänigsten/ gebührenden und schuldigen Gehorsamb zuerzeigen willig/ oder auch einigen Stand des Reichs/ so sich dessen Ordnungen gemäß erzeiget/ als denen wir samt und sonders mit allen freundlichē/ günstigen/ gnädigen und nachbarlichen guten Willen zugethan/ und sonsten keinem Menschen zu wider/ zu Nachtheil und Beschwerung/ 2c.

Hancq; † unionem pro defen- 15 sione Religionis & Regionis licitam fuisse, scribit Ventura de Valentiis *in partib. litig. lib. 1. cap. 6. n. 33.* ubi ad hanc rem allegat Jacob. Menoch. *consil. 28. n 7.* Maxime cum à parte Pontificiorum Sancta Liga huic pactioni non minimam dederit causam, † de qvâ Eusebius 16 Philadelph. *in qverelâ libert. germ. Præcipuè verò*, inqvit, *qvid nuper renovatum illud Conjuratorum fœdus (in qvô præter falsi nominis titulum, nihil omninò sanctum, nihil religiosum esse potest) portendere vobis ac minitari videatur: id vestrum munus fuerit, pro magnitudine rei, accu-*

accuratè sapienterq́; considerare. Et posteà: *Patefacta consilia sunt & conspirationes eorum, qvi cervicibus vestris servitutem imponere, vel certè Imperium Germaniæ vobiscum commune habere conantur, quibus nisi vos fidei ac fortitudinis clypeum maturè objiciatis, actum est de salute meâ & de Imperio vestro &c.* Ut sic unio hæc pro defensione inita, defendenda videbatur: qvam econtra Catholici pleriq; impu-
17 gnabant. † Ast cum effectus confœderationis istius minus feliciter cesserit, nec bonæ intentioni responderit, liberum cuiqve suum de hâc judicium relinqvi-
18 mus. † Adhærentes interim judicio rerum politicarum peritissimi Friderici Hortlederi *in lib. 5. de caus. belli german. cap. 46. p. 885. & seq. Etsi,* inqvit is, *defendendi sui gratiâ fœdus percutere, omnes leges, omnia jura permittant, attamen nimium prona à defensione ad offensionem via, scisso semel in diversas partes Imperio. Quare si sapimus, quantum omnino possumus, singularia fœdera vitemus, & non nisi maxima atq; exploratâ de causâ, à Constitutionibus de pace Regionis & Religionis resiliamus, qvibus post distractiones qvaslibet exitiosas fœderatum rursus est atqvè unitum, divisum anteà Imperium &c. Recess. Imper. August. de Anno 1551. §.* In solcher fürgezogener Berathschlagung/ etc.
† Eademqve fuit qvondam qverela Johan. Sleidan. 19
Fœdus, ait, *per omnem Germaniam, & quam latè Imperium patet, unicum esse debebat, totius Reipublicæ spectans incolumitatem. Nunc verò plurima sunt separatim & inter singulos. Quod est maximum procul dubio & alienationis animorum & diffidentiæ & futuræ dissipationis argumentum. in Orat. ad Principes Imper.*

SECTIO X.

Justum atq; legitimum in Imperio Romano-Germanico est fœdus Civitatum Anseaticarum.

SUMMARIA.

1. *Civitates Imperiales licitè contrahunt invicem fœdera.*
2. *Fœdus Civitatum Anseaticarum,* der Haynstädte.
3. Haynstädte *unde sic dicta?*
4. Hauseestädte *unde appellatæ?*
5. *Variæ hujus nominis derivationes. n. 6. 7.*
8. *Quotnam Civitates hoc fœdere comprehendantur?*

9. De initiis ac progressibus hujus fœderis remissivè.
10. Rationes contra fœdus Civitatum Anseaticarum. n. 11.
12. Civitates municipales num sub hoc fœdere comprehensæ?
13. Civitates municipales sine Domini consensu licita non contrahunt fœdera.
14. Fœdus Anseaticum à Carolo IV. confirmatum.
15. A multis Impp. fœdus Hanseaticum approbatum. n. 16.
17. Collegium Civitatum Anseaticarum ad contributionem reqvisitum.
18. Qvonam tempore hoc fœdus initum? n. 19.
20. Fœdus Anseaticum præscriptione temporis immemorialis munitum. n. 22.
21. Præscriptio temporis immemorialis omnia vitia purgat.
23. Legati à Principibus ad Collegium Anseaticum missi.
24. Civitates Hanseaticæ jus mittendi Legatos non habent.
25. Societas Anseatica extra suspicionem est monopolii.
26. Consvetudo immemorialis monopolii respectum excludit.

1 NOn modò † Principes Imperii, sed & Civitates Imperiales tàm cum aliis, qvàm inter seipsas licita contrahere fœdera, *ex tit. 15. §. 1. Aur. Bull. Caroli IV. Imp.* manifestum est: qvam in rem fœdus
2 vulgò proferunt † Civitatum Anseaticarum, der Hayn- und See-Städte/ *Recess. Spirens. de anno 1544.* §. Demnach haben wir/ *Recess. August. de anno 1566.* §. Der Hayn- und
3 Seestädte belangend/ † h. e. der grossen Städte: nam vocula Hayn idem est, qvod magnus à Hunnis, qvorum procera erat sta-
4 tura: † Sive der HanseeStädte/ *Recess. Ratisp. de an. 1594.* §. Dergle-
5 chen die Freye. † Vel à societate sic dictarum, significat enim Anse societatem: vel à commerciis, qvasi
6 Handelstädte / † vel à voce Hand/ qvæ mutuum defensionis vinculum notat: vel ab antiqvo gothico verbo *Ansi*, qvo Proceres & Heroes denotantur, germanicè grosse Hansen/ † vel inde, qvod ma- 7
ximæ & præcipuæ ex hisce Civitatibus mari adjaceant, qvasi am See Städte/ Christoph. Besold. *lib. 2. Polit. cap. 6.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 3. n. 4.* Wehner. *in observat. pract. verb.* Hansee-Stadt. Rutger. Ruland. *de Commissar. lib. 5. p. 2. cap. 4. n. 36.* Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 20. n. 43.* † Fœdus id ab initio 8
continebat Civitates plures 80. si Thuanum seqvimur, *lib. 51. histor. p. 838.* aut plus minus 83. secundùm Matth. Stephan. *dict. loc.* Earum ex numero cum *Anno 1418.* ejectæ fuissent qvatuordecim, adhuc

huc 66. Civitates in societate hâc
remansisse, autor est Thuanus, cui
consentit Dresser. *de Urb. germ. p.*
626. qvas refert Johan. Limn. *de*
jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 70.
9 † De fœderis hujus initiis &
progressibus tractant Thuan. *dict.*
loco. Nicol. Bets. *de pact. famil. il-*
lustr. p. 53. & seqq. & plenissimè Jo-
han. Limn. *dict. cap. 1.* Illud saltem
hic videbimus, an fœdus Ansea-
ticum pro legitimo sit habendum
& tolerandum in Imperio? Ete-
10 nim † cum inter alia Rex Roma-
norum, confœderationes & socie-
tates Mercatorum onerosas se ab-
oliturum & interdicturum *in Ca-*
pitulatione promittat, utiqve ex
membro hoc Capitulationis Cæ-
sareæ, fœdus qvoqve Civitatum
Anseaticarum abolendum qvis
11 existimaverit; Qvippe † qvod spe-
ciem monopolii præse ferre vide-
tur: Ideò namq; contractum pu-
tatur, ut certis locis merces emant
confœderati, qvo rursus pretio
eo, qvo volunt, vendant.
12 † Accedit, qvod scribit VVare-
mund. ab Erenberg. *Si penitius exa-*
minaverimus hujus fœderis naturam,
vix negare poterimus, quin sapiat
quoad nonnullas Civitates speciem
conspirationis, cum multæ Civitates
eo comprehendantur, aliorū Imperio
subjectæ, lib. 1. de fœder. cap. 2. n. [illegible]
Unde vel propterea solummodò
fœdus hoc improbum erit, † qvod 13
Carolus IV. Imperator confœde-
rationes Civitatum aliis subjecta-
rum, sine eorum consensu inhi-
beat, *in Aur. Bulla. tit. 15.*

Veruntamen tantum abest, fœ-
dus Hanseaticarum Civitatum
contrariari *Aureæ Bullæ*, ac pro-
pterea illicitum ac illegitimū es-
se, † ut etiam consensu Caroli IV. 14
Imperatoris fuerit corroboratum
eo ipso, qvod suâ autoritate per-
fecerit, ut Civitas Brunovicensis
cum fœdere illo exclusa esset, vi-
cissim reciperetur, Albert. Crantz.
lib. 9. in Vandal. cap. 7. Auct. der ver-
einigten Teutschen Hanseestädte
kurtzen nothwendigen Verantwor-
tung. *In verb.:* Inmassen zu sol-
chem Ende höchstgedachter Käyser
Carol der *IV. Anno 1377.* der Stadt
Braunschweig/ als die von unserm
Collegio excludiret und ausgeschlos-
sen gewesen / sich dergestalt ange-
nommen / daß sie endlich mit der
Hansee verglichen unnd in vorigen
Stand *restituiret* worden. † Sic & 15
civitas Coloniensis ex Ansâ ejecta
intercessione Friderici III. Impe-
ratoris, & ad instantiam ArchiE-
piscopi Coloniensis iterum susce-
pta fuit. Nec non Civitas Bremen-
sis ad monitionem Ferdinandi I.
& Maximil. II. Imp. Auct. *dict. ress.*
Der vereinigten Teutschen Hansee-
Städte. Qvis non hinc adnimad-

 vertit,

16 vertit, † fœdus hoc etiam ab Impp.
Friderico III. Ferdinando I. &
Maximiliano II. approbatum fu-
17 isse? Qvin & non semel † Collegi-
um hoc civitatum Anseaticarum
ad contributionem fuit reqvisitū,
ut patet ex *Recess. Imp. An. 1541. 1544.
1548. 1576. & 1582.* qvod procul du-
bio haud factum esset, si Ansa illi-
citæ cōspirationis speciē foveret.
18 Accedit porrò † temporis præ-
scriptio, cum hoc fœdus Anseati-
cum jam ante 400 annos fuerit
contractum: istud enim paulò an-
te tempora Friderici II. Impera-
toris circiter annum 1200 cœpis-
se, scribit David Chytr. *in Saxon.
fol. 67.* Thuan. *histor. lib. 51.* extareq;
ajunt privilegium ab Henrico III.
Anglorum Rege *de Anno 1206.* ra-
tione vectigalium civitatibus
19 Hanseaticis concessum, † qvan-
tumvis alii initiū hujus Collegii
repetant ab anno 1270. Keckerm.
lib. 1. Polit. cap. 24. pag. 391. Atqvi
præscriptio tam longi temporis
vim legis specialisq; concessionis
obtinet, *l. 1. §. ult. l. 2. ff. de aqua pluv.
arcend. l. 6. §. 4. ff. de aqua qvotid. &
20 æstiv.* † Ex qvo corruit objectio
Waremund. ab Erenberg *dict. cap.
2.* fœdus nempe hoc propterea
improbum haberi, qvod eo com-
prehendantur Civitates alterius
21 Principis Imperio subjectæ: † Tol-
lit enim hoc vitium præscriptio
temporis immemorialis, qvæ pri-
vilegiata est & ex vitioso etiam
titulo dominium & jus tribuit,
*l. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.
cap. 12. extr. de præscript.* omnesqve
solennitates etiam extrinsecas
negotio accessisse præsumit tanti
temporis antiqvitas, *l. sciendum 36.*
ubi Bartol. & Jason. *ff. de V. O.* Cra-
vetta *cons. 274. n. 4. & 5.* Dec. *consil.
13. n. 8. & consil. 341. num. 13.* † Qvin 22
& propter vetustatem receptionis
adhuc incertum est, an Civitates
istæ tum temporis plenariè fue-
rint subjectæ; vel Dominorum
consensus non intervenerit: hoc
enim factum esse, salvoq; Princi-
pum & Dominorum suorum jure
fœderi istas Civitates accessisse
præsumitur, nec inde protinùs
exemtionis argumentum est,
qvod Hanseaticæ sint, Reinking
*de Regim. sec. & eccles. libr. 1. class. 4.
cap. 20. num. 48. & seqq.* Ac demum
evincit justitiam hujus fœderis,
† qvod Principes magni ad Colle- 23
gium istud miserint Legatos, Her-
man. Kirchner. *libr. 1. de legat. cap. 3.
num 55.* † qvamvis vice versâ Civi- 24
tates Hanseaticæ ut tales, jus mit-
tendorum Legatorum non habe-
ant, Kirchner. *dict. loco.*

Nec obstat, qvod Societas Han-
seatica monopolium præ se ferre
dicatur. † [illegible] enim hoc ipsum, 25
qvod negamus cum auct. Der

ver-

vereinigten Teutschen Hanseestädte kurtzen nothwendigen Verantwortung/ etc. qvando scribit: Darwider gantz ungereimbt zu vernehmen/ daß von unsern Mißgünstigen fürgegeben werden wil/ daß unser Verständnüß auff die *Commercia* allein/ unnd nicht zugleich mit auff die *necessitatem tutionis vel commerciorum, vel ipsarum imprimis Urbium* sich erstrecken solle. Et ut maximè qvoad qvid hoc con-
26 cederetur, † Monopolii tamen respectum, ut consvetudo immemorialis & Cæsarum approbatio excluderet, Bartol. Muscul. *in dissertat. de Confrat. th. 15.* Joh. Camman. *in disp. de jur. Majest. 5. th. 1.* Joach. Cluten. *parad. th. 8.* Reinh. König *in theatr. Polit part. 1. cap. 5. n. 74.* Nicol. Betz. *de pact. famil. illustr. fol. 53.* Ventur. de Valent. *in partb. litig. lib. 1. cap. 6. n. 34. fol. 94.* Domin. Arum. *ad Aur. Bull disc. 6. th. 9. & tom. 1. jur. publ. disc. 14.* Reinking. *dict. loco.*

CAP. VII.

In administratione, oppignoratione, alienatione, infeudatione & recuperatione bonorum Imperii, qvidnam Capitulatio ab Imperatore observari velit.

SUMMARIA.

1. Boni Principis est probè res Imperii administrare.
2. Non valet Princeps alienare bona & jura Principatus.
3. Ratio probibitæ alienationis.
4. Carolus IV. malus bonorum Imperii administrator. n. 7. 9.
5. Regnum Arelatense à Carolo IV. alienatum.
6. Publica Imperatorum vectigalia in perpetuum abalienata.
8. Lusatia à Carolo IV. Regno Bohemiæ adjuncta.
10. Carolus IV. Imp. religiosissimus & in literis peritissimus.
11. Noluit Fridericus III. qvicqvam de Imperio abalienare.
12. Leges alienationis Regi Romanorum præscriptæ.
13. Absq; consensu Electorum bona Imperii non alienanda.
14. De feudis Imperio apertis nemo sine consensu Electorum investiendus.
15. Nihil prorsus Imperio est detrahendum.
16. Bona illicitè alienata recuperari & Imperio reincorporari debent.

Non

NOn sufficit Principi, habere in regno vel principatu bona plurima, nisi probâ administratione
1 eadem conservare sciat: †Fuerunt enim plures, qvi bonis inventis copiosissimis sunt abusi, & multò magis nocuerunt Reipublicę in illis malè dispensandis, qvàm alii in pessimè conqvirendis, Petr. Gregor. Tholosan. *lib.3. de Republ.cap.*
2 *8.* † Habeat ergò pro axiomate Princeps, bona ea, qvæ supremi Principatus sunt, & jura, qvæ ejus dignitati adhærent, cedi vel pro lubitu oppignorari & infeudari non posse, cùm is tantummodò sit usuarius jurium ac bonorum, qvæ sunt Reipublicæ seu Principatus?
3 † Cumq; bona concessa Principi à Republicâ, subjecta sint restitutioni, vel propterea alienari non possunt in præjudicium Successorum in regno aut Reipublicæ Administratorum, exemplo eorum, qvæ à privatis restituenda, distrahi ab illis neqveunt, *l. ult. §. sed nostra majestas. Comm. de legat.* Hoc si
4 observâsset †Carolus IV. Imperator, non in eas, qvæ ante oculos sunt, angustias redactum esset Imperium, maximum enim hic bona Reipublicæ alienandô, jactu-
5 ram fecit Imperio. † Regnum siqvidem Arelatense ab Ottone I. adjectum Imperio, prandii unius gratiâ in villâ novâ prope Avinionem Galliarum Regi tradidit: Sedecim liberas Civitates ad Imperium pertinentes vicinis Principibus vendidit. Crus. *lib. 5. Annal. Suevicor. part.3. cap.11.* † Utq; fili- 6
um suum Wenceslaum sibi Successorem constitueret, cuiq; Electorum centum millia aureorum promisit, qvæ cum solvendo non esset, cum maximo Imperii detrimento publica vectigalia Imperatoribus adsubsidia relicta, ipsis Principibus non tàm oppignoravit, qvàm perpetuò abalienavit, Dubrav. *lib.22. histor. Bohem.* Egnatius *in vitâ Caroli.* Domin. Arum. *ad præfat. Aur. Bull. disc.1.* † Et ut 7
Competitoribus Imperii pacatis, bonis Imperii, qvibus inhiabat, liberè potiretur, deq; iis ex animi sententiâ negotiari posset, Günthero Comiti Schwartzenburgico, ab Electoribus ipsi contrariis electo & Imperatori designato viginti duo millia marcarum argenti, ac duo oppida Imperialia in Thuringiâ ad tempus vitæ dedit, Cuspinian. *in vitâ Günther.* Frider. Hortled. *de caus. belli german. lib.3. pag.612.* † Lusatiam itidem, 8
qvæ Imperialis beneficii nomine multis annis ab Episcopo Magdeburgensi possessa fuerat, Alberto ejus temporis Episcopo corrupto, Regno Bohemiæ adjunxit, Fabric.

lib.6.

lib. 6. orig. Sax. Ita nimirum à Carolo IV. deplumata est Aqvila, ut in reliqvum cæteris animantibus sit contemptui: qvid enim potest sine pennis? inqvit Alb. Crantz.
9 *in Saxon. lib. 10. cap. 3.* † Qvorum intuitu Maximilianus I. Imperator, eo pestilentiorem pestem nunqvam obtigisse Germaniæ, dixisse fertur, Spigel. *lib. 5. comment.*
10 *ad Ligurin. Güntheri.* † qvamvis aliàs Princeps fuerit religiosissimus, in literarum cognitione peritissimus & qvinq; in lingvis expeditissimus; Cuspin. *in ejus vitâ.* Dubrav. *dict. lib. 22.* Ut meritò Aqvila Imperii in Musarum hortis jucundè pavisse, purpuramq; & diadema inter Cathedræ subsellia scholastica submisisse dicatur, Frider. Achill. *in Orat. pro Germ.*

11 At rectius fecit † Fridericus III. Imperator, qvi cum promisisset, Imperium nullatenus, nec bona Imperii se alienaturum, & modò hoc, modò illud ab eo peteretur, maluit avarus negando, qvàm côcedendo perjurus videri: qvam ob causam, petenti Borsio Marchioni Estensi Ducatum Mutinæ & Regii tamdiu restitit, donec monstratum est, concessionem istius Ducatus, lucri magis, qvàm alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina & Regium in suâ potestate non essent, Æneas Sylv. *ad Panormit. de dictis Alphonsi lib. 4. cap. 41.*

Metuentes itaqve ArchiPrincipes Electores, † ne forsan in posterum Imperatores, Caroli IV. vestigiis insistentes, bona Imperii vel alienent, vel dissipent, certo qvasi freno liberam rerum Imperii administrationem coarctaverunt, eamqve in Capitulatione Cæsareâ modo qvadruplici limitaverunt. † *Primò* namq; jurat Rex Romanorum, qvod de Imperio ejusq; pertinentiis, absq; scientiâ, voluntate & permissu Electorum, nihil distrahere, obligare vel oppignorare, aliovè qvovis modo alienare velit, *hisce verbis:* Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir von dem heiligen Römischen Reich und desselben Zugehörungē/ nicht allein ohne wissen/ willen und zulassen gemeldter Churfürsten sämptlich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere Wege veräussern noch beschweren. 12 13

Secundò † promittit Imperator, qvod de bonis vacantibus & feudis Imperio apertis sine consensu & voluntate ArchiPrincipum Electorum, neminem investire velit: Wann auch Lehen dem Reich unnd uns bey Zeit unserer Regierung eröffnet unnd lediglich heimfallen werden / so etwas mercklichs 14

 extra-

ertragen/ als Fürstenthum/Graffschafften/ Herrschafften/ Städte und dergleichen/die sollen und wollen wir ferner niemand leihen/auch niemanden einige *expectantz* oder Anwartung darauf geben/sondern zu Unterhaltung des Reichs unser und unserer Nachkommen/der Könige unnd Käyser behalten/ einziehen und *incorporiren*, biß so lange dasselbige Reich wieder zu wesen und auffnehmen kömpt/ doch uns von wegen unserer Erblande und sonst männiglich an seinen Rechten und Freyheiten unschädlich.

Tertiò obligat Cæsarem Capi-
15 tulatio, † ut singula qvæq; ope & consilio Electorum acqvisita Imperio asignet, nec qvicqvam juris de bonis,per hereditatē alioqve modo sibi obventis Imperio detrahat. Jurat etenim Cæsar in hunc modum: So wir auch mit Rath und Hülffe der Churfürsten und anderer Stände des Reichs/ ichtes gewinnen/überkommen oder zu händen bringen werden/ das alles sollen und wollen wir dem Reich zuwenden und zueignen/ wo wir aber in solchem ohne der Churfürsten / Fürsten und anderer Stände Wissen und Willen ichtes fürnehmē/dorinnen sollē sie uns zu helffen unverbunden seyn/ und wir nichts desto minder das jenige/ das wir in solchen eröbert und gewonnen hätten oder würden/und dem heiligen Reich zustünde/ dem Reich wieder zustellen und eignen. Et iterum jurat: Auff dem Fall aber zukünfftiger Zeit Fürstenthum/ Grafschafften / Herrschafften / Pfandschafften und andere Gütere/ dem heiligen Reich mit Dienstbarkeiten/ Reichs Anlagen / Steuern unnd sonsten verpflichtet / dessen *jurisdiction* unterwürffig unnd zugethan/ nach Absterben deren Inhabere/ uns durch Erbschafft heimfallen oder auffwachsen/und wir die zu unsern Händen behalten/oder andern zukommen lassen würden/ oder da wir dergleichen allbereit in unsern Händen hätten/ davon sollen dem H. Reich seine Recht / Gerechtigkeit/ Anlagen/ Steuern und andere schuldige Pflicht / wie dorauff hergebracht / hindan gesetzt aller *prætendirten exemption*, geleistet / abgerichtet und erstattet werden.

Qvartò: deniq; jurato promit-
tit † Rex Romanorum, qvod bo- 16
na Imperii nullo vel injusto titulo alienata atqve distracta, vel vacantia recuperare,Imperioqve reincorporare,& si qvæ ipsemet possideat, restituere velit, *hisce verbis:* Sondern uns auff höchste bearbeiten/ unnd allen müglichsten Fleiß und Ernst vorwenden/ daß das jenige / so vom Reich kommen/ als/ verfallene Fürstenthumb / Herrschaff-

schafften und andere/ auch *confiscirte* und un*confiscirte* merckliche Gütere/ die zum theil in anderer frembden *Nation* Händen ungebürlicher weise gewachsen/zum förderlichsten wieder dazu zubringen/ zuzueignen/ auch darbey bleiben zulassen/ fürnemlich auch/ dieweil uns fürkömpt/ daß etliche ansehnliche/ dem Reich angehörige Herrschafften unnd Lehen *in Italia* oder sonsten vereussert worden seyn sollen/ eigentliche Nachforschung derentwegen anstellen/ wie es mit solchen *alienationen* bewant/ und die eingeholete Berichte zur Churfürstlichen Meintzischen Cantzeley inner Jahres Frist von *dato* anzurechnen unfehlbarlich einschicken/ auch in diesem/ wie obigen allen/ Rath/ Hülffe und Beystand der Sechs Churfürsten/ unnd der andern Fürsten uñ Stände/ iederzeit an die Hand nehmen/ was durch uns und sie vor rathsam/ nützlich und gut angesehen und verglichen seyn wird/ doch männiglichen an seinen gegebenen *Privilegien*, Recht und Gerechtigkeiten/ unschädlich. Et posteà: Und ob wir selbst oder die unsern/ ichtes das dem Helligen Reich zuständig und nicht verliehen/ noch mit einem rechtmässigen *titul* bekommen were oder würde/ innen hätten/ das sollen unnd wollen wir bey unsern schuldigen und gethanen Pflicht/ demselben Reich ohne Verzug/auff der Churfürsten Gesinnen wieder zu handen wenden/ zustellen unnd folgen lassen.

[?]. Hæc sunt, qvæ circa administrationem bonorum Imperii à Rege Romanorum Capitulatio Cæsarea exigit, de qvibus agendum uberius *in Section. subseqq.*

SECTIO I.

Gravissimis de causis oppignorationem, distractionem & alienationem bonorum Imperii, absq; consensu ArchiPrincipum Electorum fieri, Capitulatio Cæsarea prohibet.

SUMMARIA.

1. Cæsares qvondam Provinciarum habuerunt commercia. n. 2.

3. Alienatio bonorum Imperii hodiè constricta legibus.

4. Causæ hujus constrictæ potestatis.

5. Crebra bonorum alienatio minuit familias Principum.

6. Divisiones Principatuum à Politicis improbatæ. n. 8. 9.

 7. Fin-

7. Feuda Regalia divisionem hodiè admittunt.
10. Turpe habitum apud Romanos, domus familiæ distrahere.
11. Statuta Lubecens. & Hamburg. rerum avitarum alienationem prohibent.
12. Licita est ejusmodi prohibitio.
13. Alienatio bonorum Imperii affert incommodum. n. 14. 15.
16. Incommodum novi Magistratus atq; Imperii.
17. Curiosus fuit M. Anton. Imper. ne bona Imperii alienarentur.
18. Ut & Imp. Nerva Coccejus.
19. Non nisi proprietarius bona valet alienare.
20. Cur Augustus Imper. noluerit vocari Dominus Imperii.
21. Qvatenus Imperator sit Dominus bonorum Imperii. n. 22. 23.
24. Non pugnat Capitulatio cum vero Regiminis arbitrio. n. 25.

1 QVondam † Cæsares provinciarum habuisse commercia, vel solùm ex vetustissimis multarum Urbium privilegiis manifestum est, in qvibus ea reperiuntur verba: *Hanc Urbem à nobis & Imperio nullatenus separare, alienare, oppignorare promittimus: Hoc oppidum immediatè nobis & Imperio reservare volumus &c.* Zachar. Vietor. *de caus. exempt. Imp. concl. 13.* Qvod
2 † & Seneca innuit, in personâ Neronis Cæsaris, inqviens: *Ego ex omnibus mortalibus placui, electusq; sum, qvi in terris Deorum vice fungerer: Ego vitæ necisq; gentibus arbiter; Qvalem qvisq; sortem statumq; habeat, in manu meâ positu est. Qvid cuiq; mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat. Ex nostro responso lætitiæ causas populi urbesq; concipiunt; Nulla pars unqvam, nisi volente propitioq; me floret. Hæc tot millia gladiorum, qvæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: Qvas nationes funditus exscindi, qvas transportari, qvibus libertatem dari, qvibus eripi, qvos Reges mancipia fieri, qvorumq; capiti regium circumdari decus oporteat, qvæ ruant urbes, qvæ oriantur, mea jurisdictio est.* Senec. *de clement. lib. 1. cap. 1. in pr.* † Sed hodiè potestas 3
hæc per Capitulationem Cæsaream est limitata, nec valent Imperatores absq; consensu Principum Electorum provincias & bona Imperii oppignorare aliovè modo distrahere & alienare, ut *h. cap. 7. num. 13.* ex verbis Capitulationis demonstratum dedimus, Enenckel. *lib. 2. privil. cap. 5. n. 67.* Alber. Gentil. *lib. 3. de jur. belli cap. 22.* Longovall. *ad l. 3. ff. de jurisdict. n. 256.* Vasq. *lib. 1. illustr. qvæst 4.*

Qvâ in re Capitulatio Cæsarea urgentibus gravissimisq; nititur rationibus. (1) † Est namqve alie- 4
natio

natio bonorum Imperii contra reputationem & existimationem Imperatoris ac Principum Imperii. Sicuti enim ex divisione sectionevè substantiæ paupertas enatat, emergitq; contemtus, ut posteà Duces, Principes & Comites sine territorio, non absq; ignomi-
5 niâ dicantur; † ita ex crebrâ bono-
rum alienatione principales familiæ, si non planè intercidunt, saltem ita attenuantur, ut pro dignitate statum & conditionem suam tueri ampliùs non possint, Andr. Gail *lib.2.observat.153.num.3.* Qvo fit, ut sine territorio posteà consistant, sicuti fides sine operibus, exiguam & tenuem admodùm nuncupationem sine realitate Principatus habentes, Eberhard. à Weihe *in Orat: Utrius Regni conditio melior, cui Rex nascatur,*
6 *an cui eligatur.* † Neq; aliâ de causâ
divisiones Ducatuum & Principatuum à Politicis improbantur, qvàm qvod deminuant dignitatem familiæ, Andr. Gail *dict. loc.* veluti de jure feudali ejusmodi divisiones, consentientibus licet consortibus sunt prohibitæ, *c. imperialem §. propterea Ducatus. de*
7 *prohib. feudi alienat. per Frider.* † Et
qvamvis Feuda regalia ex notoriâ Germaniæ consvetudine divisionem hodiè admittant; ex re tamen Imperii, ejusq; dignitate magis foret, & ad conservationem familiarum plurimum faceret, si jus commune feudale in usum revocaretur, secundum Christoph. Besold. *de success. & elect. Regia, lib.1. dissert.4.* Herman. Lather. *de censu lib. 1. cap. 6. num. 16.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 7. de Republ. cap. 5.* Johan. Bodin. *lib.6. de Republ. cap.5.* Afflict. *ad §. præterea ducatus. Sect. 2. num.5. de probibit. feudi alienat.*
† Hinc D. Bernhardus, cum à Co- 8
mite qvodam de dividendo Comitatu vel hereditate sententiam suam dicere rogaretur, respondit: *Si sunt Nobiles, melior est qvandoq; filiorum aliorum dispersio, qvàm hereditatis divisio: Si sunt laboratores, faciant, ut velint; Si mercatores, tutior est divisio qvàm communio, ne infortunium unius alteri imputetur,* Cothman. *vol.3. Respons.1. num.61.*
† Hinc ne splendor familiæ immi- 9
nueretur, qvondam apud Romanos non licuit hortum vel agrum alienare, nisi priùs pararetur alius non minoris proventus, Johan. Cas. *lib.2. Sph. Civit. cap.5. dist.2.* Nec etiam lugubre deplorandumqve solùm videbatur, antiqva majorum prædia in externas manus
devenire, *l.28. ff. de R. I.* † Verùm 10
etiam domus familiæ alienare & distrahere turpe habitum fuit, Andr. Tiraqvell. *tom.3. de Retract. in præfat. num. 46. & seqq.* Andr.
Gail *lib.2 observ.19. in pr.* † Ex qvo 11

rerum avitarum alienatio Statutis Lubecensibus & Hamburgensibus disertè prohibita est, Ernest. Cothman. *vol.3. Respons.11. per tot.*
12 *& Respons.45.n.77.* † talemq; prohibitionem statutariam de jure licitam, concludit Ventur. de Valent. *in parth.litig.lib.2.cap.11.* Nec non prohibitionem parentis, Ne liberi bona avita in extraneum alienare, hypothecare aut modo qvovis obligare possint: Der hiervon etwas entwendet/ den straffe GOtt an seinem Ende/ uti Philippus Hass. Landgr. Heinæ inscripsit, attestante Ventur. de Valent. *dict.cap.11.n.27.* Hering. *de fide juss. cap.1.n.101.* Hoc si verum in bonis & familiis hominum privatorum, qvid non dicendum & habendum de bonis & splendore totius Imperii, qvod non minus per alienationem indiscretam maximoperè minuitur.

13 (2) Accedit porrò, † qvod alienatio ejusmodi bonorum in magnum Imperii præjudicium atqve incommodum vergat. Nam Princeps unum atq; alterum oppidum vel partem sui Principatus abalienando id agit, qvod ad corruptionem totius Principatus, incommodumq; Subditorum spectat, siqvidem reliqvorum onera per id aggravantur, neq; hi ulterius adversariis resistere possunt, Frider. Pruckman *de Regal. membr. 2. cap. 4. effect. 6. n.21. & seqq.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 153.* Petr. Greg. Tholos. *lib.7. de Republ.cap.5. num. 2. & seqq.* Graviter hinc † Nicol. Cusanus Cardinal. in alienationem bonorum Imperii invehitur: 14 *O cæcitas maxima*, inqvit, *non credant Principes de bonis Imperii divites fieri & permanere posse aliqvandiu: Curantibus enim omnibus si a augmentare Imperio ad nihil tendente, qvid seqvitur, nisi universorum destructio? Qvoniam non existente potentiâ majori conservativâ & pacativâ Imperii invidiâ, eademq; semper crescente cupiditate, bella, schismata, divisionesq; faciet, & tunc sicut omne Regnum in se divisum desolabitur iniqvè collectum; Decipiantur itaq; Principes sub Imperio, dum ob illum finem attrahunt & colligunt undiq; Imperialia, qvo potentiores & fortiores fiant: qvoniam postqvam totam Capitis & Imperii potestatem, membraq; laniaverint & deglutiverint, desinet hierarchicus Ordo: non enim est primus, ad qvem concurratur; & ubi non est ordo, ibi est confusio, & ubi confusio, ibi nullus tutus, & sic Nobilibus inter se altercantibus, jus omne in armis propriis qværentes surgent: Qvia sicut Principes Imperium devorant, ita populares devorabunt Principes.* Hactenus Cusan. *lib. 3. de concord. Cathol. cap. 30.*

Hancq;

Hanceq; ipſam ob cauſam Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib.*
15 *2. cap. 22.* † inter arcana dominationis refert, ne Principatus facilè diſtrahantur, ob detrimentum ſcilicet exinde ſubditis futurum, præſertim, qvod novum & externum Imperium ſemper ſubditis ſit gravius, qvia proclivius per conſuetum & indigenam Dominum, qvàm novum & externum plebs in officio contineatur. *Ut ut enim Princeps aliqvis externus*, inqvit Philipp. Comin. *lib. 8. in fin. benè rem gerat & commodè guber-*
16 *net,* † *tamen qvia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum repræſentare poteſt benevolentiam, ac ſi eſſet indigena, faciles oriuntur diſſenſionum occaſiones,* Johan. à Chokier.
17 *lib. 1. theſaur. Polit.* Ideoq; † M. Antonius Imperator cognomento Philoſophus, cum in conficiendo bello pecuniæ deficerent, omnia vaſa aurea, argentea, cryſtallina & myrrhina, cum omni principali ſuppellectile ornatuq; Conjugis publicè vendidit, ne alienando Civitates & oppida, ſubditis eſſet gravis, Pet. Gregor. *libr. 3. de*
18 *Republ. cap. 6. n. 36.* † Et Nerva Coccejus Imp. Civitatibus Romanis in ſummâ egeſtate conſtitutis & pecuniâ egentibus, ne facultates Imperii diſtraherentur, numerum ingentem veſtium, multaq; vaſa argentea, aureaqve & reliqvam vendidit ſupellectilem, Dio Caſſ. *lib. 68. hiſtor. Rom.*

(3) Deniq; Imperator vel proptereà absq; conſenſu Electorum bona Imperii diſtrahere nõ valet, † qvia alienatio cum effectu fieri
neqvit niſi ab eo, qvi rei alicujus 19
plenum & directum habet dominium, eſtq; proprietatis Dominus: qvod de Imperatore vix dici poterit, qvippe qvi ſolam Imperii habet adminiſtrationem, Caſp. Ens *in theſ. polit. tom. 1. cap. 1.* Arnold. Clapm. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 12.* Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 10. n. 6.* Cæteroqvin ſi proprietatem Regni haberet, procul dubio illud jamdudum ad heredes prolemq; ſuam jure hereditario transmiſiſſet, vel de hinc transmiſſurus eſſet, *l. heredem ejusdem poteſtatis. ff. de Reg. jur. l. nihil aliud eſt hereditas ff. de V. S. l. hereditas. ff. de Reg. jur.*
† Perſuaſus hinc Auguſtus Imper. 20
ſe Dominum appellari, vel publicè, vel privatim ſeverè omnibus interdixit: dictitabat enim, appellationem iſtam velut adulatoriam & falſam perſonæ ejus nullo pacto competere, Zoanett. *de Roman. Imper. n. 153.* vel inde manifeſtum eſt, qvod ab initio cauſa demandandi arduam illam Romani Imperii provinciam uni tantummodò perſonæ fuerit ſola neces-

necessitas consulendi Romanæ Reipublicæ per unum, non autem populi. Romani liberalitas seu munificentia, *l. 2. §. novissimè. ff. de Orig. jur.* maximè cum in necessitate nemo liberalis existat, *l. rem legatam. ff. de adim. legat.* Consentaneum itaqve est, nihil præter Reipublicæ curam & defensionem cum universali jurisdictione, illi uni & in unum fuisse concessam,

21 Zoanett. *dict. loc. n. 156.* † Hocqve ipsum est, qvod Imperator in *l. benè à Zenone. §. 1. C. de qvadr. præscript.* dicit, *Omnia Imperatoris esse intelligi sive videri*, nempe qvod reverà non sint, sed esse solummodò intelligantur: verbum enim *(Videri)* improprietatis significativum est, *l. un. circa pr. C. de rei uxor. act. l. cum qvid. in fin. ff. si cert. petat. l. si tibi homo §. cum servus. ff. de legat. 1.* Jason. *in l. 1. C. Unde vir. & uxor.*

22 † Non ergò verè ac propriè, sed fictè atq; impropriè, ratione administrationis & jurisdictionis saltem omnia dicuntur esse Imperatoris: qvare *eodem in textu* idem asserit Imper. *pro bonis ab Imperatore cuipiam donatis competere intra qvadriennium Domino illorum bonorum adversus Fiscum Imperialem, Rei vendicationem aut hypothecariã*, qvæ certè actiones minimè alicui darentur, si Imperator ipsemet Dominus directus, sivè proprietarius illorum bonorum fuisset. Hinc Petr. Jacob. *in appendice ad Prax. Papiens. Rubr. 24.* côqveritur, † qvod jurisdictio hodiè sit in patrimonio nostro, sicut bos & asinus in patrimonio Rustici, & venditur & alienatur & transmittitur ad heredem, cum tamen secundùm Baldum de Perusio *ad cap. intellecto 33. n. 2. extr. de jurejur.* jurisdictiones supremæ sint sacrorum Canonum, non autem in marsupio Principis, qvi nec Urbem possit habere venalem. 23

Manifestum ergò, † Regulam illam vulgatam, qvâ qvilibet dicitur rerum suarum moderator & arbiter, *l. in re mandatâ 21. C. mandati.* membro huic Capitulationis minimè obstare: Vel, qvod bona Imperii, ut modò dictum, propriè non sint Imperatoris, sed fictè solummodò, qvoad jurisdictionem & administrationem: Vel: † qvod Regula ista suas patiatur limitationes, & imprimis eatenus saltem qvilibet sit rerum suarum moderator, qvatenus jure non prohibeatur, Ernest. Cothman. *vol. 3. respons. 11. n. 29. & seqq.* Henning. Arnis. *lib. 3. de jure majest. cap. 1. num. 10.* Frider. Pruckman. *de Regal. cap. 4. effect. 6. n. 42. & seqq.* 24 25

SE-

SECTIO II.

Alienatio Bonorum Imperii, ne qvidem in subditos facta & juramento confirmata, subsistit, si non consensus Electorum accesserit, qvem nec casus necessitatis excludit.

SUMMARIA.

1. In genere prohibita alienatio bonorum Imperii absq; consensu Electorũ. n. 2.
3. Alienatio bonorum Imperii fidem minuit Imperatoriam.
4. Non convalidatur alienatio bonorum Imperii per juramentum. n. 6.
5. Actus invalidi juramento non confirmantur.
7. Juramenta in damnum dignitatis præstita censentur perjuria.
8. Qvale fuit juramentum Josuæ præstitum Gabeonitis. n. 9. 10.
11. Urgens necessitas an faciat subsistere alienationem bonorum Imperii? n. 16.
12. Necessitas legem non habet.
13. Bona DEO dicata in casu necessitatis possunt alienari.
14. Rex Salomon oppida Imperii alienavit.
15. Excusatur factum hoc Salomonis.
17. Domus peste infecta comburi potest.
18. Generalitas Capitulationis non excipit casum necessitatis. n. 19.

GEneralia sunt verba Capitulationis, qvæ ad distractionem, oppignorationem & alienationem bonorum Imperii, Archi-PrincipumElectorum consensum reqvirunt, adeoq; etiam generaliter accipienda, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem act.* Et per conseqvens
1 † bonorum Imperii alienatio, ne qvidem in subditos absq; Electorum consensu & approbatione suscepta, valet & subsistit. Licet enim distributio bonorũ Imperii inter Principes & Status haut magnum afferat detrimentum, cum bona taliter alienata Imperio non eximantur, Franc. Zoanett. *de Roman. Imper. n. 161. & seqq.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. libr. 5. cap. 12.* Henning. Arnis. *lib. 3. de jur. majest. cap. 1. n. 15.* † ex communiori tamen Poli- 2
ticorum opinione Imperator nec unam Baroniam concedere valet, qvæ possit subvertere majestatem Imperii, nisi perjurus videri velit, secundũ Bald. *ad cap. licet causam, extr. de probat. n. 7.* † Cum per 3
ejusmodi alienationes fides Imperatoriæ professionis maximê frangatur, *c. sicut ex literis 13. extr. de*

de jurejur. idq; vel saltem propter hoc Capitulationis membrum, Thom. Michaël *de jurisd. concl. 15. & 16.* Bornit *lib. 2. de ærarii redit c. 9.*

Qvid verò si juramentum alienationi contra Leges Imperii sive Capitulationem factæ accesserit? Ne † tum qvidem eam
4 subsistere, scribit Felin. *in cap. ad audientiam, n. 4. de præscript.* ubi alienationes qvarundam Hetruriæ Civitatum per Rudolphum Imperatorem factas inefficaces dicit, tametsi juramentum intervenisset, Bald. *in cap. intellecto. extr. de jurejur.* Zoanett. *de Roman. Imper. n. 183. & seqq.* Everh. *in topic. legal. loc. à pleni-*
5 *tud. potest. n. 9. pag. 743.* † Nec enim actus jure invalidi juramento confirmantur, *l. 5. C. de legib. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. 4. ff. de legat. 1.* qvamvis dissentiant Jason *in Auth. sacramenta. C. si. advers. vendit.* Andr. Gail *lib. 2. observ. 41. n. 12.* Didac. Covarr. *1. part. relect. in c. qvamvis. §. 2. de*
6 *pact. in 6to.* † Qvod in tantum verum existimatur, ut ne qvidem ipsum juramentum, alienationi contra prohibitionem factæ adhibitum, valeat & obligatorium sit, *dict. l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. ult ff. de legat. 1. l. 5. C. de ll.* ubi juramentum confirmandi illius actus gratiâ, qvi contra prohibitionem legis est factus, interpositum nullius dicitur esse momenti. † 7
Ejusmodi namq; juramenta, qvæ fiunt in damnum propriæ dignitatis, non juramenta, sed perjuria censentur, Gloss. *ad cap. intellecto. extr. de jurejur.* Herman. Lather. *de censu lib. 1. cap. 16. n. 27.* Zoan. *dict. loc.* Helf. Ulric. Hunn. *de pact. cap. 5. qvæst. 9.* qvia sunt contra bonos mores, ac proinde non obligatoria, Bald. *ad c. licet causam. extr. de probat. n. 7.*

Dissentiunt eqvidem hâc in re JCti & Theologi qvidam † pro- 8
pter exemplum Josuæ, qvi licet contra expressum Dei mandatum & legem divinam, *Deut. 20.* Gabeonitis fidem dedisset, istam nihilominus sanctè custodiri voluit, qvia juraverant Israëlitæ in nomine Domini Dei Israel, *Jos. 9.* Sed juramentum istud ab Israelitis præstitum non fuit contrarium mandato divino, nec de re illicitâ interpositum: † *tùm*, 9
qvod Israelitæ à Gabeonitis dolo circumventi ignoravêre, illos ex numero Gentium earum esse, de qvibus præceptum *Deut. 20. v. 16.* loqvebatur; illicitum verò judicatur tùm demum juramentum, qvando scitur esse illicitum, dum juratur, *c. innocens §. illicitum 22. qvæst. 4.* † *tùm*, qvod præce- 10
ptum de gentibus Cananæis delen-

len-

lendis, de iis solummodo exaudiendum erat, qvæ Israelitis resisterent. At si gens qvædam terræ Canaan sese subjiceret, circumcideretur, & Religionem Judæorum assumeret, cum eâ fœdus inire, neutiqvam Israelitis fuit prohibitum, Johann. Brent. *in explicat. cap. 9. Jos.*

11 Ast nonnè † urgente saltem necessitate jura & bona Imperii à Cæsare distrahi & alienari poterunt, irreqvisito ArchiPrincipum Electorum consensu? Non postremi eqvidem nominis JCti licitam judicant alienationem necessitate extremâ exigente susceptam, cum necessitatis morsus sint gravissimi, idq; maximè, si subditorum consensus accedat, Franc. Hotom. *lib. 1. qvæst. illustr. 1. pag. 23.* Bornit. *lib. 2. de ærar. cap. 9.* Herman. Lather. *lib. 1. de censu, cap. 17.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 19. in pr.* Waremund. ab Erenberg *cap. 8. de Regn. subsid. n. 8.* † Nec enim ne-
12 cessitas legem habet: exqvo David in casu necessitatis, cum periclitaretur fame, pascitur panibus propositionis, qvos non licebat manducare nisi solis Sacerdotibus, *1. Samuel. 21. vers. 6.*

Qvidni ergò Princeps exigente necessitate bona Imperii distra-
13 here valeret? † cum nec hoc casu res Deo dicatas, qvæ aliàs sunt extra commercium, vendere sit prohibitum, *l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles.* ubi Gothofr. Hinc qvando Rex Persarum Cosroes Romanis ingentem cladem intulisset, Heraclius Imperator hanc injuriam ulturus, cum neq; milites, neq; pecuniam haberet, aurum & argentum ex magnâ Ecclesiâ, aliisq; sacris ædibus mutuatus, signari ex eo pecuniam fecit, qvâ milites conscripsit, & insignem de hoste victoriam reportavit, Cuspinian. *in vita Heraclii.*
† Et casum necessitatis in alienationibus etiam bonorum Imperii 14
exceptum, satis comprobavit exemplo suo Rex Salomon, dum Regi Hiramo dedit viginti oppida in terrâ Galilææ pro lignis & artificibus ad structuram templi sibi missis, *3. Reg. 5. & 9.* † qvam- 15
vis Regem Salomonem oppida ista non nisi ad certum tempus alienasse admodum verisimile sit, qvo scilicet ex iis Rex Tyri annuos proventus perciperet, donec compensarentur sumtus, uti clarescit *ex cap. 8. lib. 2. Paralip.* ubi Salomon legitur ædificasse ista oppida, qvod absq; dubio non fecisset, si illorum proprietatem non retinuisset, Franc. Hotom. *lib. 1. qvæst. illustr. 1. pag. 31. & 32.*
† Principesq; vicinos ad tollendas 16
discordias bonorum alienis terri-

titoriis interjacentium permutationem instituere posse, tradit Heig. *dict. quæst. 19. n. 24.* Nimirum cuncta ferè licita facit ne-
17 cessitas: † ex qvo etiam domum privati peste infectam cum omnibus rebus, qvæ in illâ sunt, comburere permissum videtur, ne tota civitas peste inficiatur, Magistratus præsertim autoritate accedente, *l. si alius 7. §. ff. 4. ff. qvod vi aut clam. l. 3. §. 7. ff. de incend. ruin. naufr.* Ludolph. Schrader. *ad §. 19. Inst. de rer. divis. n. 5.*

Sed qvo minus assentiamur,
† movet nos maximè generalitas 18
verborum in Capitulatione Cæsareâ, casum necessitatis haut excipiens, qvidni ergò generalitate hâc standum esset? *arg. l. 1. §. gene-*
raliter. ff. de legat. præst. † immi- 19
nente siqvidem casu necessitatis eâdem facilitate, qvâ bona juraq; Imperii solenniter distrahuntur, Electorum qvoq; consilia & auxilia implorare, cumq; iis hâc de re conferre licet.

SECTIO III.

Feuda Imperio aperta ad labescentes Imperii vires nonnihil restaurandas, eidem reservari & reincorporari vult Capitulatio Cæsarea, qvæ tamen ad feuda Electoratus non extendenda est.

SUMMARIA.

1. *Non subsistit investitura de bonis Imperii absq; consensu Electorum facta.*
2. *Ne qvidem usus fructus bonorum Imperii absq; voluntate Electorum potest alienari.*
3. *Qvondam valebat investitura de feudis Imperio apertis sine Electorum consensu facta.*
4. *Austria à Rudolpho I. Imp. filio Alberto concessa.*
5. *Maximilianus I. Ducatum VVürtembergicum Imperio reincorporare specialiter promisit.*
6. *Tenor promissionis. n. 7.*
8. *Hodie feuda aperta reservantur Imperio.*
9. *Reditus Imperii valdè sunt hodie diminuti.*
10. *Qvomodo census Cæsari honestus sit constituendus. n. 11. 12.*
13. *Notatur Bocerus, Capitulationem ad bona vacantia restringens. n. 14.*
15. *Philippus à Patre Carolo V. sine Principum consensu Dux Mediolani designatus.*

16. Nota-

16. Notatur causa privationis VVenceslai Imp. ab Arumæo adducta. num. 17.
18. Feuda Electoralia Imperio non reincorporanda.
19. Lotharius Supplinburgensis ab Henrico V. Elector Saxoniæ creatus.
20. Dignitas Electoralis ad Henricum Bavarum pervenit.
21. Comes Ascaniensis factus Elector Saxoniæ.
22. Fridericus Bellicosus à Sigismundo Imperatore de Electoratu Saxoniæ investitus.
23. Insignia Budæ solenniter accepit.
24. Suo jure disposuit Sigismundus Imp. de Saxoniæ Electoratu. n. 25.
26. Fridericus V. Burggravius Noribergensis a Sigismundo Imp. creatus Elector Brandenburgicus.
27. Sine consensu Electorum conferri possunt feuda Electoratus ab Imperatore.
28. Ratio hujus liberæ collationis.
29. Electoratus Saxon. à Carolo V. Mauritio Duci Saxon. concessus.
30. Investitura dignitatis Electoralis facta Mauritio in consessu Electorum & Principum Imperii.

HOc ipso, qvo alienatio bonorum Imperii absq; consensu & voluntate Electorum facta in Capitulatione Cæsareâ improbatur,
1 † eorundem qvoq; infeudatio haut obscurè prohibita censetur, qvia infeudatio species est alienationis, *tit. 3. FF. 2.* Henr. Bocer. *in tract. de invest. feudi, cap. 3. n. 66.* Et licet Feudistæ distingvant inter proprietatem rei, ejusq; usumfructum, ita ut hic saltem per infeudationem alienetur, apud Dominum verò maneat proprietas, *tit. 23. FF. 2.* Ludolph. Schrader. *de feudis part. 4. cap. 1. n. 7. & seq.* Herm. Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 15.* Johan. Schneidvvin. *de feud.*
2 *part. 1. n. 32.* † Attamen ne qvidem ususfructûs alienationem Imperatori concessam, vel inde apparet, qvia Capitulatio talem ab ipso promissionem exigit, qvod nihil planè (qvo verbo etiam Ususfructus procul dubio comprehenditur) demere, distrahere, aut alio qvovis modo alienare velit, ut ex verbis Capitulationis clarescit.

Dubitabatur hinc qvondam, † 3
annon Feuda saltem Regalia Imperio aperta sine consensu Electorum Imperator pro lubitu reinfeudare, deq; iis alios investire possit? Olim enim id licuisse probat exemplum † Rudolphi I. 4
Imperatoris, qvi Austriam ad Imperium devolutam, filio Alberto, ArchiDucum Austriæ primo plantatori concessit. Et Woldemaro

Marchione Brandenburgensi defuncto, Ludovicus Bavarus Marchiam in filium transtulit, Peucer. *lib. 5. Chron.*

Hocq; jus tum temporis Imperatori competiisse, ut scilicet absq; consensu Electorum feuda Imperio aperta reinfeudare potuerit, vel ex eo manifestum est,
5 † qvod Maximilianus I. Imperator in investiturâ Ducatus Würtembergici, Everhardo Duci factâ, juri huic renunciaverit, specialiter cavens, si Ducatum istum ad Imperium reverti contingeret, se aut Successores suos de eo neminem denuò investituros esse,
6 uti probat tenor † Constitutionis hâc de re factæ *in* §. Vnd als wir. ibi: Vnd als wir auch vermercken das Gemüth und den Willen des obgemelten Hertzogs Eberhards von Würtembergk des ältern / damit er zu uns unnd des Heiligen Reichs Ehren / Nutz uñ Mehrung / auch ewiger Einigkeit / Versamlung und Friede der Verwandten seines Hertzogthumbs geneiget ist / haben wir uns für unsere Erben und Nachkommen am Reich / Römische Käyser unnd König mit Seiner Liebe für sich / Seine Erben und Nachkommen / und seine Liebe wiederumb mit uns und also gegen einander in nachgeschriebener Ordnung verdinget und verpflichtet ewiglich / Ob es were (das GOtt der Allmächtige nach Gnaden verhüten wolle) daß der männliche Stamm unnd *Lini* der Hertzogen und Herren von Würtembergk gantz absterben / und keiner mehr seyn würde / daß alsdann solches Hertzogthumb / durch uns König *Maximilian* oder unser Nachkommen am Reich / König oder Käyser / nicht soll oder möge ferner iemand aus einiger Ursach oder Weise / wie die geseyn möchte / zu Lehen verleihen / oder durch einen andern *titul*, Form oder Masse / gantz oder etwas von Städten / Schlössern / Nutzung oder ihren Zugehörungen davon geben / verkaufft / veräussert oder in Verwaltung in Ambt oder Pflegersweiß eingegebẽ / oder in Besitz zugestellet werden / sondern solches Hertzogthumb mit aller Obrigkeit / Herrligkeit / Mannschafften / Nutzen / Leuthen / und Gütern / nichts ausgenommen / soll bleiben bey Römischen Käysern und Königen / und bey dem H. Römischen Reich ewiglich / und also in mehrung des Reichs Witthumbgut / der Cammer *incorporiret* und verleitet seyn / apud Frider. Hortleder, *de caus. belli german. tom. 1. libr. 3. cap. 1.* † Hujus 7
Constitutionis faciunt qvoqve mentionem Melch. Goldast. *in notis* Zu den Cadawischen Vortrag / in

in Reichssatzungen / *fol. 319.* Christ. Besold. *in disput. nomicopol. lib. 1. differt. 6.* Anton. Qvetta *consil. 6. n. 1.* Anton. Coler. *de jur. Imper. german. Sect. 61.*

Ast posteriorum Impp. Capitulationibus disertè provisum, ne
8 hoc faciat Imperator, † sed feuda Imperio aperta in usum Imperii vertat, reservet & incorporet, Johann. Sleidan. *lib. 1. de stat. Reli-*
9 *gion.* Optimâ sanè ratione: † Cum enim publici reditus ita deminuti fuère, ut Imperator, qvi qvondam ex iisdem vel amplissimum alere exercitum potuerit, hodiè ne qvidem vitam inde ducere possit, Albert. Crantz. *lib. 10 Saxon. cap. 3. & lib. 11. cap. 1.* Granvellan. *apud Sleidan. lib. 17. comm.* Æneas Sylvius *in germ. cap. 43.* Jacob. Spigel. *in annot. ad lib 5. Ligur.* Eberhard. à Weihe *de Regni subsid. cap. 5. n. 42. & seqq.* Jul. Pflug *in orat. de Republ. germ. cur.* apud Goldast. *in Polit. Imper. p. 15.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. c. 12.* sæpissimè fuit qvæsita ratio à prudentibus, qvâ deplumata Aqvila rursus vestiri, & honestus Cæsari census constitui
10 qveat? Qvam invenisse † se putat Michael Coccinius *de bello Maximilian. I. Imper. cum Venetis gesto* apud Marquard. Freher. *tom. 2. fol. 145.* ut nimirum Principes vectigalia publica, qvæ ad se qvondam transtulerunt, restituant. Cum qvo convenit Waremundus ab Erenberg *de fœder. libr. 1. cap 3. n. 34.* Ita tamen, ut etiam bona Ecclesiastica Imperatori concedantur in usum belli Turcici. Nec abnuit Jul. Pflug. qvi nova Vectigalia ad Imperatoris utilitatem erigenda asserit, *in dict. Orat. de Republ. germ. cur.* Cui assentiuntur Heig. *part. 1. qvæst. 2. n. 18. & seqq.* & Arnold. Clapmar. *dict. cap. 12.* † Sed nulla ratio Imperio 11
æqvior & expeditior visa fuit, qvàm ut feuda Imperio aperta eidem reserventur & incorporentur, prout in Capitulatione Cæsarea provisum, Frid. Hortleder. *in not. ad Constil. Maximil. I. Imper. de invest. Ducat. Würtembergici, tom. 1. lib. 3. de caus. belli german. cap. 1.* † Idq; optimum visum fuit 12
remedium ad labescentes Imperii vires nonnihil restaurandas etiam in Regno Galliæ, ex qvo istud ad potentiam præsentem est evectum, Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. cap. 7. th. 87.*

Etsi verò † Henr. Bocer. *in tract.* 13
de Regalib. cap. 2. n. 61. & cap. 4. n 15. hunc Capitulationis articulum non de feudis Imperio apertis, sed saltem de bonis vacantibus accipiat; † Attamen expli- 14
cationem hancce ipsa Capitulatio-

tionis verba respuunt, & fefellit Bocerum Sleidanus, qvi de bonis vacantibus loqvitur, procul dubio tamen feuda Imperio aperta (qvippe qvæ & ipsa haut absurdè bona vacantia vocari possunt) intelligit, *lib. 1. comm. pag. 29.* uti ex formula Capitulationis expeditum est: Was auch von Lehen dem Reich und uns bey Zeit unserer Regierung eröffnet unnd heimfallen wird / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Städte und dergleichen / die sollen und wollen wir ferner niemands leihen / auch niemanden einige *expectantz* oder Anwartung dorauff geben / sondern zu Unterhaltung des Reichs / unser und unserer Nachkommen der Könige und Käyser behalten / einziehen und *incorporiren*, biß so lange dasselbe Reich wieder zu wesen und auffnehmen kompt / etc. Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 11 n. 12.* †
15 Hinc etiam Regis Galliarum Legatus apud Imperatorem admonuit Henricum Regem, non esse ferendum, qvod Carolus V. Imperator Philippum filium extra Conventus, ac sine Principum Germanorum consensu & autoritate *Anno 1551.* Bruxellis Mediolani Ducem designavisset, Johan. Bodin. *libr. 2. de Republ. cap. 6.*

† Eamqve ob causam inter alia Wenceslaum Regno privatum, 16
scribit Domin. Arum. *ad Aur. Bull. disc. 4. th. 16.* Daß er den Herrn zu Meyland zum Fürsten / und zu Paphey zum Grafen gemacht auff des Reichs Städte / Schloß und Güttere / uti apparet ex formulâ privationis. De qvo tamen meritò qvis dubitaverit, † cum Imperator Wenceslaus bona Imperii 17
anteà infeudari non solita in feudum concesserat: Feuda verò Imperio aperta ipsum reinfeudare potuisse exinde probabile redditur, qvod jus hoc tempore Maximilian. I. qvi longè post Wenceslaum vixit, Imperatori adhuc competierit, ut diximus *suprà n. 4. & 5.*

Alia verò est ratio feudorum Electoralium, † qvæ si aperiantur, Imperator non solummodò 18
si velit, ista reinfeudare & ad alios transferre potest, sed & id facere obstrictus est, ex *Aur. Bull. tit. 7.* ibi: Do aber derselben Fürstenthumb eines im Reich ledig würde / alsdann soll und mag ein Käyser oder Römischer König / so der Zeit seyn wird / verordnen unnd versehen / als einem Ding / so ihme und dem Reich mit Recht heimgefallen. † Ita Elector Saxoniæ creatus est Lotharius Comes Supplinburgensis ab Henrico V. Impera- 19

peratore, Albertus Crantz. *lib. 5. Saxon. cap. 25.* Georg. Spalatin. *in Chronic. Saxon. tit. 2.* Qvo rur-
20 sus sine herede defuncto, † ad Henricum Bavarum dignitas illa pervenit, Crantz. *lib. 6. Saxon. 7.* Georg. Spalatin. *dict. loco.* Hujusqve filio propter inobedentiam
21 proscripto *Anno 1180.* † dignitas ista ablata, Bernhardo Ballenscadensi & Ascaniensi Comiti à Friderico I. concessa fuit, Crantz. *dict. lib. 6. cap. 38.* Albin. *in Chronic. Misnens. tit. 16.* Münster. *in Cosmograph. libr. 3. cap. 442.* Apud hujus posteros permansit 242. annos usq; ad Albertum III. Electorem Saxoniæ, Ludov. Person *in Orat. de VVitebergâ*, Georg. Spa-
22 latin. *dict. tit. 2.* † Eo autem sine prole extincto, (excluso Henrico Lavvenburgico, vel qvod investituram justo tempore non petierat, vel qvod in primâ investiturâ non erat comprehensus, vel qvod inscio Cæsare literas investituræ acceperat, Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. in verb. Electorum cap. 2.* Ludov. Person *in Orat. de VViteberg.* Albin. *in Chron. Misnic. tit. 16. pag. 214.* Georg. Spalatin. *in Chron. Saxon. tit. 2.*) à Sigismundo Imperatore ad eam dignitatem evectus Fridericus Bellicosus Marchio Misniæ *Anno*
23 *Christi 1423.* †. cujus insignia solenniter accepit Budæ in Pannoniâ *Anno 1425.* David. Chytr. *in Saxon. lib. 2.* Fabric. *lib. 7. Orig. Saxon.* Reusner. *in stirp. 2. stemm. VVitechin.* Münster. *dict. cap. 442.* Albin. *dict. tit. 16.* Balthas. Mencius Von Stamm und Ankunfft der Churfürsten zu Sachsen und Marggraffen zu Meissen. *in Alberto III. Anhaltino Elect. Saxon.* Georg. Spalatin. *in dict. Chron.*

Suoq; jure † tunc Imp. Sigis- 24
mundum usum fuisse, deq; re sibi competente disposuisse, apparet *ex literis investituræ Electoralis*, qvas referunt Albin. & Spalatin. *dict. loc.* ubi hæc habentur verba: Vnd auch solche gute gantz unzweiffentliche Zuversicht zu ihme (scilicet Fridericum Marchionem Misniæ) gewonnen haben / daß wir zu GOtt hoffen und gäntzlich getrawen / Er sey der fürtreffenden des Churfürstenthumbs / der Hertzogthumbs zu Sachsen / seiner Chur (die denn an uns / als Römischen König und das heilige Reich / mit sambt Graffen / Herren / Rittern / Knechten / Landen / Leuten und iegleichen seinen Zugehörungen / recht und redlichen gefallen ist) wol würdig und werth /
ꝛc. † Idemq; repetiit idem Sigis- 25
mundus Imperator post octennium, *in literis confirmatoriis* omnium dominiorum, honorum,

dignitatum, jurium & privilegiorum Friderici II. Electoris, ejusq; fratrum Ducum Saxon. *datis Ulmæ die Mercurii post Jacobi Anno 1434. Regni Hungar. 48. Romani 24. Bohemici. 15. Imperii:* Da wir ihme / inqvit, das vorgenante Hertzogthumb zu Sachsen / das an uns als einem Römischen König zu den Zeiten / und an das heilige Römische Reich / von Todes wegen etwan des Hochgebornen Albrechten / Hertzogen zu Sachsen recht und redlich gefallen was. Frideric. Hortleder. *in notis ad Chron. Georg. Spalatin. tom. 1. de bello german. lib. 4. cap. 23. p. 614.* Ex qvibus apparet, Sigismundum Imperatorem juxta sanctionem *Aureæ Bullæ, tit. 7.* ex potestate Cæsareâ absq; consensu Electorum, Saxoniæ Electoratum denuò Friderico Bellicoso contulisse. † Ejusdemq; Sigismundi Imp. beneficio Fridericus V. Burggravius Norinbergensis *Anno Christi 1415.* creatus est Elector Brandenburgicus, cujus posteri hodiè qvoq; eandem retinent dignitatem, Chytr. *in Saxon. lib. 1.* Münster. *in Cosmograph. libr. 3. cap. 472.* Just. Bucholtz. Naucler. Andr. Angel. *in Chron. March. lib. 3.*

26

Solis ergò Imperatoribus absq; voluntate & consensu ArchiPrincipum Electorum jus conferendi Electoratus competit *ex dict. tit. 7. Aur. Bull.* † Qvod Capitulationibus subseqventium Impp. neutiqvam immutatum est; qvippe qvæ saltem de Ducatibus, Principatibus, aliisq; feudis Regalibus loqvuntur, nec Electoratuum expressam mentionem faciunt, ut nec propterea de iisdem accipi & intelligi debeant. † Qvod vel sola ratio Capitulationis probat, nimirum ut per reincorporationem feudorum, Imperio apertorum, ejusdem vires restaurentur, uti verba habent: Sondern zu erhaltung des Reichs / unser und unserer Nachkommen / König oder Kåyser behalten / einziehen und *incorporiren*, biß so lange daßelbige Reich wieder zu wesen und auffnehmen kompt. Qvæ certè ratio in feudis Electoratuum haut obtinet, ut qvæ Imperio aperta necessariò semper denuò reinfeudari debent, ne numerus Electorum septenarius minuatur: ut proinde nec Capitulatio de feudis hisce Electoratuum accipi qveat. † Hinc & Carolus V. Imperator propriâ autoritate, ex potestate Cæsareâ Electoratum Saxoniæ in castris ad Wittebergam, Mauritio Duci Saxon. concessit *Anno 1547.* Dav. Chytr. *in Saxon. lib. 16.* Lud. de Avilâ *de bello german.* Reusn. *in stirp. 2. stemm. VVitechin.* Bugenha-

27

28

29

hagen *in hist. belli german.* Johan.
30 Sleidan. *lib. 19. histor.* † qvamvis investitura dignitatis Electoralis posteà demum *Anno* 1548. *Febr.* 24. Augustæ, in consessu Electorum & Principum Imperii solennissimè fuerit facta, Nicol. Mameran. *in descript. invest. Mauritii Elect.* apud Goldast. *in Polit. Imper. part. 6. pag. 365.*

SECTIO IV.

Capitulatio Cæsarea Regem Romanorum non nisi ad recuperationem Provinciarum, ab Imperio divulsarum obstringit: Et qvatenus Imperator totius dicatur mundi Dominus?

SUMMARIA.

1. Imperator ad recuperationem Provinciarum ab imperio divulsarum ex Capitulatione obligatus.
2. Ex causâ justâ bellum suscipi potest.
3. Bellum pro rebus repetendis susceptum, illicitum non habetur. n. 4.
5. Conatus Maximiliani I. de vindicandis Imperii juribus.
6. A qvo non fuit alienus Carolus V. Imp.
7. Nec Imp. Maximilianus II.
8. Provinciæ non nisi ab Imperio possessæ & divulsæ debent recuperari.
9. Num Imperator totius mundi Dominus?
10. Argumenta pro affirmativâ sententia. n. 11. 15. 16.
12. Assertio Friderici I. de universali Orbis Imperio.
13. Assertio Impp. Ludovici IV. & Friderici pulchri.
14. Significatio pomi, qvod Imperatori præfertur.
17. Imperium Romanorum latissimum.
18. Nunqvam subditos habuit omnes populos.
19. Argumenta pro negativa sententia. n. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.
27. Responsio ad contraria argumenta. n. 28 29.
30. Orbis vocabulo in jure venit saltem Orbis Romanus.
31. Explicatio hæc convenit qvoq; sacris literis.
32. Universale Orbis dominium synecbdochicè tribuitur Imperatori Romano. n. 34.
33. In comparatione, majorem Orbis partem tenet Imperator.
35. Cyrus & Nabuchodonosor qvo in sensu universa possederunt Regna?
36. Reges Persarum haut dominati sunt toti mundo.

BOni Principis officium est, non saltem Rempublicam in statu præsenti tueri, sed & Imperium corruptum in pristinum statum
1 reponere: † Adeoq; Capitulatio Cæsarea non solùm bona Imperii absq; Electorum consensu distrahere & alienare prohibet; sed etiam alienata & provincias ab Imperio divulsas recuperare jubet, *in vers.* Sondern uns auffs höchste bearbeiten / unnd allen müglichen Fleiß uñ Ernst anwenden / daß das jenige / so vom Reich kommen / als verfallene Fürstenthumb / Herrschaften und andere / auch *confiscirte* und un*confiscirte* merckliche Gütere / die zum Theil in anderer frembden *Nation* Händen ungebürlicher weise gewachsen / zum förderlichsten wieder dazu zubringen / zuzueignen / auch darbey bleiben zu lassen / etc.
2 *Supr. cap. 7. n. 16.* † ac propterea ad arma veniendum, ubi justitia locum invenire nō potest: qvamvis enim aliàs non facilè ad vim armatam sit prosiliendum; bellum tamen haud renuendum, ubi justa belligerandi causa subest,
3 *Supr. cap. 4.* † At numqvam injustum & illicitum videbitur bellum pro rebus repetendis susceptum, *c. 1. & 2. caus. 23. qvæst. 2. l. qvæ restituere. ff. de R. V.* Lips. 5. *Pol t. cap.* 4. Andr. Gail *lib. 1. de pac. publ. cap. 4. n. 40.* Alb. Gentil. *lib. 2. de jur. belli. cap. 2.* Herm. Kirchner. *libr. 1. Legat. cap. ult.* † Qvâ causæ bonitate confisus Imperator Justinianus: *Bonam spem,* ait, *habemus, qvod DEUS nobis annuat, ut & cæteras gentes, qvas secordiâ amiserunt Romani, cùm ad utrinsq; Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adjungamus, Novell. 30. cap. 12.* Hinc & Status Imperii Pontificis jugum excutere, seq; à tyrannide vilissimi mancipii liberare concluserunt, apud Aventin. *lib. 7. annal.* Goldast. *in replicat. pro Imper. cap. 20.* † ac 5
non semel Imp. Maximilianus I. in animo habuit, jura Imperii vindicare, Waremund. ab Erenberg *de Regn. subsid. c. 1. n. 22.* Et licet Carolus V. Imp. ab initio id improbare videbatur, dum Electorum literis instigatus, ut caput Imperii recuperaret: *Facerem* respondit, *nisi me Religio deterreret,* Ventur. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 3. n. 9.* † aliud nihilomi- 6
nus ipsi postea placuit, qvando in Comitiis Wormatiensibus *Anno 1521.* hisce verbis mentem & propositum suum declarat: Und als wir in unser Käyserlich Gemüth gesetzt und fürgenommen haben / mit Hülffe des Allmächtigen / GOtt zu förderst zu Lob / dem heiligen Reich zu Ehre und Wolfarth / unsere Käyserliche Cron / wie

wie sich gebühret / zuholen und zuerlangen / auch das jenige / so dem Reich entzogen / und lange Zeit in frembden Händen gewesen / wiederumb / zuerobern und zum Reiche zu bringen.
7 † Nec non idipsum deliberavit Maximilianus II. Imperator: Durch was fügliche Mittel / ansehnliche Stände / Land und Leute von frembden *Potentaten* entzogen und entfrembdet / wieder herzubracht / auch weitern Anschlägen und *practi*cken begegnet werden möge / *in Recess. Imper. de Anno* 1566. §. Nach obgesetzten. *& de Anno* 1576. §. Wir haben auch ein ferners. Hodieq; ut recuperatio fiat Provinciarum earum, qvæ jure ad Imperium spectant, in nullis non proponitur Comitiis.

8 Qvod † ipsum tamen non nisi de Provinciis ab Imperio divulsis accipiendum, qvæ scilicet qvoad possessionem reverâ sub jurisdictione Imperii Romani fuerunt, prout luculenter innuunt verba *Capitulat*: Das jenige so vom Reich kommen / Item: Die Gütere / so in anderer frembden *Nationen* Händen ungebürlicher weise gewachsen / rc. Ne scilicet sub prætextu justæ recuperationis, undiqvaq; injusta suscipiantur bella pro Imperii amplificatione.
9 † Nec enim audiendi sunt, qvi docent: *Imperatorem totius mundi h. e. universi Orbis terrarum esse Dominum*. Hoc etenim si verum, metuendum certè, ne litibus & bellis illicitis, qodqvot sunt in mundo, Regna & Imperia evertantur: Futurum namq; ut Imperator ad recuperandas provincias, qvotqvot sunt in Orbe terrarum, ex hoc Capitulationis membro se obligatum existimet.

Nihilominus † universale totius mundi dominium Cæsari tribui videmus *in l. 9. ff. ad Leg. Rhod. de jactu. l. 3. C. de qvadr. præscript. l. 1. in pr. C. de rapt. virgin. §. sed nostra constitutio. 3. Inst. de success. libert. l. 15. in pr. C. de judic. Novell. 105. cap. 2. §. ult.* Jason *in l. cunctos populos: n. 6. C. de sum. Trinit.* Bartol. *in l. hostes ff. de capt. & postl. revers.* Zoanet. *de Imp. Roman. lib. 2. cap. 8.* † Qvod & olim innuebat Statua Justiniani in palatio Constantinopolitano erecta, qvæ Sphæram sive Orbem gestabat cum cruce infixâ, ut significaretur; auspiciis divinis Dominum esse mundi. Petr. Greg. Tholos. *lib. 6. cap. 13. n. 14. de Republ.* Hinc Aristides apud Lipsium *libr. 4. de magnitud. Roman. c. 12. p. 203. Universus Orbis sub vobis tanqvam festum diem agitans, qvos olim gerere solebat gladios deposuit, &c.* † Nec abnuit Fri- 10 11 12

 deri-

dericus I. Imp. qvi Urbis & Orbis gubernacula se tenere ad patruū Ottonem, Principem, Historicum & Episcopum scripsit, Otto Frising. *in vita Frider. lib. 2. c. 30.* Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 2.*
13 *th. 5.* Et consentiunt † Impp. Ludovicus IV. & Fridericus Pulcher, *in hæc verba prorumpentes:* Wir Ludwig uñ Friedrich bekennen/daß wir uns miteinander verbundē haben ewiglich/daß wir das Römische Reich/darzu wir beyde erwehlet uñ geweihet seyn/mit allen seinē Würden/ꝛc. Und was es hat und darzu gehöret/ uber alle die Welt mit einander gleich als eine Person besitzen sollen und wollen. *Et post pauca:* Und soll iederman fürbas von einem andern Recht nehmen/ und allen Sachen/ in allen Landen vber alle die Welt. Goldast. in Reichssatzungen. *p. 143.* † Ex qvo etiam E-
14 lector Palatinus Imperatori præfert Pomum, qvo denotatur Imperatoris possessio in terrâ universâ, qvæ videt orientem & occidentē Solem, & qvæ ex utroq; est latere, secundū Bald. *in auth. habita. C. ne filius pro patre,* Schenck Baro *de feud. lib. 1. tit. 14. n. 4.* Unde omnes populi ejus tenentur legibus, Bartol. *in l. cunctos populos. C.*
15 *de summ. Trinit.* † à qvâ sententia neutiqvam recedendum, juxta tradita Wesemb. *consf. 88. n. 25.* Rebuff. *de privil. Scholar. priv. 72.* Ideoq; eos, qvi universale Orbis dominium Impp. demere ausint, hæreseos arguit Bartol. *in dict. l. hostes ff. de cap. & postl. revers. n. 7.*
† & peccati mortalis insimulat 16
Hostiens. *in cap. venerabilem. extr. de elect.*

Sed † etsi vix alia fuerit antea 17
Respublica, cujus Imperium amplioribus erat conscriptum finibus, qvàm Romanorum: In Europa enim tenuit Italiam, Dalmatiam, totamq; Græciam. It: Insulas Siciliæ, Sardiniæ, Candiæ, Cypri, aliasq; maris mediterranei. It: Hispaniam, Galliam & Germaniam inferiorem infra Rhenum, Angliam & Scotiam: In Asiâ Ciliciam, Bithyniam, Cappadociam, nec non alias Regio-
nes; † Constat tamen, innume- 18
ras gentes, potissimum ultra Euphratem, Romano Imperio nunqvam subditas, sed multas fœderatas Romanis fuisse æqvali jure, multas iisdem formidabiles, cum qvibus pacem fecisse gavisi fuerint, vel inimicitias sine victoriâ aluerint, Tob. Paurm. *de jurisdict. Imper. Roman. libr. 2. cap. 1. n. 21.* Verissimum sanè istud Gattinaræ ad Carolum V. Imp. *Chi vuole troppo abbracciare, va à pericolo di non strignere cosa alcuna,* apud Gu-
icciard. *lib. 16.* † Cæsari ergò qvi 19
im-

imponet onus, cui ferendo sufficiens esse non possit: Curam scilicet administrandi totum terrarum Orbem, Rempublicam absq; dubio is concidere vel diffluere videbit.

Nec ipsimet Impp. unqvam tàm injusti finium dividendorum arbitri fuêre, ut omnia sibi attribuere voluerint. Qvorsum namq;
20 consilium † Augusti in testamento coercendi intra terminos Imperii, Tacit. *libr. 1. annal.* qvos Trajanus maximis in Oriente rebus gestis, usq; ad rubrum mare produxit, Tacit. *libr. 2. annal.*
21 † Qvorsum Justinianus Imperator *in §. si ab hostibus. Inst. qvib. mod. jus patr. potest.* ubi *postliminio dicitur reversus, qvi cum ab hostibus*, inqvit, *captus fuisset, posteà ad fines nostros revertebatur*, ubi addit: *Nam limina sicut in domo finem qvendam faciunt: Sic & Imperii finem esse veteres voluerunt.* Hinc & limen dictum est, qvasi finis qvidam & terminus, à qvo verbum Postliminii derivatum, qvia ad idem limen revertebatur, qvod
22 amiserat. † Qvorsum Paulus JCtus *in l. postliminium. in pr. ff. de captiv. & postl. revers.* ubi populos qvosdam liberos esse confitetur, qvi nullius alterius populi potestati sunt subjecti, *l. non dubio. §. 1. ff. eod. tit.* Honorius & Theodosius Persarum Regnum alienum vocant, ejusq; limites à suis separant, *l. mercatores. 4. C. de commerc.* † Qvorsum Pomponius *in l.* 23
ult. ff. de legation: Gentium Legatos, ait, *recipi Romæ, liberosq; manere, etiamsi isti genti sit bellum indictū.*
† Qvorsum Paulus *in l. omnibus. ff.* 24
ad Trebell: Omnibus, inqvit, *qvæ sub Imperio populi Romani sunt.* Et Impp.: *Qvos clementiæ nostræ regit Imperium*, *in l. 1. C. de summ. Trinit. Qvi sub Imperio nostro sunt. §. sed hoc tempore. Inst. de his qvi sui vel alien. jur.*

Nempe † hinc clarissimè patet 25
vel ex solà ipsorum Impp. confessione, universale Imperium non dari, nec Cæsari in toto terrarum Orbe attribui, ut certè Bartolus ridiculè dixerit hæreticum, qvi Imperatorem universi Orbis Dominum negat, Joach. Ernest. Dux Holsat. apud Frider. Achill. *de princip. inter prov. Europ. in orat. pro Gallia, pag. 169.* Eaq; † accuratè 26
perpendens Ludovicus Vives *in not. ad August. de Civit. DEI. cap. 5. c. 25. tom. 5. p. 328.* in hunc tandem prorumpit sensum: *Stultum est affirmare, Imper. Romanum jus habere in totum Orbem terrarum, cujus nunqvam fuit Dominus. Nec in ea qvidem*

jus

jus habet, qvorum aliqvando fuit Dominus, & jam amisit. Qvoniam qvo jure qvæsierat, eodem perdidit, strage scilicet hominum & bellicis furiis. Ac verissimè scribit Charles Loyseau *des Seigneuries chap. 2. p. 40. n. 74. C'est une fausse opinion de nostre vulgaire, de penser, que tous les Roys Christiens doivent recognoistre l'empire, qvoy qve la plus part des Docteurs estrangers l'ayent escrit.*

27 Qvid ergò est?† inqvies, qvod Antonius Imp. se Dominum mundi jactitet *in l. 9. ff. ad Leg. Rhod. de jact.* & Justinianus Imp. pro toto Orbe se laborare scripserit, *in l. benè à Zenone. C. de qvadr. præscript.* Nec non Henricus VII. in tranqvillitate Imperii totius Orbis tranqvillitatem consistere asseruerit, *in extrav. qvomodo in crim. læs. majest.* ubi addit: *Omnem animam oportere subjectam esse Romano Imperatori.*
28 Annè dicemus, † ab Impp. ad pompam saltem hæc fuisse prolata? qvo inclinat Johann. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9. n. 129.* & arrogantiam hæc verba redolere, qvibus Antonius utitur, scribit Domin. Soto *de just. & jur.*
29 *lib. 4. qvæst. 4. art. 2.* † Aut cum Oldradus Impp. per hyperbolen locutos, iisq; tanqvam sibi ipsis abblandientibus fidem haut adhibendam esse? Nefas hoc asserere putaverim: Nec falsum qvicqvam ab Impp. dictum crediderim, † si 30
Orbis vocabulum intellexeris de Orbe Romano, qvem sensum suppeditat *l. in orbe. ff. de stat. homin.* eumq; Justinianus Imperator Orbem suum vocat *in l. un. C. de rapt. virgin.* Et *in Novel. 69. cap. 1. universam ditionem, qvæq; ascendentem videt Solem & qvæ Occidentem, & qvæ est ex utroq; latere:* sed addit: *Qvæ nostris obedit sceptris.* † 31
Veluti qvoq; exaudiendum istud *Luc. 2. Exiit edictum, ut universus censeretur mundus.* Non enim censi sunt, nisi qvi Romanis obediebant. Nec enim novum est in sacris, ut sola Judæa veniat nomine τῆς οἰκουμένης. Qvo in sensu etiam dictum vetus Judæorum accipiendum. *Medio telluris sitam urbem Hierosolymam*, id est, in medio Judææ, sicut in medio Græciæ Delphi similiter dicti orbis umbilicus, Hugo Grotius *lib. 2. de jur. belli cap. 22. n. 13. p. 432.* Vel dicendum: † Omnia illa, 32
qvæ universale dominium totius Orbis Imperatori Romano tribuere videntur, synecdochicè, toto scilicet pro parte majore sumto, intelligenda esse, & Orbem Romanum appellari, qvod fermè omnes gentes Romanis suberant, plura

plura enim tenuerunt Romani, qvàm ulla alia Respublica, *l. un. C.*
33 *de athlet. lib. 10.* † Meritò igitur aliarum comparatione majorem partem vel universa tenuisse dici possunt: maxima siqvidem pars sæpè totius nomen retinet, qvomodo majore parte anni possedisse dicitur, qvi tantùm duobus possedit mensibus, si referatur ad alium, qvi paucioribus diebus possedit, *l. majore.* & ibi Alciat. *ff. de V. S.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. Imp. Roman. cap. 1. num. 21.* Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 53.* Christoph. Besold. *de jurisdict. Imp. Roman. quæst. 6.* Henning. Arnis. *de maj. cap. 2.* Henric. Bocer. *de Regal.*
34 *cap. 4.* Hancq; † explicationem innuit ipsemet Imperator *in Novell. 24. in pr.* ibi: *Totum Orbem terrarum penè.* Et scribit Egesippus *lib. 2. de excid. Hierosolym. cap. 9. Orbem Romanum appellari, qvod fermè omnes gentes suberant Romanis.*

† Pari in sensu accipienda sunt 35
verba Cyri, qvando ait: *Omnia Regna dedit mihi DEUS, Esdr. 1.* & Daniel. de Nabuchodonosore: *Omnia in qvibus habitant filii hominum: & bestias agri & volucres qvoq; cæli dedit in manu tua, omnia sub*
te constituit, c. 2. † Qvantum enim 36
iis ad totius Mundi dominium defuerit, constat ex Polyb. *lib. 1.* ubi scribit: *Persarum qvibusdam magnus Principatus & magna potentia fuit: Sed qvotiescunq; transgredi Asiæ fines ausi fuere, non in Principatus solùm, verùm etiam in propriis capitis periculum inciderunt. Macedones in Europâ qvidem dominati sunt ab Adria ad flumen Istrum, qvæ prorsus exigua qvædam ejus Regionis pars est: posteà debellatis Persis, Asiæ qvoq; Principatum habuerunt, sed tamen hi qvoq;, etsi complurium rerum atq; locorum Domini sunt visi, magnam tamen Orbis partem intactam reliqverunt &c.*

SECTIO V.

Provincias saltem illegitimè & absq; justo exemtionis titulo ab Imperio divulsas, recuperari vult Capitulatio Cæsarea: Et qvid de Româ aliisq; Civitatibus per donationem Constantini alienatis habendum?

SUMMARIA.

1. Qvænam Provinciæ ab Imperio divulsæ recuperandæ? n. 5. 6. 7.
2. Multæ Provinciæ justo exemtionis titulo se tuentur. n. 3.
4. Imperium hodiè diminutum.

8. Qvænam provinciæ justum exemtionis titulum prætendere habeant?
9. Provinciæ qvædam facto, qvædam jure exemtæ.
10. Multa Regna & Urbes à Turcâ occupatæ.
11. Patrimonium divi Petri ab Imperio hodiè exemptum.
12. Ex donatione Constantini Pontifex sibi vendicat Romam cum patrimonio adjacente.
13. Qvæ donatio propter varia instrumenta admodum suspecta.
14. Agatho Pontifex Romam vocat Urbem servilem.
15. Constantinus Imp. tribus divisit filiis Imperium.
16. Nihil de donatione Constantini referunt veteres Historici.
17. Dissentiunt historici in Autore hujus donationis.
18. Ipsis Pontificiis suspecta est donatio Constantini.
19. Non credunt donationem Constantini Bartolus & Covarr.
20. Nec Barth. Bologninus.
21. Baronius hanc donationem ceu commentitiam rejicit.
22. Respondetur ad c. Constantinus. dist. 96.
23. Rationes, qvibus suspectum redditur. d.c. Constantinus. n. 24. 25.
26. Resp. ad c. Ego Ludovicus. dist. 63. *n. 27. 28. 29. 30.*
31. Donatio Principatuum Pontifici facta nullius judicatur momenti.
32. Italia hereditas est Imperatoris.
33. Dux Hetruriæ beneficiarius Imperii.

HOc itaq; membro Capitulationis obstricti sunt Impp. non nisi eas recuperare provincias, qvæ antea Imperio incorporatæ fuerunt, nunc verò ab eodem sunt
1 divulsæ, *Sect. præced.* † At verò nec hasce indifferenter repeti jubet Capitulatio Cæsarea: qvid enim si privilegium vel justum exemtionis & libertatis titulum una atq; altera Provincia prætendere ha-
2 beret? Non † certè in omnia, qvæ olim fuêre populi Romani, Imperator Romanus jus nunc habet, multa siqvidem ut bello recepta, ita bello amissa sunt, alia pactionibus, alia de relictione in aliarum gentium ac Regum jus transierunt. Qvædam etiam Civitates olim planè subditæ, posteà tantùm ex parte subditæ, aut tantùm inæqvaliter fœderatæ esse cœperunt, Hugo Grotius *lib. 2. de jur. bell. cap. 22. n. 13 p. 433.* † Hinc Gol- 3
dast. ait. Daß von Anbegin der Regierung Käysers *Rudolphi I.* biß auff unsere Zeit sich bey 200 unnd mehr Ort uñ Stände von Ertz und Bisthumben/Hertzog und Fürstenthumben/ Marg- unnd Landgraffschaff-

schafften / Apt- unnd Probsteyen / Gefürst- und Pfaltzgraffschafften / Graff- unnd Freyherrschafften / Freyen- und Reichsstädten / so dem Königlichen Stuel zu Aach unterworffen / dem Teutschen Reich einverleibet / mit Eyd unnd Lehenpflicht zugethan / und in der *matricul* angeschlagen / auff die Reichs-Täge erfordert / und neben andern getreuen Ständen des Reichs ihre *Session* und Stimmen gehabt / von demselben Reich *eximiret* und entzogen / und weder ohne noch durch Mittel mehr verwand seyn. *In præfat.* der Reichshandlungen. † Ut
4 verè Imperium dicatur diminutum *in Recess. Imp. Trevir. & Colon. de Anno 1512. in pr.* Annùm ergò provinciæ ac Civitates hæ erunt repetendæ? Parum certè proficiunt † Doctores, ditiones ejusmodi
5 alienatas etiamnum ad Imperium pertinere, ac propterea recuperari debere, buccinantes: qvia recuperatio non legibus armatis, sed armis decoratis demandanda videtur, Knich. *in velit. apologet. n. 52.* Nec tam iniqvi existimentur
6 judices † Domini Electores, Cæsari articulos & Capitulationem proponentes, ut per eam cujusqve juribus ac privilegiis præjudicare velint: qvare verbis sat expressis hunc Capitulationis articulum ad provincias modo illegitimo ab Imperio divulsas restrinxêre, uti ex ipsâ Capitulatione manifestum est, *in verb:* In anderer frembden *Nation* Händen ungebürlich erweise gewachsen / &c. Et posteà: Doch männiglichen an seinen gegebenen *Privilegien*, Recht unnd Gerechtigkeiten unschädlich.

† Non ergò sufficit, Civitates ac provincias qvondam ad Imperium pertinuisse, sed & injusto vel nullo prorsus titulo, medioq; illegitimo ab Imperio easdem fuisse divulsas & distractas necesse est, si ad harum recuperationem Imperator accedere velit. Ideoqve si provinciæ docere ac demonstrare qveant titulum exemtionis justum atq; legitimũ, tutæ omnind sunt, nec Capitulationis effectum metuere habent. Ast, inqvies, † qvænam sint istæ provinciæ, qvisqve titulus justus & sufficiens ad tribuendum jus exemptionis plenarium? Nullibi forsan ob multifarias exemtionum circumstantias in specie hoc decisum reperies; Et mallem hîc ego illis lampada tradere, qvibus arcana Imperii ex inspectione Archivorum penitiùs perspecta sunt: qvin & judicio potiùs Statuum Imperii istud relinqvendũ, qvàm privatorum disputationibus submittendum putaverim. 7 8

In genere nihilominus verissi-
9 mum est, † loca & provincias
qvasdam facto, qvasdam verò ju-
re, puta per contractum vel privi-
legium, vel ex conseqventia alio-
rum jurium exemtas esse. Qvin
& plures facto, qvàm jure exem-
tas, fateri necessum habemus: &
10 maximè deplorandum est, † qvod
immanis ille hostis *Anno 1420.*
sedem Graii Imperii, Byzantium
exito, crudelissimo populatus, ex
Oriente toto duodecim Regna,
plus qvàm 200. Urbes in æternam
servitutem mancipaverit, Petr.
de Andlo *lib. 1. cap. 11.* Marsil. Pa-
tavin. *de transl. Imper. cap. 5. 6. 7.*
Leonclav. *in pand. Turcis.* Æneas
Sylv. *Epist. 130. 155.* Africa, Iberia,
Pannonia, Mysia, Thracia, Mace-
donia, Illyria, aliæq; Orientis Re-
giones Romanis ademtæ, barbaro
11 nunc parent Imperio. † Plena
& absoluta libertas per donatio-
nem Impp. adseritur urbibus ac
provinciis Italicis, ad jus & domi-
nium Ecclesię pertinentibus, qvas
vulgò Patrimonium divi Petri
appellitant, Carol. Sigon. *de Re-
gno Ital. lib. 4. fol. 100. 107. & 166.*
Earum hodiè sunt qvampluri-
mæ in Italiâ, ut Roma, Bononia,
Ferrara, Regium, Ravenna, Peru-
sia, Avenio, Arminium, civitas
Castelli, Maria, Trebatiæ, Ro-
mandiolæ, Companiæ, & alię ma-
ritimæ Provinciæ, qvas se obtine-
re ex donatione Constantini factâ
Sylvestro, communiter jactitant
Pontifices. † Et in specie urbem 12
Romam cum toto patrimonio
adjacente, nimirum septuaginta
duas Civitates, & duo millia op-
pidorum in Italiâ & Insulis adja-
centibus Imperatorem Constan-
tinum Pontifici donasse, asserit
Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 30. n. 25.*
Ex qvo Imperii Romani potesta-
tem adeò in Italiâ evanuisse scri-
bit Vincent. Honded. ut Impp. ho-
diè non possint Pontificis subdi-
tum restituere natalibus in ditio-
ne pontificiâ; absq; illius consen-
su, *consil. 64. n. 26. & seqq.*

Sed vel propterea saltem suspe-
cta est hæc donatio, † qvod duo- 13
decim ejus diversa proferri posse
instrumenta, scribat Auct. *comm.
ad Donat. Constant. ad Reg. Britann.*
Alii namq; sedem Imperialem:
alii Romam urbem: alii palatium
Lateranense: alii dignitatem Re-
galem: alii totum Imperium Oc-
cidentale concessum scribunt.
Scripturas autem diversas nihil
habere firmitatis, inqvit ipsemet
Constantinus Imper. *in l. 14. C. de
fid. instrument.* Et nonne † Agatho 14
Pontifex circa *Annum Christi 682.
in Epistola ad Constantinum*, qvæ *in
4. act. Syn. Constantin.* continetur,
Romam appellat servilem urbem

Prin-

Principatus Serenissimi, qvod procul dubio non fecisset, si sub dominio suo fuisset, Leonh. Hütter *in act. advers. Jacob. Gretser. de munif. Impp. in sedem Roman. facta pag. 29.*

15 † Referente qvoq; Eusebio, Constantinus Imperator totum Imperium tribus filiis divisit, ac Constantinum Occidentalium partium, Constantium Orientalium & Constantem interjectarum, nempe Italiæ ac Illyrici Principem fecit. At hoc post donationem qvomodo facere & Pontifici suum auferre potuisset? Aut si diviserit Imperium ante Donationem, qvomodo filiis portiones semel tributas repetierit, & Pontifici donaverit?

16 Neqve † veteres Historici, qvibus propositum fuit, vitam Constantini Imper. describere, hujus donationis mentionem faciunt, ut propterea Pontificii de hâc delirent. Ita enim Albert. Krantz. *Tribuunt*, inqvit, *nonnulli Constantino M. donationem illam Italiæ & Germaniæ, & nescio, qvarum Provinciarum, Ecclesiæ Romanæ factam, de qva viderint ipsi. in Saxon. lib. 2. cap. 1.* Ac de ejus Baptismate, inqvit Egnatius, *uti variant Autores, sic constanti fide, qvæ de Imperii donatione circumferantur, uti minus similia non probant, sed alii hoc viderint, lib. 1. Rom. Princip. in Constant.* Alii

17 † donationem hanc Carolo M. alii verò Ludovico Pio tribuunt: qvo ipso falsitatem hujus rei satis detegunt: nec enim fieri potest per rerum naturam, ut qvi opinionibus differunt, veritatis unius habeantur autores.

18 † Hancq; infirmitatem juris & facti complures ex Pontificiis jamdudum agnoverunt: Ita namq; Æneas Sylvius (posteà Pontifex Pius II.) inqvit: *Miseros Legistas anxiè disputare, an hæc donatio valeat, qvæ tamen nunqvam facta.* Frider. Pruckman. *de Regal. §. soluta potestas. membr. 2. effect. 7.* Arnis. *l. 1 de jur. Majest. c. 5. n. 6*

19 † Et Bartol. *in præf. Digest. n. 14.* cum multa non obscurè contra hanc Donationem disputasset, tandem, *Videte*, inqvit, *qvod nos sumus in terris Ecclesiæ, idcirco dico, qvod illa donatio valeat.* Didac. Covarruvias qvoqve licet veritatem apertè confiteri cogatur, attamen autoritatem Ecclesiæ sibi obstare dicit, qvo minus eam profiteri possit, *lib 4. variar. resolut. cap. 16. n. 8.*

20 Ne abnuit † Barth. Bolognin. *ad Auth. habita. C. ne fil. pro patre. n. 51.* inqviens: *Non valeret donatio Cõstantini, nisi esset fidei nostræ refugium.*

21 † Eandemqve ut commentitiam rejicit ipse Baronius *in annalibus Ecclesiasticis*, dum instrumentum illud falsum esse scribit malâ fide, dolo & fraude à Græcis

confictum ab impostore aliqvo scriptum, ad probandam Constantini donationē tàm non idoneum, ut eam ambiguam potius reddat, qvàm probet: *tom.3.annal. sub anno 1191.p. 825.*

Pro confirmandâ eqvidem eâ
22 † allegant *c. Constantinus. distinct. 69.* Sed præterqvam, qvod Pontifices in propriâ causâ minus idonei habeantur testes, vix ullam id habet autoritatem, qvia in antiqvis Decretis planè non extat. Ut non immeritò Nicol. Cusanus dixerit: *Si non fuisset illud dictamen Apocryphum, absq; dubio id Gratianus in veteribus Codicibus & Canonum collecttionibus invenisset, & qvia non invenit, non posuit. lib. 3. de concord. cathol. cap. 2.* Anton. Archiep. Florentin. *part.1. Chron. tit. 8. c. 2. §. 8. fol. 225.* Porrò *dict. c. Constantinus* vel propterea suspectum est
23 (1) qvia † Papæ Romano, dicit, tributum fuisse Principatum super qvatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam & Constantinopolitanam, utq; ejus judicio omnia disponerentur: jam verò eo tempore super istas sedes nullum fuisse Principatum Pontificis, constat ex concilio Carthaginensi, qvo paulò post decretum *Can. 42. Ne qvis appellaretur Princeps Sacerdotum aut summus Sacerdos.* Imò in *Synodo Nicænâ* statuitur, *can. 6. Antiqvi mores serventur qvi sunt in Ægypto, Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, qvandoqvidem & Episcopis Romanis hoc idem est consuetum &c.* Et in *Synodo Antiochena can. 15.* apertè prohibetur, *ne semel judicatus à Provinciæ Episcopis ulterius judicetur, sed illius Provinciæ Episcoporum firma maneat sententia*, Henning. Arnis. *de potest. temp. Pontif. cap. 6.* (2) † Suspectum qvo- 24
qve est *dict. cap. Constantinus*, qvia in eo sedes Constantinopolitana subjicitur Pontifici, qvæ tunc nondum erat in rerum naturâ factâ donatione, anteqvam Constantinus Romanam relinqveret Urbem, Nicephor. *lib. 8. cap. 4.*
(3) Demùm † in *dict. c.* dicitur Con- 25
stantinus leprâ laborasse, qvod tamen falsum est, utut etiam is baptizatus fuerit à Sylvestro. Nec enim hoc docent Historici, nec ratio hoc admittit, cùm tempore Plinii morbus Lepræ in Italiâ erat extinctus, qvi tamen vixit sub Vespasiano: qvomodo ergò verisimile est, Constantinum eo laborasse morbo, cum longo pòst tempore imperaverit, Bapt. Mantuan. *lib. 1. de patient. cap. 30.*

Non major autoritas tribuenda

26 da est † c. Ego Ludovicus. distinct. 63. qvo donationem Romę, aliarumqve Civitatum & Provinciarum Italicarum à Pipino factam Pontifici, Childerico Rege Francorū deposito, ut Imperium adipisceretur, illamqve posteà à Carolo Magno, ejusq; filio Ludovico Pio confirmatam, probant. (1) Siqvi-
27 dem *cap. illud.* proficiscitur † à suspecto autore, nempe à Bibliothecario Papæ, teste Platin. *in vita Paschal. I.* Proinde nec ipsi, ut famulo Pontificis; nec Gratiano collectori Canonum credendum est, qvi affectibus Pontificū indulsit; nec posterioribus scriptoribus, qvi non nisi fabellam dicti Bibli-
28 othecarii recitant. (2) † Vollateranus *l. 3. Geograph.* hanc Ludovici donationem multò aliter refert, qvàm Gratianus: Calabriam enim & Ducatum Neapolitanum includit, & tamen ipse qvoq; in Bibliothecâ Pontificis illa se scri-
29 pta invenisse indicat. (3) † Eugenio II. qvi immediatè Paschali successerat, ipsoq; adhuc Ludovico Imperatore vivente, Lotharius I. filius Ludovici in consortium Imperii assumtus à Patre, Romæ Politiam ordinavit & Magistratus instituit, qvod fieri haud potuisset, si vel Ludovicus, vel Majores ipsius Romam Imperii caput Pontifici donassent; Leonhard. Hütter. *in act. advers. Jacob. Gretser. de Impp. munific. in sed. Rom. cap. 4.* (4) † Si aliqva Ludovici donatio fa- 30
cta, ipso tamen jure nulla fuisset: nec enim alienare potuit Regiones Imperii, aut Romam caput, *l. benè à Zenone. C. de qvadr. præscript.*

Qvicqvid sit, sive veræ, sive fictæ hæ sint donationes, Pontifex † omninò Principatus ejusmodi 31
& temporalem jurisdictionem renuere debuisset. Nec enim Clericis permissum, rebus temporalibus se immiscere, nec Pontifici, nomen imperatorium usurpare, *c. cum ad verum. dist. 96.* Unde in Concilio Lateran. sub Innocentio III. *can. 42.* sancitum: *Ne Clerici jura sibi vendicent Laicorum;* adeoqve talis donatio inutilis & nullius fuisset momenti, ceu incapaci facta. *§. non solùm Inst. de legat. l. multum interest. ff. de V. O.* Hütter. *in act. adv. Jacob. Gretš. de Impp. munif. in Sed. Rom. cap. 2. pag. 15. & 16.* Verissimè hinc dixit † Fridericus II. Imper. *Italia hereditas Imperatoris est, & hoc notum est toti Orbi,* Goldast. *tom. 3. constit. p. 658.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 73.* Eamq; in Italiam potestatem cum Pius V. Cosmum Medicem in magnū Hetruriæ Ducem creasset, Cæsar vindicavit, protestando per Oratores suos, additis minis, si Pōtifex 32

tifex ulteriùs in Imperii jura invaderet, Thuan. *lib. 46. histor. p. 873.*

33 † Qvin & Francisco Cosmi filio, Magni Ducis titulus, tanqvã beneficiario Imperii, amplissimo eâ de re diplomate dato, fuit confirmatus *Anno 1575.* Thuan. *lib. 60. histor. p. 50.*

SECTIO VI.

Jurenê vel injuria exemtionem ab Imperio Romano-Germanico sibi vendicent Venetiæ, Mantua, Parma, Ravenna &c. Dux Mediolanensis, aliæq; Civitates ac Domini in Italiâ.

SUMMARIA.

1. *Domini ac Civitates in Italia arrogant sibi omnimodam exemtionem.*
2. *Fundamentum ponunt in* Constit. Friderici de pace Constantiæ.
3. *Civitates Italicæ subjectæ sunt Majestati Cæsareæ. n. 4. 5.*
6. *Respondetur ad Constit. Frider. de pace Constant. n. 7.*
8. *Regalia Civitatibus Italiæ concessa.*
9. *Reservata tamen Imperio Superioritas.*
10. *Prætendunt quoq; Civitates Ital. titulum emtionis. n. 11.*
12. *Senenses Duci Hetruriæ subjecti.*
13. *Genuenses paruerunt judicato Imperatoris.*
14. *Titulus emtionis non prodest Civitatibus Italiæ.*
15. *Jura Imperii non sunt venalia.*
16. *Luca civitas Imperialis.*
17. *Florentina Imperium recognoscit. n. 18.*
19. *Veneti jactant libertatem & exemtionem. n. 20.*
21. *Refellitur Venetorum jactantia. n. 22.*
23. *Arnisæi opinio de libertate Venetorum.*
24. *Primæva origo Venetiarum.*
25. *Urbs Veneta per mille ac centum annos integra perseveravit à Vi hostili.*
26. *Urbs Veneta Virgo appellitatur.*
27. *Veneti coluerunt Majestatem Imperii Germani.*
28. *Dux Venetorum à Barbarossa ornamentis Regiis indutus.*
29. *Maximilianus I. obtinuit victoriam contra Venetos.*
30. *Lubricum præbet Venetis fundamentum titulus præscriptionis.*
31. *Interrupta præscriptio Venetorum.*

32. Vene-

32. Venetorum oppida & civitates aliis ablata. n. 33.
34. Ducatus Mediolanensis pertinet ad Imperium Romanum. n. 35. 36.
37. Rex Hispaniarum hodie est Dux Mediolanensis.
38. Dux Mediolani est Princeps & Vasallus Imperii.
39. Reliqui etiam Principes & Civitates Italiæ subsunt Imperio Romano.
40. Mantua civitas Cæsaris.
41. Specialis cur fiat mentio feudorum Italicorum in Capitulatione Cæsareâ?

OMnijugam qvoqve exemtionē sibi vendicare præsumunt
1 † Domini & Civitates omnes in Italiâ, enumeratæ à Carolo Sigonio *de Regno Ital. libr. 14. fol. 338.* ut sunt: Mediolanum, Brixia, Mantua, Venetiæ cum adhærentibus Veronâ, Vicentiâ, Patavio, Parma, Placentia &c. Cujus exemtio-
2 nis fundamentum ponunt † in fœdere inito cum Imperatore Friderico *ex Constitutione de pace Constantiæ.* Sigon. *dict. loc.* ubi fœderatæ dicuntur istæ Civitates; Ergò in eas Imperator potestatem haud exercere potest supremam, Fulv. Pacian. *cons. 19. n. 342. consil. 149. n. 76. & de probat. lib. 2. cap. 4. n. 21.* Bartol. *in l. inter eos ff. de acqvir. rer. domin.* Bald. *in l. beneficium n. 17. col. ult. de constit. Princip.*

3 Attamen † prædictas Civitates, salvis qvibusdam privilegiis & immunitatibus, tàm qvoad jurisdictionem, qvàm alia potestatis politicæ capita, Imperio ejusqve summo Magistratui, Cæsareæ nimirum Majestati etiamnum esse subjectas, statuit Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. c. 4. n. 52.* † per text. *in cap. Imperialem. §. firmiter de prohib. Feud. alienat. per Frider.* 4 Non saltem enim isti de populo intelliguntur esse Romano, qvi in omnibus ad potestatem politicam pertinentibus Imperio parent, sed & qvin in aliqvibus saltem subsunt Imperatori, cùm nulla fuerit unqvam Respublica, qvantumvis popularis, in qvâ Cives indifferenter omnes jure Civitatis sint exæqvati, Johan. Bodin. *libr. 1. de Republ. cap. 6. in fin.*
† Non ergò propterea, qvod ex 5 diversorum Imperatorum beneficiis multa ac præclara habeant privilegia & immunitates Itali, ab omnimodâ Imperii jurisdictione sunt exemti, cum & Germani Principes ac civitates non minoribus sint decorati beneficiis, qvi tamen Subditorum numero sese eximere neqveant.

Tantumq; abest, † Principes & 6 Civitates Italiæ libertatem & ex-

emtionem omnimodam probato ex *dict. constit. de pace Constantiæ*, ut etiam *ibidem* subditi aliqvoties appellitentur. *in pr.* ibi: *Imperialis Clementia immensa Serenitas mansveta, eam semper in subditis suis dispensationem favoris & gratiæ habere consvevit.* It. *In numero dilectorum nostrorũ fidelium computandos censemus.* It: *Rebellium insolentiam ad debitam fidem & debitæ devotionis obseqvium revocare.* Et posteà: *Devotæ sinceritatis servitia;* qvibus nihil nisi plena subjectio denotatur. 7 † Nec Constitutio illa de conventione agit inter Cęsarem ac Civitates illas tanqvam liberas, sed de merâ reconciliatione contumacium & rebellium subditorum, ut apparet ex *princip. dict. Constit.* in verb: *Qvod nos solita benignitatis nostræ gratia ad fidem & devotiônem Lombardorum, qui aliqvando nos & Imperium nostrum offenderant, viscera nobis innata pietatis aperientes: eos & societatem ac fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes & culpas, qvibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes, eosq; propter fidelia devota sinceritatis servitia, qvæ nos ab eis credimus certissimè recepturos, in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus.* Et in §. *sententia. vers. Opizoni.* ibi: *Omnem offensam qvam nobis vel alicui partis nostræ fecerit, (nempe Marchio Opizo) postqvam in societate fuerit, vel per se, vel per aliqvam personam cum societate, vel defendendo aliqvem de societate, Imperiali clementia per nos & nostram partem remittimus, & in plenitudinem nostræ gratiæ eum recipimus.* 8 † Et qvamvis Regalia Imperator Civitatibus Italiæ *in dict. Constit.* concesserit (ut proinde non immeritò pro liberis videantur habendæ, cùm revocare potestatem eorum, qvi habent Regalia, sit revangare mundum, Alexand. *lib. 1. cons. 2. num. 9.* Rol. à Valle *vol. 1. consil. 68. num. 20.*) ea tamen qvæ omnimodam innuunt exemtionem, ipsis non sunt collata: nec enim qvicqvam de belligerandi potestate, subsidiariâ munerum tàm realium, qvàm personalium indictione, Legum ferendarum ac fœderum ineundorum potestate, Civitatibus ibidem permissum apparet. Præterea jurisdictio ipsis concessa *in §. nos Romanorum.* in judicio secundo ad causas, qvantitatem 25. librarum Imperialium non excedentes disertè restringitur, *in §. in causis appellationum.* 9 † Et in Concilio eodem confirmationem privilegiorum Civitatum Lombardiæ cum disertâ reservatione fidei, sub-

ſubjectionis, ultimi judicii, & ſupremæ poteſtatis Imperii factam, teſtatur Anton. Marta *de jurisdict. part.1. cap.33. n.57.*

Hâc igitur Conſtitutione cum Civitates Italiæ libertatem ſuam & omnimodam exemtionem defendere neqveant, alio id modo,
10 † ſpecialis ſcilicet privilegii, aut tituli emtionis allegatione efficere conantur. Jactitant nimirum Senenſes decem millibus Coronatorum ab Henrico IV. Imper. Florentini ſex millibus, à Rudolpho I. & ab eodem Lucenſes duodecim millibus ſe libertatem comparaſſe, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap.9.* Platin. *in vita Honor.* Carol. Sigon. *lib. 20. de Regno Ital.* Natta *conſil. 637. n. 23.* Choppin. *de doman. franc. lib. 2. tit. 1. n. 9.* Dec. *conſ. 528.* Tob. Paurmeiſt. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 4. n. 37.* Zachar. Victor. *de cauſ. exemt.*
11 *Imper. concl. 2.* † Genuenſes qvoq; pretio exemtionem acqviſiviſſe, refert Sigon. *dict. lib. 20.* Menoch. *lib. 1. conſil. 2. n. 67. & 68.*

12 Sed qvoad † Senenſes hodiè res eſt expedita, ut qvi Magno Duci Hetruriæ ſunt ſubjecti: Sicuti & Piſentes, qvos duodecim millibus aureorum libertatem à Carolo IV Imperatore comparâſſe, teſtatur Marta *de jurisdict. part. 1.*
cap. 33. n. 108. † Tantum verò abeſt, 13
Genuenſes liberos eſſe, ut durante controverſiâ cum Marchione Finali, cùm ad Imperatoris Maximiliani II. tribunal vocati emanſiſſent, res contra ipſos mandatis pœnalibus fuerit agitata, hoc addito: *niſi parerent, urbem & agrum Genuenſem proſcriptum iri,* & cum frivolè à ſententiâ ad Pontificem appellaſſent, deſertâ appellatione, judicato paruerunt, Bodin. *dict. lib. 1. cap. 9.*

† Neq; etiam ipſis, aliisqve Ci- 14
vitatibus titulus Emtionis prodeſſe poteſt adverſus Imperii Fiſcalem, vindicantem ea, qvæ ſibi commiſſa ſunt: cum notiſſimi ſit juris, rerum commerciis hominũ exemtarum, qvalis eſt etiam publica Imperii poteſtas, nec emtionem, nec venditionem, nec ullam aliam obligationem, alienationemve ſubſiſtere, *§. idem juris. Inſt. de inut. ſtipulat. l. inter. §. ſacram. ff. de V. O.* Hugo Donell. *lib. 12. comm.*
jur. civil. cap. 20. † Non ergò vena- 15
lia ſunt jura Imperii: adeoqve cum ſine Principum ac Ordinum conſenſu diſtrahi haud potuerint, à Civitatibus pecunias pro libertate adipiſcendâ numeratas, tributi aut penſionis potiùs, qvàm pretii nomine ſolutas exiſtimandum erit, ſecundum tradita Johan. Bodin. *dict. cap. 9.* Tob.

16 Paurmeist. *dict. cap. 4. n. 56.* † Hinc Luca adhuc audit civitas Imperialis in Rescripto Caroli V. *de anno 1526. ad Clementis VII. criminationes.* §. *15.* apud Goldast. *Const. Imper. tom. 1. p. 483.* licet hodiè sub protectione sit Hispani. Et posito, qvod Florentia tituló emtionis libertatem obtinuisset, non certè
17 video, qvomodo † illam vicissim non amisisset, eo ipso, dum à Carolo V. Imper. obsessa, demum in gratiam recepta est, qvi Ducem ei præfecit. Cùm enim Florentini familiam Mediceam ejecerant, restitutus Pontifex, ut se suosqve gentiles ulcisceretur, fœdus iniit cum Cæsare, qvo in Florentinos pro merito animadverteret. Qvid Florentini? Hi à Cæsarianis atqve Pontificiis copiis obsessi, cum per anni ferè tempus bellum duxissent, (cujus belli vestigia adhuc Florentiæ monstrātur) certis conditionibus cum Ferdinando Gonzaga, Cæsaris Legato transegerunt, qvi posteà ipsis Alexandrum Medices Principem constituit, Johan. Sleidan. *lib. 7. histor. pag. 189.* Jam verò qvi principem Provinciæ præficit, is ut summa Majestatis jura & superioritatem ibi ha-
18 beat, necesse est. † Qvin & Rudolphum I. reservasse sibi superioritatem & recognitionem Imperii, civitatesq; Florentiam & Lucam Cæsaris dicto se audientes promisisse, ajunt Cuspin. *in vitâ Rudolphi.* Gerardus de Roo. *annal. Austriac. lib. 1. de an. 1284.* Feder. Scot. *resp. 28. n. 107. lib. 7.*

Neq; plus juris aut libertatis † Veneti habent, qvàm aliæ civi- 19
tates Italiæ, qvantumvis supra annos mille ducentos Venetias fuisse liberas, scribat Thomas Bozius *de Stat. Ital. libr. 3. cap. 3. num. 15.* & Imperatorem Romanum nunqvam in Venetos jurisdictionem exercuisse, putet Socin. jun. *consil. 100. n. 10.* Gomez. *in* §. *fuerat. num. 5. Inst. de action.* † Cujus rei ra- 20
tionem assignat Alvarott. in *tit. 10. FF. 2.* scilicet qvod ipsorum Civitas non sit fundata in solo juris alicujus, ideoq; libera, *arg.* §. *1. & 12. Inst. de rer. divis.* Cœpoll. *de Servit. rust. prædior. c. ap. 26. n. 2. & 7.* Sed
† fallax est hæc ratio, qvia per æ- 21
dificationem in mari solum dominiũ, non etiam jurisdictio vel imperium acqviritur, Anton. Vacca *ad l. 2. ff. acqv. rer. domin.* nec qvicqvam commune habet causa dominii & proprietatis cum imperio & jurisdictione, Oldrad. *cons. 176.* Andr. Gail *libr. 2. observat. 69. num. 2.* Ut maximè igitur proprietas Civitatis remaneret Venetis, áttamen jus superioritatis haut denegandum esset Imperatori, postqvam compertum

habe-

habemus, Romanos imperium quoq; maris obtinuisse, ex Polyb.
22 *lib.1.* † Etsi omninò vera esset hæc ratio, Insulæ nullæ forent subjectæ Imperatori. Nec Venetorum Imperium mari terminatur, sed bonam partem vicinorum littorum occupat, Henning. Arnis. *de*
23 *Majest. cap. 2. num. 4.* † qvi tamen eò inclinat, qvod Respublica Venetorum Imperatori nunqvam fuerit subjecta, eo exorta tempore, qvo Italia turbarum esset plena, incertaqve rerum dominia: nec à Carolo M. ipsis libertatem privilegio datam, sed potiùs relictam esse: Hinc enim acceptâ Coronâ cum Irene transegit, & posteà cum Nicephoro, ut alter Occidentis, alter Orientis Princeps esset, nec hujus in illius ditiones qvicqvã juris remanerêt, Onuphr. Panv. *de Comit. Imp.* In qvo fœdere cum Irene disertè cautum est, ut Veneti suis uterentur legibus, & bello pacevè neutrius censerentur juris, Carol. Sigon. *lib. 4.*
24 *histor. Ital.* † Hancqve opinionem primeva urbis hujus origo confirmat. Condita namq; ea fuit, cùm Hunni Duce Attila totam oram Venetam, insignem Italiæ provinciam, igne ac cædibus devastârunt: ubi Cives, qvi nobilitate præstitere aliis, primùm sese cum familiis receperunt in Insulas seu tumulos, qvi è mari eminebant, & oppida extruxerunt, ut tuti essent, licentiâ demum datâ omnibus, ædificandi, usqve in tantam magnitudinem Urbis, qvæ huc usq; est. † Ab hac primâ origi- 25
ne (qvod nulli unqvam civitati legimus contigisse) inqvit *Caspar. Contarenus*, ad hæc usq; tempora per mille ac centum annos, semper à vi hostili urbs veneta perseveravit integra, *de Magistr. & Republ. Venetor. lib. 1. pag. 3.* † qvo re- 26
spectu etiam Virgo appellitatur. Hinc Autor *della relatione di tutte le cose piu essentiali della Republica di Venetia. Venetia*, inqvit, *sola tra le Citte d' Italia è hoggi nomina Vergine, per non haver mai provato il giogo de servitu ne assaltato ò invasione de nemici.*

Hoc ut concedamus de aggressu & invasione, (nec mirum id propter situm in Adriatico pelago opportunissimum ac tutissimum,) Venetos † tamen propter- 27
eà majestatem Germani Imperii nunqvam coluisse, minus probabile: qvin imò contrarium vel indè manifestum est, qvod Bodoarius Dux Venetorum à Conrado Imperatore acceperit jus signandæ monetæ. † Sic & Cianus orna- 28
mentis Regiis à Barbarossa se indui passus est, Contar. *de Magistr. & Republ. Venetor. lib. 2.* Carol.

 Sigon.

Sigon. *de Regno Ital. lib. 4. fol. 100.* Alber. de Rosate *in l. 1. C. de summ. Trinit.*

29) Et nonne † Maximilianus I. Imp. victoriam obtinuit contra Venetos *Anno 1509.* Guicciard. *lib. 8 histor.* Unde Anton. Justinianus, Patritius Venetus, nomine Ducis & Senatus Veneti: *Non in postremis,* inqvit, *laudum tuarum numerabitur, si tua Majestas, quæ partam in manibus de Venetis habet victoriam, fragilitatis memor humanæ, moderatè ea uti didicerit.* Et posteà clariùs: *Qvotannis T. M. legitimisq; in Imperio Successoribus qvinqvaginta millia aureorum perpetuò ex aurio deponemus; Alia tua jussa, decreta, sanctiones & præcepta lubentes amplectemur.* It. *Tuâ servati clementiâ, te Patronum, Parentem, & Urbis nostræ fundatorem appellabimus, Annalibus inscribemus, & filiis deniq; nostris ea tua ingentia merita sedulò ingeremus: Nec parva tuarum laudum fiet accessio, qvod primus es omnium, cujus pedibus Veneta Respublica se prosternit, cui submittit cervicem, quem ut cœleste qvoddam Numen veneratur, colit, observat, in Orat. habita 25. Martii Anno 1509. ad Imp. Maximil.* apud Goldast. *in*

30 *Polit. Imper. part. 21. p. 977.* † Qvo ipso titulus præscriptionis simul refellitur, qvi & aliàs lubricum præbet Venetis fundamentum; qvippe qvi malæ fidei sunt possessores, nullo tempore præscribentes, *c. vigilanti. extr. de præscript. c. possessor. de Reg. jur. in 6to.* † Qvin & 31

interruptam innuunt præscriptionem *literæ* Sigismundi Imperatoris *ad Amadeum, Sabaudiæ Ducem, Venetos Rebellium titulo gravantes,* Anton. Fab. *in consult. de Ducat. Montisferrat. fol. 20.* atqvi Rebellio subjectionem præsupponit, Cravett. *cons. 452. n. 1.*

Si porrò † alia Venetorum oppida & civitates respexerimus, vix una aut altera erit, qvam aliis non abstulere. *Cujus rei testis est,* inqvit Ludov. Helian. *Jacobus Rex Cypri, quem accepta priùs in uxorem filia S. Marci cum filiolo veneno sustulerunt, ut Cypri Regno potirentur; qvod ipsis tamen hodiè à Turcâ ablatum est. Testes sunt Imperatores Romanorum, qvos Patavio, Vicentia, Veronâq; dejecerunt? Testes sunt Austriæ duces, qvos Tarvisio, Feltro, Concordiâ, Utino, Tergesto, Goritia expulerunt &c. in Orat. invect. in Venetos habita in Conventu Augustano Anno 1510.* 32

† Qvod & confirmat Anton. Justin. hisce verbis: *Si summus maximus DEUS eam nostris majoribus mentem indidisset, ut suis contenti limitibus, alienas contrectare res ausi non essent, jam splendescens nostra* 33

Res-

Respublica alias Europæ Urbes anteiret, in dict. Orat. ad Imp. Maximil.

34 † Mediolanensem qvoqve Ducatum jure ad Imperium Romanum pertinere, qvis dubitabit? Fuit namqve ditio ista Imperio subjecta usq; ad Rudolphi Habsburgensis tempora, Cuspinian. *in vita Rudolph.* Cujus successor Adolphus Nassoviensis Matthæum præfecit Provinciæ Mediolanensi, ut Rempublicam Imperii nomine gubernaret, unde Vice Comitis nomen obtinuit: posteà Wenceslaus Johannem Galeaceum Ducem creavit, Urbe, ditioneq; grandi pecuniâ venditâ, additâqve potestate, ut in heredes transferri posset, Henning. Arnis.
35 *de Majest. cap. 5. n. 5.* † Hinc Electores in abdicatione Wenceslai, §. 1. inqviunt: *Mutilasti Imperium Mediolano & Provincia Longobardiæ, qvæ juris sacri Romani fuerant, redeuntibus inde ad Imperium amplissimis emolumentis; in qva ditione, Mediolanensis veluti Minister Sacri Imperii partibus fungebatur, cum tu contrà, qvàm tuam sublimitatem & dignitatem decebat, acceptâ pecuniâ, Mediolani Ducem & Comi-*
36 *tem Papiensem creasti &c.* † Demùm Carolus V. Imper. Francisco Sfortia, qvem bis restituerat, sine posteritate mortuo, Ducatum Mediolanensem sub titulo juris publici retinuit, eumq; posteà certis pactis ad filium Philippum transtulit. † Unde Rex Hispaniarum 37
in hodiernum usq; diem Dux est Mediolanensis, ita ut ArchiEpiscopus Trevirensis, Caroli V. electionem dissuadens, non falsò dixerit: ***Eum suis Hispanis & non Imperio vendicaturum Imperium Italiæ***, Johan. Sleidan. *lib. 1. histor.*
† De jure itaqve Dux Mediolani 38
adhuc est Princeps & Vasallus Imperii, Marta Neapolitan. *de jurisdict. part. 1. cap. 33. n. 38.* & Mediolanum, Metropolis Lombardię subjecta dicitur Imperio, Meyland ist des heiligen Reichs Eigenthumb/ *Recess. Imp. Nürenberg. de anno 1542. §.* Und wie nun Ihre Käyserl. Majest. Cardin. Tusch. *in select. jur. publ. part. 3. membr. 26 n. 9. vers. Mediolani Dux.* Dom. Arum. *de Comit. Imp. cap. 4. n. 77.*

Neq; aliud † de reliqvis Italiæ 39
Principibus ac Civitatibus asserendum videtur, vel ex solo Cancellariæ aulicæ stylo, talem ad singulos inscriptionem docente: *Principi Illustrissimo N. Duci Mantuæ & Montisferrati: Duci Parmensi & Principi nostro charissimo.* It. *Honorabilibus nostris & sacri Imperii fidelibus dilectis. N. Magistratibus Civitatũ nostrarum Imperialium, Papiæ, Cremonæ, Pisæ &c. Illustri, Magnificis, nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis N. Duci & Magistratibus Ca-*

meræ

meræ & Civitatis nostræ Genuæ, te-
ste Tob. Paurmeist. *de jurisdict.
Imper. Roman. lib. 2. cap. 4. num. 75.*
40 † Et in specie Mantua dicitur eine
Käyser Stadt à Papa Clemente
VII. apud Hortleder. *de caus. belli
german. lib. 1. cap. 15. p. 76.* Und ihr
Hertzog des Heiligen Reichs Le-
henmann/ à Vice-Cancellario Im-
perii apud Hortled. *dict. lib. 1. cap.*
41 *27. p. 105.* † Omnes ergò qvotqvot
ferè in Italiâ sunt Principes ac Ci-
vitates, jure ad Imperium spe-
ctant, ut non immeritò Capitula-
tio Cæsarea specialem feudorum
Italicorum mentionem faciat, horumqve cognitionem & disqvisitionem accuratiorem Imperatori injungat, *in* §. Zu dem uñ insonderheit. *vers.* Fürnemlich auch/ dieweil uns fürkömpt/ daß etliche anschnliche/ dem Reich angehörige Herrschafften und Lehen/ *in Italia*, oder sonsten vereusert worden seyn sollen/ eigentliche Nachforschung derentwegen anstellen/ wie es mit solchen *alienationen* bewand/ und die eingeholete Bericht/ zur Churfüstlichen Meyntzischen Cantzeley inner Jahresfrist von *dato* an zu rechnen/ unfehlbarlich einschicken/ etc.

SECTIO VII.

Superiorem qvoq; recognoscit Imperatorem Dux Sabaudiæ, qvi est Status, Vicarius & Vasallus Imperii Romano-Germanici.

SUMMARIA.

1. Multum potestatis Itali tribuunt Duci Sabaudiæ.
2. Sabaudus se DEI gratia Ducem scribit.
3. Qvi tamen titulus exemtionem non probat.
4. Dux Sabaudiæ Imperatorem recognoscit superiorem. n. 5.
6. Etiamnum sub Imperio est Dux Sabaudiæ.
7. Dux Sabaudiæ ad Comitia vocatur.
8. Subscribit etiam Recessibus Imperii.
9. Status Imperii sunt, qvi jus sessuræ ac votandi in Comitiis habent.
10. Ducatus Sabaudiæ inter bona & feuda Imperii refertur.
11. Sabaudiæ Dux Princeps & Vasallus Imperii.
12. Dux Sabaudiæ Imperatorem se recognoscere superiorem ipsemet fatetur. n. 13. 14. 15.

Multum

1 MUltum eqvidem potestatis Duci Sabaudiæ tribuunt Itali, contendentes, eum omni Imperio exemtum, neminem recognoscere superiorem, Paris. *vol. 1. consil. 1. n. 39.* Jacob. Menoch. *in causa Finariens. Respons. 2. art. 1. n. 104.* Jason *consil. 227.* Purpurat. *in Rubr. ff. de jurisdict. omn. judic. n. 20.* Anton. Gabriel, *lib. 5. tit. de acquir. rer. domin. concl. 3. n.* 17.
2 † Sed vix aliud suæ assertionis fundamentum habent, qvàm qvod DEI gratiâ se Ducem esse scribat, prout tradit Ludov. Rudolphin. de Sablonet. *de orig. & dignit. Duc. Ital. n. 83. & seqq.* † Infirma certè ratio, qvæ si concluderet, neq; Electores, neq; Principes Germaniæ reliqvi, qvos & ipsos hoc titulo condecorari videmus,
4 Imperatorem recognoscerent.

Rectiùs igitur † Bodinus: *At enim, inqvit, Allobroges ipsi confitentur, totaq; eorum historia declarat, hanc Imperii Germanici Provinciam, quæ nunc Sabaudia dicitur, Imperii feudum extitisse, & ab Henrico V. fiduciarios Comitum dignitatem assecutos, ac tandem Duces Sigismundi Cæsaris beneficio appel-*
5 *latos fuisse, lib. 1. de Republ. cap. 9.* † Cui assentitur Jacob. de S. Georg. qvi Ducem Sabaudiæ Imperatorem recognoscere ait, qvanqvam Imperii jura in suo dominio, sive ex singulari privilegio, sive continuâ usurpatione, sive etiam patientiâ Imperatoris obtineat, *in invest. feud. col. 1.*

Et Ducem † Sabaudiæ etiamnum sub Imperio esse, probatur, 6
(1) qvia perpetuum Imperii Vicariatum sibi arrogat, Ludov. Rudolphin. de Sablonet. *de orig. & dignit. Duc. Ital. n. 116.* qvod privilegium ipsi primùm à Sigismundo Imperatore concessum, à subseqventibus Imperatoribus confirmatum, testatur Anton. Tessaur. *in præfat. decis. n. 14.* qvo ipso se subditum Imperii fatetur: Si enim in ditione suâ vice Imperatoris habetur, ut & eum, cujus vices sustinet, agnoscat, necesse est, *l. 1. C. de offic. Vicar.*

(2) Deinde † certum est, Du- 7
cem Sabaudiæ tanqvam Principem Imperii ad Comitia vocari, ab eoq; Recessus Imperiales subscribi: qvod jus ab antiqvo ei competiisse, testatur Günther. *lib. 1. in Ligurin.*

Allobrogumq; Duces coëunt Cymbriq; feroces.

Idq; Duci Sabaudiæ in hoc usq; tempus sartum tectumq; servari,
† indicio sunt subscriptiones *Re-* 8
cessuum Imperialium, de Anno 1542. 1551. 1559. 1566. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. Et novissimè in Comitiis sub Imp. Matthiâ *Anno 1613.* habitis, nomine Caroli Emanuelis Ducis

Sabaudici, cōparuerunt, & Recessus subscripserunt Casparus à Genevâ, Marchio Lullini, Eqves Torqvatus, Augustalis Ducatus Gubernator, & Prætorianorum militum Præfectus, & Emanuel Philibertus Goveanus, Senator & Consiliarius intimus, prout clarescit *ex Recess. Ratispon. de Anno 1613. fol. 801.* Cui conseqvens, Ducem Sabaudiæ Imperatori subje-
9 ctum, Statumq; esse Imperii. † Inde nempe Status Imperii Reichs-Stände appellitantur, qvod statum & locum votandi & sedendi in Comitiis Imperii habeant: hâc qvippe unicâ & propriâ qvasi notâ Status ab aliis Imperii subjectis secernuntur, *Recess. An. 1512. in pr. Anno 1555. §.* Dieweil / rc. *Anno 1576. in pr.* Domin. Arum. *de Comitiis Imperii. cap. 4. n. 1.* Andr. Knichen *de Saxon. prov. jur. vers. Ducum. cap. 2. n. 1.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 1. cap. 8. n. 3.*

10 (3) Accedit † qvod verbis manifestis Ducatus Sabaudiæ inter bona & feuda Imperii referatur *in Recess. Ratisbon. de Anno 1541.* sub Carolo V. habitis. *in §.* Nachdem aber. ibi: Nachdem aber in dem unsern Schwager und des heiligen Reichs Fürsten und Lehenmann / dem Hertzogen von Savoia / ein gut theil seines Fürstenthumbs mit Krieges Gewalt abgetrungen und eingenommen ist / seynd wir in betrachtung unsers Käyserlichen Ambts verursachet / uns zu errettung und Unterhaltung des heiligen Reichs Eigenthumbs / in gegenrüstung einzulassen / welches im nechst verschienen sechs und dreissigsten Jahre der mindern Zahl beschehen / und hat sich die Kriegeshandlung biß zu der winterlichen Zeit erstrecket / rc. Ecce vocatur hic Dux Sabaudiæ
Princeps & Vasallus Imperii. † 11
Idemq; factum *in Recess. Imper. Spirens. de Anno 1544. in pr. ibi:* So seynd wir doch in solchen unsern notwendigen und Christlichen Fürnehmen / wider unsern Willen verhindert worden / fürnemlich der Ursachen / daß der Erbfeind Christliches Glaubens und Namens / der Türcke auff anreitzung und beruffung des Königes von Franckreich / seine gewaltige Armada nechst verschienen Jahres auff das Genueser Meer geschickt / daselbst unsern Fürsten und Glied des heiligen Reichs / den Hertzogen von Saphoy oberfallen / und die Stadt und Pford Nisse einnehmen lassen / *fol. 292.*

(4) Qvin & † Imperium ac Im- 12
peratorē superiorem se recognoscere, fatetur ipsemet Dux Sabaudiæ Carolus Emanuel *in Epist. Anno 1614. ad Imperatorem Matthiam per-*

perscriptâ, & typis evulgata in causâ Montiferratensi, hisce verbis: *Qvid Orbem universum dicturum censemus, cum eò progressos impunè Hispanorum conatus intelliget, ut Sabaudiæ Ducem majoribus celeberrimum, Europeorum Regum affinitate & sangvine clarissimum, Sacri Imperii Principem, Vicariumq; in Italia perpetuum, à Saxonica stirpe ducentem originem, amplæ ditionis in Italiâ, diu ante Hispanorum adventum clavum administrantem sua æqvissimo jure poscentem, nihil contra eos molientem, non modò minis terrere, sed etiam armatâ manu aggredi, & ad bellum nolentem provocare non dubitarint?* † Ac paulò post: *Hinc etiam Majestas vestra conjicere poterit, qvo consilio qvædam oppidula ad sacrum qvidem Imperium pertinentia, sed in mearum ditionum visceribus sita, præoccupanda cogitarim, scilicet ut & ab Hispanorum armatorum irruptione & expilatione servarem, measq; Regiones minori periculo ab eorundem conatibus tuerer. Ego enim sic existimabam, horum oppidorum occupationem ad eum pertinere, qvi ea integrè pacatis rebus restiturum se Majestati vestræ rescripserit, publicoq; actu fuerit professus, qvi perpetuus in Italia Sacri Imperii Vicarius nominetur, qvi deniq; solus hâc tempestate in Italiâ relictus sit Imperii Princeps, & Majestatis vestræ Vasallus, à qvo in eam vel Imperatoriæ Coronæ capiendæ, vel alia de causa descendens, sacra vestra persona deduceretur & exornaretur. Num enim Hispaniæ Regem, qvi se in Italia Cæsarem gerit, Majestatis vestræ pompam prosecuturum putamus? Num Venetorum Rempublicam, num Genuensem, num Hetruriæ Ducem vestrum adventum comitatu suo celebraturos ex officio censemus? At ii se ab Imperio liberos gloriantur. Qvid ipse Mantuæ Dux? Ab Hispaniæ enim Rege pendere, ejus observare nutus, ejus se patrocinio commisisse, se deniq; suaq; omnia eidem devovisse, qvis ignorat? Qvid reliqvi Duces? Nonne fermè omnes Apostolicam sedem recognoscunt, & ab eâdem in dignitatem assumuntur?* † *Me* 14
13
ergò solum ad vestræ Majestatis splendorem dignitatemq; reservatum, me Germanicum Principem, me ditiones meas, majorumq; meorum, Imperatorum liberalitati referentem acceptas, Hispani vestrâ sciente Majestate, bello lacessere & oppugnare audeant? Romanorum Regis titulum, qvem vestra Majestas gerit, ad augustissimos mearum ditionum fines redactum, in Subditi Vasalliq; personâ violari exscindiq; patietur? † Et paulò post: *Partes etiam Vestræ Majestatis erunt, Hispaniarum Regi, utpote Duci Mediolani ac Sacri Imperii Vasallo, pro summâ pote-* 15

state imperare, ut coactas sine causâ in meam perniciem copias quàm celerrimè dimittat, à me subscripta pacis capita propriæ manus notâ confirmet, & Italiam circumsonantium Hispanicorum armorum strepitu turbatam, metu liberet universam. At verò Mediolani Gubernatorem, furentibus animis ultrò belli faces subdentem, ut inde pecuniæ vim extrahat ingentem, & Regis auribus de me multa falsò insusurrantem, objurgatum, qua par est, mulcta castiget. Sic enim futurum spero, ut Majestas Vestra suam ac sacri Imperii autoritatem in Italia, quæ alioqui in Hispanicam transferetur, majori cum laude tueatur. Quod autem ad me attinet, non modò ad suscepta pro meâ incolumitate arma, deponenda, sed ad mea omnia, vitamq; ipsam ad illius nutum, majorum meorum exemplo, profundendam, Majestas Vestra experietur paratissimum. Interim dum Majestatis Vestræ clementiam æqvitatemq; singularem mihi in arduis hisce contra Hispanos controversiis præsentem, secundissimamq; futuram spero, ut eandem quàm diutissimè servet incolumem, obnixè à summo rerum omnium largitore, DEO comprecabor. Hactenus Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ.

SECTIO IIX.

Nec Gallia nec Hispania hodiè ad Imperium Romano-Germanicum pertinet.

SUMMARIA.

1. *Gallia qvondam pertinuit ad Imperium Romanum.*
2. *Non cœpit Imperium in Gallia, ut qvidam opinantur.*
3. *Carolus M. fuit germanus. n. 4. 5.*
6. *Rex Franciæ fidelis erat Imperatoris. n. 7.*
8. *Qvousq; Gallia conglutinata mansit Imperio.*
9. *Noluerunt Reges Francorum Lutetiæ jura Romana doceri. n. 10. 11.*
12. *Hodiè Regnum Galliæ Superiorem non recognoscit.*
13. *Autoritas Pontificis Innocentii III. pro Galliarum Rege. n. 14.*
15. *Feudi judicium pertinet ad Franciæ Regem.*
16. *Justinianus Imp. pepigit cum Rege Franciæ, de Galliæ Regno.*
17. *Defenditur ista pactio adversus Zoanettum.*
18. *Franciscus I. Rex Gall. Carolo V. Flandriam, Artesiam & Corolesiam resignavit.*

19. Me-

NOn loqvor hic de eo, qvod
1 qvondam fuerit: † Etenim Carolo Magno imperante, Galliam ad Imperium Romanum pertinuisse, ipsis Gallis autoribus usq; adeò certum est, ut putent, Im-
2 perium in Galliâ inceptum, † postmodùm demum ad Germanos pervenisse, Joh. Bodin. *cap. 7. in Method. histor.* Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 7. cap. 15.* qvod & in Conventu Principum Fraxineus Orator Gallicus affirmavit apud Thuan. *lib. 10. histor.* Nimirum qvod Nicephorus Græcus Imper. qvi post relegatam Irenem electus à Græcis, jus omne Imperatori Carolo Gallo cesserit; Cuspin. *in vitâ Caroli Magni.*
3 Sed falsò omninò, postqvam † Carolus Magnus ferè fuerit Germanus, vel Carolsburgii natus, qvæ est in superiore Bavariâ, ac inde nomen retinet, secundum Aventinum *lib. 4. annal. Bojor.* vel Ingelheimii, ut putat Cuspinian. *in ejusdem vita*, ubi ait: *Carolus, filius Regis Francorum Pipini, natus in Ingelheim villâ, qvæ duobus distat millibus passuum à Moguntiaco, adeò ut frustra sibi hunc Galli vendicent, cum Germanus fuerit & patria, & lingva, & moribus, hoc est, integritate & dexteritate &c.* † Qvod & pla- 4
cet Lupoldo de Babenberg *de jur. Regn. cap. 3.* Franc. Irenic. *lib. 3. cap. 18. exeg. German.* & Sebastiano Brandes, cujus hâc de re extant versiculi:

Translato Imperio à Græcis, Germana repentè
Natio suscepit Regia sceptra & opus.
Germanus qvoniam, nostro qvoq; natus in Orbe
Carolus, & vero semine Teuto fuit.
Nempe Orientalis Francus fuit, unde recepit
Francia Gallorum, qvod modò nomen habet.

† Nec abnuit Eginhardus Can- 5
cellarius & gener Caroli Magni, qvando in ejusdem vitâ de eo sic loqvitur: *Mensibus etiam juxta patriam lingvam nomina imposuit, cum ante id tempus apud Francos, partim latinis, partim barbaris nomini-*

minibus appellarentur, Januarium appellavit Wintermonath / *Februarium* Hornung / *Martium* Lentzmonath / ꝛc. qvod & testatur Cuspinian. *in vitâ Nicephor. in fin.*

6 Certum nihilominus est, † qvod Gallia olim fuerit sub Imperio: ac veluti Regem Franciæ fidelem suum appellat Sigismundus Imperator *in mandato de Anno 1445.* qvo Rex Galliarum citatur ad Concilium Constantiense, apud Goldast. *tom. un. Const. Imp. p. 386.*

7 † Et debet Rex Franciæ fidelitatem Imperio ratione Burgundiæ & Regni Arelatensis: qvâ de re ita loqvitur Goldast: Käyser *Maximiliani* Ausschreiben wider den Frantzosen weisen aus / daß der König in Franckreich wegen des Königreichs Arlen ein Lehenmann des Reichs sey / und soll *Carolus Delphinus* als ein Fürst des Reichs auff dem Reichs-Tag gen Metz. *An. 1356.* beruffen / seinen Sitz und Art neben andern Fürsten des Reichs vertreten / und Käyser *Carolo* dem *IV.* in Gegenwart aller Chur und Fürsten des Reichs und Päbstlichen *Legaten*, den Leheneyd öffentlich geleistet / und die *Regalia* der Hertzogthumen Wien oder *Delphinat.* Provintzen / ꝛc. von Ihrer Maiestät als ordentlichen Lehenherrn empfangen. Die LehenBrieff sollen noch vorhanden / und in Closter S. *Victors* bey *Paris* zu finden seyn. *in præfat.* der Reichshandlungen. † Mansitq; Gallia conglutinata Imperio usq; ad Hugonem Capetum, qvi primus ejus Coronam in familiam Capevingorum transtulit, Joh. Tilius *lib. 1. tit. de Hugon. Capeto. de reb. gallic.* adeoq; 8

Cùm simul à nostro secessit Gallia Regno,
Nos priscum Regni morem servamus, at illa
Jure suo gaudet nostræ jam nescia legis.

ut ait Günther, *in Ligur. libr. 1.* † Qvâ de causâ Francorum Reges Lutetiæ jura Romana doceri olim vetuerunt, & speciatim Blesensi edicto caverunt: *Ne qvis publicè profiteatur Romanas Leges in Academiâ Parisiensi, nevè qvem ad scholasticos ejus disciplinæ gradus audeat provehere*, Johan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8.* Joach. Ernest. Dux Holsat. *apud Frider. Achill. de Princip. inter prov. Europ. in Orat. pro Gallia pag. 169.* † Hinc Hospitalis Caroli IX Cancellarius, Rege ipso & Regni Ordinibus præsentibus, in Senatu Rotomagensi *Anno 1563.* demonstraturus, Regem decimum qvartum ætatis annum vix ingressum, tamen majorem, & Regni per se administrandi capacem censendum esse; nec ut in mino- 9 10

minorum restitutione à momento ad momentum tempus computari, verùm ut in publicis muneribus & honoribus annum inceptum pro completo haberi, in eam rem vulgarem juris Romani Regulam cum præfatione & petitâ veniâ ex Pandectis adduxit, Thuan. *lib. 35. histor.* † Voluerunt
11 scilicet Reges Galliæ, Leges Imperiales non authoritatis, sed rationis tantummodò loco allegari, Johan. Tilius *libr. 2. cap. 1. de reb. Gallic.*

12 Hodiè ergò † Regnum Galliæ nec Imperatorem nostrum, nec alium Superiorem recognoscit, Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 28.* Balbus *de præscript. part. 5.* Decius *cons. 85. n. 4.* Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. belli. & in disp. de Princ. potest. absolut.* Nicol. Boër. *decis.*
13 *178. n. 9.* † Qvod & Innocentius III. Pontifex verbis clarissimis testatur *in cap. per venerabilem. extr. Qvi filii sint legitimi.* Nisi Pontificem de eo qvod est, non autem esse deberet, locutum putaveris, ita ut de facto saltem Rex Galliæ se exemerit, cum Zoanet. *de Roman. Imper. n. 203.* & Herman. Kirchnero *in Legat. lib. 1. c. 8. n. 21.* ubi ait: *Qvamvis vi facti Lilium Francicum bicipitis volucris subjectione se subduxerit, juris tamen vinculo perpe-*
14 *tuo obligatum manet.* † Sed opponimus autoritatem verborum Pontificis, qvæ jus faciunt: nec Legumlatores de facto, sed jure consveverunt respondere, *l. mora. in pr. ff. de usur.* † Qvin & Feudi 15
judicium ad Regem Franciæ pertinere, asserit Pontifex *in cap. novit. de judic.* qvod tamen si Imperator superior esset, ipsi competeret, *per cap. 1. de Leg. Conradi.* Chassan. *dict. consider. 28.* Et nunqvam Galli Romanorum potentiæ subjecti fuerunt, cum qvibus æqvo Marte qvandoq; pugnârunt, non rarò succubuerunt. † Unde 16
Justinianus Imp. se Francicum nominat *in proœm. Instit.* qvi tamen cum Clothario vel Theudiberto, Gallorum Rege pepigit, nihil juris in Galliâ posthâc fore Imperatori Romano, Andr. Alciat. *in libr. de singul. certam. cap. 32.* Impugnat eqvidem Zoanett. *in tract. de Rom. Imper. n. 228.* istam pactionem, & ridiculam dicit, propterea qvod alienandi potestas nulli unqvam Cæsari per Legem Regiam fuerit concessa, qvin potius ceu impossibilis & universæ Reipublicæ perniciosa, omni loco & tempore interdicta. † Sed 17
considerare debuisset Zoanettus, Justinianum Imperatorem non ex prodigalitate, sed necessitate coactum jus suum resignasse, cum aliàs de toto Occidente fuisset peri-

ducit Covarr. *dict. loc.* Et qvamvis Carolus Molinæus *in pr. ad consuetud. Parisiens. n. 19.* & passim scribat, *Carolum Magnum denuò vicisse Hispanos, eisdemq; vi captis & bello*
26 *victis dominatum fuisse*; † contrarium tamen constat ex internecione Gallorum ad Pyrenæas angustias, vulgò *en Ronces Valles*, ubi Carolus in Galliam aufugit, amisso exercitu cæterarum gentium domitore, & duodecim illis Paribus Franciæ interfectis. Joh. Garf. *de expens. & meliorat. cap. 12. n. 9.*
27 † Cujus rei testis est Donatus Aciajolus Gallus *in vita Caroli M.* qvando eventum istius belli hisce describit verbis: *Cum verò ea tempestate*, inqvit, *Barbaræ gentes, quæ nostræ Religioni perpetuum bellum indixerant, Hispaniam gravi servitute oppressam tenerent, Carolus rei indignitate commotus, ad eam liberandam mentem convertit: id autem fieri posse arbitrabatur, si ingenti celeritate, exercitu in Hispaniam traducto, prius hostes opprimeret, qvàm illi parare subsidia possint, ad hanc igitur rem aggrediendam, satis jam omnibus comparatis Castra movet, & qvàm maximis potest itineribus, in Hispaniam transire contendit, nec jam miles gravatè seqvebatur, qvod jam diu in animum induxerat, qvocunq; à Rege Carolo duceretur, belli præmium exploratamq; victoriam duci. Inter hæc Civitates Hispaniæ, quæ propinqviores erant finibus Galliæ, incertis rumoribus excitæ, aliqvantulum sibi suisq; Regibus timere inceperant.* † *Postqvam verò per Py-* 28
renæum saltum traduci exercitus cœptus est, rumorq; per Barbaros manavit, de adventu Francorum certior, ingens repentè trepidatio populos omnes invasit, non satis gnaros, qvi adversus tantum, tamq; horrendum hostem sibi agendum aut parandum foret; Carolus confestim superatis Pyrenæi jugis, cum in finibus hostium pervenisset, militibus imperat, ut qvàm latissimè possint, vagentur, & qvàm maximum hostibus terrorem inferant. Extemplò Civitates nonnullæ, cùm ad petenda externa auxilia non sufficeret tempus, nec propriis præsidiis res suas tueri possent, spontè deditionem faciunt; Augusta & Pampilonia, duæ opulentissimæ totius Hispaniæ Urbes, quæ mandata Caroli aspernabantur vi captæ & prædæ militibus datæ, cùm alteram Franci ad solum evertissent, alteram mœnibus nudassent, tantum terroris omnibus gentibus injecère, ut qvas adissent, qvasq; non adissent, pariter ultimæ propinqvis Imperio parerent. Sic igitur Hispania ferè omnis in Francorum potestatem devenit: Victis præcipuè imperatum, ut falsis relictis Diis, Christianæ fidei legem acciperent. † *Carolus rebus felicissimè* 29

gestis, cum incolumem exercitum in Galliam reduceret, propè Pyrenæi juga in finitimarum gentiũ, qvas nunc Vascones vocant, insidias incidit. Insederant enim Barbari in occultioribus locis, expectantes occasionem gerendæ rei, ubi verò Francorum copias in angustiorem viam deductas viderunt, repentè ex jugo insuper imminenti, novissimum agmen adorti, ingentem cædem stragemq; dedere. Nam Franci cum neq; evadere possent, in jugum à Vasconibus occupatum, neq; se explicare, suometipso agmine in arcto hærentes simul ab hostibus ab iniqvitate locorum oppugnabantur, nec jam primi tàm angustis locis ita celeriter vertere aciem poterant, ut ultimis in extremo periculo constitutis opem in tempore ac subsidium ferrent. Itaq; etsi animo viribusq; longè superiores hostibus forent, alienis tamen locis pugnantes vitare non potuerunt, qvin eo die insignem cladem acciperent: Cecidère in eâ pugnâ dolo hostium, non virtute commissâ, Anselmus & Egibardus summi in bello Duces, aliiq; permulti fortissimi Viri, qvorum operâ Carolus sæpè in maximis certaminibus egregiâ usus erat. Sunt etiam, qvi Rolandum Caroli ex sorore Nepotem, præstantem fortitudine Virum, post ingentem hostium editam cædem eo prælio interiisse dicunt. Hactenus Donatus Aciajolus. † Ex qvibus manifestum, Carolum Magnum Hispanos non vicisse, aut qvod verius, victoriam non reportasse. † 30 31
Nescio itaqve qvo jure Gratianus *in c. volumus. 11. qvæst. 1.* Hispanos Legis Carolinæ vinculo ac Majestati obstrinxerit. † Qvin & alii 32
Canonem istum de Hispanis saltem Galliæ finitimis, Pyræneum & loca ista propinqva inhabitantibus accipiunt, Covarr. *dict. part. 2. §. 10.*

SECTIO IX.

Anglia hodiè plenissima gaudet libertate: Non etiam Helvetii, Imperatorem recognoscentes Superiorem, neq; Dux Lotharingiæ, qvi Status & Princeps Imperii habetur.

SUMMARIA.

1. *Britannia qvondam ad Imperium pertinuit.*
2. *Imp. Severus in Anglia habuit palatinum.*
3. *Britannia Imperio juncta à Claudio.*
4. *Rex Britanniæ Vasallus Imperatoris.*
5. *Multi Cæsares ex sangvine Britannico nati.*

6. Hodiè

6. Hodiè Reges Britanniæ neminem agnoſcunt Superiorem. n. 7.
8. Carolus V. Imp. à Rege Angliæ Eqves creatus.
9. Superioritatem ſibi arrogant Helvetii. n. 11.
10. Incivile Helvetiorum Reſponſum ad Cameram Imperialem.
12. Helvetiis ad Comitia acceſſus non patet.
13. Helvetii ſunt membra Imperii, & Imper. recognoſcunt Superiorem. n. 16. 17.
14. Helvetii ab Imperio obtinent privilegia. n. 15.
18. Helvetii membra Imperii privilegiata.
19. Mandatis Imperii parent Helvetii.
20. Imperio contribuerunt.
21. Et tenentur Conſtitutione fractæ pacis publicæ.
22. Confeſſio Helvetiorum, qvod ſint membra Imperii. num. 23. 24. 25.
26. Carolus IV. Helvetios vocavit Imperii ſubditos.
27. Num Dux Lotharingiæ ſubſit Imperio?
28. Negat hoc Goldaſtus.
29. Sed jus ſeſſuræ ac voti in Comitiis Imperii habet Dux Lotharingiæ.
30. Ergò eſt Status Imperii. n. 32.
31. Dux Lotharingiæ Princeps & Vaſallus Imperii.
33. Transactio inter Ferdinandum Regem Romanorum & Anton. Ducem Lothar. anno 1542. inita.

1 ANgliæ Regnum ad Imperium Romanorum qvandoq; pertinuiſſe, luculenter conſtat ex *l. 2. §. 4. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt. l. 1. C. de R. V.* ibiq; Dion. Gothofr.
2 *lit. G.* † Habuitq; Severus Imperator Romanus in Angliâ ſuum palatium cum Antonio Auguſto, ibiq; animam in hæc verba exhalavit: *Turbatam Rempublicam ubiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinqvo*, Paul. Eubesvvaldiæ Baro apud Frider. Achill. *de princip. int. provinc. Europ. in Orat. pro Britann.* † Et Britanni-
3
am à Claudio primùm Imperio junctam, teſtatur Sveton. *in Claud.* ſemperq; † Imperatorem Feudatarium ſalutaſſe, Jacob. Cujac. 4
tit. 1. lib. 1. de Feud. Hinc Eduardus III. Anglorum Rex à Ludovico Bavaro Imperii Vicarius legitur conſtitutus, qvod ipſum Subjectionem ſatis evincit, Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. n. 25.* Et † Conſtantes, Gratianos, Aureliosq; ex Britannorum ſangvine 5
natos, Cæſares conſtitutos refert Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* † at hodiè Reges Britanniæ præ- 6

ter DEUM, neminem agnoscere Superiorem, peregrinam jurisdictionem venerari nullam, nec Subditos habere, qvi peregrino Imperio ullatenus sint devincti, inqvit Paul. Eubesvvald. Baro *dict. loc.* Zachar. Victor. *de exempt. concl. 2.*
7 † Unde cum Sigismundus Imperator ad littora Angliæ appelleret, pacem facturus inter Henricum V. & Galliarum Regem, non fuit admissus, priusqvam profiteretur, nihil se contra superioritatem Regis prætexere, sed adesse Amicum ejus, & si vellet, inter duos vicinos Reges, Mediatorem, Henning. Arnis.
8 *de Majest. cap. 2.* † Et nonné Carolus V. Imp. à Rege Angliæ Eques creatus, ac in catalogum Eqvitum Angl. in templo Windsorii relatus? procul dubio id non facturus, si Regis superioritatem haud approbasset: cùm potestas Ordinis instituendi ad summa Majestatis jura spectet.

Qvid verò de Helvetiis habendum?

9 † Cum iis actum & tractatum fuisse non semel in Comitiis Imperialibus, ut sese cum cæteris Imperii Statibus componerent & conformarent, ut Lindaviæ ad lacum Podamicum *Anno 1496.* Friburgi Brisgaviæ *Anno 1498.* Constantiæ ad lacum eundem *Anno 1507.* sed frustrà & in cassum postea; bellum ipsis à Maximiliano I. Imp. illatum, eos fecisse Superiores, & inde contumaciores, ferocioresq; inqvit Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 8. n. 6.* † Qvò & facit responsum Legatorum ad Cameram Imperialem, qvod verbis ejusmodi incivilioribus protulisse dicuntur: 10
Domini confœderati Helvetii vos Vicinos suos salvere jubent: Mirantur, verò, qvod tam crebris citationibus vestris placuerit vobis diu eos vexasse: Orant & hortantur, ne amplius eos exagitetis: Man wolle sie hinführo ungehetet lassen / Christ. Warsevit. *de legat. pag. 177. & seq.* Besold. *de appellat. cap. 2. n. 6.* qvamvis hanc verborum insolentiam sibi persvaderi non patiatur Lans. *in Orat. ult. pro German. in Consult. de princip. int. prov. Europ.* † Nimirum superioritatem sibi arrogant Helvetii, 11
nec oneribus Imperii, aut Constitutionibus sese obligatos arbitrantur: qvorum partes tueri videtur Joh. Bodin. dum Helvetiorum tredecim Respublicas finibus & Imperiis divisas esse, ac singulas habere jura Majestatis, asserit *lib. 1. de Republ. cap. 7. n. 71.* † Ex 12
qvo etiam iis ad Comitia Imperii accessus non patet, cum nec Imperii Circulo ulli sint adscripti,

Re-

Recess. Ann. 1512. §. Dorauff folgen/ rc. *Recess. Anno* 1522. §. Hernach folgen die Zehen Kreiß/ rc. Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap.* 4. *n.* 129.

Etsi verò hoc concedamus, Helvetiosqve ob denegatum iis jus sessionis & voti in Comitiis Imperialibus, inter Status Imperii haud propriè referri, ultrò largiamur Domin. Arum. *de Comit. dict. cap.* 4. *n.* 129. *in fin. pag.* 234.
13 Attamen † cum membra sint Imperii ac superiorem recognoscant Imperatorem, eo modo, qvo latâ Status acceptione omnia Imperii membra comprehenduntur, fatente ipsomet Arum. *dict. cap.* 4. *n.* 74. Helvetios qvoq; à Goldasto *in Replicat. pro Imperio contra Gretser. cap.* 41. inter Status & Ordines Imperii non absurdè referri existimaverimus. (1) namq; certum est, qvod † in Comitiis Wormatiensibus *Anno* 1521. Helvetii à Carolo V. Imperatore, nec non posteà à subseqventibus Impp. confirmationem suorum privilegiorum petierint, atq; obtinuerint, Mart. Neapolit. *de jurisdict.*
15 *part.* 1. *cap.* 26. *n.* 62. † Idemq; testantur Münster. *in Cosmograph. lib.* 3. & Johan. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 77. qvando scribit: *Non ita pridem Tigurini, Lucernates, Urani, Glarenses, per Legatos ad Ferdinandum, cùm Augustæ conventus haberet, petierunt, ut sibi privilegiorum libertate uti frui liceret.* Atqvi concessio & confirmatio privilegiorum proculdubio superioritatem & recognitionem dominii innuit: ac proinde Helvetii omnem suam libertatem acceptam ferunt Imperio Romano, qvam sub Friderico II. Imperatore acqvisiverunt, & ab eodem libertatis concessæ diploma aureis literis exaratum impetraverunt, Thom. Lansius *in discurs. de Lege Regia th.* 54. † Hinc Johan. Bodin. *dict. cap.* 16
7. *n.* 77. *Helvetii,* inqvit, *Germanorum Majestatem superiorem confitentur, atqve adeò Imperatorem ipsum: Nam in fœdere octo Civitatum Helvetiarum Tigurini, Bernates, Suitenses, Undervvaldi, qvod anteà Imperii Germanici partem fecissent, exceperunt Imperii Germanici Majestatem, ne Germanis fraudi esset, qvod fœdus sancirent.* † Et *lib.* 2 *de Repu-* 17
bl. cap. 6. *n.* 227. *Friburgenses eo fœdere, qvod cum Bernatibus de communicanda civitate ictum est, suam Civitatem Imperii Germanici membrum appellant, tametsi Imperium à Germanico divisum habent: Urani verò, Undervvaldi & Suitenses libertate ac Reipublicæ moderandæ jus Imperio Germanico acceptum & qvidem tabulis publicis, An.* 1316. *Ludovici Bavari, Imperatoris profitentur.*

18 † Helvetii igitur membra sunt Imperii, sed privilegiata, Melch. Goldast. *in præfat.* Der Reichs-handlungen *ad Ducem Würtembergiæ. & in Bohem. lib. 4. cap. 8. n. 6. in fin.* Wehner. *in Metamorph. Rerumpubl. cap. 13. pag. 223. & seq.*

19 (2) Qvapropter etiam in † Comitiis Ratisbonensibus *An. 1576.* non secus contra Helvetios, ac Burgundiæ Circulum decretum est, ut mandatis monitoriis Imperii sub comminatione, in Comitiis Francofurtensibus 1571. expressâ parerent, *Recess. Imper. de An. 1576.* §. Dieweil aber neben andern
20 Verhinderungen / ꝛc. † Viq; superioritatis in Comitiis Ratisbonensibus *An. 1471.* celebratis pro Turcarum resistentiâ, sind die Eydgenosse mit in den Anschlag gebracht / als die von Bern / Lucern / Zürich / Solothurn / Freyburg in Vethlande / und andere / so in Einung mit ihnen seyn / Leheman. *lib. 7. cap. 112.*
21 *in Chron. Spirens.* † Nec non Constitutione fractæ pacis publicæ Helvetii tenentur, & pacem Imperii publicam violantes, in Camerâ accusari possunt: imò etiam contra omnes Imperii hostes exteros suppetias ferre sunt obstricti, Frider. Achil. *in Consult. de prov. Europ. Princip. pag. 725.*

22 (3) Qvin nec † ipsimet Helvetii se membra Imperii esse diffitentur, sicuti ex eorum *literis ad Leonem X. Anno 1518. datis* constat: Dann wir / inqviunt, als Glieder mit sambt andern des H. Reichs Ständen / so teutscher *Nation* sind / keinen so nicht unser *Nation* were / leiden noch dulden würden / ꝛc. qvarum mentionem facit Joh. Sleidan. *lib. 1. de stat. Relig.* & Goldast. in den Reichs Handlungen von der
Wahl *Caroli V.* † Et *in literis ad Al-* 23
bertum Cardinalem, Archiepiscopum Moguntinum: So ist kund und offenbar / Wir seyn / setzen / zu welchen Herrn der ist / zu dem wir uns verbunden haben / gegen weme das sey / so haben wir allewege ausgelassen und vorbehalten das Heilige Römische Reich / und nicht unbillich / dieweil wir von den unsern die höchste und beste Freyheiten haben / den Adler und das Reich ob unsern Schilden führende / berühmet und gebrauchen / sind auch Glieder und des gäntzlichen Ehr und Lob haben wollen / wie andere Stände unnd
Glieder. † Et posteà: Were uns 24
fürwar von wegen unserer Herrn und Obern / als einem tapffern glied des Reichs / leide / und gedencken nichts gewißlichers / denn daß unsere Herren und Obern mit sampt andern Gliedern und Ständen des H. Reichs / die denn nichts minder damit beschweret werden / solcher Wahl gar nicht verwilligen /

noch

noch der statt thun / sondern mit
Hülffe GOttes des Allmächtigen/
und wir teutschen *Nation* solches
wenden unnd wehren / nach allem
Vermögen/ apud Goldast. *dict. lo-*
25 *co.* Idemq; † Goldast. *in præfat.*
der Reichshandlungen/ inqvit:
Aber die guten Herren Schweizer
und Eydgenossen wollen das nicht
gestehen / und widersprechen es
auff das höchste/erkennen den Käy-
ser vor ihren einigen/ ordentlichen/
natürlichen Herrn / bekennen sich
zu dem Reich teutscher *Nation*, ge-
ben sich vor desselben Freye Stän-
de aus/ wollen auch dieses Lob/Eh-
re/Ruhm und Namen haben.

26 (4) † Qvid multis? ad Helvetios
ita scribit Carolus IV. Imp. *Anno*
1354. Ihr höret ohne alles Mittel
dem Reich zu/ 2c. apud Goldast.
tom. 2. der Reichssatzungen/ *p. 143.*

27 De † Duce qvoq; Lotharingiæ,
an subsit Imperio Romano-Ger-
manico, & pro Statu ac Principe
Imperii habendus, solet dubitari?
28 Et qvidem † Melchior Goldastus
in negativam ire videtur senten-
tiam: *Dux Lotharingiæ,* inqvit, *ci-*
tari qvidem solet ad Comitia, sed non
comparet, nec jurisdictionem Impe-
rii qvoad Lotharingiæ Ducatū agno-
scit, in Bohem. lib. 4. cap. 5. in fin.

29 Ast opponimus Goldasto † *Re-*
cess. Imp. de An. 1570. 1576. 1582.
1603. ex qvorum subscriptionibus
clarescit, Ducem Lotharingiæ nō
saltem citari, sed & ad Comitia
venire. Hoc si verum, qvis eum
inter Status ac Ordines Imperii
jure referri dubitaverit, †, cum 30
exinde Status Reichsstände appel-
litentur, qvod statum & locum
votandi in Comitiis habeant, *Re-*
cess. an. 1512. in princ. Recess. an. 1555.
§. Dieweil *&c.* Andr. Knich. *vers.*
Ducum. cap. 2. n. 1. de Saxon. prov.
jur. Tob. Paurmeist. *de Jurisdict.*
lib. 1. cap. 8. n. 3. † ut sic Ducem 31
Lotharingiæ verissimè Principem
& Vasallum Imperii dixerit Mar-
ta Neapolit. *de Jurisdict. part. 1.*
cap. 26. n. 64. Eaq; procul dubio
causa est, qvod de Lotharingiæ Du-
catu inter Regem Siciliæ & Comi-
tem Vallimontis coram Impera-
tore, tanqvam Domino fuerit dis-
ceptatum, Joh. Bodin. *de Republ.*
lib. 2. n. 192. Just. Sinolt *in disp. de*
Vicar. Imper. th. 45.

Et si hâc de re dubium adhuc
ullum restaret, † tolleretur id per 32
transactionem inter Ferdinandū
Regem Romanorum, nomine Cæ-
sareæ Majestatis, & Antonium
Ducem Lotharingiæ 1542. initam,
apud Warem. ab Erenb. *de fæder.*
lib. 2. pag. 369. & in lib. privileg. sub
tit. Lotharingischer Vertrag *&c.*

† Ex qvâ cum satis apertè con- 33
stet, qvomodo Lotharingia Impe-
rium

rium agnoscat, verbotenus eam apponere placuit: Wir Ferdinand von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen zeiten Mehrer des Reichs / zu Germanien / zu Hungern/ Böheim/ Dalmatien / Croatien, und Slavonien ꝛc. bekennen öffentlich/ und thun kund allermänniglich mit diesem Brieff / Als der Hochgeborne Anthoni/ Hertzog in Lothringen / unser lieber Schwager/ auff etlichen hievor gehaltenen Reichstagen / und sonderlich auff nechstgehaltenen Reichs Tägen zu Regenspurg und Speyer/ der Römischen Käyserlichen Majestät / unserm lieben Bruder und Herrn/ auch Churfürsten / Fürsten unnd Ständen des heiligen Reichs / durch seine Bottschafften unterthänig/ freundlich und gnädig fürbringen hat lassen/ wiewol sein Hertzogthumb Lothringen ein frey Fürstenthumb / und niemand unterworffen/ dann allein/ daß er von wegen etlicher Particularstück seines Hertzogthumbs der Römischen Käys. Majestät und des heiligen Reichs Lehenmann und Verwanter were/ so würden doch er und seine Unterthanen/ durch die anschläge des heiligen Reichs / auch der Cammerrichter und Beysitzer/ Fiscalische Proceß/ dazu in *Appellation*, Mandaten uñ andern sachẽ vielfältig angefochten/ das vormals nicht beschehen/ auch noch nicht seyn solle/ wie er im fall der notdurfft gnug darzuthun getrawete/ aber des unangesehen/ und damit die Römische Käyserliche Majestät / Churfürsten / Fürsten und Stände scheinbarlich befinden möchten / daß er vielmehr mit ihrer Majestät unnd den Ständen des H. Reichs friedlich und einig zuleben begierig und geneigt were/ so bittet und begehret er mit der Röm. Käyserl. Majest. auch Churfürsten / Fürsten unnd Ständen des H. Reichs vertragen und vereiniget zuwerden / wiewol er das nicht schuldig were/ mit dem erbieten/ daß er von solcher *Particular* Lehenstück wegen/ deren doch wenig weren/ jährlich zu unterhaltung des Cammergerichts und allen andern aufflagen und anschlägen/ so von gemeinen Ständen des H. Reichs gemacht worden / einen zimlichen Antheil zu geben willig/ schuldig seyn wolle / doch mit der versicherung / daß er solche Beschwerung nicht allein von der *particular* Lehnstück wegen / sondern darümb auff sich nehmen und tragen wolte / daß sie seinem Hertzogthumb *incorporiret* und einverleibet weren/ auch daß das gantze Fürstenthumb Lothringen / gleich andern Fürstenthümben und Ständen des H. Reichs beschützet und be-

1 † nunqvam non varias pecuniæ faciendæ rationes qvæsiverunt Rerumpublicarum moderatores. Habendum namq; ærarium putat Cic. *pro L. Manil.* qvod ornamentum pacis & belli subsidium sit, ex qvo possit Princeps amicos beneficiis obstringere, indigentibus suppeditare, & inimicos jure ulcisci, Diogen. *apud Stob.* † Hinc tanta augendi 2
ærarii locupletandivè priscis illis temporibus cura: Etenim si gens aliqva armis superaretur, omne æs, aurum & argentum, in ærarium, eà vincentiũ & triumphantium integritate inferebatur, ut nefas ex his vel minimum attigisse arbitrarentur, Val. Maximil. *lib. 4. cap. 3. n. 5. & 8.* Victis gentibus tributa imperabantur, erantqve stipendiarii ipsi & agri, gravissima pœna eorum, qvi pertinaci bello superati essent, Lips. *de magn. Rom. lib. 2. cap. 2.* Tholosan. *de Republ.*

lib. 3.

lib.5.cap.4.n.15. Henr. Klock. *in di-*
3 *scept. de jur. Vectigal.concl.1.* † Ni-
mirum, ut paterfamiliâs, cum res
necessariæ ad alendam familiam
tuendamqve domum non satis
suppetunt, qværere per faculta-
tem qvæstuariam cogitur: Sic & in
Civitatis inopiâ ad varias pecu-
niæ faciendæ extraordinarias
pervenitur rationes, Christoph.
Besold. *in discept. de ærar. publ. cap.*
4. in pr. Petr. Gregor. Tholos. *dict.*
lib.3. de Republ. c.6. Johan. à Cho-
kier *in not. ad cap. 4.* Onosand.
Stratagem. n. 4. de Imper. officiis.
4 † Qvæ tamen rei pecuniariæ cura
potissimùm Principi incumbit,
qvippe qvi hujus adjumento
Rempublicam administrare &
conservare obstrictus est, ut non
5 sine causâ † Maximilianus I. Im-
perator à plerisq; fuerit reprehen-
sus, qvod sæpè ob penuriâ argen-
ti, res magnas prosperè inchoatas
desereret, Cuspinian. *in vitâ Maxi-*
mil. I. Imp. pag. 494. n. 10.

Ex qvo etiam potestas Vectiga-
lia indicendi, soli Imperatori
6 competit, † & inter summa Ma-
jestatis jura refertur à Friderico I.
Imper. *in tit. Qvæ sint Regal. lib. 2.*
Feud. Qvam Cæsares qvondam
7 liberrimè exercebant, † nô modò
nova vectigalia pro lubitu indi-
centes, sed & vetera augentes, E-
lectoribus qvoq; de hoc ipso sum-
mæ Majestatis reservato partici-
pantibus, Melch. Goldast. *in Bo-*
hem. lib. 4. cap. 2. n. 9. † Qvò & faci- 8
unt verba in confirmatione Ger-
laci Archiepiscopi Moguntini &
cæterorum ArchiPrincipum Ele-
ctorum *Anno 1356.* Norimbergæ fa-
ctâ, apud Goldast. *in Constit. Imper.*
tom. 1. Ann. 1356. §. 2. fol. 350. in fin. ibi:
Et telonia à præterito instituta seu in-
dicta percipere, & nova rationabili-
ter instituere posse, & potuisse. Veluti
† non multo post tempore idem 9
Gerlacus, Moguntinus ArchiEpi-
scopus novum telonium in castro
Hœchst, ad Mœnum erexit: qvod
licet jussu Wenceslai Cæsaris à
Francofordianis fuerit destructũ,
tamen privilegii hujus beneficio
mox est restauratum, ut docent
diplomata *in Privil. Reipubl. Fran-*
cof. relata. † Namq; jam tum non 10
saltem Electores, sed & Principes
inferiores, Prælati, Comites, Ba-
rones, atqve adeò Civitates Rega-
lia ista vectigalium justo titulo
ab Impp. acqvisita possidebant,
qvibus ea qvidem sine causâ adi-
mere nec fas, nec jura permitte-
bant: augere autem, vel nova in-
stituere Leges interdicebant. † Ne 11
ergò nihil speciale Electoribus in
hâc lege indultum præ cæteris
Principibus videretur, declama-
runt posteà, ArchiPrincipibus E-
lectori-

jectoribus in eorum præeminentiam & ampliorem dignitatem concessum esse ab Imperatore, ut non modò antiqva telonia, sicut cæteri in Imperio Status habere & exigere possint, sed ex participatione summæ potestatis & Reservatorum Cæsareorum, etiam nova instituere, & vetera augere. *Verba* sunt hæc Goldasti, *dict. cap. 2. lib. 4. in Bohem.*

Et hæc qvidem tum temporis
12 obtinebant, † ubi tanta adhuc erat Imperatoris potestas, ut pro arbitrio posset vectigalia vel nova instituere, vel antiqva destruere, si res postularet, Carolus M. Imper. *lib. 2. Capitulat. tit. 19. &* Ludovic. Pius *Imp. l. 4. Capitul. tit. 47.* Lehman. *lib. 2. Chron. Spirens. cap. 44. fol. 190.* Sed restrictâ & coarctatâ hodie hâc potestate, per
13 ArchiPrincipes Electores, † nec iisdem ulteriùs nova telonia de futuro statuere, vel antiqva augere permissum est, *Aur. Bull. tit. 9. vers.* Zölle so hiebevor gesetzt und auffgelegt seyn/ etc. ubi Domin. Arum. *in discurs. 5. concl. 8.* nec ipsimet Cæsari id facere licet: † Ju-
14 bente nimirum Capitulatione, ne sine consensu Sevirum Electorum Imperator nova telonia instituat, vel antiqva augeat, *suprà in cap. 8. n. 10.* Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 11.* Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. n. 43. & cap. 4. n. 29.* Rich. Dieter. *de jur. n. m. Imper. potest. concl. 139.* Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. tit. 9. concl. 91.* Caspar Klock. *de contrib. concl. 7.* Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 184.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 8. n. 7.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 1. cap. 4.*

Nec novum hoc est in Imperio Romano-germanico; sed & † a- 15
pud plerosq; populos, qvi mediocri potentiâ valent, idem Regibus suis in Capitulationibus præscriptum videmus. Sunt eqvidem Principes, qvibus hoc freqvens in sermone est, ut dicant, se habere privilegia, ut qvantum velint, exigant à populo: † certè Galliarum 16
Rex minimò omnium causam habet, ut istud de se jactet, Philipp. Cominæus *lib. 10. de reb. gest Ludovici XI.* Rudolph. Maximil. Dux Saxon. *in orat. contra Galliam* apud Frider. Achill. *de Princ. inter provinc. Europ.* Heig. *dict. qvæst. 18. n. 7.* Buxdorff. *dict. concl. 91.* Philip- 17
po enim Valesio conventus Gallicos habente, populi rogatione decretum fuit, ne ullum tributi aut vectigalis genus nisi consentientibus Ordinibus imperaretur, Joh. Bodin. *lib. 7. de Republ. cap. 7.*
† Hispaniarum qvoq; Rex, etsi 18
potentissimus sit & maximæ apud suos autoritatis, attamen tributum

tum non nisi Ordinum consensu
19 imperat, Bodin. *dict. cap. 2.* † An-
gliæ etiam fert consvetudo, ut ex-
tra ordinem subsidium nullum
dent Regibus, nisi belli gerendi
causâ, vel in Galliam trajiciunt,
vel in Scotiam proficiscuntur,
Comin. *lib. 5. de reb. gest. Ludov. XI.*
Qvid ergò mirum, ut & in Impe-
rio Romano-Germanico absq;
consensu Electorum, Imperator
nova vectigalia erigere per Capi-
20 tulationem prohibeatur? † Cui
non obstat *Decretum Ratisbonense
de Anno 1576.* §. Dardurch. ubi
consensus Electorum ab im-
positione Vectigalium videtur ex-
clusus. Qvod enim ibidem dici-
tur: Daß die Zölle zu Ihr. Käyserl.
Maj. Hoheit und *reservation* gehö-
rig. id *ad §. præcedentem*, in qvo ju-
ra Principis & Electorum qvoad
hoc planè exæqvantur, ita trahen-
dum ac temperandum, ut non de
toto jure, soli Imperatori, sed par-
te saltem indivisâ relictâ, in vecti-
21 galibus indicendis intelligatur: †
qvem sensum verba seqventia,
hanc generalem definitionem re-
stringentia disertè ostendunt:
Dann auch so wol zu unser Käyserl.
als auch der Churfürsten *Reputa-
tion*, Veracht / Schmälerung und
Abbruch. Et §. *seq.* Dann in die-
sem auch unser und der Churfür-
sten *Reputation* zu keinem Veracht
noch Schmälerung gerathe. Tob.
Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. Im-
per. Roman. cap. 4. n. 27.*

Utq; † super erectione novo- 22
rum vectigalium vel antiqvorum
augmento, deliberatio in Archi-
Principum Electorum consilio
præcedat, sine justa & urgenti cau-
sâ Capitulatione provisum nemo
existimet: † cùm res valdè pericu- 23
losa semper fuerit habita, nova
instituere vectigalia, vel antiqva
augere, qvippe ex qvo sæpissimè
seditiones & tumultus gravissi-
mos excitari, multa comprobavê-
re exempla. Etsi enim contra Re-
gem, qvantumvis degeneret, ma-
leq; Reipubl. præsit, † subditis 24
arma induere non liceat, Joh.
Cas. *in Spherâ Civit. lib. 4. cap. 10.
Lips. civ. doctr. lib. 6. c. 5.* Wa-
rem. ab Erenberg *de subsid.
cap. 11.* Tholosan. *de Republ. lib.
26. cap. 5. n. 25. & cap. 7. n. 8. & 9.*
Neq; contra eundem ob indicta
vectigalia conspirare, ut scribit
Jean de Serres *en Inventaire de l'
histoire de France, tom. 2. lib. 7. n. 8.
qu'il n'est plus permis aux subjects
d'un prince, de murmurer contre
les daces & gabelle, dont il les char-
ge, que contre les gresles, les pluyes &
les tempestes du Ciel.* † Attamen 25
vix aliâ ex causâ Subditi tàm fa-
cillimè Principes Imperio indi-
gnos judicant, qvàm ob vectiga-
lium exactiones inconsvetas, Bo-
ter.

ter. *de Polit. illustr. lib. 4. cap. 1.* Un-
de posteà tot motus & seditiones,
ac tandem eversio totius Reipu-
blicæ, Petr. Denais. *in jur. Cam.
verb. Vectigalium.* Henr. Klock *in
discept. de jur. vectigal. concl. 6.* Ita
namq; à Rehaboamo Rege Israe-
litarum decem tribus ob tributo-
rum gravitatem defeciverunt, vi-
tæq; discrimen Rex ipse subiit,
Paralip. lib. 2. cap. 10. † Et cum
26 Galliarum Rex Franciscus I. ho-
minum qvorundam suasionibus
inductus, in Aqvitaniæ Salinis ve-
ctigal, supra modum aucto pretio
capi juberet, constitutis eam in
rem pluribus Præfectis, Provin-
ciales irritati, Salis in proprio so-
lo nati liberum commercium sibi
ademptum recuperare, qvosdam
ex Præfectis occidere, crescente
indies audaciâ arma capere, & ne-
fanda qvævis perpetrare cœpe-
runt: Ex agris hoc malum in Ci-
vitates & ipsam Burdegalam, Pro-
vinciæ caput irrepsit, qvod exi-
tiosum qvidem ipsis perduelli-
bus, aliter tamen, qvàm profuso
multorum innocentium sangvi-
ne sedari non potuit, Thuan. *hi-
stor. lib. 5. pag. 421.* † Pariter tem-
27 pori Caroli VI. Regis Galliarum,
Parisienses Vectigalium magnitu-
dine pressi, abolitionem eorun-
dem seditiosè flagitando, ædes
Publicanorum perfregêre, cæsisq;
regiis ministris, libros rationum
discerpsêre, Boër. *de seditios. §. 1.
n. 30. & 31.* † Qvod & Gandaven-
ses tempore Caroli VII. facere 28
ausi fuêre, Paul. Æmyl. *de reb. gest.
Francor. in Carolo VII. pag. 472.*
Vid. Petr. Gregor. Tholos. *in Syn-
tagm. jur. lib. 39. cap. 1. n. 1. & de
Republ. lib. 3. cap. 9. n. 17.* Chopp.
de doman. lib. 1. cap. 9. n. 5.

Qvàmq; † difficulter Subditi 29
vectigalia solvant, qvàmq; variis
mediis ad id cogi debeant, vel ex
solis *Recessibus Spirensibus de Anno
1576.* evidentissimè apparet, in §.
Weiters. ibi: Weiters nachdeme
die Erfahrnüß mitbringet / daß in
vorigen bewilligten und auffgeleg-
ten Reichs *Contributionen*, die ge-
horsame Stände zu angesetzten *ter-
minen* ihre Gebührnüß entrichtet /
aber etliche andere in nicht geringer
Anzahl in der Bezahlũg sich seumig
erzeiget / und dieselbe so lange verzo-
gen / biß sie etwan durch *fiscal*ische
Processen darzu gedrungen worden /
so gleich wol auch ihre Zeit un Wei-
le erfordern. Ac posteà *in* §. Damit.
ibi: Damit denn unser *Fiscalprocu-
rator* wissen möge / welche Stände
ihre Gebürnüß zum ieden Ziel er-
legt / oder aber doran seumig wer-
den / sollen die obgenante verordne-
te Legestädte auch schuldig seyn /
nach ausgang eines ieden *termins*,

innerhalb drey oder vier Wochen unserm *Fiscal* ein vorzeichnüß/was ein ieder Stand bey ihnen erleget/ unsaumlich zuzufertigen / darnach er sich seines tragenden Ambts gegen den seumigen / ohne *respect* der Personen der Gebühr zu gebrauchen, &c.

30 Maximè † verò periculum, exinde resultans, ipsum notat autorem novorum vectigalium & insolitarum pensionum: qvod confirmat exemplum Cardinalis Armellini, qvi Pontifici novorum vectigalium autor extitit: Cum enim coram Pontifice & Secretioribus Consiliariis pecuniæ conficiendæ inirentur rationes, qvidam erga Armellinum odio flagrans: *Eqvidem*, inqvit, *sanctissimè Pater, nullam ego meliorem, citra omnem Subditorum qverelam, imò cum ipsorum qvoq; gaudio, colligendæ pecuniæ rationem noverim, qvàm ut Armellino pellis detrahatur & per ditionem vestram, ut luperum pellibus fieri aliàs solet, circumferatur. Neq; enim dubito, qvin vestri subditi omnes pro eà saltem inspicienda, stipem ultrò sint collaturi*, Casp. Ens *Epidora lib. 2.* Christ. Besold. *de ærar. publ. cap. 7.*

31 Et Uratislaviæ plebem Consules recensà se creatos ob collectationem indictam crudeli cæde ad unum omnes mactâsse, refert Albert. Crantz. *lib 10. in VVand. cap. 28.* † Eosdemq; autores (illicitarum nimirũ exactionum) tartareis pœnis perpetuò cruciandos, tradit Rebuff. *in l. ad eum. ff. de V. S.* allegans ad hoc illud Maccab. *lib. 2. cap. 7. Et tu, qvi inventor omnis malitiæ factus es, non effugies manum Domini*, Casp. Klock *de contribut. in Imper. usitat. concl. 3. in fin.* Vid. Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 3. de Republ. c. 9. n. 17.* Christoph. Besold. *dict. loc.* Bernh. Græv. *lib. 1. pract. conclus. 17. consider. 1. n. 2.* † ubi exemplum cujusdam Principis refert, qvi cum ultra solitam pensionem inhumaniter Rusticos qvosdam gravaret, nec qvicqvam suspicaretur mali, subitò absq; morbo aliqvo cœpit dolere ventre, & in brevi os ejus fuit occlusum, ita ut sine Sacramentis, morte formidabili, veluti Canis vitam finiret. Qvæ sanè probant, † qvàm periculosissima res sit, nova erigere vectigalia, vel antiqva augere, qvod tamen cùm justâ & urgenti ex causâ intermitti neqveat, consilium saltem & autoritatem Electorum hanc in rem adhibere, prudentissimè in Capitulatione Cæsareâ provisum fuit.

SEC-

SECTIO II.

Abstinendum est in Republica ab insolitis Vectigalibus, nec unqvam ex rebus illicitis & prohibitis, vel ex usu rerum sacrarum Vectigal qværendum.

SUMMARIA.

1. Consultant Electores cum Imperatore, unde & pro qvibus rebus vectigal solvendum.
2. Illicitè exigitur vectigal ex rebus, ad victum & usum necessariis.
3. Turpe vectigal pro umbra & aëre imponitur.
4. Vectigal Vespasiani urinarium.
5. Ex illicitis & prohibitis rebus nunqvam vectigal qværendum.
6. Pontificibus Romanis ex lupanaribus ingens exsolvitur tributum.
7. Proceres Ecclesiæ Romanæ lenociniorum numerant mercedem.
8. Collectæ pro concubinis toti Clero imposita. n. 9. 10.
11. Per totam Italiam Lupanaria apertè prostant.
12. Lupinar Romano Præsuli delicatissima est filia.
13. Lupanaria tolerare, arcanum Reipubl. judicat Arnoldus Clapmar.
14. Ex usu rerum divinarum non qværendum vectigal.
15. Qverela Erasmi Roterodami hac de re.
16. Tributum pro infantibus, qvi non à Catholicis baptizantur.
17. De sepulchris haut colligendum est vectigal.
19. Non qværendum vectigal ex novo matrimonio aut procreatione sobolis. n. 20.
21. Promti sunt Itali in exigendo honorario à transeuntibus.
22. Iniqvum Reginæ Daniæ tributum.
23. Episcopus qvidam Galliæ exegit vectigal à non abstinentibus maritis per triduum à nova conjuge.
24. Tributa illicita nunqvam subditis sunt imperanda.
25. Excitantur Subditi per illicita vectigalia ad rebellionem.
26. Autores illicitorum Vectigalium non admittuntur ad ludos eqvestres.
27. Tributum capitis qvodnam dicatur?
28. Turcis hoc usitatissimum.
29. Tributum capitis in Imperio Romano sublatum.
30. Iniqvissimum Ducis Albani Vectigal.

31. Belgici hinc motus exorti.

32. Etiam pro mercibus Mercatorum vectigal exsolvendum.

VT ergò in Vectigalium novorum indictione, vel veterum augmento consensus & approbatio ArchiPrincipum Electorum in Imperio Romano-Germanico adhibeatur, ipsa svasit rei difficul-
1 tas: † qvæ non minor occurrit in objecto Vectigalium, pro qvibus scilicet rebus & unde hæc sint exigenda: cujus vel sola consideratio Electorum qvoq; disqvisitionem atq; consensum neces-
2 sariò reqvirit. Nec enim † pro re qvalibet vectigal jure exsolvitur, non certè ex iis rebus, qvæ ad victum vel usum proprium inferuntur, *l. si publicanus 4. §. 1. ff. de public. & vectigal.* Unde Sveton. inter insolita Caii Caligulæ vectigalia refert, qvod pro eduliis, qvæ totâ urbe venirent, certum
3 exegerit. † Non minori cum turpitudine conjuncta fuit indictio Vectigalium, qvæ pendebantur pro umbrâ, pro aëre, pro spiritu captando, qvorum mentionem facit Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 14. in*
4 *pr.* Qvò & refero † vectigal Vespasiani urinarium, qvamvis autori aurei nummi, qvos ex lotio acceperat, non malè olere videbantur, Joh. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 2. pag. 1024.* Georg. Köldet. ab Hoch. apud Frider. Achill. *de Princip. inter Provinc. Europ. in Orat. contr. Ital. pag. mihi 649.*

Neq; ex iis † qvæ illicita & prohibenda sunt, vectigal unqvam 5
est qværendum: qvale fuit, qvod Caligula ex capturis prostitutarum instituit, qvantum qvæq; uno concubitu mereretur, Sveton. *in Caligul.* † Qvam ob causam 6
Romani Pontifices in urbe sanctæ sedis publica fovent & permittunt Lupanaria, unde in fiscum suum annuatim ultra triginta millia Coronatorum pro lactis censu, qvem vulgò appellitant Milch Zinse oder Huren Zoll/ à Clero scortisq; accipiunt, Joh. Gerhard. *in loc. de Eccles. pag. 1198.* Balth. Meisner. *in consult. de fide Luther. capess. adversus Lessium, pag. 144.* Hinc † munus est Pro- 7
cerum Ecclesiæ, ut unâ cum Ecclesiarum proventibus, Lenociniorum etiam numerent mercedem: Veluti Henricus Cornelius Agrippa audivisse aliqvando se dicit, cum rationes suas inirent: Habet ille duo beneficia, Unum Curatum aureorum 20. alterum Prioratum ducatorum qvadraginta, & tres putanas in Burdello, qvæ reddunt singulis hebdomatibus Julios 20. Georg. Köl-

der.

8 der. *dict. loc.* † Et refert Auctor *Epist. obscur. Viror. de fide Concubin.* collectam qvondam hoc nomine ab Episcopo in totum Clerum impositam, eiq; exigendæ Fiscalem deputatum fuisse, qvi cum ab aliqvo pingvioris fortunæ homine censum concubinarium postulasset, ipseq; propterea, qvod Concubinam non haberet, eum dare renuisset, tùm Fiscalis: *Si non habes,* respondit, *dispone tibi unam, qvoniam, & ego partem meam, cùm tot habeas beneficia, posses vel nobi-*
9 *lem educare.* † Ex ejusmodi etiam rapinis & expilationibus aliqvem ex Campegiis ditatum fuisse, memorat Joh. Sleidan. *lib. 4. de stat. Relig.*

10 Hinc † *in cent. gravamin. Sacri Roman. Imp.* Principum & Procerum adversus sedem Roman. inter alia hæc leguntur verba: *In locis plerisq; Episcopi, eorumq; Officiales non solummodò Sacerdotum tolerant concubinatum, dummodò certa persolvatur pecunia; Sed & Sacerdotes continentes, & qvi absq; concubinis degunt, Concubinatus censum persolvere cogunt, asserentes, Episcopum pecuniæ indigum esse, qva exsoluta, licere Sacerdotibus, ut vel cælibes permaneant, vel concubinas alant.* Qvâ nefanda hæc res sit, nemo non
11 intelligit. † Nec saltem Romæ, sed & per totam fere Italiam Lupanaria apertè prostant, & publicis elocantur vectigalibus, Lamb. Dan. *lib. 2. Eth. Christian. cap. 15. fol. 242.* Martin. Chemnit. *part. 3. exam. Concil. Trident.* ac meretricẽ haud injustè solvere decimas, probat *Glossa*, eò, qvod non turpiter accipit, nec criminosum dignitas, sed pœna debeat comitari, *in cap. ex transmissa. verb. licitè. de decimis. lib. 3. decretal.* Petr. Costal. *ad l. 4. ff. de condict. ob turp.*
caus. † Adeoq; Lupinar Romano 12
Præsuli non tantùm nutrix, sed & delicatissima est filia, secundum Schönborn. *lib. 3. polit. cap. 13. pag. 214.* Verissimè itaq; dixit Laurentius Campegius Cardinalis: *Scire se, hunc esse morem qvorundam Germaniæ Episcoporum, ut acceptâ pecuniâ, scortationem suis permittant,* Joh. Sleidan. *lib. 4. de stat.*
Religion. pag. 140. † qvamvis Lu- 13
panaria in benè constitutâ Republicâ ad stupra honestissimarum fœminarum avertenda, tolerari posse, existimet Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 19.* Qvo intuitu, Nerone delapso in amorem libertæ Actæ, & abhorrente ab uxore Octaviâ nobili fœminâ, ac probitatis spectatæ, ne qvidem severiores amici Principis aversabantur: metuebatur enim, ne in stupra fœminarum illu-

ratus avaritiæ jussit statim vocari lustrium prorumperet, si illâ libidine prohiberetur, referente ex *Tacito*, Arnoldo Clapmaro, *dict. loc.* Ast hoc arcanum, qvia illicitum & minus honestum est, in benè constitutâ Republicâ arcanum maneat & sepultum.

Detestandum porrò est vecti-
14 gal, † qvod ex usu rerum petitur divinarum, qvippe in qvibus nec mercaturam exercere, nec de iisdem pecuniam facere licet: qvamvis nostro seculo tales inveniantur Simoniaci, qvi faciant rerum sacrarum commercia, de qvibus conqveritur Æneas Sylvius *Epist. 66. Ipsæ manuum impositiones*, inqviens, *& Spiritus Sancti dona venduntur, nec peccatorum venia, nisi pro nummis in aula Romanâ*
15 *impenditur.* † Haut dissimilem movet qverelam Erasm. Roterodam. *in adagiis: Non datur baptismus*, inqvit, *h. c. non licet fieri Christianum, nisi numeres. Non comprobant matrimonium, nisi numeres. Non audiunt pœnitentium commissa, nisi sperent præmium. Vix procul motâ manu benedicunt, nisi dederis. Non consecrant sacrum aut calicem, nisi datâ mercede. Deniq; non impertiunt Corpus Christi, nisi numeres. Ut non dicam, quanta pecunia colligatur ex litibus, dispensationibus & indulgentiis è conferendis Sacerdotiis, confirmandis Episcopis & Abbatibus. Sed qvid apud illos gratuitum est, apud qvos emitur sepultura etiam in alieno solo? Non psallunt etiam gratis: Non orant gratis: Non imponunt nomen gratis.* † Ita namq; qvibusdam in 16
locis tributum in infantes, qvi non à catholicis baptizantur, imperari, refert Caspar. Klock *in dissertat. de contrib. concl. 3.* De qvâ consvetudine in Gallis qvondam usitatâ, scribit Antimachiavell. *lib. de Relig. theorem. 1. pag 197.* Qvin & de sepulchris vel statuis mortuorum vectigal colligunt. † 17
Qvam exactionem Christianis objici, dolendum maximè, cùm nullum qvæstuosius esse aucupium, qvàm qvod ex venundatione Sepulchrorum colligitur, scribat Hospinian. *lib. 3. de cœmet. cap. 1.* Qvid hoc namq; aliud, qvàm à defuncto tributum auferre, cùm nimirum Sepulchra mortuorum carè venduntur, Warem. ab Erenb. *de oner. sub. cap. 5. n. 65.* † Re- 18
ctè igitur Alphonsus Rex Neapolitanorum, Sacerdotem ex sepulturâ, pecuniam petentem, peculiari affecit pœnâ. Cùm enim aliqvando iter alicubi fecerat, & Vidua qvædam paupercula ipsi qvesta esset, qvod Sacerdos nollet sepelire Virum pauperem mortuum, nisi certam solveret pecuniæ summam, Rex injustæ i-

Sa-

Sacerdotem, qvi factum negare non potuit, ideoq; ei Rex mandavit, facere sepulchrum, inq; ipsum inscendere eum, terramq; effossam injici jussit, ita ut terrâ ad femora usq; operiretur, atq; sic per biduum stantem reliqvit, & postea eximi eum jussit, illiq; præcepit, ut humanius ageret cum mortuis & cum sepulturâ, Johan. Schneidvvin. *ad §. religiosum. n. 10. Inst. de rer. divis.*

19 Non æqviori jure † ex novo matrimonio qværitur vectigal. *Reperiuntur enim hodiè*, inqvit Warem. ab Erenb. *Magistri, novos collectandi & pecuniæ conficiendæ modos, operâ, studio, diligentiâ & labore excogitantes, ac Principibus venditantes quibus solenne est, ipsis persvadere, collectas posse institui sine injuriâ, sine damno Subditorum, & nullum ex subditis fore, qui non hilari vultu, & summo cum*

20 *gaudio tributum solvat impositum*: *Nimirum † ut sponsus ac sponsa nuptias celebrantes solvant Joachimicum; cui verò filius vel filia nascitur, det eundem. de Regn. subsid. ac oner. subdit. cap. 6. n. 13.* Hocq; genus vectigalium in Italiâ usitatum esse, scribit Rosenthal. *de feud. cap.*

21 *5. concl. 34. n. 3.* † qvod nemini mirum videbitur, perpendenti, Italicas Civitates pro lubitu novis vectigalibus etiam transeuntes premere: Id qvod satis superq; peregrinantes in Italiâ suo cum damno experiuntur, veluti conqveritur Ant. Qvetta *consil. 3. n. 2.* Et sanè ibidem civitatem, imò palatium aut domum publicam peregrinus vix ingredi aut egredi poterit, priusqvam solvat petentibus honorarium. 22

Iniqvius fuit † tributum Margaretæ, Daniæ & Norvvegiæ Reginæ, ultra gravia tributa alia, qvæ singulis septimanis & mensibus extorqvebantur, Marcam unam Stocholmiensem à qvolibet conjugio exigentis, Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 3. de Republ. cap. 4. in fin.* 23
† Aqvo non multùm dissimilis fuit extorsio Episcop Galliæ, qvotannis aliqvot millia aureorum colligentis à novis maritis, qvi biduo aut triduo post benedictionem nuptialem abstinere novâ Costâ nollent, juxta *c. 1. & c. sponsus 30. qvæst. 5.* ubi sponsus & sponsa biduo vel triduo Orationibus vacare, & castitatem custodire jubentur. Nicol. Boer. *decis. 363.*

Hæccè vectigalia & id genus alia, etsi ærarium ac marsupium Principis implere videantur: † attamen qvia habentur illicita, nec subditis imperanda, nec ærarium ditare possunt. Cum enim finis tributorum omnium primarius sit Reipublicæ utilitas, qvo tam 24

pacis, qvàm belli tempore res & personæ Civium in tuto esse qveant, Petr. Heig. *part. 1. qvæst. illustr. 17. n. 7.* sanè illi ita exprimendi erunt, ut supersit succus, qvo posteà urgente necessitate, denuò
25 contribuere possint. † Verissimè itaq; scribit Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 2. pag. 1059.* Nihil perniciosius, & ad inflammandos, plebis animos ad seditionem accommodatius hisce Vectigalibus excogitari posse: Neq; tales exactores, exactionumq; Architectones & impostores, qvi omne studium, curam, sollicitudinem in imponendis excogitandisq; tributis ac vectigalibus conferunt, à Principe audiendos esse, putat idem Bo-
26 din. *dict. cap. 2. pag. 1037.* † Qvi & propterea publicâ Ludorum eqvestrium lege infamantur, nec ad illos admittuntur: Jn den Turnier-*articuln art. 9.* apud Joh. Wolff. *cent. 10. lection. memorab. pag. 256.*

Nec aliud habendum existima-
27 verim † de Tributo capitis, qvando nimirum pecunia per capitationem viritim in singula personarum capita colligitur: veluti qvondam pro capite masculi indicebatur aureus, pro capite verò fœminæ dimidius singulis annis, secundum Gloss. *ad rubr. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Qvod tribu-
28 tum † Turcis est familiarissimum: Pro singulis namqvè capitibus Christiani Imperatori Turcico drachmam auri, h.e. aureum Hungaricum numerare coguntur, Philip. Comin. *lib. 3. de bello Neapolit. pag. 845.* Hocq; tributum capitis Cicer. *lib. 3. Epist. 8. ad App. Pulchr.* tanqvam acerbissimam exactionem damnat: † Ideoq; in 29
Imperio Romano à Constantino Imperatore sublatum est *in l. un. C. de capitat. civ. censi. exim. lib. 11.*

Vix enim æqvalior ac melior habetur vectigalium impositio, qvàm si juxta facultatem patrimonii, non verò secundum capita imperetur collecta, Bartol. *ad l. 4. §. actor. 2. n. 2. ff. de re judic.*

Gravissimum † qvoq; ac ini- 30
qvissimum pariter fuit vectigal, qvod Dux Albanus à Belgis exegit: Cùm enim divites eos esse animadvertebat, decimam rerum venalium mobilium, vicesimam immobilium, & centesimam de universis bonis tàm mobilibus, qvàm immobilibus extorsit, Thuan *lib. 50. histor. pag. 803.* Emanuel Metteran. *hist. Belgic. lib. 4. in pr.* Et qvamvis Viglius Zuichemus rationibus admodum prægnantibus hoc dissvaserit, propterea qvod ejusmodi tributis negociantium libertas impediretur, opificia cessarent, & negotiatores aliò migrarent, adeoq; commercia Bel-

Belgica in totum intercciderent; nihilominus tamen Dux Albæ prætextu Religionis & provinciarum securitatis, medio isto omnium propè Civium opes coëgit. Nummus siqvidem centesimus de universâ summâ annuatim excrevit ad duodecim tonnas auri, Meter. & Thuan. *dict. loc.*

31 † Qvæ res posteà non minima fuit causa motuum Belgicorum, Casp. Klock *in dissert. de contribut. concl.* 63. Inveniuntur sanè nonnulli qvi putant, cum vires patrimonii Mercatoris plerumq; in nominibus incertis consistant, eorumq; bona multis sint obnoxia casibus, ne qvidem vectigal ullum pro mercibus Mercatorum exigendum esse, Surdus *cons.* 145. *n.* 6. † attamen sententiam hanc, 32 utut etiam æqvitatem præ se ferat, in puncto juris nec defendi posse, nec in praxi observari, inqvit Casp. Klock *dict. loc. concl.* 21. *per l. filii* 22. §. *ult. ff. ad municip. l. munerum* 18. §. *patrimonium* 18. *ff. de muner. l. ult. C. de immun. nem. conced. l. negociatores. C. de excusat. muner.*

SECTIO III.

Qvænam Vectigalia justa & licita habeantur, qvibusq; rebus in benè constitutâ Republicâ sint imponenda?

SUMMARIA.

1. De licito vectigalium genere judicare, res est difficilis.
2. Licitè imponitur vectigal rebus, qvibus corrumpuntur civium mores, n. 3. 4.
5. Qvo vectigalium genere compescitur luxus in vestitu, n. 19.
6. Respublicæ propter luxum & superbiam eversæ.
7. Luxui in vestitu obviandum.
8. Leges vestiariæ in Republ. Romanâ promulgatæ, n. 9.
10. Multis in Rebuspubl. vigent hodie Leges vestiariæ.
11. Ridiculæ sunt Leges, qvas conditores transgrediuntur.
12. Subditi magis exemplo Principis, qvàm Legibus commoventur.
13. Ludovicus XI. Rex Galliar. tenuis fuit in vestitu. n. 18.
14. Ut & Imperator Carolus V.
15. Nec non Rudolphus I. Imp.
16. Vestium splendore Principes sibi comparant autoritatem.
17. Probatur hoc exemplo Johannis de Ligna.

20. Vectigal judiciarium à Carolo IX. Rege Galliar. imperatum.
21. Exigendum esset hoc vectigal à Germanis, qvi à Gallis litigia hauserunt.

CAveant ergò Principes ac mo-
1 deratores Reipublicæ, † ne in-
differenter ac cujuscunq; gene-
ris vectigalibus ærarium publi-
cum augere studeant, qvin poti-
ùs ab illicitis teloniis prorsus ab-
stineant, & si omninò urgente ne-
cessitate qvid exigendum, non ni-
si licito vectigalium generi fre-
num laxent. In cujus rei disqvisi-
tione maturo Procerum consilio
& judicio opus videtur, cùm dif-
ficile sit modum in rebus tenere,
qvidq; licitum vel illicitum sit,
cognoscere.

2 † Hoc tamen certum est, Vecti-
galium genus, qvod DEO gratis-
simum & Civitatibus pulcherri-
mum, Principibus honestissimum
ac plebi utilissimum videtur, il-
lud haberi, qvod iis rebus impo-
nitur, qvæ ad corrumpendos Ci-
vium mores, qvæ ad delicias, qvæ
ad luxum, qvæ ad libidinem spe-
3 ctant, † aurea nempe & argentea
suppellex, odores, innumerabilia
vestium ornamenta, colores pre-
tiosissimi, gemmæ, margaritæ, cæ-
teraq; generis ejusdem, qvæ pro-
hibenda non sunt, Joh. Bodin. *de*
4 *Republ. lib. 6. cap. 2.* † ad qvorum
comparationem qvotannis plus
qvàm qvadragies centena libella-
rum millia ex Galliâ in Italiam
transportari & exponi, testis est
Lanov. *disc. 4.* Vid. *l' auteur d' utile
& salutaire advis au Roy pour bien
regner, fol. 48. & seqq.* Trajan.
Boccalin. *part. 2.* der *Relation* aus
Parnasso. *discurs. 25.* adeoq; † ge- 5
nus hoc Vectigalium videtur sa-
luberrimum ad compescendum
luxum & excessum in vestitu,
qvod malum Reipublicæ valdè
est pernitiosum, Joh. Gerhard.
decad. 5. qvæst. polit. 5. Camerar.
*cent. 2. hor. subcisiv. cap. 39. & cen-
tur. 3. cap. 76.* † Multasq; Respub- 6
licas propter luxum & superbiam
fuisse eversas, plurimis demon-
strat exemplis Schonborn *lib. 7.
polit. cap. 9.* Et teste Aristotele *lib.
5. politic. cap. 6.* fiunt in Republicâ
mutationes, cùm homines sua
consumunt prodigè viventes: O-
ptant enim res novas hujusmodi
homines, tyrannidemq; vel sibi
ipsis, vel alteri affectant. † Huic 7
incommodo qvâ ratione, qvoq;
remedio sit occurrendum, Politi-
ci haud conveniunt? Nec enim
audiendi sunt, qvi rigore & ense
huic morbo mederi volũt, Herm.
Lather. *de cens. lib. 1. cap. 9. n. 5.
& seqq.*

Ideoq; plurimi Leges vestiari-
as in Republicâ promulgari sva-
dent, Georg. Lauterbach. in Re-
gen-

8 gentenbuch / *part. 3. cap. 10.* † Qvales olim Romæ à Tiberio Cæsare latæ fuere, ubi alia vestis erat Senatoris, alia Eqvitis, alia Coloni, alia Ingenui, alia Servi, Dio *lib. 7. histor. Roman.* Eoq; pertinet sanctio Gratiani, Valentiniani & Theodosii Impp. *in l. 1. C. qvæ res ven. non poss.* ut capitale sit, vendere lanam aut pannum purpura infectum, qvod solus Imperator eo
9 amictu uti velit. † Octavianus qvoq; Cæsar publico prohibuit edicto, ne qvisqvam nisi qvi Magistratûs defungeretur officio, purpuram gestaret, Sveton. *in ejus vita.* Jacob. Cujac. *ad dict. l. 1. C. qvæ res ven. non poss.* Et Spartæ Ephori qvotidiè inspectiones vestimentorum obire soliti fuere, ne qvid induceretur à decenti habitu alienum, Plutarch. *in vitâ Ly-*
10 *curg.* † Hodiernis etiam temporibus in Republicâ Venetâ, Augustanâ, Norinbergensi, Ratisbonensi, Francofortensi ad Mœnum, & alibi in Germaniâ, certa vestimentorum genera & pretia constituuntur, pro ratione status & dignitatis cujusq; : qvod institutum plurimi laudabile prædicant.

At ridiculæ sunt Leges & inu-
11 tiles, † qvas ipsi Conditores cum domesticis suis rident & fastuosi transgrediuntur, inqvit Lorich. *de instit. Princip. fol. 217.* Alii ergò huic morbo convenientissimum putant remedium, si ipsemet Princeps mediocri incedat vestitu, juxta illud Severi Imperatoris: *Majestatem Imperatoriam virtute constare, non corporis cultu*, Joh. à Chokier *lib. 5. thes. Polit. aphor. cap. 15.* † Solent namq; subditi fa- 12
cilius Principis exemplo, qvàm legibus commoveri, Joh. Wern. Gebhard *lib. 1.* der Fürstlichen Tisch Reden / *cap. 11.* Qvâ de causâ laudibus effertur Alphonsus Aragoniæ Rex, qvod maluerit moribus & autoritate suos antecellere, qvàm diademate & purpurâ, Anton. Panormitan. *lib. 1. de gest. Alphons. n. 1.* † Et de Ludovico XI. 13
Galliarum Rege scribit Comin. *lib. 3. pag. 393.* ipsum vestimentis brevibus & ferè neglectissimis usum fuisse, Joh. Gebhard. *lib. 3.* der Fürstlichen Tisch Reden / *cap. 30.* † Ipsemet qvoq; Carolus V. et- 14
si in omnibus maximus, in cultu tamen tenuis fuit, & vestitu nec splendido, nec affectato, sed simplici usus fertur, nec temerè aliter visus, qvàm in laneâ plebejâq; veste, adeò ut universæ Europæ fuerit admirationi, Henr. Lather. *de censu lib. 1. cap. 9. n. 16.* Hinc in ingressu Mediolanensi, cùm omnia magnificentissimè erant instructa, ille in atrâ penulâ & vili pileo-

pileolo ſpectari voluit, cum po-
pulus Coronam fulgentem gem-
mis in Cæſaris capite expectaret,
15 Lipſ. *de vit. Polit.* Et Rudolphus
I. Imperator ab Ottocaro Rege
Bohemiæ, cujus olim Curiæ Ma-
giſter fuerat, homagium acceptu-
rus, indutus veſte cinereâ ac mo-
nitus, ut ſe cultu ornatiore para-
ret, inqvit: *Rex Bohemiæ veſtem*
meam cineream ſæpè deriſit, nunc i-
pſum veſtis mea deridebit: qvod &
factum; Nam Ottocarus ſplendi-
dè veſtitus non ſine ludibrio ſup-
plex Imperatorem adorare viſus
eſt, referente ex Lipſio, Franciſc.
Carol. Duc. Saxon. *apud Frider. A-*
chill. in Orat. pro German.

16 Hæc utut ſe habeant, † vix ta-
men negari poterit, cultum ma-
gnificum veſtiumq; ſplendorem
ad dignitatem & autoritatem
Principibus comparandam haud
parum momenti afferre, juxta di-
ctum Pontificis Clementis IV. *in*
17 *cap. 6. de privileg. in 6to.* † Qvod
confirmat exemplum Johannis
de Ligna, qvi ad nuptias invitatus,
cum vulgari veſte indutus, nul-
luſq; ob id honos ei fuiſſet exhi-
bitus, qvippe propter veſtem
non ſatis cognitus, miſit qven-
dam, qvi qværeret veſtem ſplen-
didiorem: qvam cum recepiſſet,
in ſuo ipſius loco poſuit, abiitq;
illud præfatus: *Veſtem coluiſtis,*
veſtem habetote, Tiraqvel. *adl. 3.*
connub. n. 53. Nec aliam ob cau-
ſam † Ludovicus XI. Galliarum 18
Rex Hiſpanis ridiculo fuit, qvam
qvod vili panno indutus eſſet,
Comin. *dict. lib. 3.* Qvod cum ipſe
reſcivit, nulli poſteà Principi, imò
ne Legatis qvidem copiam ſui fe-
cit, niſi cultu decoro & habili ad
Regiam Majeſtatem, Joh. à Cho-
kier *lib. 5. theſ. Polit. Aphoriſm.*
cap. 15. pag. 271. Nullum ergò ad
compeſcendum in veſtitu nimi-
um luxum accommodatius exi-
ſtimaverim remedium, † qvàm 19
hoc vectigalium genus iis impo-
nendum, qvi varia & innumera-
bilia veſtium ornamenta pretioſa
ab exteris advehunt locis, qvo fa-
ciliùs Negotiatores ab ejusmodi
commerciis abſtineant, iſtorumq;
ornatuum Venditores deficiant,
qvo facto, luxui veſtimentorum
ſi non in totum, majori tamen ex
parte obventum erit.

Eſt itaq; hoc vectigalium ge-
nus in Republicâ non modò lici-
tum, ſed & maximoperè conſul-
tum, ac proinde ſi neceſſitatis cau-
ſâ ærarium cogat, ſubditis tutò
imponendum. † Cui æqviparan- 20
dum vectigal judiciarium, edicto
Caroli IX. Regis Galliæ imperá-
tum, eo fine, ut effrenata litigan-
tium licentia cohiberetur, liteſ-

q;

q; minuerentur, qvod vix ullum afflictis ærarii opibus utilius, & Regno Galliæ, innumerabili litium multitudine oppresso splendidiùs excogitari potuisset, Joh. Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 2. pag. 1036.* † Qvod & à Germanis exigendum esset, qvippe qvi à Gallis ut alia, ita etiam litigia hauserunt, Vent. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 1. n. 34.* Anton. de Guevar. *in* Hoffleutwecker. *cap. 10.* 21

SECTIO IV.

Optimo jure Teloniorum perceptionem tenent & habent in Imperio Romano-Germanico ArchiPrincipes Electores.

SUMMARIA.

1. Indictio vectigalium refertur inter jura Majestatis.
2. De perceptione vectigalium participant hodiè Electores. n. 3. 4.
5. Idq; in recompensationem fit laborum, qvos sustinent pro qviete Imperii.
6. Qvo jure perceptio vectigalium Electoribus concessa? n. 11.
7. Bona & jura Imperii haut possunt alienari.
8. Imperator plus juris non habet in bonis Imperii, qvàm maritus in bonis uxoris.
9. Alienari possunt jura Imperii pro conservatione status vel dignitatis.
10. Telonia aliaq; Imperii jura qvare à Carolo IV. Electoribus oppignorata?
12. Qvænam pacta Antecessorum in Imperio obligent Successores?
13. Licitè alienantur bona Reipubl. consensu Statuum Imperii.
14. Summa etiam Regalia Statuum consensu validè alienantur.
15. Consilio & voto Statuum Imperii perceptio Vectigalium Electoribus concessa.
16. De Vectigalium perceptione participant hodiè pleriq; Status Imperii.
17. Qvâ in re inspectio suprema Imperatori non adimenda.

1 ETsi potestas Vectigalia indicendi ac percipiendi inter summa Majestatis jura sive Regalia referatur, ac proinde soli Cæsari proprio jure competat, *supr. Sect. 1. n. 6.* attamen de perce-
2 ptione vectigalium † hodiè qvoq; participant ArchiPrincipes Electores, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 4. cap. 2. n. 9.* ubi vel ex hoc ipso Capitulationis membro constat, qvo recens electus Rex Romanorum promittit, qvod vectigalia Electorum, qvi sunt ad Rhenũ, literis commendatitiis aliovè qvovis modo deteriora facere nolit,

nolit, *supr. cap. 8. n. 14.* Licèt enim
3 † ante sanctionem Aureæ Bullæ
non satis conveniret, an jus
percipiendi vectigalia Rheni E-
lectoribus competeret, Gerlac.
Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 91.*
cessat tamen hodiè id dubium,
postqvam Teloniorum, de præte-
rito indictorum perceptionem,
qvæ ad solum alioqvin Imperato-
rem spectabat, Carolus IV. Ele-
ctoribus tribuit *in Aur. Bull. tit. 9.*
4 *ibi:* † Sie mögen auch Zölle/so hie-
bevor gesatzt und auffgelegt seynd/
einnehmen / wie solches unsere
Vorfahren / die Könige von Bö-
heimb/hochmildester Gedächtnüß/
auch die Churfürsten selbsten/ und
dero Voreltern und vorfahren/biß
auff diese gegenwertige Zeit recht-
mässiger Weise gethan/ und bewust
ist/ daß es von alter löblicher unnd
bewährter / auch durch langwüri-
ger zeit vorjährete Gewohnheit
also gehalten worden. Domin. A-
rum. *ad Aur. Bull. disc. 5. conc. 8.*
Melch. Goldast. *in Bohem. dict. cap.
2. n. 9.*

5 Sunt autem vectigalia † Ele-
ctoribus propterea concessa, qvod
assidui & multiplices labores,
qvîs illi pro qviete Imperii fun-
guntur, recompensationem non
vulgarem exposcant, cujus intu-
itu cùm hæc jura ex contractu
qvasi debentur, utiq; Electoribus
invitis auferre non licet, *l. sicut. C.
de oblig. & action.*

Dubitare eqvidem † qvis pos- 6
set, qvo jure hæc concessio facta
sit, & num subsistere qveat? Cum
bonorum Regiæ Coronæ applica-
torum proprietas sit Imperii, so-
la verò administratio penes Im-
peratorem, adeoq; nec † horum 7
alienatio ipsius arbitrio commis-
sa, *c. monemus. 15. qvæst. 2. l. 7. §. 3.
ff. pro emtor.* Fer. Vasqvius *de Suc-
cess. resol. §. 3. n. 12. & seq.* Anton.
Peregrin. *de jure fisci lib. 1. tit. 3.* Ca-
rol. Tap. *in l. ult. cap. 9. n. 33. p. 2. ff.
de constit. Princ.* Cacheran. *decis.
101. n. 12.* † neq; plus juris habet 8
Imperator in bonis Imperii, qvàm
maritus in bonis uxoris dotali-
bus, qvippe qvi cum Imperio ma-
trimonium contraxisse creditur,
Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ.
lib. 3. cap. 8. n. 4.* Et licet exceptio
facienda, † si pro conservatione 9
status vel dignitatis alienatio su-
scepta fuerit, qvæ jure subsistit,
nec revocari potest, *arg. l. 7. §. ult.
ff. qvod qvis univ. nom.* Tholos. *dict.
cap. 8. n. 8.* veluti si ob benemeri-
ta infeudatio forsan facta sit,
Mod. Pistor. *vol. 1. consil. 63. n. 2.*
Rol. à Valle *vol. 3. consil. 13. n. 36.*
Fulv. Pacian. *cons. 29. n. 75.* inde
tamen ad casum præsentem vix
qvicqvam appositè inferri pote-
rit, postqvam † Carolus IV. Impe- 10
ra-

rator telonia, necnon alia Imperii jura Electoribus propterea oppignorasse fertur, qvod centum millia aureorum singulis promissa, qvo filium Wenceslaum sibi successorem designarent, solvere non potuisset, Albert. Crantz. *lib. 8. Vandal. cap. 44.* Dubrav. *in histor. Bohem. lib. 22.* Peuc. *in vit. Caroli IV.* Joh. Aventin. *annal. Bojor. lib. 6. pag. 639.* ex qvo sanè oppignoratio non sustinenda: Si enim pecunia promissa ab Imperio peti neqviverit, malè profectò ejusdem bona hypothecæ data sunt,
11 *arg. tot. tit. C. si res alien. pign.* † Nonnè ergò Successores vel saltem ex enormi læsione Imperii, vectigalium alienationem revocare poterunt, secundum tradita Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. cas. 88. n. 51. & cas. 559. n. 2.* Henr. Klock *in differt. de jur. vectigal. th. 5.* ma-
12 ximè † qvia pacta & contractus Antecessorum in Imperio tum demum Successores obligant, si cum Reipublicæ commodo atq; utilitate inita fuerit conventio, Hermann. Vultei. *consil. 35. n. 116. vol. 3. consil. Marpurg.* Natta *consil. 122. n. 3.* Menoch. *consil. 181. n. 60.* Viv. *decis. 141. n. 8.* Matth. Wesemb. *consil. 109. n. 19.*

Sed concedamus hæc omnia, si Princeps irreqvisito Procerum consensu bona Imperii alienare præsumserit, qvod Dominationis flagitium vocat Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 12.* † aliud verò dicendum, si 13
consensus Statuum Imperii accesserit, qvo casu nunqvam non licita habetur bonorum Imperii alienatio, assentiente ipsâ Capitulatione Cæsareâ, *in §.* zudem und insonderheit sollen und wollen wir von dem heiligen Römischen Reich und desselben Zugehörungen nicht allein ohne wissen/ Willen und Zulassen gemelter Churfürsten sämptlich nichts hingeben / verschreiben/ verpfänden/ versetzen / noch in andere wege veräussern noch beschweren/ *Supr. cap. 7. n. 13. & Sect. 1.* Enenckel. *lib. 2. de privil. cap. 5. n. 67.* Alber. Gentil. *lib. 3. de jur. belli cap. 22.* † Et Regalia etiam summa 14
Statuum consensu accedente, validè alienari, tradit Tholosan. *dict. lib. 3. de Republ. cap. 8.* † Qvis 15
autem negare ausit, vectigalium perceptionem Statuum Imperii consilio & approbatione, nedum voto Electorum, ipsis fuisse concessam, convictus ex *præfat. Aur. Bull.* in qvâ assidentibus multis Principibus, Comitibus, & Civitatum Legatis maturâ deliberatione prævia, omnia ea, qvæ in sanctione istâ Aureæ Bullæ reperiuntur, adeoqvè etiam perceptio teloniorum Electoribus concessa,

in tit. 9. Aur. Bull. constituta dicuntur.

Tantumq; abest, Electoribus perceptionem Vectigalium haud
16 competere, † ut & plerosq; alios Status eandem facultatem & jus percipiendi vectigalia sibi acqvisivisse videamus, Obrecht. *de Regal.§.268. & seq.* Gerlac. Buxdorff. *ad tit.9. Aur. Bull. concl.91.*

17 Qvamvis † suprema inspectio Imperatori non sit adimenda, ne scilicet Status Imperii jure hoc abutantur, neq; subditos omnimodò exsugant, licèt eorum peccata id benè mereantur, Osiand. *in Num. cap.24. n. 2.* ubi ait: *Nolumus cum DEO partiri decimas, modò autem tollitur totum: Hoc tollit Fiscus, qvod non accipit Christus.* Et Comin: *Iram DEI,* inqvit, *præ oculis cernimus, vitam tamen in melius emendare desistimus: qvapropter cumplanè à nobis discesserit devotio DEI, accessit indictio Fisci. lib. 10. de reb. gest. Ludov. XI.*

SECTIO V.

Non nisi urgente summa necessitate ad impositionem Collectarum est deveniendum; & qvisnam sit modus contributionis in Imperio Romano-Germanico secundùm communem denarium, vulgò Nach dem gemeinen Pfennig.

SUMMARIA.

1. *In omnibus ferè Comitiis agitur de contributionibus.*
2. *Sine consensu Electorum & Statuum, Collectæ hodiè non indicuntur.*
3. *Prisci Impp. solis annuis donariis erant contenti.*
4. *Collectæ unde vocatæ* Land-bete.
5. *Collectæ hodiè imperantur.*
6. *Non nisi urgente necessitate sunt imponendæ Collectæ.*
7. *Ludovicus XI. Rex Galliæ acerrimus in exigendis collectis.*
8. *Ante indictionem collectarum, proprium debet excutere Princeps marsupium.*
9. *Justa Collectarum causa est impetus hostilis.*
10. *De modo contribuendi qvondam acriter disputatum.*
11. *Modus contributionis secundùm denarium communem qvinam?*
12. *Modus hic contribuendi Recessibus Imperii confirmatus. n.13, 14.15.*
16. *Qvibusdam modus hic contributionis videbatur iniqvus.*

17. In-

17. Inhumanum est Subditorum publicari facultates.
18. Æqvissima judicata contributio secundùm denarium communem.
19. Rationes Statuum Imperii pro contributionis modo secundum denarium Communem.

CUm è publico & vectigalibus Imperii hodiè non modò non nervos bellorum, sed ne pacis qvidem subsidia Imperatorem ampliùs habere qveat, conqverente Julio Pflugen *in Orat. de Ordin. Reipubl. German.*
1 † nunqvam non de contributionibus & modo contribuendi agitur in Comitiis, ita ut Paulus Jovius argutè dixerit: *Pecuniam esse summam Comitiorum Germanicorum*, Arnold. Clapmar. *lib. 6. de arcan. Rerumpubl. cap. 13.*
2 † Nec immeritò, cum absq; consensu Statuum, imprimis verò ArchiPrincipum Electorum, collectas indicere haut fas sit Imperatori: & qvidem cum consensu Electorum id facere tum demùm licet, si causæ prægnantes & necessariæ hoc svadeant, uti ex verbis Capitulationis Cæsareæ (Vnd ohne redliche tapffere Vrsachē nicht beladen noch beschweren/ auch in zugelassenen Fällen die Stewren und Vfflagen ohne wissen und Willen der Churfürsten nicht ansetzen.) *Supr. hoc cap. 8. n. 24.* satis liqvet. Sanè
3 † prisci Germanorum Impp. solis annuis donariis, qvæ subditi in Comitiis pro cujusq; facultatibus offerebant, contenti fuêre, Hincmar. *cap. 35. Epist. 3.* Der Anfang aller Handlung uff den jährlichē Reichs Versamlungen ist dergestalt gemacht worden/ daß ein ieder Fürst und Stand/desgleichen alle Bottschafften der Stände des Reichs/ oder auch ausländischer frembder Potentaten/ dem Könige oder Käyser sich mit einer Verehrung und Gabe/ ihren Stand und Vermögen ziemlich und gemäß erzeiget/ davon die Könige sich unnd ihren Hoff erhalten. Solche Verehrunge haben die Stände des Reichs/doch nicht zur *Ordinari* Hoffstadt geliefert/sondern wann der König die jährliche Reichs oder Creiß Täge gehalten sich des Reichs Unterthanen erzeiget/ ihre Beschwernüß und Klagen angehöret/ denselben mit hülffreichung begegnet/ und der eingefallenen Mängel und Gebrechen im Reich Verbesserung fürgenommen. Wann dann auff solchen Vorsamlungen der Königliche Vertrag geschehen/ und die Stände doruber in absonderliche Räthe sich vertheilet/ ist der König oder Käyser in zwischen an dem Ort der allgemeinen Versamlung/ zu Empfahung der

Verehrungen täglich erschienen und wann einer oder ander Stand sich nach Gelegenheit mit seinem *Præsent* eingestellet / haben sie dieselbe freundlich empfangen / Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 2. cap. 39.*

4 † Qvin & subseqventes Impp. in Comitiis non per modum imperii, sed blandæ compellationis, mitleidentlich sibi subvenire petiêrunt: ex qvo collectæ die Steuern / dicebantur Land-bete / weil man sie nicht befehlichs / sondern betweise erhalten / Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 8.* Petr. Heig. *libr. 1. qvæst. 18. n. 13.*

5 At hodiè † Collectæ non minùs ac vectigalia imperantur, & subditis etiam invitis imponuntur: in qvo ipso tamen Statuum consensus pariter & necessitas attenditur, ut modò diximus *n. 2.*

6 Etenim † in collectarum impositione ad solam necessitatem vel utilitatem publicam respici debet, Aut. der Fürstlichen TischReden / *part. 1. cap. 87.* & tum demum ad extraordinariam collationem est deveniendum, ubi calculus ordinariorum Principis redituum non sufficit, Casp. Klock *de contribut. concl. 27.*

7 † Unde cùm Ludovicus XI. in exigendis impositionibus acerrimum se præberet, dicere solitus, suâ potissimùm operâ Regnum Gallicanum qvasi de tutelâ ad plenam pubertatem redactum esse, Smit. *de Republ. Angl. cap. 7. lib. 1.* Carolo IIX. Regnum ineunte, qvæ non perpetuari de anno in annum ceperant, collationes communi decreto extinctæ sunt, dicentibus Regni Proceribus: *Pro necessitate permissa, eatenus intelligi permissa, qvatenus necessitas instat & urget*, Henning. Arnis. *de jurib. Majest. minor. cap. 7. n. 6.* † Ante omnia siqvidem Princeps proprium debet excutere marsupium & tributa sua, aliosq; reditus expendere, prinsqvam à Subditis qvidqvam exigat, Matth. Wesemb. *consil. 45. n. 16. & seqq.* perinde ut Episcopus charitativum subsidium erigere non valet, nisi in defectum suorum redituum, Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. cas. 178. n. 13. & 14.* 8

Justissima † certè contributionum causa videtur impetus hostilis, ad qvem amovendum Subditorum bonis parcendum non est: ex qvo contributionis ejusmodi pro qvalitate hostium varia sunt nomina: Hodiè cum à Turcâ Imperium Romano-Germanicum sæpissimè hostiliter impetatur, solet omnibus ferè Comitiis exigi die Türckensteuer / Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 7. cap. 112.* 9

† De modo autem contributionis 10

sol-

solvendæ qvondam acriter inter Status disceptatum, ac demum exsolutio secundùm denarium communem, Nach dem gemeinen Pfennig / omnium consensu fuit approbata, *in Comitiis Ratisbon. Anno 1471.* Lehman. *dict. cap. 112.*
11 De qvo † contributionis solvendæ modo ita scribit Johan. Anton. Campan. *lib. 6. Epist. 22. Decretum est*, inqvit, *proximis diebus de stipendio militum, ut qvi mille habent in proventibus, eqvitem unum conducant; peditem qvi qvingentos, qvi proventus non habent, ex capite computatio sic fiat, ut qvibus mille sint aurei, qvinqvaginta habere ex proventu censeantur; Agrestes duos de viginti denarios viritim solvant. Summã fieri permagnã hoc modo, & ingentem posse confici exercitũ putãt.*
12 Qvi † modus contribuendi paululùm immutatus subseqventibus etiam Comitiis Augustanis *Anno 1474.* Francofurtensibus *Anno 1486.* Nürenbergensibus 1486. Francofurtensibus *Anno 1489.* Wormatiensibus *Anno 1495.* observatus fuit. Decretum
Labitur † qvoq; in eo Zinzerling. *dict. Disp. de appellat. conc. 70.* qvod privilegium de Non evocando cum privilegio de Non appellando confundit, & utrumq; pro uno eodemq; venditat. In qvo ipsi assentitur Limnæus *lib. 3. de jur. publ. cap. 2. n. 67. & cap. 10. n. 37.* † Etenim distinctâ esse hæc duo privilegia, tenor *tit. 11. Aur. Bull.* luculenter evincit. *Primò* enim Subditi Electorum ad qvodcunq; tribunal extraneum evocari vetantur, Dom. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 11.* Gerlac. Buxdorff. *dissert. ad Aur. Bull. concl. 94.* *Altero* verò constituitur, ut nulli Comiti, Baroni, Nobili, Vasallo vel Rustico Electorum ab ipsorum sententiis vel etiam judicum eorundem appellare liceat, Arum. *dict. disc. 5. th. 13.* † Qvin & diversitatem horum privilegiorum innuit privilegium Ferdinandinum *in verb.* Es were auch unsers Vorfahren am Reich weiland Käysers Sigismundi hochlöblicher Gedächtnüß *Privilegium* vorhanden / damit seine Liebe als Römischer Käyser die Chur- und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet / darin versehen / daß niemand des Hauses Sachsen Unterthanen für andere Gerichte ziehen und laden solte. Welches auch auff die *Appellation*, daß dieselbe niemand von ihren

Ge-

Gerichten an andere Ort fürnehmẽ solte/verstandẽ worden/apud Limnæum *dict.cap.10.* & Ayrer. *dict.loc.*

Rationem porrò horum privi-
14 legiorum † si qvis scire aveat, respondemus, Magnificentiam, curam & sollicitudinem ArchiPrincipum Electorum pro rebus Imperii tantam gratiam tantumq; favorem promeruisse. Noluit etenim Justinianus Imp. à magnificis suis judicibus appellari, *in l. in offerendis C. de appellat.* A præfectis qvoq; urbi inhibita fuit appellatio, Gvid. Panciroll. *cap. 25. in not. Orient. Imp.* Neq; à Præfecto prætorio appellare Principem licuit, *l. 1. ff. de offic. præfect. prætor.*
15 Cassiod. *cap. 3. lib. 6. variar.* † Octo qvoq; Curiæ majores Francorum, qvatuor Hispanorum, Rota Romanorum, qvadraginta Venetorum, Curia Neapolitana, Mediolana, pleraq; judicia tùm publica tùm privata disceptant ac definiunt extra provocationem, Joh. Bod. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Et solet interdum Imperator dare judicem, ait ICtus, ne liceat ab eo provocare, *l. 1. §. 4. ff. à qvib. appell.*
16 *non lic.* † Nimirum qvod singularis qvandoq; judicum industria, fidesq; ipsorum explorata hanc prærogativam reqvirat; Qvidni ergò in Imperio Romano-Germanico eadem Archiprincipibus Electoribus attribueretur? qvippe
† qvi suis consiliis fulsoq; laboribus pro orbe Romano die noctuq; laborant, in sollicitudinis, curarum, consiliorum & laborum partem ab Imp. assumti, *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 7. & tit. 12. in pr. ut. 26.* Et qvare jura principalia culmen aliqvod præcipuum non haberent, cum Imperialis tamen fortuna omnes alias supereminceat? *l. 7. C. de bon. qvæ liber.* 17

† Ut taceamus pericula & incommoda subditorum in locis longè remotis appellationes exercentium: qvorum causa Imperator Justinianus Cypro & Cycladibus insulis, qvarum caput Rhodus est, necessitatem appellandi remittit, ne teneantur forsan etiam super pecuniis non magnis & hyemis tempore appellationes in locis longè remotis exercere; & periclitari: & peragere maria lõgissima: & appellere in regionibus infestatis à barbaris; *in Novell. 41. & 50.* qvas conjungendas, docet Jacob. Cujac. *ad dict. Novell. 41.* † Qvas causas etiam Imperatorem Carolum IV. ad concessionem horũ privilegiorum procul dubio commovisse, liqvet ex verbis generalibus privilegii Sigismundini de Non evocando: Umb des Willen / das desselben Reichs Unterthanen stetiglich an ihrem We- 18 19

ſen zunehmē/ꝛc. Nempe magis propitium DEUM habent Principes, cum tantoperè curant, ne qvid detrimenti ſubditi accipiant, *Novell. 149. cap. 3.*

10 Abeant ergò, † qvi juris Saxo-
nici in aliis Imperii judiciis igno-
rantiam, cauſam principalem
privilegii de Non appellando as-
ſerunt, Dom. Arum. *in diſc. 5. ad*
Aur. Bull. concl. 15. Gerlac. Buxdorff.
ad Aur. Bull. tit. 11. Regn. Sixtin. *de*
Regal. lib. 1. cap. 5. n. 15. Petr. Heig. *lib.*
1. quæſt. 4. n. 42. Qvod vel inde re-
fellitur, qvia Electores univerſi id
privilegium habent: tametſi jus
Saxonicum non ſit obſervandum
in Moguntini, Trevirenſis, Colo-
nienſis, Palatini ditionibus extra
Saxoniam ſitis, ſed Franconicum.
21 † Et ſi vera eſſet hæc ratio, neq; ex
aliis omnibus provinciis, in qvi-
bus adhuc vel in totū, vel ex parte
ſaltem ſupereſt jus Saxonicum,
appellandum eſſet, Andr. Knich.
de Saxon. non prov. jur. verb. jus. cap.
3. n. 28. Zinzerling *in diſputat. de ap-*
pellat. concl. 70. qvod tamen fal-
22 ſum, qvivis concedit; † Ac porrò
ratio hæc propterea eſt infirma,
qvod etiam in Camerâ & qvovis
ſummo judicio judicetur ſecun-
dùm Statuta, jus atq; conſvetudi-
nem inferiorum tribunalium,
Ordin. Camer. part. 1. tit. 57. Andr.
Gail *lib. 1. obſervat. 36. n. 14.* inq; di-
ſtributione actorum in Camerâ
hoc attendatur, ut referentium
alter Saxonici juris ſit gnarus,
Balth. Kauxdorff. *in diſp. inaugur.*
de Privil. Elect. Saxon. de non evo-
cando & non appellando, th. 9. §. 3.
Ex qvo porrò fit, † ut ſi plures ad 23
aſſidendum præſentantur, Origi-
narii cujuslibet circuli præferan-
tur, Joach. Mynſing. *cent. 4. obſer-*
vat. 31. ex Ordin. part. 1. tit. 4. qvia
nempe jus Statutarium ſcire præ-
ſumuntur, *arg. l. 2. §. 43. ff. de orig.*
jur. Kauxdorff. *dict. loc.* † Conceſſe- 24
rim tamen, juris Saxonici igno-
rantiam, cauſam hujus privilegii
ſaltem minùs principalem eſſe in
ditionibus Elector. & Ducum Sa-
xon. qvia & hæc aliis ſubnectitur
cauſis, uti apparet ex tenore pri-
vilegii Ferdinandini *de Anno 1555.*
apud Limnæum *dict. loc.*

SECTIO IV.

Quemadmodum privilegia de Non evocando & Non appellando omnibus Electorum provinciis, ita adverſus omnia alia judicia, adeoq; etiam Judicium aulicum Cæſareum data ſunt atq; conceſſa.

SUMMARIA.

1. *Non restringenda sunt privilegia hæc Electorum ad primi acqvirentis provincias.*
2. *In omnibus Electorum provinciis vigent hæc privilegia. n.3.*
4. *Competunt hæc privilegia adversus qvævis alia judicia. n.5.6.*
7. *Etiam contra judicia Ecclesiastica.*
8. *Num etiam adversus judicium aulicum Cæsareum?*
9. *Persona concedentis privilegium in eo videtur excepta.*
10. *Princeps seipsum privilegio obstringere potest.*
11. *Qvod fecit Imp. in concessione privil. de Non evocando & Non appellando.*
12. *Non competunt hæc privilegia contra judicium Cæsareum in casu denegatæ justitiæ. n.13.*

1 NImis coarctant privilegia de Non evocando & Non appellando, qvi ad solas Electorum provincias, qvas primi acqvirentes habuerunt, ea restringunt, qvibus oppono vulgatum illud juris axioma: *privilegia Principis latissimè esse interpretanda, l. ult. ff. de Constit. Princip.* Phil. Dec. *ad l. 68. ff. de*
2 *Reg. jur. n 12.* † Ac utrumq; privilegium de Non evocando & Non appellando, ad omnes indifferenter Archiprincipum Electorum ditiones & provincias etiam posteà acqvisitas trahendum esse, generalitas verborum *in Aur. Bull. tit. 11.* luculenter evincit, *ibi:* Wes Standes/ Wesens und Würdens die seyn/ uff einiges Anklägers anhalten/ ausser derselben Ertzstifft/ Gebiet und Landen/ und deren Zugehörungen aneinander gericht/ sollen oder mögen *citiret*, geladen und gezogen werden. Et † posteà: 3
Daß keinem Grafen/ Freyen/ Edlen/ Lehen-mann/ Vasallen/ Burgkmann/ Ritter/ Knecht/ Bürger oder Bauersmann/ auch keiner Person oder Einwohnern/ so gedachten Churfürsten unterworffen / von *Processen*, Bey- oder End Vrtheilen/ etc. an kein ander frembd Gericht zu *appelliren* erlaubet seyn soll/ etc. qvæ verba qvia generaliter loqvitur, etiam generaliter accipi debent, *l. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst.* Nicol. Everhard. *in topic. loc. à generalitate 5. n. 2.*

Ex qvo ipso etiam fundamento privilegia hæc de Non evocando & Non appellando † adversus 4
qvodvis aliud judicium fuisse cõcessa, fatebitur qvivis ultrò, qvi generalitatem verborum *in dict. tit. 11. Aur. Bull.* Daß kein Vnterthaner

thaner an einander/ oder auch ei-
nes andern/ denn der Churfürsten
oder dero verordnetẽ Richter/ Ge-
richte sollen oder mögen *citiret*, ge-
laden und gezogen werden/ & post-
eà: an kein ander frembd Gericht
zu *appelliren* erlaubet seyn soll. benè
5 pensitaverit. † Ergò etiam adver-
sus judicium Curiale, Käyserlich
Hoffgericht: Provinciale, Käyser-
lich LandGerichte: Secretum
Westphalicum, heimlich West-
phälisch Gerichte/ Freygeding/
Freygerichte/ Freystul: Rotwi-
6 lense: Camerale Spirense. † Qvod
non parùm confirmant verba
Privilegii Sigismundi Imperato-
ris: Daß ihre Edlen/ Ritter/
Knechte unnd Unterfassen in dem
Churfürstenthumb zu Sachsen/
uñ andern seinen Landen/ Fürsten-
thümen/ Gesessene für keinen an-
dern Richter oder Gerichte/ noch
sonsten zu Rechte/ denn allein für
dem obgenanten Hertzog Friedri-
chen und seinen Erben/ oder für ih-
ren Amptleuten/ in denen Gerich-
ten/ darinnen sie gesessen seyn/ und
darein sie gehören/ umb einigerley
Sache willen pflichtig seyn sollen
7 zu stehen und zu antworten. † Qvin
nec judicia Ecclesiastica putave-
rim excepta, sed & istis privilegia
hæc tutò opponi: annuit ipsemet
Pontifex Martinus V. in privile-
gio dato *Romæ an. 1422.* Friderico I.
Electori, qvando inqvit: *Autori-
tate apostolica tenore præsentium sta-
tuimus & ordinamus, qvod nullus ex
subditis tam universitatibus Civita-
tum, oppidorum & villarum, qvàm
singularibus personis prædictis, & in
ipsius Marchionis dominio degenti-
bus, cujuscunq; etiam dignitatis, sta-
tus & conditionis fuerit, pro qvibus-
cunq; civilibus & criminalibus causis
per qvospiam, qvamvis etiam sedis
apostolicæ autoritate fulgentes, qva-
rumlibet literarum Apostolicarum
hactenus impetratarum, vel in poste-
rum impetrandarum, qvæ de præsen-
ti indulto, plenam & expressam, ac
de verbo ad verbum mentionem
non fecerint, vigore, extra Diœcesin
citari vel conveniri, aut aliàs ad ju-
dicium evocari possit vel debeat qvo-
qvo modo.*

† At num etiam adversus judi- 8
cium aulicum Cæsareum, den
Käyserl. Reichshoffrath/ ipsumq;
adeò Cæsarem, privilegia de Non
evocando & appellando conces-
sa autumabimus? Negare si qvis
id voluerit, haud destitutus vide-
bitur fundamento, † cum perso- 9
na concedentis in privilegio sem-
per censeatur excepta, qvodqve
privilegium, qvàm maximè pot-
est, sit restringendum, Curt. *consil.
5. in pr.* † Sed & Princeps privile- 10
gium concedendo juri suo renun-
ciare, seqve ipsum privilegio ob-
strin-

stringere potest saltem ex propriâ conventione, *arg.l.5. C. de Obligat. & act.* qvod & hoc loco Imp. fecisse, ut fateamur, cogit nos † non modò generalitas verborum *in Aur. Bull. dict. tit. 11.* An kein ander frembd Gerichte. & in privilegio Sigismundino: Für keine andere Richter oder Gerichte / noch sonsten zu Rechte/ dann allein für obgenandten Hertzog Friedrich unnd seinen Erben und für ihren Amptleuten/ in den Gerichten/ dariñen sie gesessen seynd. Item: Daß sie auch niemand vor einig Landgerichte oder andere Gerichte auswendig der ehegenanten Landen/ ꝛc.

12 † Sed & specialis exceptio judicii aulici Cæsarei in solo casu denegatæ justitiæ, facta *in verb. dict. tit. 11. Aur. Bull.* Do aber des Recht nicht mitgetheilet werden wolte/ sol allen den vorgemelten/ welchen das Recht versaget worden/ einig und allein an den Käyserlichen Hoff und Gerichte/ ꝛc. zu *appelliren* zugelassen seyn. † ex qvo dicendum, regulariter appellationibus à sententiis Electorum ad Imperatorem haut locum dari. Nam qvi sibi suoq; Judicio curiali vel aulico in uno saltem casu cognitionem reservat, in aliis ei renunciat, siqvidem exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, *secundum vulgata.* 13

SECTIO V.

Ea vis est Privilegiorum de Non evocando & Non appellando, ut ne qvidem Subditi Electorum ad aliud tribunal citati, comparere & fori incompetentiam allegare teneantur; neqve privilegiis renunciare qveant, ut maximè id facere velint.

SUMMARIA.

1. *Privilegium de Non evocando ad alios Imperii Status extensum.*
2. *Ipsos Electores & Imperii Status privilegium de Non evocando haud concernit.*
3. *Status Imperii coram Judicio Camerali conveniuntur.*
4. *Num Subditi Statuum ad aliud tribunal citati comparere, & de fori incompetentiâ excipere teneantur?*
5. *De jure communi privilegium non sufficit allegari, sed probandum id est. num. 6.*
7. *Fallit hoc, si privilegium omnibus sit notorium.*

8. Suffi-

QVod specialiter Archi-Principibus Electoribus à Carolo IV. Imp. in Aureâ Bullâ indultum, ut scilicet eorum subditi ad aliud
1 tribunal evocari neqveant, † id subseqventium Impp. conniventiâ ad alios qvoq; Imperii Status fuit extensum. Ex qvo hodiè Romanorum Rex jurat, qvod Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumq; Imperii Statuum subditos, ab ordinariis eorum judicibus evocare nolit, *in Capitulat: Cæ-*
2 *sar. Supr. cap. 9.* † Solos tamen subditos Electorum & Statuum, non etiam ipsos Electores & Status privilegium de Non evocando concernit: Etenim cum *Aur. Bull. in tit. 11.* disertis verbis mentionem faciat Subditorum, non obscurè innuit, ad Electores ipsos beneficium ejus privilegii non extendi.
3. † Qvin ergò ipsimet coram Judicio Camerali conveniri qveant, dubium prorsus non est, Thom. Michaël. *de jurisd. th. 26. lit. e:* Domin. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 19.*

† Num autem subditi privilegio de Non evocando, vel Non 4
appellando suffulti, ad aliud tribunal si citentur, comparere, foriq; incompetentiam allegare teneantur, non usqve adeò expeditum videtur? Nam † de jure com- 5
muni non sufficit privilegium allegari, sed citatus compareat necesse est, foriq; privilegium proponat, qvo judex summariè cognoscere possit, an sua sit jurisdictio, *l. 2. §. sed si dubitetur, l. si quis ex alienâ. ff. de judic.* Joach. Mynsing. *cent. 2. observat. 9. n. 2.* Neq; in Camerâ Imperiali aliud observatur, sed in extrahendis sive decernendis Processibus ad fundandam Cameræ jurisdictionem, statur

lumen, Asylum collitigantium oppressorum, domesticæ disciplinæ, legum, morum, totiusq; Reipublicæ propugnaculum & incorruptissimum judicum Imperii Dicasterium, Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 16. n. 4.* In hoc Imperator unà cum Statibus Imperii per Camerales, sententias Magistratuum inferiorum iniqvas reformat, jusq; suum cuiq; tribuit.

Sive autem in Camerâ sive in aula Cæsareâ causæ appellationum ventilentur, semper Imperator providebit, qvo jus æqvè administretur, idq; eò magis, † 16 qvod de sententiâ Imperatoris nullus detur ad alium regressus: Stultum namq; habetur admonere illud, à Principe appellare fas non esse, cû ipse sit, qvi provocatur, inqvit Ulpian. *in l. 1. §. 1. ff. à qvib. appel. non lic.* † 17 Et erronea prorsus est illorum sententia, qvi ab Imperatore ad Papam appellari autumant: nec enim causæ seculares extra Imperium Romanum sunt trahendæ, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 7.* adeoq; consvetudo ista, ut in prophanis ad Papam appelletur, corruptelæ potius nomine digna est, per tradita Mynsing. *1. observat* 14. Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 43.* † 18 Ab Imperatore eqvidem malè informato & instructo, ad melius informandum & instruendum appellare permissum esse, multis probat Joh. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10.* ubi Ludovicum Borbonium Principem Condæum, à Francisco II. Rege Franciæ hunc in modum provocasse scribit. Et Principes ac Duces Lüneburgenses Henricum & Wilhelmum, *in causâ inter ipsos ab una, & civitatem Magdeburgensem ac Hamburgensem ab alterâ parte vertente, Anno 69. Mens. Augusto,* à Cæsare malè informato ad ejus Majestatem meliùs informandam provocâsse, testatur Johan. Dauth *de testam. fol. 68. n. 36.* † 19 Sed hæc appellatio est irregularis, Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 242.*

SECTIO III.

Duplici gaudent privilegio Archiprincipes Electores circa Justitiæ administrationem, nimirum de Non evocando: & de Non appellando; Qvæ duo privilegia ab invicem sunt distincta, Horum qvisnam sit autor? qvæq; causa?

SUMMA-

SUMMARIA.

1. *Circa justitiæ administrationem Electoribus non præjudicandum in suis privilegiis.*
2. *Gaudent Electores privilegio de Non evocando.*
3. *Nec non privilegio de Non appellando. n. 4.*
5. *Privilegia hæc in Capitulatione confirmantur.*
6. *Utriusq; privilegii autor est Carolus IV. Imperator.*
7. *Notatur Zinzerling, originem honorum privilegiorum à Sigismundo Imperatore repetens.*
8. *Refellitur opinio Zinzerlings.*
9. *Privilegium de Non evocando confirmatum à Sigismundo Imp.*
10. *Ferdinandus I. innovavit privilegium de Non appellando.*
11. *Confundit Zinzerling privilegium de Non evocando cum privilegio de Non appellando.*
12. *Distincta sunt hæc duo privilegia. n. 13.*
14. *Rationes & causæ horum privilegiorum. n. 15. 16. 17.*
18. *Incommoda subditorum in locis remotis appellationes exercentium. n. 19.*
20. *Ignorantia juris Saxonici non est causa vera privilegii de Non appellando. n. 21.*
22. *In Camerâ judicatur secundùm jura inferiorum tribunalium.*
23. *Originarii cujuslibet Circuli recipiuntur ad Assessores Cameræ.*
24. *Ignorantia juris Saxonici causa minus principalis privilegii de Non appellando.*

CIrca Justitiæ administrationem in dirigendo processu à Camerâ vel Judicio Imperatoris aulico probè attendendum venit,
1 † ne Archiprincipibus Electoribus in privilegiis suis de Non evocando & Non appellando præjudicetur, vel qvicqvam iis detrahatur. Non enim Subditi Electorum ad aliud tribunal, præterqvã
2 ipsorum evocari possũt; † de qvo ita loqvitur *art. 11. Aur. Bull.* Daß keine Graffen/Freyen/ Edlen/ Lehenleute/ *Vasallen*, Bürckleute/ Ritter/Knechte/Bürger/auch keine Personen/ so denen Ertzstifften Cöllen/Meintz uñ Trier zugehören uñ unterworffen/wes Standes wesens uñ würden die seyn/ uf einiges anklägers anhalten/ausser derselbẽ Ertzstifft/ Gebiet und Landen/und deren

deren Zugehörungen an einander/ oder auch eines andern/ den der Ertzbischoffen von Meintz/ Trier und Cölln/ oder den verordneten Richter/ Gerichte/ sollen oder mögen *citiret*, geladen und gezogen werden/ ꝛc. † De Privilegio autem de Non appellando Electoribus concesso sic habent verba *Aur. Bull. dict. tit.* 11. Und ordnen wir hiemit austrücklich/ daß keinem Graffen/ Freyen/ Edlen/ Lehenman/ *Vasallen*, Burgman/ Ritter/ Knecht/ Bürger oder Bawersman/ auch keiner Personen oder Einwohnern/ so gedachten Ertzstifften unterworffen/ wes Standes/ würdens oder wesens die weren/ von *Processen*, Bey-oder Endurtheln/ so an ihrer der Ertzbischoffen und Ertzstifften/ oder auch deren Beampten Gericht angestellet und ergangen/ oder ins künfftig angestellet werden und ergehen möchten/ an kein ander frembd Gericht zu *appelliren* erlaubet seyn sol/ ꝛc. *junct.* §. *ult. dict. tit.* 11. Und eben solche *Constitution* (*scilicet, de non evocando & non appellando*) wollen wir in Krafft gegenwertigen unsers Käyserlichen Gesetzes auff die Durchläuchtige Pfaltzgraffen beym Rhein/ Hertzogen zu Sachsen/ und Marggraffen von Brandenburg/ als weltliche Churfürsten/ deren ireltliche Erben/ Nachkommen und Unterthanen vollkömlich erstrecket haben. 5

† Electoribus itaq; indifferenter omnibus tàm politicis sive secularibus, qvàm ecclesiasticis, privilegia de Non evocando & Non appellando, Sanctione hâc Aureæ Bullæ fuêre indulta, † qvæ & ipsis in Capitulatione Cæsareâ à Rege Romanorum confirmantur, *in* §. Wir sollen und wollen auch die Churfürsten/ ꝛc. *in verb.* Sondern sie alle unnd jeden insonderheit im Reich laut der Güldenen Bull/ auch wie des Heiligen Reichs Ordnungen und Gesetz vermögen/ bevorab auch bey der ersten austrücklichen *instantz* verbleiben lassen. 4 5

Ex qvo porrò apparet, † utriusq; privilegii autorem fuisse Carolum IV. Imperatorem, qvi promulgatione Aureæ Bullæ id beneficii Archiprincipibus Electoribus indulsit, ne subditos ipsorum ad tribunal extraneum evocare, vel ab eorundem sententiis appellare, cuiqvam fas sit. Non eqvidem me fugit, † Zinzerling *in disputat. de appellat.* originem horum Privilegiorum in Electoratu Saxoniæ altius atq; à Sigismundo Imperatore *ab anno 1423.* haud repetere, eumq; autorem cõstituere: ex verbis privilegii Sigismundini: nach Christi Geburt im 1400. und darnach im 23. Jahre an unser lieben Frawen 6 7

Frawen Tage *Annunciationis.* Sed mehercle fallit, postquam jam
8 anteà † ex *Aurea Bulla Anno 1356. Jan. 10. ab Imp. Carolo IV. promulgata*, Electoribus privilegia hæc competiisse demonstravimus. Nec enim Sigismundus Imperator privilegium de Non evocando Domui Saxonicæ de gente Misnicâ demum concessit, veluti
9 autumat Zinzerling. *dict. loco.* † Sed qvod jam antè Domui Saxonicæ in gente Anhaltinâ per Auream Bullam datum erat, in Misnensem *anno 1423.* transtulit saltem, & per occasionem novæ investituræ renovavit & confirmavit, Fridericum è Stirpe Misnicâ Presburgi in Hungariâ de Electoratu Saxon. cum omnibus privilegiis ac juribus investiendo: Mit allen Ehren / Rechten / Gnaden / Freyheiten / *Privilegien*, Handvesten / die zu dem Hertzogthum zu Sachsen von alters gehöret / Petr. Albin. *in Chron. Misn. tit. 16.* Frider. Hortled. *de caus. belli german. lib. 4.*
10 *cap. 9.* † Perinde ut privilegium de Non appellando per *Aur. Bull. dict. tit. 11. à Carolo IV.* datum Ferdinandus I. innovavit & confirmavit, *in Privileg. Ferdinandino*, qvod cuivis legenti liqvidum apud Johann. Limnæum *tom. 1. de jur. publ. lib. 3. cap. 10. n. 41.* & Ayrerum *part. 2. process. hist. c. 4. observat. 2. pag. 514.*

Labitur † qvoq; in eo Zinzer- 11
ling. *dict. Diss. de appellat. conc. 70.* qvod privilegium de Non evocando cum privilegio de Non appellando confundit, & utrumq; pro uno eodemq; venditat. In qvo ipsi assentitur Limnæus *lib. 3. de jur. publ. cap. 2. n. 67. & cap. 10. n.*
57. † Etenim distincta esse hæc duo 12
privilegia, tenor *tit. 11. Aur. Bull.* luculenter evincit. *Primò* enim Subditi Electorum ad qvodcunq; tribunal extraneum evocari vetantur, Dom. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 11.* Gerlac. Buxdorff. *dissert. ad Aur. Bull. concl. 94.* *Altero* verò constituitur, ut nulli Comiti, Baroni, Nobili, Vasallo vel Rustico Electorum ab ipsorum sententiis vel etiam judicum eorundem appellare liceat, Arum. *dict. disc. 5. th. 13.* † Qvin & diver-
sitatem horum privilegiorum in- 13
nuit privilegium Ferdinandinum *in verb.* Es were auch unsers Vorfahren am Reich weiland Käysers Sigismundi hochlöblicher Gedächtnüß *Privilegium* vorhanden / damit seine Liebe als Römischer Käyser die Chur- und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet / darin versehen / daß niemand des Hauses Sachsen Unterthanen für andere Gerichte ziehen un̄ laden solte. Welches auch auff die *Appellation*, daß dieselbe niemand von ihren Ge-

Gerichten an andere Ort fürnehmē solte/verstandē worden/apud Limnæum *dict. cap. 10.* & Ayrer. *dict. loc.*

Rationem porrò horum privi-
14 legiorum † si qvis scire aveat, respondemus, Magnificentiam, curam & sollicitudinem ArchiPrincipum Electorum pro rebus Imperii tantam gratiam tantumq; favorem promeruisse. Noluit etenim Justinianus Imp. à magnificis suis judicibus appellari, *in l. in offerendis C. de appellat.* A præfectis qvoq; urbi inhibita fuit appellatio, Gvid. Panciroll. *cap. 25. in not. Orient. Imp.* Neq; à Præfecto prætorio appellare Principem licuit, *l. 1. ff. de offic. præfect. prætor.*
15 Cassiod. *cap. 3. lib. 6. variar.* † Octo qvoq; Curiæ majores Francorum, qvatuor Hispanorum, Rota Romanorum, qvadraginta Venetorum, Curia Neapolitana, Mediolana, pleraq; judicia tùm publica tùm privata disceptant ac definiunt extra provocationem, Joh. Bod. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Et solet interdum Imperator dare judicem, ait ICtus, ne liceat ab eo provocare, *l. 1. §. 4. ff. à qvib. appell.*
16 *non lic.* † Nimirum qvod singularis qvandoq; judicum industria, fidesq; ipsorum explorata hanc prærogativam reqvirat; Qvidni ergò in Imperio Romano-Germanico eadem Archiprincipibus Electoribus attribueretur? qvippe † qvi suis consiliis suisq; labori- 17
bus pro orbe Romano die noctuq; laborant, in solicitudinis, curarum, consiliorum & laborum partem ab Imp. assumti, *dur. Bull. Caroli IV. tit. 7. & tit. 12. in pr. tit. 26.* Et qvare jura principalia culmen aliqvod præcipuum non haberent, cum Imperialis tamen fortuna omnes alias superemineat? *l. 7. C. de bon. qvæ liber.*

† Ut taceamus pericula & in- 18
commoda subditorum in locis longè remotis appellationes exercentium: qvorum causa Imperator Justinianus Cypro & Cycladibus insulis, qvarum caput Rhodus est, necessitatem appellandi remittit, ne teneantur forsan etiam super pecuniis non magnis & hyemis tempore appellationes in locis longè remotis exercere; & periclitari: & peragere maria lōgissima: & appellere in regionibus infestatis à barbaris; *in Novell.* 41. & 50. qvas conjungendas, docet Jacob. Cujac. *ad dict. Novell.* *41.* † Qvas causas etiam Impera- 19
torem Carolum IV. ad concessionem horū privilegiorum procul dubio commovisse, liqvet ex verbis generalibus privilegii Sigismundini de Non evocando: Und des Willen / das desselben Reichs Unterthanen stetiglich an ihrem

Be-

sen zunehmē/ꝛc. Nempe magis propitium DEUM habent Principes, cum tantoperè curant, ne qvid detrimenti subditi accipiant, *Novell. 149. cap. 3.*

20 Abeant ergò, † qvi juris Saxonici in aliis Imperii judiciis ignorantiam, causam principalem privilegii de Non appellando asserunt, Dom. Arum. *in disc. 5. ad Aur. Bull. concl. 15.* Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. tit. 11.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 15.* Petr. Heig. *lib. 1. quæst. 4. n. 42.* Qvod vel inde refellitur, qvia Electores universi id privilegium habent: tametsi jus Saxonicum non sit observandum in Moguntini, Trevirensis, Coloniensis, Palatini ditionibus extra Saxoniam sitis, sed Franconicum.

21 † Et si vera esset hæc ratio, neq; ex aliis omnibus provinciis, in qvibus adhuc vel in totū, vel ex parte saltem superest jus Saxonicum, appellandum esset, Andr. Knich. *de Saxon. nor. prov. jur. verb. jus. cap. 3. n. 28.* Zinzerling *in disputat. de appellat. concl. 70.* qvod tamen falsum, qvivis concedit;

22 † Ac porrò ratio hæc propterea est infirma, qvod etiam in Camerâ & qvovis summo judicio judicetur secundùm Statuta, jus atq; consvetudinem inferiorum tribunalium, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 57.* Andr. Gail *lib. 1. observat. 36. n. 14.* inq; distributione actorum in Camerâ hoc attendatur, ut referentium alter Saxonici juris sit gnarus, Balth. Kauxdorff. *in disp. inaugur. de Privil. Elect. Saxon. de non evocando & non appellando, th. 9. §. 3.* Ex qvo porrò fit, † ut si plures ad assidendum præsentantur, Originarii cujuslibet circuli præferantur, Joach. Mynsing. *cent. 4. observat. 31. ex Ordin. part. 1. tit. 4.* qvia nempe jus Statutarium scire præsumuntur, *arg. l. 2. §. 43. ff. de orig. jur.* Kauxdorff. *dict. loc.* 23

† Concesserim tamen, juris Saxonici ignorantiam, causam hujus privilegii saltem minùs principalem esse in ditionibus Elector. & Ducum Saxon. qvia & hæc aliis subnectitur causis, uti apparet ex tenore privilegii Ferdinandini *de Anno 1555.* apud Limnæum *dict. loc.* 24

SECTIO IV.

Quemadmodum privilegia de Non evocando & Non appellando omnibus Electorum provinciis, ita adversus omnia alia judicia, adeoq; etiam Judicium aulicum Cæsareum data sunt atq; concessa.

SUMMARIA.

1. *Non restringenda sunt privilegia hæc Electorum ad primi acqvirentis provincias.*
2. *In omnibus Electorum provinciis vigent hæc privilegia. n.3.*
4. *Competunt hæc privilegia adversus qvævis alia judicia. n.5.6.*
7. *Etiam contra judicia Ecclesiastica.*
8. *Num etiam adversus judicium aulicum Cæsareum?*
9. *Persona concedentis privilegium in eo videtur excepta.*
10. *Princeps seipsum privilegio obstringere potest.*
11. *Qvod fecit Imp. in concessione privil. de Non evocando & Non appellando.*
12. *Non competunt hæc privilegia contra judicium Cæsareum in casu denegatæ justitiæ. n.13.*

1 NImis coarctant privilegia de Non evocando & Non appellando, qvi ad solas Electorum provincias, qvas primi acqvirentes habuerunt, ea restringunt, qvibus oppono vulgatum illud juris axioma: *privilegia Principis latissimè esse interpretanda, l. ult. ff. de Constit. Princip.* Phil. Dec. *ad l. 68. ff. de*
2 *Reg. jur. n 12.* † Ac utrumq; privilegium de Non evocando & Non appellando, ad omnes indifferenter Archiprincipum Electorum ditiones & provincias etiam posteà acqvisitas trahendum esse, generalitas verborum *in Aur. Bull. tit. 11.* luculenter evincit, *ibi:* Wes Standes/ Wesens und Würdens die seyn/ uff einiges Anklägers anhalten/ ausser derselben Ertzstifft/ Gebiet und Landen/und deren Zugehörungen aneinander gericht/ sollen oder mögen *citiret*, geladen und gezogen werden. Et † posteà: 3
Daß keinem Grafen/ Freyen/ Edlen/Lehen-mann/Vasallen/Burgkmann/ Ritter/ Knecht/ Bürger oder Bauersmann/auch keiner Person oder Einwohnern/ so gedachten Churfürsten unterworffen / von *Processen*, Bey- oder EndVrtheilen/ &c. an kein ander frembd Gericht zu *appelliren* erlaubet seyn soll/ &c. qvæ verba qvia generaliter loqvitur, etiam generaliter accipi debent, *l. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst.* Nicol. Everhard. *in topic. loc. à generalitate 5. n. 2.*

Ex qvo ipso etiam fundamento privilegia hæc de Non evocando & Non appellando † adversus 4
qvodvis aliud judicium fuisse cōcessa, fatebitur qvivis ultrò, qvi generalitatem verborum *in dict. tit. 11. Aur. Bull.* Daß kein Vnterthaner

thaner an einander/ oder auch eines andern/ denn der Churfürsten oder dero verordnetē Richter/ Gerichte sollen oder mögen *citiret*, geladen und gezogen werden/ & posteà: an kein ander frembd Gericht zu *appelliren* erlaubet seyn soll. benè
5 pensitaverit. † Ergò etiam adversus judicium Curiale, Käyserlich Hoffgericht: Provinciale, Käyserlich LandGerichte: Secretum Westphalicum, heimlich Westphälisch Gerichte/ Freygeding/ Freygerichte/ Freystul: Rotwi-
6 lense: Camerale Spirense. † Qvod non parùm confirmant verba Privilegii Sigismundi Imperatoris: Daß ihre Edlen/ Ritter/ Knechte unnd Unterfassen in dem Churfürstenthumb zu Sachsen/ uñ andern seinen Landen/ Fürstenthümen/ Gesessene für keinen andern Richter oder Gerichte/ noch sonsten zu Rechte/ denn allein für dem obgenanten Hertzog Friedrichen und seinen Erben/ oder für ihren Amptleuten/ in denen Gerichten/ darinnen sie gesessen seyn/ und darein sie gehören/ umb einigerley Sache willen pflichtig seyn sollen
7 zu stehen und zu antworten. † Qvin nec judicia Ecclesiastica putaverim excepta, sed & istis privilegia hæc tutò opponi, annuit ipsemet Pontifex Martinus V. in privilegio dato *Romæ an. 1422.* Friderico I. Electori, qvando inqvit: *Autoritate apostolicâ tenore præsentium statuimus & ordinamus, qvod nullus ex subditis tàm universitatibus Civitatum, oppidorum & villarum, qvàm singularibus personis prædictis, & in ipsius Marchionis dominio degentibus, cujuscunq; etiam dignitatis, status & conditionis fuerit, pro qvibuscunq; civilibus & criminalibus causis per qvospiam, qvamvis etiam sedis apostolicæ autoritate fulgentes, qvarumlibet literarum Apostolicarum hactenus impetratarum, vel in posterum impetrandarum, qvæ de præsenti indulto, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum mentionem non fecerint, vigore, extra Diœcesin citari vel conveniri, aut aliàs ad judicium evocari possit vel debeat qvoqvo modo.*

† At num etiam adversus judicium aulicum Cæsareum, den Käyserl. Reichshoffrath/ ipsumq; adeò Cæsarem, privilegia de Non evocando & appellando concessa autumabimus? Negare si qvis id voluerit, haud destitutus vide- 8
bitur fundamento, † cum persona concedentis in privilegio semper censeatur excepta, qvodqve privilegium, qvàm maximè potest, sit restringendum, Curt. *consil.* 9
5. in pr. † Sed & Princeps privilegium concedendo juri suo renunciare, seqve ipsum privilegio ob- 10

stringere potest saltem ex propriâ conventione, *arg. l. 5. C. de Obligat. & act.* qvod & hoc loco Imp. fe-
11 cisse, ut fateamur, cogit nos † non modò generalitas verborum *in Aur. Bull. dict. tit. 11.* An kein ander frembd Gerichte. & in privilegio Sigismundino: Für keine andere Richter oder Gerichte / noch sonsten zu Rechte / dann allein für obgenandten Hertzog Friedrich unnd seinen Erben und für ihren Amptleuten / in den Gerichten / darinnen sie gesessen seynd. Item: Daß sie auch niemand vor einig Landgerichte oder andere Gerichte auswendig der ehegenanten Landen / 2c.
12 † Sed & specialis exceptio judicii aulici Cæsarei in solo casu denegatæ justitiæ, facta *in verb. dict. tit. 11. Aur. Bull.* Do aber das Recht nicht mitgetheilet werden wolte / sol allen den vorgemelten / welchen das Recht versaget worden / einig und allein an den Käyserlichen Hoff und Gerichte / 2c. zu *appelliren* zugelassen seyn. † ex qvo dicen- 13
dum, regulariter appellationibus à sententiis Electorum ad Imperatorem haut locum dari. Nam qvi sibi suoq; Judicio curiali vel aulico in uno saltem casu cognitionem reservat, in aliis ei renunciat, siqvidem exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, *secundum vulgam.*

SECTIO V.

Ea vis est Privilegiorum de Non evocando & Non appellando, ut ne qvidem Subditi Electorum ad aliud tribunal citati, comparere & fori incompetentiam allegare teneantur; neqve privilegiis renunciare qveant, ut maximè id facere velint.

SUMMARIA.

1. Privilegium de Non evocando ad alios Imperii Status extensum.
2. Ipsos Electores & Imperii Status privilegium de Non evocando haud concernit.
3. Status Imperii coram Judicio Camerali conveniuntur.
4. Num Subditi Statuum ad aliud tribunal citati comparere, & de fori incompetentiâ excipere teneantur?
5. De jure communi privilegium non sufficit allegari, sed probandum id est, num. 6.
7. Fallit hoc, si privilegium omnibus sit notorium.

8. Suffi-

8. Sufficit hoc privilegium ex Aur. Bull. in scriptis saltem à citatis allegari. num. 9. 10.
11. An Subditi Electorum privilegiis de Non evocando & Non appellando renunciare valeant?
12. Negativa sententia verior. n. 14.
13. Non potest quis renunciare juri suo in tertii præjudicium.
15. Privilegia hæc Electorum verbis prohibitivis sunt concepta.
16. Clausula quoq; cassatoria privilegiis annexa.
17. Juribus cum clausula cassatoria non potest renunciari.
18. Resp. ad privilegium Sigismundinum.
19. Subditi tamen Electorum & Ducum Saxoniæ volentes coram alio judice stare queunt.

QVod specialiter Archi-Principibus Electoribus à Carolo IV. Imp. in Aureâ Bullâ indultum, ut scilicet eorum subditi ad aliud
1 tribunal evocari neqveant; † id subseqventium Impp. conniventiâ ad alios qvoq; Imperii Status fuit extensum. Ex qvo hodiè Romanorum Rex jurat, qvod Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumq; Imperii Statuum subditos, ab ordinariis eorum judicibus evocare nolit; *in Capitulat. Cæ-*
2 *sar. Supr. cap. 9.* † Solos tamen subditos Electorum & Statuum, non etiam ipsos Electores & Status privilegium de Non evocando concernit: Etenim cum *Aur. Bull. in tit. 11.* disertis verbis mentionem faciat Subditorum, non obscurè innuit, ad Electores ipsos beneficium ejus privilegii non extendi.
3 † Qvin ergò ipsimet coram Judicio Camerali conveniri qveant, dubium prorsus non est, Thom. Michaël. *de jurisd. th. 26. lit. e.* Domin. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 19.*

† Num autem subditi privilegio de Non evocando, vel Non 4
appellando suffulti, ad aliud tribunal si citentur, comparere, foriq; incompetentiam allegare teneantur, non usqve adeò expeditum videtur? Nam † de jure com- 5
muni non sufficit privilegium allegari, sed citatus compareat necesse est, foriq; privilegium proponat, qvo judex summariè cognoscere possit, an sua sit jurisdictio, *l. 2. §. sed si dubitetur, l. si qvis ex alienâ. ff. de judic.* Joach. Mynsing. *cent. 2. observat. 9. n. 2.* Neq; in Camerâ Imperiali aliud observatur, sed in extrahendis sive decernendis Processibus ad fundandam Cameræ jurisdictionem, statur

narratis supplicantis tantisper, donec in Processu causæ contrarium probetur, Andr. Gail *lib.1. observat.31.* † ac notum est, privilegiatum, si non compareat jusqve suum doceat, privilegii sui fructu privari, *l.7.C. de appellat.* imò mulctari, secundum Bartol. *in l. 2.ff. si qvis in jus vocat. non ier.* Qvibus omninò conseqvens, subditos Electorum ad tribunal aliud citatos non gaudere suo privilegio, priusqvam compareant, illudqve allegent ac probent. † Hoc ita dicendum foret, si non publicè notorium esset omnibus privilegium de Non evocando vel Non appellando, qvippe publicâ lege in Aureâ Bullâ promulgatum, totiq; orbi manifestatum. Qvid ergò opus de eo docere, qvod jam anteà omnibus est probatũ. † Sufficit itaq; tenorem Bullæ Carolinæ in scriptis saltẽ allegari, Mynsing. *cent.3. observ. 6.* Dom. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 16.* Balth. Kauxdorff. *in disput. inaugur. de privil. Saxon. de non evocando & non appellando. th.23.* † Qvô & facit doctrina Andr. Gailii *in dict. observat. 31.* jurisdictionem scilicet Cameræ fundatam haud esse, qvando falsa supplicationis narrata judici notoriè cõstant, uti in casu præsenti ex insinuatione privilegii Cameræ factâ, *Recess. Imper. de anno 1570.* §. Wir setzen/ ordnen und wollen/ ꝛc. † ubi porrò constitutum atq; mandatum, ut in decernendis processibus ratio privilegii istius habeatur accurata, *in* §. Wir ordnen. *verb.* Vnd damit unser CammerRichter und Beysitzer sich darnach in ertheilung der *Proceß* und sonsten darauff der Gebühr zuverhalten wissen/ ꝛc. Dom. Arum. *dict. concl.16.* qvod posteà *an.1600.* fuit repetitum, Petr. Denays. *verb. appellationis privilegia. n.30.*

Qvid autem † si Subditi Electorum privilegiis de Non evocando & Non appellando renunciare, & ad aliud tribunal evocati, scientes comparere velint? Ipsorum arbitrio id relictum autumat Balthas. Kauxdorff. *dict. Disput. de non evocando & non appell. th.24.* ex verbis privilegii Sigismundini: Sie thun es denn von ihren guten Willen. & renovationis Caroli V. Imper. *Wormatiæ d.2. Maji. an. 1521.* factæ: Jedoch mit dem Bescheide: Es thuns dann die Vnterthanen mit gutem Willen.

† Sed valdè suspecta mihi videtur hæc assertio, postqvam certũ est, non tàm subditis Electorum, qvàm ipsis Electoribus privilegia hæc fuisse concessa, eorumq; honorem, dignitatem & præeminentiam respicere, ut dictum *supr. Sect.*

Sect.3.num.14. veluti qvoq; probat *Rubrica tit.11. Aur.Bull.* Von Freyheit der Churfürsten. Qvo prætextu itaq; à Subditis in præjudicium Electorum iis renunciare-
13 tur? † Neqve enim jura permittunt, Legibus sive Constitutionibus renunciare, qvæ non solius renunciantis, sed etiam tertii favorem & utilitatem respiciunt, *arg.l.ult.* ubi Jason & Dd. *ff. l.pen. C.de pact.* præsertim hoc casu, qvo dignitatem & magnificentiam Electorum conservari publicitus interest, ubi simpliciter renunciationi locus non datur, *l.38.* ubi Bartol. *ff. de pact.* Dd. *in l.pen. C.*
14 *eod.tit.* † Rectius itaq; statuit Gerlac Buxdorff. *ad Aur.Bull. concl.94. lit.a.* Privilegiis de Non evocando & Non appellando subditos renunciare haud posse; idemq; firmat Ludolph. Schrader *de feud.*
15 *part.10.Sect.2.n.201.* † Non solùm, qvod favori & dignitati Archi-Principum Electorum, ut modò dictum, præjudicari neqveat; sed & qvia sanctio ista privilegiata *in dict.tit.11.Aur.Bull.* verbis prohibitivis est concepta, qvo casu renunciationem cessare, tradunt Jason *in l.pen.n.16. C. de pact.* & Bald. *in l. ult. C. de edicto divi Hadr. tollend.*
16 † Qvin & probè notandum, Constitutioni privilegiariæ clausulam annullativam sive cassatoriam esse insertam, *in verb. dict.tit.11. Aur. Bull.* Auch die *Citation, Proceß,* Bey- oder EndVrtheil/ so wider die nicht erscheinende von solchen ausländischẽ Richtern gefallen unñ erkant worden oder werden möchten/ wie nicht weniger alle Gebot und Verbot/ auch alle *executiones* und Vollnstreckungen/ unnd alles das/ so hieraus und einem ieden insonderheit erfolgen und fürgenommen werden möchte/ so bald nichtig und gefallen seyn: Et posteà: Was aber wider obgemeltes alles fürgenommen und gehandelt wird/ soll so bald nichtig und gefallen seyn. Atqvi juribus, qvibus clausula il- 17
la est inserta, renunciari haut potest, Gloss. *in cap. statuam. in pr. verb. committatur. de rescript. in 6to. & in l.58. ff. de rit. nuptiar.*

Nec † adversatur privilegium 18
Sigismundinum *Kesmarci die annunciationis Mariæ anno 1423.* datum, & Renovatio Caroli V. Imperatoris. Vel enim consensus Electorum ibidem non excluditur, qvin potiùs verbis disertis, Von ihrem (nempe Electorum) guten Willen) comprehenditur. Vel dicendum qvod res est, † Sub- 19
ditis tantummodò Electorum ac Ducum Saxoniæ id favoris indultum fuisse, ut volentes coram alio judi-

judice ſtare qveant. Illud enim, nempe Privilegium Sigiſmundinum Friderico I. Saxoniæ Electori datum: Hæc autem, puta Renovatio Caroli V. Imp. Friderico Sapienti & Johanni Conſtanti, Fratribus Ducibus Sax. facta eſt. Exinde igitur ad reliqvorum Electorũ privilegia à Carolo IV. Imp. conceſſa, univerſaliter contra Auream Bullam qvicqvam inferre, admodum periculoſum eſſet.

SECTIO VI.

Utrumq; privilegium, nimirum de Non evocando & Non appellando, non ſolis Electoribus ſecularibus, ſed & eorundem Succeſſoribus, ejusdemq; familiæ Principibus conceſſum eſt.

SUMMARIA.

1. Privilegia de perſonâ in perſonam haut extendenda.
2. Cauſa privilegiorum de Non appellando & Non evocando.
3. Privilegiorum ratio in aliis Principibus, qvi Electores non ſunt, ceſſat.
4. Gaudent tamen hisce privilegiis & alii Principes Electoralium familiarum. num. 6. 11.
5. Idq; ex tenore Aureæ Bullæ.
7. Nec non ex verbis privilegii Ferdinandini.
8. Et privilegii Sigiſmundini.
9. Idemq; placuit Maximiliano I. in renovatione privilegii Sigiſmundini.
10. Ut & Rudolpho II. in renovatione privilegii de Non appellando Electori Brandenburgico facta.
12. Conſtitutio Wilhelmi III. Ducis Saxon. de anno 1446. n. 13.
14. Conſtitutio hæc à Ferdinando I. approbata.

1 IN ore eqvidem omnium verſatur, † privilegium de perſonâ in perſonam, ſive de familiâ in familiam haut extendi, Dd. *in l. ult. C. de conſtit. Princip.* privilegiaqve qvàm maximè id fieri poteſt, reſtringi debere, ne lædant jus commune, Curt. *conſil. 5. in pr.* Hoc ſi verum eſt, ecqvis inficias ibit, privilegia de Non evocando & Non appellando ſolos concernere Electores, nec ad eorundem Succesſores, Duces nimirum reliqvos Saxon. Comites Palatinos & Marchiones Brandenburgenſes pertinere: † ſi maximè cauſam horum 2 privilegiorum principaliorẽ penſitemus, qvæ eſt multiplex ſollicitudo,

citudo, qvam Electores sustinent pro Imperii qviete: nec non singularis eorundem industria, gravitas fidesq; explorata, ob qvam illos pro sapientiâ ac luce dignitatis suæ non aliter judicaturos existimavit Imperator, qvàm ipsemet esset judicaturus, ut de Præfectis prætorio dicitur *in l. 1. §.*
3 *1. ff. de offic. præfect. prætor.* † Qvæ sanè ratio in Successoribus, qvi ipsimet Electores non sunt, omninò cessare facit privilegia, *l. 2.* ubi gloss. *C. de Episc. & Cler. l. Titio Sejo. §. usurarum. ff. de legat. 2.*

Et qvidem hæc ita sese habent, si privilegia Electoribus concessa ad ipsorum Successores, Comites nimirum Palatinos Rheni, Duces Saxoniæ & Marchiones Brandeburgenses per modum ampliationis extendere velimus, qvod neutiqvam contra rationem privilegiorum concedendum esset. † Ni-
4 hilominus & hisce utrumq; privilegium de Non evocando & Non appellando competere, fateri oportet cum Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. tit. 11.* Regn. Sixtin. *de Regal. libr. 1. cap. 5. n. 15.* Petr. Heig. *libr. 1. qvæst. 4. n. 42.* Gilman. *in Symphorem. tom. 6. cap. 1. §. 6.* Dom. Arum. *in discurs. 5. ad Aur. Bull. concl. 15.* Balth. Kauxdorff. *in disp. inaug. de priv. Elect. Saxon. de Non evocando & non appellando. th. 3.* † ex ipsô privilegii 5
tenore, in *Aur. Bullâ Caroli IV. Imper. tit. 11. verb fin.* Und eben solche *Constitution* wollen wir in Krafft gegenwertigen unsers Käyserlichen Gesetzes / auff die Durchläuchtige Pfaltzgraffen beym Rhein / Hertzogen zu Sachsen und Marggraffen von Brandenburg / als weltliche Churfürsten / deren weltliche Erben / Nachkommen und Unterthanen / vollkommenlich / allermassen wie vorgemeld / erstrecket haben / etc.

6 † Non itaq; est, qvod metuamus, per nudam extensionem contra naturam privilegiorum, Principibus familiarum Electoralium qvicqvam indulgeri, cum ipsamet privilegiorum verba eis subveniant. Qvæ adhuc reperiuntur clariora † *in privilegio Fer-* 7
dinandino de Non appellando Anno 1555. emanato. Non enim de Augusto Saxone Septemviro, ejusq; heredibus & Successoribus solùm, sed nominatim etiam de Ducibus Saxoniæ, Johanne Friderico medio, Johanne Wilhelmo & Johanne Friderico juniore, eorumq; heredibus: Von ihrer aller Leibes Erben und dem gantzen Stamm und Hause zu Sachsen / expressè disponunt. † Idemq; innuunt 8
verba *privilegii Sigismundini, Friderico I. Electori Saxoniæ dati Kesmarci Anno 1423. die Annunciationis Mariæ:*

riæ: Darumb haben wir ihme und seinen Erben die besondere Gnade
19 und Freyheit gethan. † Nec abnuit Maximilianus I Imp. *in renovatione Privilegii Sigismundini, factâ an. 1497. OEniponte die 20. Augusti in verb.* Wir Maximilian wollen/ daß die ietzogenanten unser lieben Oheimen Hertzog Friedrichs unnd Hertzog Johansens zu Sachsen/ ihrer Erben unnd Nachkommen/ Leut / Edlen / Graffen / Ritter / Knecht / untersassen in Churfürstenthumb zu Sachsen / Landgraffthumb in Düringen / Marggraffthumb zu Meissen und in andern ihren Landen und Herrschafften gesessen / für keinen andern Richter oder Gericht/ noch sonst zu Recht/ geladen werden sollen/ dann vor obgenante / unsere Oheimen und ihre Amptleute.

10 † Convenit qvoq; Rudolphus II. Imp. *in Renovatione privilegii de non appellando factâ Anno 1586.* Electori Brandenburgico, *in verb.* Meinen und setzen/ ordnen unnd wollen auch / daß solche der Churfürsten zu Brandenburgk hergebrachte Gerechtigkeit und dis unser gegeben *privilegium* des nicht *appellirens* kräfftig und bestendig seyn / unnd die Churfürsten zu Brandenburgk / ihre Erben und Nachkomen/ sich derselben erfrewẽ/ geniessen und wircklich gebrauchen mögen von uns / unser Nachkommen von Reich/ Römische Käysern und Königen und sonst männiglich doran ungeirret uñ ungehindert/ ꝛc.

Probant certè hæc luculenter,
† ex ipsâ Impp. concessione, Prin- 11
cipes familiarum Electoralium, utroq; privilegio de Non evocando & Non appellando, æqvè ac ipsosmet Electores gaudere: ut proinde jure subsistat Constitutio Wilhelmi III. Ducis Saxoniæ hâc de re promulgata *Weissenseæ*
Domin. post Epiphan. anno 1446. † 12
in qvâ inter alia hæc verba habentur: Item es sein bishero durch die Einwohnere unser Lande / viel ausländischer Gerichte gesuchet / das den Landen eine Unehre und auch grosser Schaden uñ merckliche Verderbniß ist / nun daß fürbaß zubewahren / so haben wir gesetzt und bestalt / das förder mehr kein Einwohner unser Lande Herrschafft und Gebiete niemands vor kein ausländisch Gerichte / es sey Geistlich oder Weltlich ziehen oder fordern soll / umb keinerley
Sachen/ wie die geseyn mag. † *Et* 13
art. 6. Were es nun / das iemand/ wer der were in unsern Landen/ Herrschafften und Gebieten Wohnhafftig / sich am Recht vor geistlichen oder Weltlichen Gericht in den Landen / inmassen obberühret ist/ nicht gnügen lassen/ sondern davon be-

beruffen/oder sonsten ausländische gerichte wieder die unsere suchen würde/ derselbe soll von stund an als ein Echter des Landes gehalten werden/uñ soll fördernimmermehr in unser Lande kommen/sondern die ewiglichen reumen/ und durch keinen Weg wieder eingenommen werden/ und ieglicher mag sich zu demselben und zu seinem gute halten mit recht ohne alles hindernüß als zu unsern und unser Lande rech-
14 ten Echter. † De cujus Constitutionis vigore eo minus dubitandum, postqvam ea ab Imp. Ferdinando I. disertè fuit approbata *in privilegio de Non appellando*, hisce verbis: Solches alles hetten auch gemeine Stände unt Unterthanen der Chur-und Fürsten zu Sachsen bewogen/ unnd bey Ihr. Liebden als dem Landesfürsten vor vielen Jahren angesuchet/ derhalben eine austrückliche versehung zu thun. Derauff dann die domals regierende Chur und Fürsten eine Lands-Ordnung mit gemeiner Stände ihrer Landschafft bewilligung auffgerichtet und *publicirt*, dorin die *Appellation* beruffung/ von Ihr. Liebden bey Poen der Acht verboten/ ꝛc.

SECTIO VII.

Non tam generaliter intelligendum est Privilegium de Non appellando, qvin Subditis in causâ denegatæ justitiæ vel casu nullitatis saltem supplicare, & Imperatoris vel Cameræ auxilium implorare liceat.

SUMMARIA.

1. Conqveri licet subditis Electorum super justitiâ denegata apud Cæsaream Majestatem.
2. Ex Sanctione Aureæ Bullæ.
3. Qvænam hujus rei ratio?
4. Cessat privilegium de Non appellando, si Electores denegent justitiam.
5. Reges & Principes constituti, ut faciant justitiam.
6. Judex ob negligentiam ab officio potest removeri.
7. Num super processus nullitate liceat Subditis Electorum conqveri in aulâ Cæsaris.
8. Contra supplicationem vulgò urgent generalia privilegii verba.
9. Repetitio magnam tribuit prohibitioni efficaciam.

10. *Supplicationes in casibus nullitatis adversus Saxoniæ Duces admittuntur in Camerâ.*
11. *Respondetur ad objectionem ex verborum universalitate desumtam. n. 12.*
13. *Distincta sunt beneficia, Appellatio & supplicatio.*
14. *Supplicare licet adversus sententiam à Præfecto pratorio latam, non etiam ab eâ appellare.*
15. *Admittunt simplicem qverelam in casu nullitatis Electoris Saxon. Scabini.*

1 CONveniunt in eo Politici,† super denegatâ justitiâ, haud obstante privilegio Electorum de Non appellando, subditis eorundem apud Cæsaream Majestatem conqveri, & ad judicium Imperatoris aulicum appellare licere, ita ut causa justitiæ denegatæ ab hoc
Qvid ergò in hâc ambiguitate dicemus? † Facilis erit res, si distingvamus inter declarationem seu condemnationem in Bannum Imperiale, & declarationis executionem. Nimirum, Status Imperii sive judices inferiores, Reos criminis fractæ pacis publicæ in pœnam Banni condemnant: † Sed Imperator sive Camera condemnationem & sententiam Statuum executioni jubet mandari per totum Imperium. † Qvando ergò *in Recess. VVormat. de Anno 1521. sub tit.* Die Poen der Friedbrecher/ *Recess. August. de anno 1548. tit.* Die Poen der Friedbrecher. *& tit.* Von Poen der Uberführer / *ut & in Ordinat. judic. Camer. part. 2. tit. 9.* dicitur, solum Imperatorem aut Cameram Imperialem in Bannum aliqvem declarare, id accipiendum est de declaratione cum effectu, id est, de executione, ita ut solus Imperator aut Camera 21 22 23

Imperialis per totum Imperium ſententiam ab inferiore judice latam, in qvâ declaratio jam facta eſt, executioni mandare qveat.

24 † Idq; ipſum eſt, qvod dicit Matth. Coler. *dict. deciſ. 108. n. 58.* cautos judices Bannimentum ex capite fractæ pacis à ſe declaratum, remittere ſolere ſuis immediatis ſuperioribus, hosq; ſuis, donec deveniatur ad ſummum Imperium. Eoq; reſpectu vera eſt aſſertio Gailii, qvod ſolus Imperator, ejusvè loco Camera Banno Imperiali violatores pacis publicæ ſubjiciat.

25 Neq; ex eo † qvod cauſa fractæ pacis publicæ inter cauſas in primâ inſtantiâ ad Cameram pertinentes ponitur *in Ordin. judic. Cam. part. 2. tit. 9. & tit. 29.* qvicqvam contra Status Imperii infertur: ſiqvidem prædicta ordinatio Cameræ non privativè, ſed cumulativè intelligi debet, ita ut liberum ſit actori, num coram Judice ordinario, vel coram Camerâ Reum criminis fractæ pacis publicæ velit convenire. Qvo caſu licèt immediatè Reus Imperio ſubjectus haud ſit, declinatoriâ tamen fori ſeſe tueri neqvit, Nicol. Reuſner. *dict. deciſ. 18. n. 12.*

26 Qvod verò dicitur † *in art. 24. lib. 3.* Landr. *& Gloſſ. art. 71. libr. 1.* Landr. relegatum de aliqvo loco in aliis relegatum **non videri**, id tantummodò verum eſt in ſimplici relegatione, aliorumq; criminum pœnis, qvæ certi alicujus loci ſunt, non etiam in publicis criminibus, ut eſt violatio pacis publicæ, cujus delicti pœna eſt Bannum Imperiale, in qvam qvis ipſo facto incidit in toto Imperio, ita ut ubivis locorum à qvolibet Magiſtratu qværi, & qvocunq; in loco deprehenſus, etiam à nemine accuſatus ad mortem condemnari qveat, Nell. *in tract. de bannit. part. 1. 2. temp. qvæſt. 57.* † Qvò 27 etiam inclinat Gloſs. german. *in art. 24. lib. 3.* Landr. qvando ait: Wer an einem Ort rechtlos oder Friedlos iſt (*ut violator pacis publicæ*) der iſt an allen Enden Recht und Friedlos / unnd ſoll ihn ein jeglicher Richter ſuchen auch unbeklagt zum Tode verurtheilen. Mag ſie denn ein ieder Richter ſelbſt ſuchen / ſo kan ſie auch der Richter / welcher ſie geächtiget / einem andern in ſeinem Gerichte mit ſeiner Acht wol binden.

† Hancq; ipſam ſententiam in 28 pronunciando jam dudum ſecuti fuêre Elect. Saxon. Scabini *in causâ F. à K. contra H. à B. Menſ. Aug. Anno 1595. hisce formalibus*: Ob gleich der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät unſerm allergnädigſten Herrn / dem Römiſchen König und dem

dem Käyserl. Cammergerichte die Landfriedbrechere / und derselben Helffer in die Reichsacht zu erklären allein gebühret und zustehet. Dieweil aber dennoch in des heiligen Römischen Reichs und Cammergerichts Ordnungen / so wegen des Landfriedens ausgangen / klärlich zu befinden / daß höchstgedachte Käys. Maj. den Ständen und die Stände hinwiederumb der Käyserlichen Majestät bey den Pflichten / damit sie beyderseits dem Reiche verwand / versprochen und zugesaget / daß sie sämptlich ein ieder an seinem Ort / uber der Ordnung des Landfriedens halten / und diejenigen so dawider gehandelt vermöge derselben straffen wolten. So ist euch wider den von B. desselben Diener und Helffere / vor hochgedachtem der Chur Sachsen *Administratorn*, unserm gnädigem Herrn / oder seiner Fürstl. Gnaden Gerichten / wegen dieses gewaltsamen Beginnens und gebrochenen Landfriedens / auff des heiligen Römischen Reichs Ordnung einverleibte Straffe der Reichs Acht / zu klagen unbenommen. Und wann er darinn vertheilet / So geschicht die *execution* und wirckliche Erklärung in die Reichs Acht / von höchstgedachter Käyserlicher Majestät unserm allergnädigsten Herrn / uff vorgehende allerunterthänigste *imploration* ohne fernern *Process* billig / V. R. W.

SECTIO XI.

Solus Imperator jure Majestatis suæ atq; Regalium, veniam Reis delinqventibus ex justa ac gravi causâ largitur: qvod iidem Magistratus inferiores facere neqveunt.

SUMMARIA.

1. Titulus Cæsareæ Majestatis iniqvitatis suspicionem excludit.
2. Multa singularia jure Regalium Imperatori competunt.
3. Summæ majestatis est, veniam pœnæ delinqventibus tribuere.
4. Dupliciter venia datur Reis.
5. Idq; communiter fit in publicis solennitatibus.
6. Concessio gratiæ non excludit offensæ partis remissionem.
7. Cautè agat Imperator in venia tribuenda.
8. Lex dominatur ipsis Regibus: n. 9.
10. Pœnæ remissio regulariter jure improbatur.
11. Nec jus divinum regulariter sontibus indulgere permittit.

1 ETsi solus saltem Cæsareæ Majestatis titulus omnem iniqvitatis ac injustitiæ suspicionem excludat, nihilominus eam specialiter ad æqvabilem juris administrationem in Capitulatione obstringi, vel propterea necessarium ArchiPrincipibus Electoribus visum fuit:
2 † qvod jure Regalium ac summæ Majestatis, multa soli competant Imperatori, qvæ inferioribus Magistratibus, justitiæq; administratoribus exercere haut fas est. Inter plurima
3 haud minimum habetur † Restitutio in integrum per viam gratiæ adversus sententias criminales, *l. ult. in fin. de offic. proc. Cæsar. l. relegati 4. in fin. l. moris. 9. §. istæ. 11. l. 31 ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. de quæst.* Octav. Cacheran. *decis. 101. n. 1. & 2.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 59. n. 2.* Jacob. de S. Georg. *de feud. §. sed an Princeps. n. 6.* Afflict. *in rubr. de regalib. n. 5.* Andr. Tiraqvell. *de pœn. leg. temper. in præfat. n. 8.* Petr. Heig. *lib. 2. qvæst. 22. n. 6. & 12.*
† Eaq; dupliciter fieri solet, vel indulgendo, h. e. simpliciter pœnam remittendo: vel restituendo, h. e. ad famam & in pristinum locum simul reponendo, Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 2. qvæst. 91. n. 24. & 25. & qvæst. 93. art. 1. 2. & 3.* 4
Idq; communiter in publicis solennitatibus, puta: initâ pace, celebratis nuptiis, nato primogenito, Re aliqvâ 5

qvâ prosperè gestâ, vel etiam Principe ingrediente Regnum, provinciam, aut civitatem, *l. abolitio. 8. & seq. ff. ad SC. Turpil. l. 1. 2. & 3. C. de gener. abolit.* Jul. Clar. *dict. qvæst. 59.* Andr. Gail *de pac. publ. lib. 2. cap. 9. n. 22.* Anton. Gometz. *de delict. cap. 3. n. 38.* Jodoc. Dam-
6 houd. *in pract. crimin. cap. 146.* † ubi tamen offensæ partis remissio, regulariter concessionem gratiæ præcedat necesse est, Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. de pace.* Thom. Gram. *vot. 135. n. 8. in fin.* Jul. Clar. *dict. qvæst. 59. n. 4.* Arius Pinel. *in rubr. C. de rescind. vendit. cap. 2. n. 12. part. 1.*

Hanc verò gratiam † ne sem-
7 per nec cuivis faciat Imperator, benè prospiciat, ne scilicet ex gratiâ fiat injuria & bene faciendo labefactetur justitia: Nec enim Principis potestas aliud qvid est, qvàm condere Legem, eamq; tradere executioni, *§. Senatus consul. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. 2. §. novissimè in fin. ff. de orig. jur.* non etiam contra Legem promulgatam agere ob commodum aliqvod privatum, certævè personæ, *Auth. de hered. & falcid. in pr. Auth. de non alienand. qvid verò verisimil.* ibi: *Oportet ea, qvæ communiter & generaliter in omnium utilitatem sanciuntur, potius valere, qvàm ea, qvæ circa aliqvos studentur agi ad corruptionem Legum communium.* Anton. Corf. *de potest. Reg. secund. qvæst. princip. n. 2. & 3.* † 8
Lexq; Regina esse debet ac dominari non aliis tantummodò civibus, sed ipsis etiam Regibus, ut inqvit Plato *Epist. 7.* † Frustrà namq; 9
jura condita, frustraq; ea esse in judicando servata diceremus, nisi & ea executioni tradita videremus, *c. ubi periculum. §. præterea. verb. parum est jura condere, nisi sit, qvi eadem tueatur, de elect. in 6to. c. uno. §. & qvoniam de stat. regular. in 6to. l. 2. §. post originem. ff. de orig. jur.* Joh. Reden. *de Majest. princip. verb. ut utrumq; n. 51.*

† Regulariter hinc venia seu 10
pœnæ remissio jure improbatur, *l. si apparitor, in fin. C. de cohort. lib. 12.* ibi: *Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus.* Ignoscendo siqvidem malis, necessariò perduntur boni, secundum Salust. & qvi sunt neqvam, fiunt propter spem veniæ neqviores, *c. ut famæ extr. de sent. excomm.* † qvin nec sacra 11
Scriptura summo Principi veniam pœnæ sine causâ gravi & legitimâ, sontibus indulgere permittit, *Exod. 21. Num. 35. in fin. Deut. 13. v. 8. & cap. 19.* Lamb. Dan. *in eth. lib. 2. cap. 13.* Nisi ergò Princeps criminum Reos puniat, sese nec Legis divinæ, nec humanæ ob-

observatorem & custodem, sed potiùs violatorem ostendit,
12 † cum aliâ conditione non factus à Deo sit Princeps, qvàm ut bonos præmiis invitet, malos verò pœnis coërceat, Gloss. *in cap. omnes. extr. de major. & obedient.* Anton. Rosell. *in tract. de potest. Imperat.* §. *qvod si Christus. n. 1.* Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. qvæst. lib. 2. cas. 377. n. 16.* Chassan. *in concl. sup. consvet. Burgund. in rubr. pour le*
13 *bien & utilitè. n. 1. p. 1503.* † Hinc l' auteur *d' utile & salutaire advis au Roy pour bien regner, pag. 19.* Regem Franciæ ita alloqvitur: *Particulierement,* inqvit, *tu respondras un jour devant Dieu des malheurs causez par l' impunitè des Crimes enormes, si tu te laisse persvader de donner des abolitions injustes, soubs le voile & le pratexte d' une clemence, qvi se trouvera tousjours par l' evenement cruelle & sanglante &c.*
14 † Laude itaq; dignus Henricus IV. Rex Galliarum, qvi rogatus, ut pœnam Reo condonaret, respondit: *Je ne veux pas pour l' amour de vous, charger sur moy ce malhereux crime, dont il me faudroit un jour rendre compte devant Dieu,* & posteà ad deputatos Parlamenti se conversus dixit: *Faites justice.* Auct. *d' util. & salut. adv. au Roy. pag. 20.*

15 Qvantumvis enim † Princeps sit superior, nec alium sibi parem vel superiorem recognoscat, ac proinde Legibus solutus: attamen dictamine rationis uti debet, nec jure divino censetur solutus, ut dicit Bald. *in l. aqvam. C. de servit. & aqvâ.* Chassan. *de consvet. Burg. de justices & droicts d' icelles rubr. 1. qvand le signe §. 8. n. 8.*
pag. mihi 335. † Ex qvo etiam Elect. 16
Saxon. Scabini Lipsienses *in casu incestûs cum fratris Viduâ commissi,* Reo veniam & remissionem pœnæ totalem petente, in hunc modum responderunt: So mag doch die gesuchte Landessicherung durch *dispensation* der hohen Landes Fürstlichen Obrigkeit vermittels der Rechte/ nach Gelegenheit disfals/ weil sie ein uberaus grosses Ergernüß / auch den Unterthanen dergleichen und andere Missethaten zu verüben Ursach geben würde/ nicht vergönnet werden / V. R. W. *Mens. Octob. Anno 1620.*

Caveat ergò Princeps, † ne absq; 17
causâ gravissimâ, eâq; sufficiente, criminum Reis indulgeat pœnamq; remittat, cum Reipublicæ intersit, delicta puniri, *l. 51. ff. ad Leg. Aqvil. l. 6. §. illicitæ C. de publ. judic.* neq; potestatem absolvendi propterea sibi competere existimet, qvod possit condemnare,
l. 37. ff. de reg. jur. † Siqvidem ab- 18
solvere Reos valet Princeps: at

eo

eo jure qvo condemnare licet. Jam verò sine justâ ac sufficiente causâ neminem potest condemnare: Ergò nec sine justâ & sufficiente causâ absolvere, Petr. Heig. *part. 2. qvæst. 24. n. 33. usq; ad n. 44.* Hippol. à Coll. *ad l. 37. ff. de reg. jur.* ubi & Hottom. Lambert. Dan. *Eth. Christ. lib. 2. cap. 13. & lib. 6. polit. Christ. in Aphorism. de jud. crim. n. 11.* Joh. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 11.* Prosp. Farin. *in prax crim. lib. 1. qvæst. 6. n. 15. & seqq.* Fer. Vasqu. *illustr. contr. lib. 1. cap. 27.* Didac. Covarr. *lib. 1. var. resolut. cap. ult. n. 8.* Dom. Sot. *de just. & jur. lib. 2. art. 8. q. 3.*

Cum itaq; Principis autoritas
19 † à jure dependeat *l. digna vox 4. C. de legib.* illudq; Princeps facere possit, qvod Leges permittunt, facultatem qvoqve absolvendi ex causâ justâ & urgenti demum sibi competere credat. Nec enim ipsius potestas tàm arctis circum-
20 scripta est limitibus, † ut ex magnâ & prudenti causæ cognitione, aliqvid saltem rigoris de pœnâ severiori (qvantumvis haut totam pœnam) remittere neqveat;
21 † modò crimen perpetratum non sit ex eorú numero, qvorum pœna vindex esse debet lege divinâ & æterna, Lambert. Dan. *lib. 6. polit. Christian. cap. 3. pag. 410.* Qvale
22 delictum est † homicidium dolosum ac voluntarium, qvod semper ultimo supplicio venit puniendum: nec pœna remitti à Principe valet, qvia jure divino est constituta. Tum verò locum habet mitigatio pœnæ, si homicidium non præmeditato consilio ex dolo & proposito, sed casu saltem fortuito vel obortâ qvæstione ad propulsandum periculum fuerit commissum, Andr. Gail *lib. 2. observat. 10. n. 9.* Bernhard. Græv. *lib. 2. concl. 110.* † Me- 23
ritò hinc improbat Vent. de Valent. *in partb. litigios. lib. 1. cap. 13. n. 4.* consvetudinem, qvæ homicidia absqve discrimine mulctâ saltem pecuniariâ coërcet, prout inter populos Septentrionales multis abhinc annis apud Danos, Polonos, Svecos, Frisios, Holsatos fuerat receptum, qvod vocabant Einen todten Hals lösen. Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 6. pag. 767.* Covarr. *lib. 2. resolut. cap. 9. n. 2.* Petr. Heig. *part. 2. qvæst. 24. n. 43.* Hering. *de fidejuss. cap. 10. n. 348.*

Exercet verò Imperator jus hoc aggratiandi ex potestate plenariâ seu jure Majestatis atqve Regalium, qvorum † cum facti 24
sint compotes reliqvi qvoq; Principes & Status Imperii, & hisce jus hoc aggratiandi competere, in-

25 indubium verè est. † At Magistratibus inferioribus à pœnâ Legis, Statuti vel consvetudinis recedere, eamvè remittere vel minuere non licet, *l. 1. §. 1. in fin. ff. ad SCtum Turpil. l. perspiciendum 11. ff. de pœn. Novell. 82. cap. 10. c. de causis.* ubi Dd. *de offic. delegat.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. qv. 96. n. 1. & seq.* Franc. Sarm. *lib. 1. sel. in-*
26 *terpr. cap. 1. n. 3.* † adeò ut si id fecerint, non saltem conscii criminis habeantur, *l. 2. in fin. C. de comm. & mercat.* sed eâdem qvoq; delicti pœnâ sint afficiendi, *l. ult. in fin. C. de sanct. Bapt. inter.* nec non infames efficiantur, *l. servos 8. in f. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* & exilio atq; bonorum amissione puniantur, *l. 1. C. desert. Novell. 136.* Tiraqvell. *de pœn. leg. temp. in præfat. n. 8. & seqq.* Perspicien-
27 dum siqvidem est judicanti, † ne qvid aut durius aut remissius constituatur, qvàm causa deposcit, nec severitatis aut clementiæ gloria est affectanda, sed perpenso judicio, prout qvæq; res expostulat, statuendum est, ut ait Marcian. *in l. perspiciendum 1. ff. de pœn.*
† Et facti qvæstio in arbitrio judicantis est, pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed Legis autoritati reservatur, *l. 1. §. qvorum. 4. ff. ad SCtum. Turpil. l. ordine. 15. in pr. ff. ad municip. l. si operis. 14. C. de pœn. c. si qvem pœnituerit. §. notandum. 2. q. 3. c. judicet. 3. q. 7.* Tiraqvell. *de pœn. leg. temp. in præfat. n. 2.* † Qvâ de re 29
in provinciis Electoratûs Saxonici minus est dubitandum, propter Sanctionem expressam D. Augusti Electoris Saxon. *in Ordin. provinc. de anno 1555. sub. tit.* Daß Peinliche Sachen / dadurch das Leben verwircket / ohne unsere bewilligung nicht bürglich gemacht werden sollen / 2c.

SECTIO XII.

Absolutio à juramento pertinet ad Regalia: qvorum intuitu multa specialia soli competunt Imperatori circa justitiæ administrationem.

SUMMARIA.

1. Cum jure aggratiandi non malè comparatur absolutio à juramento.
2. Relaxatio à juramento pertinet ad forum Ecclesiasticum.
3. Num soli Papæ competat jus absolvendi à juramento.
4. Relaxatio juramenti secularibus permissa Magistratibus.
5. In Camerâ Imperiali relaxantur juramenta ad effectum agendi.

6. Jus

6. Jus absolvendi à juramento competit Imperatori.
7. Ut & Statibus Imperii Protestantibus. n. 8.
9. Ad Relaxationem juramenti non requiritur partis adversæ citatio.
10. Causæ tamen cognitio omitti haud potest.
11. Intuitu Regalium, multa specialia soli competunt Imperatori.
12. Ut dispensatio matrimonii in gradibus jure civili prohibitis.
13. Factio testamenti absq. solennitatibus juris civilis.
14. In præsentia Imp. Inventarium absq; testibus conficitur.
15. Principis consensu corpus humatum in aliud sepulchrum transferri potest.
16. Ex privilegio Imp. sequitur quis originem Matris.
17. Princeps judicat non observato judiciorum ordine.
18. In Camerâ Imp. solennitates judiciorum non strictè attenduntur.
19. In curia Principis non omittuntur in processu, quæ sunt juris naturalis.
20. Solius est Principis, restituere relegatum.
21. Aliaq; multa specialia soli competunt Imperatori. n. 22.
23. Solus Imp. judicat de controversiis Ducatuum & Comitatuum. 28.
24. Feuda Regalia non pertinent ad cognitionem Parium Curiæ.
25. Quondam Impp. unà cum Principibus Imperii de feudis Regalibus judicabant. n. 26.
27. Sed non erat hoc necessitatis.

CUm jure aggratiandi seu remissione pœnarum, non ineptè comparatur † absolutio à juramento ad effectu agendi: Nam utraq; jure Regalium exercetur, Herm. Vult. *de feud. cap. 5. n. 6.* Joh. Borch. *de Regal. n. 4.* Tradunt equidem, † causam juramenti ejusq; relaxationem ceu spiritualem ad forum non seculare sed Ecclesiasticum pertinere, *c. novit. de judic. c. venerabilem. de elect. c. cum contingat. de jurejur.* Dd. *in c. tuam. de extr. cognit.* Jas. *in l. ult. ff. qui satisd. cog.* Didac. Covarr. *in c. quamvis. part. 1. §. 3. n. 9. de pact. in 6to.* Hartm. *lib. 2. pract. observat. tit. 25. observ. 5. n. 1.* Andr. Gail *lib. 1. observ. 25. in pr.* † adeò ut multi ad solum Pontificem referant ejusmodi cognitionem, Spec. *in tit. de legat. §. nunc ostendendum. n. 24.* maximè si dubitetur, num relaxatio seu absolutio locum habere possit, Innocent. *in c. venerabil. de elect.* Socin. *vol. 1. cons. 115.* Johan. de Immol. *in c. cum contingat. vers. & nota diligenter. de jurej.* Decian. *vol. 4. cons. 56. n. 93.* Cravett. *cons. 6. n. 92.* Attamen cum idipsum repugnet Majestati Principis & Legibus civilibus, † qvibus relaxatio secularibus qvoq; permittitur Magistratibus, *l. ult. ff. qui satisd. cog. l. 6. §.*

Margin numbers: 1 (ineptè comparatur), 2 (qvidem), 3 (adeò ut multi), 4 (bus civilibus).

6.§.ult.de jur.patron.l.fin.ff.ad mu-
nicip.l.1.C.qvi mil.poss. Gvid. Pap.
decis.178.& decis.194. Gail *dict. ob-*
5 *servat.25.n.2.* ex qvo † Camera et-
iam Imperialis juramenta ad effe-
ctum agendi relaxare solet, *Ordin.*
Camer.part.2.art.24. Andr. Gail *lib.*
1. observat.1.n.23.& dict. observat.
25.n.2. Joach. Mynsing. *centur.3.*
6 *observat.99.* † utiqve tantò minus
Imperatori jus hoc denegari de-
bet, *dict.l.ult.ff.ad municip.* qvippe
qvi cum Camerâ concurrentem
habet jurisdictionem, Gail *lib.1.*
observat.11.n.6.observat.41.n.8.&
observat.121.n.3. Mynsing. *consil.24.*
7 *n.20.* † Neq; etiam Statibus Impe-
rii & Principibus secularibus, il-
lis maximè qvi Protestantium no-
mine indigitantur, qviq; jura Epi-
scopalia, vigore Pacificationis re-
ligiosæ, unà cum Regalibus in
Provinciis suis exercent, absolu-
tio à juramento ademta est, Dau-
th. *in tract. de testam. n. 93.* Joh.
Zanger. *de except. part.2. cap.1. n.*
8 *147.* † qvare D. Augustus Elector
Saxoniæ *part. 2. Const. Elect.36.* si-
bi hanc relaxationem reservavit,
ita tamen, ut Collegia Jurisperi-
torem prius cognoscerent, qvan-
do & qvatenus huic sit locus. Etsi
namq; ad juramenti relaxationē
9 † non maximoperè reqviratur
partis adversæ citatio, nisi de ipsâ
relaxatione &num locus ei sit du-
bitetur, *cap.1.de caus.poss.& propr.*
c.caveant.3.qvæst.9.l.de unoqvoq.47.
ff. de re jud. Didac. Covarr. *lib.1.*
var.resolut.cap.4.n.5. Jacob. Me-
noch *vol.1.consil.24.n.11.* Cephal
vol.1.cons.51.n.23. Panormit. *in cap.*
1.n.10.de jurejur. aut si per absolu-
tionem obligatio in totum tolla-
tur, Anton. Mass. Galles. *ad form.*
Cam.oblig.part.6.qvæst.2.n.3. † At- 10
tamen causę cognitio omitti haut
potest, adeò ut sine eâ nulla judi-
cetur absolutio, Menoch. *dict.*
cons.24.n.13. Decian. *cons.56.n.94.*
& 71.n.43.vol.4. Felin. *in cap.1. de*
jurejur. Dan. Möller. *ad Constit.E-*
lect.36.n.6.part.2. Modest. Pistor.
vol.1.consil.26.n.24.

Competit ergò absolutio à ju-
ramento Imperatori jure Majesta-
tis sive Regalium; † qvorum in- 11
tuitu multa adhuc alia circa justi-
tiæ administrationem ipsi soli re-
servata novimus. † Ita namq; so- 12
lus Imperator dispensare potest,
qvo matrimonium contrahatur
in gradibus jure civili prohibitis,
Frider. Pruckman. *de solut. potest.*
Princip. effect.2.n.51. † Nec ad juris 13
civilis solennitates adstringitur
Imperator, si testamentum conde-
re velit, Castrens. *in.l. si qvis Impe-*
ratorem.n.1.C.qvi testam.fac.poss.
Franc. Mantic. *de conject.ult.volunt.*
lib.6.tit.1.n.39. Jac. Menoch. *cons.*
351.n.8.& 9. † ejusq; præsentia effi- 14
cit,

tit, ut privatus in confectione testamenti solennitatem testium adhibere non necesse habeat, Didac. Covarr. *in rubr. de testam. part. 2. n. 2.* Jul. Clar. *in §. testamentum, qvæst. 56. n. 7.* Coras. *lib. 5. miscellan. cap. 12. n. 1.* Mynsing. *cent. 6. observ. 29. n. 4.* Joseph. Mascard. *de probat.*
15 *concl. 1352. n. 48.* † Solius qvoqve Principis consensu corpus humanum ex uno sepulchro in aliud transfertur, *l. pen. C. de relig. &*
16 *sumt. fun.* † ejusq; privilegio seqvitur qvis originem Matris non Patris in municipiis, *l. 1. §. 2.* ubi Bartol. *ff. ad municip.*

Porrò jure Majestatis judicat
17 Princeps † solâ facti veritate inspectâ, etiam non observato judiciorum ordine, Bald. *in l. Æmilius. ff. de minor.* Innoc. *in c. in causâ extr. de re judicat.* Afflict. *in Rubr. qvæ sint. regal. n. 41.* Jacob. de S. Georg. *de feud. §. Sed an Princeps. n. 2.* Ex qvo etiam libelli contenta egredi ipsi permittitur, Jacob. de
18 S. Georg. *dict. loc. n. 3. & 9.* † Hinc in Camerâ Imperiali, tanqvam summo Imperii totius Consistorio ad definitivam proceditur sententiam, qvando de meritis causæ principalis ex actis prioribus constat, nec figuræ solennitatesq; judiciorum accurate curantur, *Ord. Camer. part. 3. tit. 34.* Andr. Gail *lib. 1. observat. 75. n. 5.* nec ubi bonâ fide agitur, apices juris attenduntur, *l. si fidejuss. 29. §. qvædam 4. ff. mandat. l. etsi non cognitio. C. si contr. jus vel utilit. publ.* † Attamen 19
ea qvæ juris sunt naturalis, veluti Citatio, qvippe qvæ defensionem respicit, nec in Curiâ Principis omitti debent, *text. in Clem. pastoralis. de re judicat.* Gloss. & Bald. *in l. ult. C. de LL.* Marant. *part. 4. dist. 9. n. 9. in Spec. aur.* Jacob. de S. Georg. *dict. num. 2.* Andr. Gail *dict. observ. 75. n. 9.*

Solius qvoq; Principis est, † re- 20
stituere relegatum, *l. relegati. 4. in fin. ff. de pœn.* judicare de suis privilegiis, Innoc. *in c. cùm venissent. de judic. l. ex facto 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit.* † Cum digni- 21
tatis donatione omnem maculam abstergere, *l. Imperialis 23. §. similes 4. C. de nupt.* A muneribus publicis immunitatem concedere, *l. 1. C. de his qvi à Princip. vacat. accep.* Appellatione remotâ causam committere, *l. 1. in fin. ff. à qvib. appell. non licet.* Rosenth. *de feud. c. 5. concl. 13. n. 7. in gloss.* † & similia, 22
qvæ congessit copiosè Afflict. *in rubr. verb. regalia,* Jac. de S. Georg. *de feud. §. sed an Princeps.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 24.* In qvibus omnibus si Imperator in judicando membrum hoc Capitulationis probè respexerit, officio suo satisfecisse videbitur.

23 Porrò † cognitio controversiæ de Ducatibus & Comitatibus Imperii, soli Imperatori est reservata, Cameræq; ademta, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 7.* Andr. Gail *lib. 1.*
24 *observat. 29. n. 7.* † Nec enim feuda Regalia ad cognitionem Parium pertinent, *cap. 1. &* ibi Dd. *apud qvem controv. feud. defin.* Bald. *in l. si de propriet. n. 3. C. si à non compet. judic.* Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 9. n. 41.* Ex qvo Marchio Brandenburgensis Albertus edito scripto *Anno 1552.* causas Ducatuum & Comitatuum ad Cameram Spirensem trahi, conqverebatur, cum tamen in potestate judicii illius haud esset, Principes facere aut tollere.
25 † Negari eqvidem non potest, qvondam Imperatores, adhibitis Imperii Principibus, h. e. Paribus Curiæ, controversias feudorum Regalium determinare solitos fuisse. Id enim tum temporis propterea factum est, qvod aulam Impp. qvi pro qvalitate negotiorum incidentium modò in Germaniâ, modò in Italiâ commorarentur, Principes tàm Ecclesiastici, qvàm Laici observantiæ ergò seqvebantur: Redditum nempe hoc illis in remunerationem qvandam, proq; summo honore ab ipsis habitum est, qvod controversiis hinc inde emergentibus, ab Imperatoribus tanqvam Consiliarii fuerint adhibiti, Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 11. pag. 192.* † qvod 26
& ab Impp. subseqventibus factum, secundum tradita Auct. der nothwendigen Erinnerung *contra informatorem Donavverd. fol. 161.* ubi ait: Nichts weniger weiß man/ daß in wichtigen irrungen/ zwischen Churfürsten und Ständen/ so grosser *Consequentz* seyn/ die Römische Käysere vorher und noch ietziger Zeit/ als in der Chur-Pfältzischen *titul.* Gülischer *Session*, und Mülheimischen Bau/ Chur- und Fürsten/ welche Käyser *Maximilian* auff eine Zeit vor seine höchste Räthe gehalten/ billich/ löblich/ recht und wol zu sich ziehen/ mit derer Rath handlen/ und den ausschlag geben. † Ex qvo tamen necessitas 27
haud inferenda, ita ut solus Imperator judicare nō potuisset, aut etiamnū posset. Qvinimò claris verbis Imp. Ferd. I. *in Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* ad Cæsaream vel Regiam Majestatem, causarum harum dijudicationem pertinere constituit: Derselben Erkentnüß wollen wir der Käyserlichen Majest. oder abwesens derselben/ uns/ als Römischen Könige vorbehalten haben. † Qvod ipsum comprobat et- 28
iam Constitutio *Friderici II. Imperatoris:* Der Hoffrichter sol die

Leu-

Leute richten/ die ihm klagen von allen Leuten/ ohne Fürsten und andere hohe Leute/ wo es gehet an ihre Leiber/ oder an ihr Recht/ oder an ihr Erbe/oder an ihre Ehre/ das wollen wir selbsten richten/ apud Goldast. *part. 2.* Reichssatzungen *fol. 21.*

CAP. X.

De officiis illustribus, feudorum investituris & dignitatibus in Imperio conferendis; nec non Idiomate latino & germanico excolendo, inq; Rescriptis Imperatoriis usurpando.

SUMMARIA.

1. Magna salutis pars ab Administratorum electione dependet.
2. Officia primaria ab ipsomet Principe conferri debent.
3. Prudentia Ludovici XII. Regis Galliarum in officiis conferendis.
4. Philippus II. Rex Hispan. in distributione officiorum ac dignitatum circumspectissimus.
5. Quâ de causâ honores & officia ab ipso Principe conferenda. n. 6. 7.
8. Quibusnam officia Imperialia conferenda? n. 10.
9. Ludovicus XI. Gall. Rex in distribuendis officiis sordidissimus.
11. Officia illustria non nisi Germanis in Imperio committenda.
12. Nec omnibus indifferenter, sed spectabilibus saltem & honoratis viris. n. 13.
14. In scriptis & actis Imperii publicis non nisi Stylus germanicus vel latinus usurpandus est.
15. Confirmat Rex Romanorum officia Electorum hereditaria.
16. Principum ac Statuum Imperii dignitates & praeminentiæ in Capitulatione Cæsareâ confirmantur.
17. Præcedentia inter Legatos Electorales & Regios quænam in aulâ Imperatoris.
18. In collatione dignitatum & titulorum qvidnam observandum?
19. Officium Imperatoris in audiendis Legatis & investituris concedendis. num. 20.

1 MAgna salutis pars totaq; Principis securitas cum à bonâ Administratorum sive Adjutorum electione dependeat, Joh. Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 10.* † ipsemet 2
Princeps officia in Imperio primaria debet conferre, Auct. Der

 Fürst-

Fürstlichen Tischreden/*lib.3.cap.16.* Christoph. Besold. *lib.1.politic.cap. 3.* qvi non nisi viris præstantibus idoneisq; eadem demandabit, ex-
3 emplo † Ludovici XII. Galliarum Regis, cujus in conferendis officiis prudentia prædicatur admirabilis: Catalogum enim sive codicem hic semper secum portavit, in qvem nomina Virorum meritis præstantiũ & à se cognitorum referret; Cumq; aliqvando Scribam qvendam eleganti in oratione Aureliis ad se habitâ, pulcherrimè stantem illi honoratorum Codici inscribi curavisset, post tempus aliqvod istius Oratoris recordans officium ei de juge Mage, ob mortem Curatoris tunc vacuum, nihil tale cogitanti misso diplomate gratiosè concessit, Joach. Ernest. Dux Holsat. *apud Frider. Achill. in Orat. pro Galliâ.* Vel
4 etiam † exemplo Philippi II. Regis Hispaniarum, qvi in officiorum ac dignitatum distributione circumspectissimus atq; ita moderatus fuit, ut qvantumvis multos ex Magnatibus impensissimè amaret, tamen non nisi idoneis, proq; singulorum meritis, munera & dignitates concederet, qvippe qvod benè sciret, honores in homine inepto, ut cibos delicatos in malo stomacho corrumpi, nec cujusvis esse, magnam concoqvere fortunam, Petr. Matth. *in hist. Henr. IV. lib.1. narrat.4.* Qvod ipsum † summum Imperii Gallicani visum fuit arcanum Johanni Bodino, qvippe qvod ad subditorum benevolentiam Regibus conciliandam haud parum valeat, si ipsimet tribuant præmia, largitiones atq; honores *lib.4. de Republ. cap.6.* † Qvin & præcipuas Regni personas sibi Princeps obstringit, obnoxiasq; reddit publica Regni officia, investituras & dignitates tribuendo: nam si qvod à Principe habent officium, honorem & dignitatem, per eum facilè amittere se posse sciant, Principem utiqve eò magis observare & colere student: † qvare olim Romæ ad populi favorem Magistratuum constitutio spectabat, Liv. 2. Dionys. Halicarn. *lib. 2.* Adveniente verò Principatu, ad curam Principis, Magistratuum creatio pertinebat, *l. 1. §. 1. ff. ad Leg. Jul. ambit.* Christoph. Besold. *dict. lib. 1. politic. cap. 3.* 5 6 7

Hinc ergò Imperator officia primaria & Imperialia, nec non dignitates confert, feudorumqve Regalium investituras facit, † non qvidem indistinctè omnibus aut 8
iis, qvi minorum sunt gentium, infimæ conditionis vel qvalitatis & ad ejusmodi officia ac dignitates minus idonei: qvod esset vesti-

gii

9 giis insistere † Ludovici XI. Galliarum Regis sordidissimi, qvi sartorem pro Feciali, tonsorem pro Legato, Medicum pro Cancellario habuit, Joh. Bodin. *de Republ. libr. 6.* Philipp. Comin. *com. lib. 3.* Sed spectabilibus saltem ac honoratis viris, qvi nemini, præterqvã Imperatori & Imperio sunt obstri-
10 cti: † Nec hisce omnib9, sed saltẽ Germanis: Ex qvo etiam stylum & lingvam germanicam & latinã excolere, inq; Rescriptis & tractatibus Imperii usurpare tenetur.

11 Jurat enim † *primò* Rex Romanorum, qvod officia Imperialia non alterius Nationis hominibus, qvàm natis Germanis, iisdemq; non infimæ conditionis vel qvali-
12 tatis existentibus, sed † spectabilibus & honoratis viris, veluti Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, aut aliàs Natalium splendore insignibus magnis personis committere: nec non ipsa officia in honore, dignitate & jure ac consvetudine antiqvã relinqvere velit: Wir sollen und wollen auch unsere Königl. und des Reichs ämpter am Hofe unnd sonsten am Reich / wie ingleichen unsern KriegsRath und hohe Kriegs *Officia* mit keiner andern *Nation*, deñ gebornẽ Teutschen / die nit Niederstandes noch Wesens / sondern namhaffte / redliche Leute / von Fürsten / Graffen / Herren / von Adel unnd sonst tapffers gutes Herkommens / hohen Personen / insonderheit weñ bey bestellung gemeldten Kriegs-Raths und hohen Kriegsämptern / mit den Ausländischen Teutsche *subjecta* in gleicher *qvalification concurriren*, ins künfftige besetzen und versehen / die sonst niemands als uns und dem H. Reich mit Pflichten unnd Diensten verwand seyn / auch die obbemelten Aempter bey ihren Ehren / Würden / Fällen / Rechten und Gerechtigkeiten bleiben und denselben nichts entziehen lassen / in einige wege sonder Gefährde. † *Et alio in articulo*: Insonderheit aber unsern geheimbden uñ 13
Reichs HofRath mit Fürsten / Graffen / Herren / von Adel unnd andern ehrlichen Leuten nicht allein aus unsern Untersassen / Unterthanen und *Vasallen*, sondern mehrentheils aus denen / so im Reich teutscher *Nation* anderer Orten erzogen und geboren / darinnen begütert / des Reichssachen wolerfahren / gutes Namens unnd Herkommens seyn / also bestellen / damit männiglichen schleunige unnd unparthey ische *Justitia administrirret* werden möge.

Ex qvo *Secundò* alia perfluit promissio Regia, † ut scilicet in scri- 14
ptis & actis Imperii publicis, nul-

lo alio sermone vel stylo utatur, qvàm germanico aut latino, nisi fortè iis in locis, ubi aliæ lingvæ in usu forent. Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs keine andere Zunge noch Sprache brauchen lassen/ dann die Teutsche oder Lateinische Zunge: Es were dann an Orten/ da gemeiniglich eine andere Sprache in übung were/ uñ in brauch stünde/ denn also dañ mögen wir uns und die unsere derselben daselbsten auch behelffen.

15 *Tertiò* † in specie Rex Romanorum officia ArchiPrincipum Electorum hereditaria confirmat, eorúq; administrationi & exercitio in Comitiis Imperii universalibus aut electivis se nihil detracturum promittit: Dieweil uns auch sonderlich gebüret/ des heiligen Reichs Churfürsten/ als unsere innerste Glieder und Hauptseulen des Reichs/ vor männiglichen/ in sonderbarer hoher *consideration* zu halten/ So wollen wir die Verfügung thun/ wann derselben Amtvorweser und Erbämpter bey unserm Käyserlichen Hofe begrieffen/ daß dieselben iederzeit und insonderheit/ wann und so offt wir auff Reichs-Wahl- und andern dergleichen Tägen/ unsern Käyserl. Hof begehen/ oder Sachen fürfallen/ darzu die Erbämpter zu gebrauchē seyn/ in gebührendē *respect* gehaltē/ und ihnen von unsern Hofämptern keines weges vor- und eingegriffen/ oder do ie aus gewissen Ursachen ihre Stellen mit berührte unsern Hofämptern/ ieweils ersetzet werden solten/ wollen wir iedoch/ daß ihnen den Churfürstlichen Amptsverwesern und Erbämptere einen Weg als den andern/ die von solchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten/ weniger nicht/ als ob sie dieselbē selbst verrichtet und bedienet/ unweigerlich gefolget und gelassen werden.

Qvartum circa hoc membrum Capitulationis promissum † dignitates & præeminentias Electorum, Principum, Comitum, Baronum, aliorumq; Statuum Imperii concernit, qvas Rex Romanorum se confirmaturum ac conservaturum jurat hisce formalibus: Und in alle wege söllen unnd wollē wir die Teutsche *Nation*, das heilige Römische Reich/ unnd die Churfürsten/ als die fördersten Glieder desselben/ auch andere Fürsten/ Grafen/ Herren unnd Stände/ bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten und Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ ieden nach seinen Stand und Wesen bleiben lassen/ ohne unser und männiglichs Eintrag und Hinderung/ etc. 16

Qvô & pertinet *Qvintò* † præcedentia inter Legatos Electorales 17

les & Regios in aulâ Imperatoris, de qvâ in Capitulatione Cæsareâ ita dispositum: Nachdeme sich auch eine zeithero zugetragen / daß ausländischer Fürsten Gesandte / an dem Keyserlichen und Königlichen Hoff und Capell die *præcedentz* für den Churfürstlichen Gesandten *prætendiren* dürffen / so sollen und wollen wir ins künfftige solches weiter nicht gestatten / were es aber Sache / daß neben den Churfürstlichen Gesandten entweder der gekrönten regierenden ausländischen Könige / Königl. Wittben oder Pupillen / denen die Regierung so bald sie ihr gebührendes Alter erreichet / zu führen zustehet / und immittels in der *tutel* oder *Curatel* begriffen sind / Botschafften zugleich vorhanden weren / so mögen dieselbe den Churfürstlichen Gesandten vorgehen.

Sextò jurat Rex Romanorum,
18 † qvod à collatione dignitatum & titulorum Principum sive Comitum sibi temperare, eosq; non nisi virtute valentibus, & in Imperio possessionatis largiri velit: Deßgleichen wollen wir bey unserer Königlichen unnd künfftigen Keyserlichen Regierung / bey *collation* Fürstlichen und Gräfflichen *digniteten*, fürnemlich dahin sehen / damit auff allen Fall dieselbe allein denen von uns ertheilet werden / die es vor andern wol *meritiret*, im Reich gesessen und die Mittel haben / den *affectirenden* Stand *pro dignitate* auszuführen.

Septimò deniqve promittit: † 19
Qvod in admittendis & audiendis Principum & Statuum Imperii Legatis, nec non investituris concedendis, moram nectere nolit, qvin potius, qvo investituræ solenniter, ac debito tempore accepentur ac renoventur, prospicere velit, dum jurat: Wir sollen und wollen auch allen des heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten und Ständen / so wol ihren Bottschafften unnd Abgesandten jederzeit schleunige *audientz* und *expedition* ertheilen / denselben ihre Lehen und Lehenbrieffe nach dem vorigen *tenor* unweigerlich wiederfahren
lassen. † Et iterum: In alle wege 20
aber wollen wir uns zum besten angelegen seyn lassen / alle dem Römischen Reich angehörige Lehen / in und ausserhalb desselben gelegen / auffrichtig zu halten / unnd derentwegen zu verfügen / daß sie zu begebenden Fällen gebürlich empfahen und *renoviret* werden / unnd nicht unempfangen bleiben / do auch nach Erhebung zum Römischen König / deren eines oder mehr uns angehende befinden / sollen und wollen wir das oder dieselbige unweigerlich empfangen lassen / oder wann

25 indubium verè est. † At Magistra-
tibus inferioribus à pœnâ Legis, Statuti vel consvetudinis recedere, eamvè remittere vel minuere non licet, *l. 1. §. 1. in fin. ff. ad SCtum Turpil. l. perspiciendum 11. ff. de pœn. Novell. 82. cap. 10. c. de causis.* ubi Dd. *de offic. delegat.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. qv. 96. n. 1. & seq.* Franc. Sarm. *lib. 1. sel. in-*
26 *terpr. cap. 1. n. 3.* † adeò ut si id fe-
cerint, non saltem conscii criminis habeantur, *l. 2. in fin. C. de comm. & mercat.* sed eâdem qvoq; delicti pœnâ sint afficiendi, *l. ult. in fin. C. de sanct. Bapt. inter.* nec non infames efficiantur, *l. servos 8. in f. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* & exilio atq; bonorum amissione puniantur, *l. 1. C. desert. Novell. 136.* Tiraqvell. *de pœn. leg. temp. in præfat. n. 8. & seqq.* Perspicien-
27 dum siqvidem est judicanti, † ne
qvid aut durius aut remissius constituatur, qvàm causa deposcit, nec severitatis aut clementiæ gloria est affectanda, sed perpenso judicio, prout qvæq; res expostulat, statuendum est, ut ait Marcian. *in l. perspiciendum 1. ff. de pœn.*
† Et facti qvæstio in arbitrio judi- 28
cantis est, pœnæ verò persecutio non ejus voluntati mandatur, sed Legis autoritati reservatur, *l. 1. §. qvorum. 4. ff. ad SCtum. Turpil. l. ordine. 15. in pr. ff. ad municip. l. si operis. 14. C. de pœn. c. si qvem pœnituerit. §. notandum. 2. q. 3. c. judicet. 3. q. 7.* Tiraqvell. *de pœn. leg.*
temp. in præfat. n. 2. † Qvâ de re 29
in provinciis Electoratûs Saxonici minus est dubitandum, propter Sanctionem expressam D. Augusti Electoris Saxon. *in Ordin. provinc. de anno 1555. sub. tit.* Daß Peinliche Sachen / dadurch das Leben verwircket / ohne unsere bewilligung nicht bürglich gemacht werden sollen/ rc.

SECTIO XII.

Absolutio à juramento pertinet ad Regalia: qvorum intuitu multa specialia soli competunt Imperatori circa justitiæ administrationem.

SUMMARIA.

1. Cum jure aggratiandi non malè comparatur absolutio à juramento.
2. Relaxatio à juramento pertinet ad forum Ecclesiasticum.
3. Num soli Papæ competat jus absolvendi à juramento.
4. Relaxatio juramenti secularibus permissa Magistratibus.
5. In Camerâ Imperiali relaxantur juramenta ad effectum agendi.

6. Jus

6. Jus abſolvendi à juramento competit Imperatori.
7. Ut & Statibus Imperii Proteſtantibus. n. 8.
9. Ad Relaxationem juramenti non reqviritur partis adverſæ citatio.
10. Cauſæ tamen cognitio omitti haud poteſt.
11. Intuitu Regalium, multa ſpecialia ſoli competunt Imperatori.
12. Ut diſpenſatio matrimonii in gradibus jure civili prohibitis.
13. Factio teſtamenti absq; ſolennitatibus juris civilis.
14. In præſentia Imp. Inventarium absq; teſtibus conficitur.
15. Principis conſenſu corpus humatum in aliud ſepulchrum transferri poteſt.
16. Ex privilegio Imp. ſeqvitur qvis originem Matris.
17. Princeps judicat non obſervato judiciorum ordine.
18. In Camera Imp. ſolennitates judiciorum non ſtrictè attenduntur.
19. In curia Principis non omittuntur in proceſſu, qvæ ſunt juris naturalis.
20. Solius eſt Principis, reſtituere relegatum.
21. Aliaq; multa ſpecialia ſoli competunt Imperatori. n. 22.
23. Solus Imp. judicat de controverſiis Ducatuum & Comitatuum. 28.
24. Feuda Regalia non pertinent ad cognitionem Parium Curiæ.
25. Qvondam Impp. unà cum Principibus Imperii de feudis Regalibus judi- (cabant. n. 26.
27. Sed non erat hoc neceſſitatis.

CUm jure aggratiandi ſeu re-
miſſione pœnarum, non ine-
1 ptè comparatur † abſolutio à ju-
ramento ad effectū agendi: Nam
utraq; jure Regalium exercetur,
Herm. Vult. *de feud. cap. 5. n. 6.* Joh.
Borch. *de Regal. n. 4.* Tradunt e-
2 qvidem, † cauſam juramenti e-
jusq; relaxationem ceu ſpiritua-
lem ad forum non ſeculare ſed
Eccleſiaſticum pertinere, *c. novit.*
de judic. c. venerabilem. de elect. c.
cum contingat. de jurejur. Dd. *in c.*
tuam. de extr. cognit. Jaſ. *in l. ult. ff.*
qui ſatisd. cog. Didac. Covarr. *in*
c. qvamvis. part. 1. §. 3. n. 9. de pact. in
6to. Hartm. *lib. 2. pract. obſervat.*
tit. 25. obſerv. 5. n. 1. Andr. Gail *lib. 1.*
obſerv. 25. in pr. † adeò ut multi ad 3
ſolum Pontificem referant ejus-
modi cognitionem, Spec. *in tit. de*
legat. §. nunc oſtendendum. n. 24. ma-
ximè ſi dubitetur, num relaxa-
tio ſeu abſolutio locum habere
poſſit, Innocent. *in c. venerabil. de*
elect. Socin. *vol. 1. conſ. 115.* Johan.
de Immol. *in c. cum contingat. verſ.*
& nota diligenter. de jurej. Decian.
vol. 4. conſ. 56. n. 93. Cravett. *conſ. 6.*
n. 92. Attamen cum idipſum repu-
gnet Majeſtati Principis & Legi-
bus civilibus, † qvibus relaxatio ſe- 4
cularibus qvoq; permittitur Ma-
giſtratibus, *l. ult. ff. qui ſatisd. cog. l.*
Eeee 6. §.

6. §. ult. de jur. patron. l. fin. ff. ad mu-
nicip. l. 1. C. qvi mil. poss. Gvid. Pap.
decis. 178. & decis. 194. Gail *dict. ob-*
5 *servat. 25. n. 2.* ex qvo † Camera et-
iam Imperialis juramenta ad effe-
ctum agendi relaxare solet, *Ordin.*
Camer. part. 2. art. 24. Andr. Gail *lib.*
1. observat. 1. n. 23. & dict. observat.
25. n. 2. Joach. Mynsing. *centur. 3.*
6 *observat. 99.* † utiqve tantò minus
Imperatori jus hoc denegari de-
bet, *dict. l. ult. ff. ad municip.* qvippe
qvi cum Camerâ concurrentem
habet jurisdictionem, Gail *lib. 1.*
observat. 11. n. 6. observat. 41. n. 8. &
observat. 121. n. 3. Mynsing. *consil. 24.*
7 *n. 20.* † Neq; etiam Statibus Impe-
rii & Principibus secularibus, il-
lis maximè qvi Protestantium no-
mine indigitantur, qviq; jura Epi-
scopalia, vigore Pacificationis re-
ligiosæ, unà cum Regalibus in
Provinciis suis exercent, absolu-
tio à juramento ademta est, Dau-
th. *in tract. de testam. n. 93.* Joh.
Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. n.*
8 *147.* † qvare D. Augustus Elector
Saxoniæ *part. 2. Const. Elect. 36.* si-
bi hanc relaxationem reservavit,
ita tamen, ut Collegia Jurisperi-
torem prius cognoscerent, qvan-
do & qvatenus huic sit locus. Etsi
namq; ad juramenti relaxationē
9 † non maximoperè reqviratur
partis adversæ citatio, nisi de ipsâ
relaxatione &num locus ei sit du-
bitetur, *cap. 1. de caus. poss. & propr.*
c. caveant. 3. qvæst. 9. l. de unoqvoq. 47.
ff. de re jud. Didac. Covarr. *lib. 1.*
var. resolut. cap. 4. n. 5. Jacob. Me-
noch *vol. 1. consil. 24. n. 11.* Cephal
vol. 1. cons. 51. n. 23. Panormit. *in cap.*
1. n. 10. de jurejur. aut si per absolu-
tionem obligatio in totum tolla-
tur, Anton. Mass. Gales. *ad form.*
Cam. oblig. part. 6. qvæst. 2. n. 3. † At- 10
tamen causæ cognitio omitti haut
potest, adeò ut sine eâ nulla judi-
cetur absolutio, Menoch. *dict.*
cons. 24. n. 13. Decian. *cons. 56. n. 94.*
& 71. n. 43. vol. 4. Felin. *in cap. 1. de*
jurejur. Dan. Möller. *ad Constit. E-*
lect. 36. n. 6. part. 2. Modest. Pistor.
vol. 1. consil. 26. n. 24.

Competit ergò absolutio à ju-
ramento Imperatori jure Majesta-
tis sive Regalium: † qvorum in- 11
tuitu multa adhuc alia circa justi-
tiæ administrationem ipsi soli re-
servata novimus. † Ita namq; so- 12
lus Imperator dispensare potest,
qvo matrimonium contrahatur
in gradibus jure civili prohibitis,
Frider. Pruckman. *de solut. potest.*
Princip. effect. 2. n. 51. † Nec ad juris 13
civilis solennitates adstringitur
Imperator, si testamentum conde-
re velit, Castrens. *in l. si qvis Impe-*
ratorem. n. 1. C. qvi testam. fac. poss.
Franc. Mantic. *de conject. ult. volunt.*
lib. 6. tit. 1. n. 39. Jac. Menoch. *cons.*
351. n. 8. & 9. † ejusq; præsentia effi- 14
cit,

cit, ut privatus in confectione te-
ſtamenti ſolennitatem teſtium
adhibere non neceſſe habeat, Di-
dac. Covarr. *in rubr. de teſtam. part. 2. n. 2.* Jul. Clar. *in §. teſtamentum, qvæſt. 56. n. 7.* Coraſ. *lib. 5. miſcellan. cap. 12. n. 1.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 29. n. 4.* Joſeph. Maſcard. *de probat.*
15 *concl. 1352. n. 48.* † Solius qvoqve
Principis conſenſu corpus huma-
num ex uno ſepulchro in aliud
transfertur, *l. pen. C. de relig. &*
16 *ſumt. fun.* † ejusq; privilegio ſeqvi-
tur qvis originem Matris non Pa-
tris in municipiis, *l. 1. §. 2.* ubi Bar-
tol. *ff. ad municip.*

Porrò jure Majeſtatis judicat
17 Princeps † ſolâ facti veritate in-
ſpectâ, etiam non obſervato judi-
ciorum ordine, Bald. *in l. Æmilius. ff. de minor.* Innoc. *in c. in causâ extr. de re judicat.* Afflict. *in Rubr. qvæ ſint. regal. n. 41.* Jacob. de S. Georg. *de feud. §. Sed an Princeps. n. 2.* Ex qvo etiam libelli contenta
egredi ipſi permittitur, Jacob. de
18 S. Georg. *dict. loc. n. 3. & 9.* † Hinc
in Camerâ Imperiali, tanqvam
ſummo Imperii totius Conſiſto-
rio ad definitivam proceditur
ſententiam, qvando de meritis
cauſæ principalis ex actis priori-
bus conſtat, nec figuræ ſolennita-
tesq; judiciorum accuratè curan-
tur, *Ord. Camer. part. 3. tit. 34.* Andr.
Gail *lib. 1. obſervat. 75. n. 5.* nec ubi
bonâ fide agitur, apices juris at-
tenduntur, *l. ſi fidejuſſ. 29. §. qvædam 4. ff. mandat. l. etſi non cognitio. C. ſi contr. jus vel utilit. publ.* † Attamen 19
ea qvæ juris ſunt naturalis, veluti
Citatio, qvippe qvæ defenſionem
reſpicit, nec in Curiâ Principis o-
mitti debent, *text. in Clem. paſtoralis. de re judicat.* Gloſs. & Bald. *in l. ult. C. de LL.* Marant. *part. 4. diſt. 9. n. 9. in Spec. aur.* Jacob. de S. Georg. *dict. num. 2.* Andr. Gail *dict. obſerv. 75. n. 9.*

Solius qvoq; Principis eſt, † re- 20
ſtituere relegatum, *l. relegati. 4. in fin. ff. de pœn.* judicare de ſuis pri-
vilegiis, Innoc. *in c. cùm veniſſent. de judic. l. ex facto 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* † Cum digni- 21
tatis donatione omnem macu-
lam abſtergere, *l. Imperialis 23. §. ſimiles 4. C. de nupt.* A muneribus
publicis immunitatem concede-
re, *l. 1. C. de his qvi à Princip. vacat. accep.* Appellatione remotâ cau-
ſam committere, *l. 1. in fin. ff. à qvib. appell. non licet.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 13. n. 7. in gloſſ.* † & ſimilia, 22
qvæ congesſit copioſè Afflict. *in rubr. verb. regalia,* Jac. de S. Georg. *de feud. §. ſed an Princeps.* Chaſſan. *in catal. glor. mund. part. 5. conſid. 24.* In qvibus omnibus ſi Imperator
in judicando membrum hoc Ca-
pitulationis probè reſpexerit, of-
ficio ſuo ſatisfeciſſe videbitur.

23 Porrò † cognitio controversiæ de Ducatibus & Comitatibus Imperii, soli Imperatori est reservata, Cameræq; ademta, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 7.* Andr. Gail *lib. 1.*
24 *observat. 29. n. 7.* † Nec enim feuda Regalia ad cognitionem Parium pertinent, *cap. 1. & ibi* Dd. *apud qvem controv. feud. defin.* Bald. *in l. si de propriet. n. 3. C. si à non compet. judic.* Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 9. n. 41.* Ex qvo Marchio Brandenburgensis Albertus edito scripto *Anno 1552.* causas Ducatuum & Comitatuum ad Cameram Spirensem trahi, conqverebatur, cum tamen in potestate judicii illius haud esset, Principes facere aut tollere.
25 † Negari eqvidem non potest, qvondam Imperatores, adhibitis Imperii Principibus, h. e. Paribus Curiæ, controversias feudorum Regalium determinare solitos fuisse. Id enim tum temporis proptereà factum est, qvod aulam Impp. qvi pro qvalitate negotiorum incidentium modò in Germaniâ, modò in Italiâ commorarentur, Principes tàm Ecclesiastici, qvàm Laici observantiæ ergò seqvebantur: Redditum nempe hoc illis in remunerationem qvandam, proq; summo honore ab ipsis habitum est, qvod controversiis hinc inde emergentibus, ab Imperatoribus tanqvam Consilarii fuerint adhibiti, Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 11. pag. 192.* † qvod 26
& ab Impp. subseqventibus factū, secundum tradita Auct. der nothwendigen Erinnerung *contra informatorem Donavverd. fol. 161. ubi ait:* Nichts weniger weiß man/ daß in wichtigen irrungen/ zwischen Churfürsten und Ständen/ so grosser *Conseqventz* seyn/ die Römische Käysere vorher und noch ietziger Zeit/ als in der ChurPfältzischen *titul.* Gülischer *Session,* und Mülheimischen Bau/ Chur- und Fürsten/ welche Käyser *Maximilian* auff eine Zeit vor seine höchste Räthe gehalten/ billich/ löblich/ recht und wol zu sich ziehen/ mit derer Rath handlen/ und den ausschlag geben. † Ex qvo tamen necessitas 27
haud inferēda, ita ut solus Imperator judicare nō potuisset, aut etiamnū posset. Qvinimò claris verbis Imp. Ferd. I. *in Ord. Cam. part. 2. tit. 7.* ad Cæsaream vel Regiam Majestatem, causarum harum dijudicationem pertinere constituit: Derselben Erkentnüß wollen wir der Käyserlichen Majest. oder abwesens derselben/ uns/ als Römischen Könige vorbehalten haben. † Qvod ipsum comprobat et- 28
iam Constitutio *Friderici II. Imperatoris:* Der Hoffrichter sol die

Leu-

Leute richten/ die ihm klagen von allen Leuten/ ohne Fürsten und andere hohe Leute/ wo es gehet an ihre Leiber/ oder an ihr Recht/ oder an ihr Erbe/ oder an ihre Ehre/ das wollen wir selbsten richten/ apud Goldast. *part. 2.* Reichssatzungen *fol. 21.*

CAP. X.

De officiis illustribus, feudorum investituris & dignitatibus in Imperio conferendis; nec non Idiomate latino & germanico excolendo, inq; Rescriptis Imperatoriis usurpando.

SUMMARIA.

1. *Magna salutis pars ab Administratorum electione dependet.*
2. *Officia primaria ab ipsomet Principe conferri debent.*
3. *Prudentia Ludovici XII. Regis Galliarum in officiis conferendis.*
4. *Philippus II. Rex Hispan. in distributione officiorum ac dignitatum circumspectissimus.*
5. *Quâ de causâ honores & officia ab ipso Principe conferenda. n. 6. 7.*
8. *Quibusnam officia Imperialia conferenda? n. 10.*
9. *Ludovicus XI. Gall. Rex in distribuendis officiis sordidissimus.*
11. *Officia illustria non nisi Germanis in Imperio committenda.*
12. *Nec omnibus indifferenter, sed spectabilibus saltem & honoratis viris. n. 13.*
14. *In scriptis & actis Imperii publicis non nisi Stylus germanicus vel latinus usurpandus est.*
15. *Confirmat Rex Romanorum officia Electorum hereditaria.*
16. *Principum ac Statuum Imperii dignitates & praeminentiæ in Capitulatione Cæsareâ confirmantur.*
17. *Praecedentia inter Legatos Electorales & Regios quanam in aulâ Imperatoris.*
18. *In collatione dignitatum & titulorum quidnam observandum?*
19. *Officium Imperatoris in audiendis Legatis & investituris concedendis. num. 20.*

1 MAgna salutis pars totaq; Principis securitas cum à bonâ Administratorum sive Adjutorum electione dependeat, Joh. Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 10.* † ipsemet 2
Princeps officia in Imperio primaria debet conferre, Auct. Der

Fürst-

Fürstlichen Tischreden/*lib.3.cap.16.* Christoph. Besold. *lib.1.politic.cap.3.* qvi non nisi viris præstantibus idoneisq; eadem demandabit, ex-
3 emplo † Ludovici XII. Galliarum Regis, cujus in conferendis officiis prudentia prædicatur admirabilis: Catalogum enim sive codicem hic semper secum portavit, in qvem nomina Virorum meritis præstantiū & à se cognitorum referret; Cumq; aliqvando Scribam qvendam eleganti in oratione Aureliis ad se habitâ, pulcherrimè stantem illi honoratorum Codici inscribi curavisset, post tempus aliqvod istius Oratoris recordans officium ei de juge Mage, ob mortem Curatoris tunc vacuum, nihil tale cogitanti misso diplomate gratiosè concessit, Joach. Ernest. Dux Holsat. *apud Frider. Achill. in Orat. pro Galliâ.* Vel
4 etiam † exemplo Philippi II. Regis Hispaniarum, qvi in officiorum ac dignitatum distributione circumspectissimus atq; ita moderatus fuit, ut qvantumvis multos ex Magnatibus impensissimè amaret, tamen non nisi idoneis, proq; singulorum meritis, munera & dignitates concederet, qvippe qvod benè sciret, honores in homine inepto, ut cibos delicatos in malo stomacho corrumpi, nec cujusvis esse, magnam concoqvere fortunam, Petr. Matth. *in hist. Henr. IV. lib.1. narrat.4.* Qvod ipsum † summum Imperii Gallicani visum fuit arcanum Johanni Bodino, qvippe qvod ad subditorum benevolentiam Regibus conciliandam haud parum valeat, si ipsimet tribuant præmia, largitiones atq; honores *lib.4. de Republ. cap.6.* † Qvin & præcipuas Regni personas sibi Princeps obstringit, obnoxiasq; reddit publica Regni officia, investituras & dignitates tribuendo: nam si qvod à Principe habent officium, honorem & dignitatem, per eum facilè amittere se posse sciant, Principem utiqve eò magis observare & colere student: † qvare olim Romæ ad populi favorem Magistratuum constitutio spectabat. Liv. 2. Dionys. Halicarn. *lib. 2.* Adveniente verò Principatu, ad curam Principis, Magistratuum creatio pertinebat, *l. 1. §. 1. ff. ad Leg. Jul. ambit.* Christoph. Besold. *dict. lib. 1. politic. cap.3.* 5 6 7

Hinc ergò Imperator officia primaria & Imperialia, nec non dignitates confert, feudorumqve Regalium investituras facit, † non qvidem indistinctè omnibus aut iis, qvi minorum sunt gentium, infimæ conditionis vel qvalitatis & ad ejusmodi officia ac dignitates minus idonei: qvod esset vesti- 8

gius

9 giis insistere † Ludovici XI. Galli-
arum Regis sordidissimi, qvi sar-
torem pro Feciali, tonsorem pro
Legato, Medicum pro Cancella-
rio habuit, Joh. Bodin. *de Republ.*
libr. 6. Philipp. Comin. *com. lib. 3.*
Sed spectabilibus saltem ac hono-
ratis viris, qvi nemini, præterqvã
Imperatori & Imperio sunt obstri-
10 cti: † Nec hiscé omnibꝰ, sed saltẽ
Germanis: Ex qvo etiam stylum
& lingvam germanicam & latinã
excolere, inq; Rescriptis & tracta-
tibus Imperii usurpare tenetur.

11 Jurat enim † *primò* Rex Roma-
norum, qvod officia Imperialia
non alterius Nationis hominibus,
qvàm natis Germanis, iisdemq;
non infimæ conditionis vel qvali-
12 tatis existentibus, sed † spectabili-
bus & honoratis viris, veluti Prin-
cipibus, Comitibus, Baronibus,
Nobilibus, aut aliàs Natalium
splendore insignibus magnis per-
sonis committere: nec non ipsa
officia in honore, dignitate & ju-
re ac consvetudine antiqvâ relin-
qvere velit: Wir sollen und wollen
auch unsere Königl. und des Reichs
Ämpter am Hofe unnd sonsten am
Reich / wie ingleichen unsern
Kriegs-Rath und hohe Kriegs *Of-*
ficia mit keiner andern *Nation*, deñ
gebornẽ Teutschen / die nit Nieder-
standes noch Wesens / sondern nam-
hafftе / redliche Leute / von Fürsten /
Graffen / Herren / von Adel unnd
sonst tapffers gutes Herkommens /
hohen Personen / insonderheit weñ
bey bestellung gemeldten Kriegs-
Raths und hohen Kriegsämptern /
mit den Ausländischen Teutsche
subjecta in gleicher *qvalification con-*
curriren, ins künfftige besetzen und
versehen / die sonst niemands als
uns und dem H. Reich mit Pflich-
ten unnd Diensten verwand seyn /
auch die obbemelten Aempter bey
ihren Ehren / Würden / Fällen /
Rechten und Gerechtigkeiten blei-
ben und denselben nichts entziehen
lassen / in einige wege sonder Ge-
fährde. † *Et alio in articulo:* Inson- 13
derheit aber unsern geheimbden uñ
Reichs HofRath mit Fürsten /
Graffen / Herren / von Adel unnd
andern ehrlichen Leuten nicht al-
lein aus unsern Untersassen / Un-
terthanen und *Vasallen*, sondern
mehrentheils aus denen / so im
Reich teutscher *Nation* anderer Or-
ten erzogen und geboren / darinnen
begütert / des Reichssachen wolerfahren / gutes Namens unnd Her-
kommens seyn / also bestellen / da-
mit männiglichen schleunige unnd
unpartheyische *Justitia administri-*
ret werden möge.

Ex qvo *Secundò* alia perfluit pro-
missio Regia, † ut scilicet in scri- 14
ptis & actis Imperii publicis, nul-

les & Regios in aulâ Imperatoris, de qvâ in Capitulatione Cæsareâ ita dispositum: Nachdeme sich auch eine zeithero zugetragen / daß ausländischer Fürsten Gesandte / an dem Keyserlichen und Königlichen Hoff und Capell die *præcedentz* für den Churfürstlichen Gesandten *prætendiren* dürffen / so sollen und wollen wir ins künfftige solches weiter nicht gestatten / were es aber Sache / daß neben den Churfürstlichen Gesandten entweder der gekrönten regierenden ausländischen Könige / Königl. Wittben oder Pupillen / denen die Regierung so bald sie ihr gebürendes Alter erreichet / zu führen zustehet / und immittelst in der *tutel* oder *Curatel* begriffen sind / Potschafften zugleich vorhanden weren / so mögen dieselbe den Churfürstlichen Gesandten vorgehen.

Sextò jurat Rex Romanorum,
18 † qvod à collatione dignitatum & titulorum Principum sive Comitum sibi temperare, eosq; non nisi virtute valentibus, & in Imperio possessionatis largiri velit: Deßgleichen wollen wir bey unserer Königlichen unnd künfftigen Keyserlichen Regierung / bey *collation* Fürstlichen und Gräfflichen *digniteten*, fürnemlich dahin sehen / damit auff allen Fall dieselbe allein denen von uns ertheilet werden / die es vor andern wol *meritiret*, im Reich gesessen und die Mittel haben / den *afficirenden* Stand *pro dignitate* auszuführen.

Septimò deniqve promittit: † 19
Qvod in admittendis & audiendis Principum & Statuum Imperii Legatis, nec non investituris concedendis, moram nectere nolit, qvin potius, qvo investituræ solenniter, ac debito tempore accepentur ac renoventur, prospicere velit, dum jurat: Wir sollen und wollen auch allen des heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten und Ständen / so wol ihren Bottschafften unnd Abgesandten jederzeit schleunige *audientz* und *expedition* ertheilen / denselben ihre Lehen und Lehenbrieffe nach dem vorigen *tenor* unweigerlich wiederfahren lassen. † Et iterum: In alle wege 20
aber wollen wir uns zum besten angelegen seyn lassen / alle dem Römischen Reich angehörige Lehen / in und ausserhalb desselben gelegen / auffrichtig zu halten / unnd derentwegen zu verfügen / daß sie zu begebenden Fällen gebürlich empfahen und *renoviret* werden / unnd nicht unempfangen bleiben / do auch nach Erhebung zum Römischen König / deren eines oder mehr uns angehende befinden / sollen und wollen wir das oder dieselbige unweigerlich empfangen lassen / oder wann

das nicht bequemlich geschehen könte/ deswegen den Churfürsten zu sicherung des Reichs gebürenden *revers* und *recognition* zustellen.

Eaq; sunt, qvæ in conferendis officiis illustribus, dignitatibus & honoribus, nec non feudorum investituris, ex Capitulatione Cæsareâ probè observanda veniunt: qvorum ratiorem & disqvisitionem accuratiorem seqventia suppeditabunt.

SECTIO I.

In exercitio & administratione Officiorum illustrium, Nobiles & illustres personæ aliis qvidem præferuntur: non tamen inferioris conditionis Viri prudentes & docti ab hisce simpliciter excluduntur.

SUMMARIA.

1. *Officia illustria in Imperio spectabilibus & honoratis Viris committenda. n. 2.*
3. *Officiarii virtute condecorati præmium merentur.*
4. *Anatolius laude prædicatus ab Imp. Justiniano.*
5. *Præmia honoris benè meritis tribuenda.*
6. *Ex sangvine Regio nati in Ungariâ Cancellarii dignitatem susceperunt.*
7. *In Poloniâ & Daniâ non nisi Ordini Eqvestri munus Cancellariatûs defertur.*
8. *In Daniâ omnes Scribæ ac ministri ex genere Eqvestri eliguntur.*
9. *Apud Venetos soli Nobiles ad Magistratum aspirant.*
10. *Nobiles Veneti annum ætatis 25. egressi votum in Consilio magno habent.*
11. *Admittuntur etiam qvandoq; qvi annum 20. attigerunt.*
12. *Non consultum id Reipublicæ.*
13. *Exteri etiam in numerum Civium Venetorum adsciti.*
14. *Laudes Reipubl. Venetorum.*
15. *Pauca Venetiis videntur monumenta.*
16. *Andreas Contarenus prohibuit gentis suæ insignia affigi.*
17. *Nobiles genere sint etiam nobiles virtute. n. 18.*
19. *Homines etiam plebeii virtute præcellentes in Imperio ad illustria sæpè admittuntur officia.*
20. *Literati plebeii nobilibus illiteratis præferendi.*
21. *Ad Exemplum Caroli Magni. n. 23.*
22. *Apud veteres Romanos literata Qvæstoris dignitas plebeiis delata.*

24. Opi-

24. Opificum filii fuerunt Archi Cancellarii.
25. Villigisus Elector Moguntinus patre Rhedario natus.
26. Insignia ArchiEpiscopatus Moguntinensis.
27. Henricus II. à Pistore patre natus.
28. Insignia Nobilium non supplent defectum experientiæ.
29. Scientia artium continet in se Nobilitatem.
30. Scientiâ facti Viri nobilissimi.
31. Nobilitas propria est filia scientiæ.

1 PRomittit inter alia Rex Romanorum in Capitulatione, † officia illustria & Imperialia haut infimæ conditionis hominibus, sed spectabilibus & honoratis Viris, Principibus nempe, Comitibus, Baronibus & Nobilibus se collaturum, *Supr. cap. 10. n. 12.* Ex qvo ab Illustribus & Nobilibus saltem personis officia Imperialia administrari, concludere licet.
2 Nam † & aliàs in omni honorum & dignitatum ambitu, primùm sese magnificè efferrte atq; jactare solet veteris familiæ splendor, & à majoribus accepta hereditatiæ administrationis amplitudo, Herm. Kirchner. *de offic. & dignit.*
3 *Cancellar. lib. 3. cap. 3. n. 1.* † Nec immeritò, cum Officiarii non minùs genere & claritate paterna, qvàm propriâ virtute condecorati laudem atq; præmium mereantur: qvâ de causâ † Anatolius non
4 solùm ob præclaram juris scientiam, Imperatori Justiniano gratissimus, sed & eò gratior ac admirabilior fuit, qvia ex tertiâ stirpe laudabili JCtus & Antecessor haberetur, qvod Imperator ipsemet perqvam honorificè de eo prædicavit, illumq; propterea modò illustrem, modò magnificentissimum appellavit Magistrum, *de confirmat. Digestor.* §. 9. † Eoq; 5
modo præmium honoris non tantummodò benè meritis & paternâ virtute condecoratis confertur, munus scilicet sive officium illustre, sed & ipsum eò illustrius redditur: qvo fulgentior namq; & illustrior est persona Officiarii, eò celsior ipsius officii autoritas eminet, qvam ob causam ArchiCancellariorum Imperii germanici dignitatem cum infulis & fastigiis ArchiEpiscoporum sublimibus à majoribus conjunctam fuisse, scribit Kirchner. *dict. libr. 3. cap. 3. n. 9.*

Nec alio fine † in Ungarorum 6
Regno sangvinem Regium Ducumq; filios, qvi proximi erant à Rege & Regni conseqvendi spem habebant, multoties à Belæ usq; tempore Cancellarii dignitatem

susceperisse, testis est rerum Ungaricarum peritissimus Bonfin. *de reb.*
7 *Ungar. lib. 2. cap. 9. in pr.* Hodieq; in Poloniâ & Daniâ aliisq; exteris regnis nulli alii Ordini, qvàm Eqvestri hominumq; Nobilium generi functionis istius aditum patere, ait Kirchner. *dict. cap. 3. n. 11.* ubi & nomina refert qvarundam personarum illustrium, qvæ in aulâ Imperatoriâ munus Cancellariatus susceperunt. Idq; pe-
8 culiare dicit, † qvod in Daniâ non modò Cancellarius, cunctiq; ejusdem Assessores, sed etiam Scribæ ac ministri omnes ex genere eqvestri habeantur. *n. 42. & 43.*

9 † Apud Venetos qvoq; qvi prudentes habentur, soli Nobiles sive cives Veneti, (hi enim Nobiles sunt) ad Magistratum aspirare valent, omni spe plebi ademptâ: Nec sine ratione ab ipsis Nobilitatis potiùs, qvàm facultatum ratio habetur, cum opifices possint fieri ditissimi; Nobiles verò tum ob liberale ingenium, tum facultatem in Rempublicam pauperrimi, Caspar Contar. Card. *de Magistr. & Republ. Venetor. lib.*
10 *1. pag. 8.* † Fit inde, ut Nobiles Veneti, qvamprimum 25. ætatis annum egressi, ipso statim jure sessionem ac votum in Consilio magno conseqvantur, admissis etiam qvandoq; iis, qvi annum vigesimum attigerunt. † Singulis nam- 11
q; annis qvartâ die Decembris nomina eorum, qvi legitimi à parentibus aut consangvineis & testibus probati, si habeant 20. annos, in Urnam, totq; pillulæ, qvot sunt eorum nomina, in aliam conjiciuntur urnam, qvarum pillularum qvinta pars aurea, reliqvæ sunt argenteæ: Extrahit Princeps ex priori Urnâ nomen & statim ex alterâ Pillulam, qvæ si aurea, juvenis jus habet publicæ potestatis; & ita singulis annis qvinta pars eorum, qvi vigesimum attigerunt annum, ad consilium magnum admittitur, Contar. *dict. lib. 1. pag. 10.* † Qvod tamen 12
Reipublicæ vix consultum videtur; qvid enim si fortuna istum juvet, in qvo nec ingenium nec eruditio suppleret annum vigesimum qvintum? Rectius hoc laude deprædicatur, qvod præter Nobiles Venetos ad Senatum & hi admittantur, qvi virtute insignes, aut de Republicâ benè meriti habentur; † unde exteros qvoq; 13
homines qvandoq; in numerum civium Venetorum adscitos videmus, vel qvia Nobilissimi, vel qvia officiosi fuerint erga Rempublicam. Qvales etiam ipsis civibus videntur præferendi, qvi non rarò commodo publico seposito opes privatas augere, studiosè labo-

14 borant. † Ex qvo nullam unqvam fuisse Rempublicam, scribit Contaren. qvæ institutione ac legibus ad benè beatèq; vivendum idoneis cum Venetorum Republ. conferri possit, qvia nempe homines Veneti patriæ saltem studuerint commodo, nullâ commodi privati aut honoris habitâ ratione,
15 Contar. *dict. loc.* † Qvâ de causâ etiam nulla vel pauca admodum antiqvorum visuntur Venetiis monumenta, qvantumvis ei domi
16 forisq; præclarè se gesserint, † Hinc & Andreas Contarenus Dux Venetorum in bello Genuensi gravissimo licet benè meritus, testamento cavit, ne ejus Sepulchro, qvod ad hunc usq; diem visitur juxta templum Stephani, ulla Ducis, suævè gentis insignia affigerentur.

17 Nobiles † itaq; homines atq; personæ illustres cum hoc qvasi præ cæteris gaudeant privilegio, nihil sui generis fulgori convenientius suscipere possunt, qvam si tot veterum Virorum, patrumq; suorum illustrium exemplis, ad officiorum illustrium dignitatumq; administrationem, omnes vitæ ac studiorum suorum rationes convertant, amplissimumqve togatæ virtutis decus cum hereditariâ Nobilitate conjungant, semper memores dicterii, qvod Jacob. Magnæ Britanniæ Rex filio suo scripsit gravissimè: Nempe, ut gemma in auro magis lucet, ita virtus in Nobilitate & pariter omnia, qvæ virtuti debentur munera & dignitates. † Contra si 18
senserint Natalium splendore progeniti, nec paternis honoribus propriæ virtutis monumentum addere studuerint, inferioris conditionis hominibus ac plebeiis officia ejusmodi illustria & dignitates conferri haud ægrè patiantur.

Tantum enim abest, † homi- 19
nes plebeios, honestos tamen omniq; maculâ carentes ab officiis aulicis illustribus in Imperio simpliciter excludi, ut etiam Principibus & Nobilibus in Capitulatione verbis disertis adjungantur (Und andern Ehrlichen Leuten.) Nec enim solam Nobilitatem in muneribus deferendis inspiciendam esse, docet Scipio Amirat. 17. *dissert. polit. in Tacit. disc. 3.* † Sed 20
Literatos plebeios Nobilibus illiteratis præferendos, inq; locum deficientis aut degenerantis Nobilitatis surrogandos, Caroli Magni exemplo probat Christ. Besold. *ex Aventin. lib. 1. polit. cap. 3. §. 50.* † Is enim cum Lutetiæ scho- 21
lam à se fundatam ingressus, periculum studiorum facere discentes jussisset, deprehendissetq; te-

 n.

nitiores atq; pauperes præter ſpem profeciſſe, Nobiles verò animi cultum neglexiſſe, illis ad dextram ſegregatis: *Vos qvidem macti virtute*, fertur dixiſſe, *filioli pientiſſimi, qvi noſtro Imperio gnaviter defuncti eſtis: Veſtri erunt maxumi Epiſcopatus, Vos in aulam adſciſcam: Ex vobis Senatores cooptabo: Vos in album Prætorum & Patrum Curiæ adlegam.* Beſold *dict. loc.*
22 † Ideoqve etiam in veteri Romanorum ſtatu literata Qvæſtoris dignitas, qvæ nunc Cancellarii dicitur, ad plebeios, nulloq; cenſu homines ob raritatem idoneorum Nobilium deferebatur, Herm. Kirchn. *de offic. & dignit. Cancell. lib. 3. cap. 6. n. 22.*
23 † Accidit hinc ſæpiſſimè, ut qvi ſine omni familiæ commendatione haberentur, & obſcuro loco nati eſſent, majoribus verò ſuis verâ animi Nobilitate atq; virtutis & ſcientiæ lumine prælucerent, in officiorum illuſtrium Imperialium faſtigiis qvàm maximo cum honore & auctoritate fuerint collocati.
24 † Nam & Plauſtrariorum & Piſtorum aliorumq; opificum filios ArchiCancellariatûs dignitatem ſummâ cum laude obtinuiſſe, teſtis eſt Herm. Kirchner. *dict. lib. 3. cap. 3. n. 33.*

25 Ejusq; fortunam † Villigiſus Præceptor Otthonis III. primus ex Diœceſi Moguntinâ Septemvir, qvi patre Rhedario natus in pago Saxoniæ Schöningen, qvo conditionis ſuæ memor eſſet, Rotam multis in locis depictam ſibi velut imaginem modeſtiæ probandæ propoſuit, hâc inſcriptione: *Willigis, Willigis recole, unde veneris, & prioris fortunæ memor, qvi nunc ſis, conſidera:*
† Unde etiamnū hodie Archiepiſcopatus Moguntinenſis inſigne Rota perduravit, Dreſs. *p. 2. millen. 6.* Bruchs. *de Epiſc. german.* Joach. Cluten. *in ſyllog. rer. quotid.* Matth. Stephani *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 5. n. 13. & ſeqq.* 26
† Neq; Henricus II. in eâdem ſede ex Algaviâ ortus parentem Piſtorem negavit. 27
Nimirum, qvemadmodū juxta Platonē in optimo Nauclero eligendo non qværendum, qvo genere, aut qvibus à majoribus qvisq; fuerit profectus, ſed qvàm expertus maris atq; tempeſtatum, artisq; nauticæ peritus habeatur: Ita etiam ad officia illuſtria & qvæ magni ſunt momenti, conſtituenda, & genus & proavi & qvæ non fecimus, ipſi parum afferunt adminiculi, niſi dotes animi ad munera ejusmodi maximæ neceſſariæ & beneficia, qvæ cœleſti largitate, nullâ familiæ & ſangvinis ratione habitâ, tàm humilioris loci, qvàm altioris fortunæ mortalibus imper-

pertiuntur, in promtu habeantur,
18 Kirchner. *dict. cap. 3. n. 69. & 70.* †
Rudes etenim ceræ atq; imagines
cum omnibus clypeis & insigni-
bus vetustis, in iis muneribus,
qvæ necessariò scientiam & expe-
rientiam reqvirunt, defectum e-
jus supplere neqvaqvam possunt:
Nec tamen munera illustria sor-
de inde aliqvâ commaculantur,
qvod deficientibus literatis No-
bilibus, homines sortis plebeiæ
19 iis præficiantur, † cum verè o-
mnium sanioris mentis judicio,
doctrinarum & artium scientia
Nobilitatem in se contineat,
Andr. Tiraqvell. *de Nobilit. cap.*
5. Qvod & Imperatores autorita- 30
te sua satis comprobavêre, cum
scientiâ fieri Viros Nobilissimos,
Gratianus rescripserit, *l. 7. C. de*
post. ubi Dd. Et Ulpianum Ictum
Cæsareæ leges Nobilem & No-
bilissimum appellitent, propte-
reà, qvod eruditionis atq; pruden-
tiæ lumine instar Solis eluxerit,
l. 2. §. ult. ff. de excusat. tutor. l. 4.
in fin. ff. eod. tit. ut non immeritò
† Salicetus Nobilitatem scien- 31
tiæ propriam filiam dixerit *ad l. 7.*
C. de post.

SECTIO II.

Officia illustria ac Imperialia solis Germanis sunt committenda, non exteræ Nationis hominibus: & qvare hoc ita provisum in Capitulatione Cæsareâ?

SUMMARIA.

1. Non nisi Germanis officia illustria in Imperio demandantur. n. 2.
3. Idq; optimâ ratione constitutum. n. 4. 5.
6. Noluit Elector Moguntinus decus Imperii ad exteros transferri.
7. Sententia Cominæi hac de re.
8. Non magna exterorum fides erga Rempublicam.
9. Exteri facilè sedem suam commutant.
10. Officiariorum mutatio Reipublicæ nociva.
11. Cauti fuêre Romani in Officiariorum electione.
12. Invident Hispani exteris officia illustria. n. 13.
14. Peregrini Regis peregrinus Cancellarius exitio fuit Imperio gallico in Sicilia.
15. Poloni ad Senatum haut admittunt peregrinos.
16. Rex Sveciæ propter præfectionem peregrini Cancellarii in carcerem conjectus.

17. In

17. In Sveciâ indigenæ saltem Imperio præficiuntur.
18. Helvetii haut præficiunt peregrinum administrationi Reipubl.
19. Qvod & moris in plerisq; Rebuspublicis.
20. Idemq; provisum in pactis dotalibus Ludovici XIII. Regis Galliæ cum Anna Hispaniarum.
21. Belgæ non admittunt peregrinos ad munera publica, n. 22. 23.

NOn sufficit, officia in Imperio illustria Nobilibus committi
1 hominibus, † sed & Germani hi sint, necesse est, nec facilè patet aditus ad ejusmodi officia exteræ Nationis personis, uti liqvet ex verbis Capitulationis Cæsareæ: Wir sollen und wollen auch unsere Königliche und des Reichs ämpter am Hoffe und sonsten am Reich / wie ingleichen unsern Kriegsrath und hohe Kriegs*officia* mit keiner andern *Nation*, denn gebornen
2 Teutschen besetzen und versehen. † Et iterum: Nicht allein aus unsern Untersassen / Unterthanen unnd *Vasallen*, sondern mehrentheils aus denen / so im Reich Teutscher *Nation* erzogen und geboren / darinnen begütert / bestellen / ꝛc. *Supr. cap. 10. n. 12. & 13.*

Qvod certè optimâ ratione
3 videtur provisum; † Cum enim juxta Cicer. 3. *de orat.* consilii de Republicâ dandi summum caput sit nosse Rempublicam, eamq; habere exploratissimam, istius sanè boni gratiâ Civis & internus, qvem loci patrii genius & natura ab ipsis incunabulis Concivium mores docuit, peregrino & advenæ cuicunq; præferendus, † idq; 4
eò magis, qvod licet peregrinus & mores & instituta alterius Reipublicæ noscat, vix tamen dexteritatem & applicationis felicitatem habeat. Ut enim arborum plurimarum fructus qvocunq; terrarum deferantur, semper sui soli sapiunt succum; ita in omnibus actionibus, consiliis & deliberationibus ad rationes ingenii morumq; eorum, qvos domo attulit, indoles hominum vernaculâ propendere consvevit: Et uti solstitialis herba ad Solis obseqvium, ita ad gentis suæ naturam respectare, eiq; omnes leges, scita, instituta, mores & consvetudines accommodare; qvâ ex re infinita ferè indigenarum odia & simultates accenduntur, Herm. Lather. *de censu lib. 3. cap. 16. n. 114.* Herm. Kirchner. *de offic. & dignit. Cancell. lib. 3. cap. 4. n. 18. & 19.* † Qvò & 5
verba faciunt Capitulat: So im Reich Teutscher *Nation* erzogen und geboren / darinnen begütert /

der

der Reichssachen wol erfahren. Eâq; de causâ lege cautum, dicebat † Moguntinus, qvi ut Elector & Archi Cancellarius arcana Imperii optimè callebat, *Ne decus Imperii ad exteros transferatur*, apud Joh. Sleidan, *lib. 1. de Stat. Relig. Etiamsi namq; Princeps*, inqvit † Cominæus, *aliqvis exterus benè rem gerat, & commodè gubernet, attamen qvia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum repræsentare potest benevolentiam, ac si indigna esset, faciles inde oriuntur dissensionum occasiones, qvo fit, ut posteà pro defensione Principatus ad se delati, suarumq; fortunarum, militem & copias aliunde adducat, eorumq; præsidio se muniat, qvi beneficiis deinde & honoribus singulariter ab eo aucti magnam multitudinis invidiam & odium in se concitant*, *lib. 8. comm. in fin.*

6

7

8 Accedit porrò, † qvod talis affectus, talis fides & amor nunqvam est in exteris erga commune bonum, qvalis in civibus ac indigenis perspicitur, qvorum caritates omnes complexas una patria continet, pro qvâ non modò opes ac facultates, sed etiam sangvinem ac vitam suam profundere Civis bonus minimè dubitabit, tale potiùs omnium ferè exterorum ingenium esse solet, ut ubi sunt, qvàm minimè sint, sed semper animum suum in patriæ desiderio defixum relinqvant: † Ex qvo fit, ut etsi optimis conditionibus maximisq; stipendiis alligentur, nusqvam tamen ferè stabili sede permanere qveant, sed allecti opimiore fortunâ locum cum loco facilimâ qvâvis occasione commutant: Nihil autem rebus communibus incommodius & inopportunius accidere potest, qvàm si subitò ab officiis & muneribus recedant ii, qvorum tum operâ maximè est opus, † nec qvicqvam Reipublicæ gravius, qvàm singulis mensibus alium atq; aliũ Officiarium & Consiliariũ constitui Kirchner. *dict. lib. 3. c. 4 n. 43.* Consultissimum inde videtur Reipublicæ, Bobus qvemq; suis arare, muneribus atqve officiis, qvæ non modò prudentiæ & consilii autoritatisq; raritatem, sed & fidei atq; constantiæ stabilitatem qvàm maximè & ante omnia desiderant, Patriæ amantissimos Cives adhibere, Antimach. *lib. 1. theor. 3. pag. 161.* Herm. Lather. *dict. cap. 16. n. 140.*

9

10

11 Qvâ in re cautissimi erant † Romani, qvi neminem non modò peregrinorum, sed ne Sociorum qvidem in Curiam recipiebant suam, bellumq; propterea, qvàm pacem eam malebant, in qvâ peregrinum Senatum peregrinos

Consules essent visuri, Liv. *lib.* 23.
12 Solent qvoq; † Hispani in furorem agi, si munera magna & illustria, ut sunt Cancellariorum & Consiliariorum, exteræ gentis hominibus committi videant, ex qvo se despicatui haberi & contemni, aut pro servis & mancipiis putari, atq; indignos Regni sui dignitatibus atq; honoribus existi-
13 mari suspicantur, † omnium verò ægerrimè ferunt; plus fidei aliis exteris, qvàm Civibus & indigenis ab eo haberi, cui vitam ac salutem suam omnem ipsi crediderint, ut refert ex Cer. *de cõs.* Herm. Kirchn.
14 *dict. loc. n.* 8. *&* 9. † Neq; gallicum Imperium qvondam in Siciliâ sublatum foret, nisi peregrinus Rex peregrinum CancellariumRegno præfecisset: ille namq; istius Vesperæ Siculæ truculentissimæ caussa fuisse, ille cruentissimam istam Gallorum lanienam suscitâsse memoratur, Antimach. *lib.* 2. *th.* 2. †
15 Eâq; de causa Poloni, qvantumvis post mortem Sigismundi Augusti Regis sui, Senatusconsulto gravissimo omnibus Civibus ad Imperii gubernationem aditum præcluserint, peregrinorum tamen neminem ad Senatum & consultationem admittunt, Joh. Bodin. *lib.* 6. *de Republ. cap.* 5. *& lib.* 3. *cap.*
16 1. Crom. *Pol. lib.* 2. † Pariter qvoq; in Sveciâ Rex Ericus ex suo Palatio ac sede Regiâ in carcerem à Nobilitate Regni fuit conjectus, & multos per annos in senectutem usq; detentus, qvod inter alia peregrinus ei objiceretur homo Germanus, qvem Cancellarium Regium constituisset. † Inter ca- 17
pita siqvidem prima juramenti, qvo Regni Sveciæ gubernatores, anteqvam diademate cingantur, obstringi & devinciri consvevërunt, hic etiam proponi solet articulus, ut Imperii ac Principatûs consiliis & Senatui soli indigenæ procul omnibus exteris habitis, adhibeantur, qvemadmodũ Sigismundus Poloniæ Rex, cum hereditariumSveciæ suæ Regnum adire vellet, præeunte Cancellario Erico Sparre, jurisjurandi religione ad hoc se firmiter obligâsse legitur, Dav. Chytr. *Sax. lib.* 30.

Qvin nec † Helvetii peregri- 18
num administrationi Regiminis publici præficiunt, Dom. Arum. *ad tit.* 2. *Aur. Bull. discurs.* 2. † I- 19
demq; mos Genuæ, aliisq; in Italiæ liberis urbibus, ut & Argentorati, Norinbergæ, Augustæ, Francofurti, Magdeburgi, Hamburgi, inq; aliis Germaniæ Civitatibus religiosissimè observatur, ne ad Reipublicæ munia peregrini admittantur, Antimach. *lib.* 1. *theor.* 3. *pag.* 157. *& seqq.* † Hinc & in pa- 20
ctis dotalibus inter Ludovicum

XIII.

XIII. Franciæ Regem modernum & Annam Principiſſam Hiſpaniarum ita legitur cautum: *Ut in dotalitio bonorum immobilium Reginæ, jurisdictio omnimoda miniſtris & officiariis competeret, hâc tamen lege, ut Officiales ex Franciæ Regno eligerentur, ſecundum ordinationem Regiorum Statutorum,* Vid. *articles & conventions ſur le Mariage de Loys* XIII. Idemq; noviſſimè proviſum repetitur in articulis Pacificationis Regni Galliarum, *ut ſcilicet exteris ad officia Regia aditus ſit præ-*
21 *cluſus.* † Belgæ porrò, maximèq; Brabantii inter alia & hoc obtinuerunt privilegium: *Ne peregrinus ad munera admitteretur publica.* Idq; ipſis taliter fuit conceſſum, ut ſi qvid contra fieret, ſubditi juramento eſſent ſoluti ac ſuperioribus reſiſtere poſſent.

† Ideoq; cum in belgicis provinciis, Hiſpani in munerum & officiorum adminiſtratione incolis prælati fuiſſent, graviter hâc de re 22
Belgæ conqveſti ſunt; uti apparet ex qverelâ de Roberto Dudleo Leyceſtriæ Comite, Reginæ Angliæ Commiſſario in prædictis provinciis *anno 1587.* habitâ, Metteran. *in hiſt.* Belg. *lib. 14. pag. 715. & 716.* Erneſt. Eremund. *de orig. belg. tumult. pag. 25.* † Qvidqve 23
exinde incommodi in Belgicis provinciis acciderit, res ipſa univerſo mundo loqvitur. Ut mehercle articulum de non admittendis peregrinis ad munia & officia illuſtria atq; Imperialia, Capitulationi Cæſareæ inſerere ArchiPrincipibus Electoribus maximopere neceſſarium fuerit viſum.

SECTIO III.

Jis ſolummodò, qvi Cæſari & Imperio fide & officiis reperiuntur obſtricti, munia ac præfecturæ illuſtres ſunt committendæ, & qvidem gratis, non etiam pretio vendendæ.

SUMMARIA.

1. *Officiis illuſtribus ii ſaltem præficiendi, qvi Cæſari & Imperio fide ſunt obſtricti, n. 2.*
3. *Divitiæ plerumq; vitia ſecum trahunt.*
4. *Officia & honores non per ambitum diſpenſandi. n. 5. 6.*
7. *Judex iniqvus vana judicia pretio nundinatur.*
8. *Officia ſummo Reipubl. detrimento venduntur.*

9. In Galliâ, officia Præsidum & Procuratorum sunt venalia.
10. Ex officiorum venditione ærarium in Gallia auctum.
11. Neqvissimi homines ex justitia rem faciunt promercalem.
12. Probibuit Elisabetha Caroli IX. uxor munera publica pretio in Galliâ vendere.
13. Qvod & fecit Ludovicus Rex Galliarum.
14. Vendi non patiatur Imp. officia, præfecturas & dignitates. n. 17. 18.
15. Incommoda ex venditione officiorum. n. 16.

Circa administrationem officiorum & præfecturarum illustrium & hoc porrò observari vult Capitulatio Cæsarea, † ut hisce ii saltem præficiantur, qvi Cæsari & sacro Imperio fide & officiis sunt obstricti, prout verba habent Capitulationis: Die sonsten niemandes als uns und dem heiligen Reich mit Pflichten und Diensten verwand seyn/etc. Cui conseqvens est, in eligendis Officiariis rationem non habendam fore divitiarum, potentiæ aut favoris alicujus, † sed solius fidelitatis atqve dexteritatis: tantò enim minus qværendum, qvâ qvisq; opum affluentiâ, qvâ possessionum & prædiorum hereditate fuerit, qvàm qvibus ingenii ac eruditionis dotibus sit instructus, qvâq; probitate & fide polleat, qvantò magis animi virtutisq; bona, qvæ nullo alio pretio, qvàm studio & laboribus, qvibus ipsimet Dii virtutem vendunt mortalibus, comparantur, officiis Imperialibus administrandis summè necessaria habentur, Herm. Kirchner. *de offic. & dignit. Cancell. lib. 3. cap. 6. n. 16.* † Idq; eò magis, qvò verius est istud Sylv. *Epist. 45.* divitias plerumqve vitia secum trahere, multisq; exemplis compertum est, eos ut plurimùm in officiis optimè versatos, maximamq; virtutis ac integritatis & justitiæ laudem consecutos esse, qvi qvàm minimum opum, earumq; cupiditatis ad hanc provinciam & dignitatem attulerint.

1 (margin, line "Capitulatio Cæsarea") · 2 (margin, line "jus, † sed solius") · 3 (margin, line "cap. 6. n. 16.")

4 Neq; † per ambitum officia & honores sunt dispensandi: cum, teste *Jacobo Menochio*, ambitionis genus infame, ac Legum severitate notatum, variis legibus ob id coercitum fuit, qvod non legitimâ viâ incederent honores & Magistratus ambientes, sed vi aliqvando, nonnunqvam etiam dolo grassarentur, *de arbit. jud. qvæst. lib. 2. cas. 401. n. 10.* Justissima † ergò fuit sanctio Impp. Theodos. & Valent. *in l. ult. C. ad Leg. Jul. repe-* 5

repetund. ibi: *Sancimus ejusmodi viros ad regendas provincias accedere, qvi ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed vita probatæ & amplitudinis tuæ solent testimonio promoveri, ita sanè, ut qvibus hi honores commissi fuerint, jurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis neq; dedisse qvippiam, neq; daturos unqvam fore, sive per se, sive per interpositam personam, in fraudem Legis Sacramentiq;, aut venditionis donationisvè titulo, aut alio velamento*
6 *cujuscunq; contractus:* † Idemq; ferè constituit Imp. Justinianus *in Novell. 17. cap. 1. & Novell. 25. cap. 2. Novell. 82. cap. 9. in fin.* Hinc & Alexand. ab Alexand. *lib. 4. genial. dier. cap. 14. in fin.* Malè, *inqvit*, humanis ingeniis nostra vitia consuluêre, cum judicia, qvæ fidei, tutelæqve nostræ credita sunt, non ad salutem, sed ad perniciem humani generis cœci
7 cupiditate vertamus: † Atqvè iniqvus judex, non judicis, sed impuri Latronis modo, velut officina neqvitiæ per avaritiam & sordes, bonum alterius jus invadit, vanaqve judicia pretio aut gratiâ nundinatur, qvi qvidem non legum peritus, sed eversor potiùs humani juris dicendus est.

Hocq; nihil aliud est, qvam officia vendere, qvod qvando fit, indifferenter omnes, modò pecuniam habeant, ad dignitates pervenire possunt: † ; sed 8
cum summo Reipublicæ detrimento: qvod præsertim Gallia est experta, ubi † officia Præ- 9
sidum & Procuratorum generaliter, velut in auctione duodecim, qvatuordecim & viginti millibus Francorum prostant venalia, AntiMachiavel. *libr. 3. cap. 35.* Idqve per Aulicorum avaritiam pessimo invaluit more: † ex qvo viginti annorum 10
spatio, Regem ex Officiorum venditione 33. milliones librarum accepisse, scribit Thuan. *hist. lib. 60.* † Hincq; indoctissimi ac neqvissimi homines ex justitiâ ipsâ rem faciunt promercalem, cum qvæ emeris, vendere juris gentium sit, Petr. Gregor. Tholosan. *libr. 2. de Republ. cap. 6. n. 17. & libr. 4. de Republ. cap. 5. n. 27.* Herm. Latner. *de cens. lib. 3. cap. 16. n. 20.* Fulv. Pacian. *de vero justoq; Principe, cap. 2. p. 25.* † Qvod be- 12
nè animadvertens Elisabetha Regina Caroli IX. Uxor Maximiliani II. Imperatoris filia, Cum defuncto Marito reditum ad Patrem in Germaniam pararet, & donationes propter nuptias Petro

tro Gondio Parisiensium Episcopo, aliisq; viris probis committeret, iis speciatim mandavit, ut munera publica Viris idoneis, nullo accepto pretio concrederent, qvod & religiosè est observatum, Thuan. *dict. lib. 60.*
13 † Idemq; ferè Rex Ludovicus cognomine Divus, moriens, filio Successori in Galliarum Regno inter alia præcepit, ut bonum consilium summâ ope sibi pararet, suoq; lateri adjungeret maturâ ætate Viros & ingenio sedato, tranqvilloq;, qvi arcana sibi commissa tegere possent, pacis amantes, haut avaros sive rapaces, Anti-Machiavel. *lib. 3. polit. theor. 35. pag. 769.*

14 Minimè itaq; gentium, † officia, præfecturas & dignitates vendi patiatur Imperator, ut monet Heresbach. *de Republ. Christ. administ. cap. 4. pag. 210.* Etenim fides & probitas evertentur hâc peste, qvæ omnia habere venalia edocet, & Principum Socios facit fures, efficitq; ut unusqvisq; amet munus, *Esai. 1. vers. 23.* Christoph. Besold. *libr. 1. polit. cap. 3. §. 13.*
15 † Nihil qvoq; eo perniciosius esse potest, qvia virtutum meritis locus omninò relinqvendus esse videtur, Scip. Amirat. *lib. 3. dissert. polit. in Tacit. discurs. 8. pag. 83.* Qvæq; alia inde exoriantur incommoda, notat † Joh. Casus 16
lib. 2. Sphar. Civit. cap. 9. p. 104. qvando ait: *Intrusio hæc est, non electio, qvâ propter qvæstum, honorem in Civitate qværis, Rempublicam venalem ac sordidam Civitatem facis. Qvid vis pecuniose Mercator? Ambisnè Magistratum? Dic, qvantum dabis? Centum, heu nimis leve: Ducentos dabo: Ne id qvidem placet: Gradarium Spadonem fortassè addam. Jungamus dextras? Heus tu, jurabis devotè, te nihil dedisse, politicum hoc est, modo subsit lucrum. O Christe, si latius hoc malum serpat, qvem lapsum & luem Civitatis video? Sed connivere oportet, nam dies mali sunt corrupti cives; Atq; hinc fit, ut pecunia non prudentia, qvæstus non virtus, affectio hominis non moderatio æqvitatis in Civitate regnent.* Hactenus Casus.

Hoc ergò cum ceu arcanum qvoddam Principes tenere debeant, † utiq; & Imperator non 17
absq; urgentissimâ causâ hoc Capitulationis membro juratâ promissione ad id obstrictus est, non aliter ac tempore Justiniani Imperatoris. Præsides provinciarum ad hoc erant obligati, prout apparet † *ex Novell. 17. c. 5. §. 2.* ubi: 18
Festinabis, inqvit Imp. *Consiliarium & qvicunq; fuerit circa te, assumere Virum optimum & purum undiq;*

diq; & contentum iis, qvæ à Fisco dantur. Et si qvid præter spem accesserit & non inveneris eum custodientem tibi fidem justam; illum qvidem expelles: Alio verò uteris Consiliario, legem & justitiam cum puris servante manibus.

SECTIO IV.

In scriptis & actis Imperii publicis, nullo alio sermone vel stylo, qvàm Germanico aut Latino uti jubet Capitulatio Cæsarea: qvæq; hujus rei causa?

SUMMARIA.

1. *Non nisi stylus germanicus vel latinus in scriptis & actis Imperii publicis usurpandus.*
2. *Qvò spes officiorum Imperialium extraneis præcludatur.*
3. *Lingvæ peregrinæ usus indicat subjectionem.*
4. *Rex Galliæ decreta Curiæ in gallico sermone promulgari voluit.*
5. *Majestas lingvæ Germanicæ.*
6. *Qvondam in Galliâ Nobiles & honestiores germanicè loqvebantur.*
7. *Legati Principum germanicorum ad exteros Reges missi malè exteris lingvis negotia proponunt.*
8. *Qvorundam judicium de variis lingvis.*
9. *Discursus jocosus alicujus Legati de lingvâ germanicâ & Hispanicâ.*
10. *Lingva germanica virilis.*
11. *Latinæ vocis honos à successoribus Romanor. meritò colitur.*
12. *Lingva latina in Germaniâ haut est peregrina.*
13. *Lingva latina in Asia & Africâ familiaris.*
14. *Undiq; & in qvibuscunq; negotiis lingva usurpatur latina.*
15. *Sigismundus Imper. latinæ lingvæ ignorantiam in Electoribus & Principibus reprehendit.*
16. *Qvod & fecit Carolus V. Imp.*
17. *Qvare Carolus IV. Electoraum filios in lingva Italicâ & Sclavonicâ informari voluerit. n. 18.*
19. *Exteris in locis, cujusq; Regionis lingvâ genuinâ uti permittit Capitulatio Cæsarea.*
20. *Valdè expedit callere lingvas peregrinas.*
21. *Sigismundus I. Rex Poloniæ cupidus lingvæ germanicæ.*

22. Ma-

22. Maximilianus I. Imp. varias calluit lingvas. n. 23.
24. Elisabetha Angliæ Regina peregrinarum lingvarum gnara.

NOn ergò exteræ Nationis homines ad officia illustria &
1 Imperialia admittuntur : † Idq; vel inde apparet, qvod in scriptis & actis Imperii publicis nullum alium sermonem vel stylũ qvàm germanicum aut latinum usurpari velit Capitulatio, *in verb.* Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs / keine andere Zunge noch Sprache brauchen lassen/dañ die Teutsche oder Lateinische Zunge/
2 &c. Nimirùm † qvo spes omnis officiorum Imperialium extraneis, qvi ut morum, ita plurimùm germanicæ lingvæ sunt insolentes, præcideretur, Johan. Sleidan. *lib. 1. de stat. Religion.* Cui & hæc
3 accedit ratio, † qvod ex Lingvæ alterius usurpatione subjectionis indicium oriatur maximum, siqvidem & certissimum Majestatis argumentum est, posse subditos cogere, ut Imperantis lingvâ & sermone utantur. Reqvirit ergò Imperii ad Germanos translati Majestas, ut non solummodo animus & virtus Germanorum dominetur, sed etiam lingva eo-
4 rundem floreat. † Hinc in Gallia ad sermonem gallicum majoris Curiæ decreta revocavit à lingvâ latinâ, Franciscus Major, vel potiùs Ludovicus XII. qvod servile animadverterent, non suo sed alieno sermone in illis rebus, qvæ Majestatis propriæ sunt, uti, Herman. Kirchner. *de legat. lib. 2. cap. 7. n. 34.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Repbul. cap. 10.* Et cur Imperatores alieni potiùs sermonis qvàm germanici in actibus præsertim Imperii publicis usurpandi, studiosi esse vellent, † cum nostræ 5
lingvæ tanta sit majestas ac dignitas, ut cum aliis omnibus de elegantiâ, deq; selectissimorum verborum circumductione & periodorum decenti tractu certare possit, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerũpubl. lib. 3. cap. 22.* Paul. Matth. Wehner. *in præfat. ad observat. pract.* † Factum inde, ut in ipsâ 6
Galliâ ante secula aliqvot, honestiores & Nobiles germanicâ, Rustici autem & viliores Romanâ illâ corruptâ sive hodiernâ gallicâ lingvâ, qvam Rusticam Romam & sqvamam latini sermonis atq; rubiginem trivialium barbarissimorum dicebant, usi fuerint, Lips. *cent. 3. Epist. 44.* † ut 7
non sine causa miretur Kirchner. Principum & Electorum Oratores ad exteros Reges missos, externæ trabeæ suam subjicere purpuram, qvæ cum dignitate ac culmine Regiò jure æqviparatur, dũ ple-

plerumq; Legationi lingvam non latinam aut vernaculam, sed Gallicam vel Italicam foris commodant, *de legat. dict. lib. 2. cap. 7. n. 48.*

8 Non pauci qvidem inter † Lingvas ita distingvunt, ut cum Deo ob Majestatem *Hispanicè*, cum Principibus ob gravitatem *Italicè*, cum fœminis ob gratiam *gallicè*, cum hostibus verò ob terrorem *germanicè* loqvendum autument, Rudolph. Maximil. Dux Saxon. *apud Frider. Achill. in orat. contra*

9 *gall.* † qvò & pertinet historiola de qvodam Germanorum Legato, qvi apud Imperatorem Carolum V. germanicè loqvi jussus, cùm sermonis & lingvæ autoritate Hispanos ad applausum commovisset, unus ex istis ita censuit: *Opinione suâ germanicam lingvam & graviorem & severiorem esse, atq; se credere, Deum, cum expelleret è Paradiso Adamum, & Angelum gladio formidabilē, qvi custos Paradiso datus est, terroris causâ germanicâ linguâ Patrē illum nostrum communem increpuisse*; Cui tamen Germanus acutè reposuit: *Hispanicæ lingvæ non minus se magnificare pompam, qvàm subtilitatem, & persvasum habere, Diabolum, cum Evam circumvenire vellet, lingvâ hispanicâ, fraudum & calidiorum consiliorū singulis aptissimâ, usum fuisse*, Rudolph. Maximil. *dict. orat. contr. Galliam.* † Ac-

10

tamen lingvam nostram germanicam Viri amant: Ut enim germani sunt Viri, ita illorum lingva & facundia est virilis, qvæ nemini, nisi qvi virilem non gerit animum, ingrata esse potest.

† Latinæ autem vocis honos etiam ob veterem matris Romæ Imperiiqve Romani ad Germanos translati memoriam, non immeritò videtur à Latinæ dignitatis successoribus, studiosè recoli simul & usq; servari, Herm. Kirchner. *de offic. & dignit. Legat. lib. 2. cap. 7. n. 39.* † Neq; enim lingva latina Germaniæ æstimanda est peregrina, qvippe qvæ in locum & vicem omnium gentium domicilii, in qvo lingva latina imperitavit toti Orbi, successit, nec minus nos cives Romani sumus, qvàm olim Latini fuerunt, Laurent. von Wensſin apud Frider. Achill. *in orat. pro Italia.* † Familiaris qvoqve est lingva Romana non solummodò in Europâ, sed etiam in Asiâ & Africâ. Cum enim Romani sibi totius orbis Imperiū vendicârent, illudq; sine legibus stare non posse viderent, latino sermone Leges proponebant, & latino etiam sermone eas prælegi & à Procuratoribus ac JCtis secundùm eas res agi volebant: Cū verò illi, qvi res suas pro judicio tractare cupiebant, non possent lati- ... 11 12 13

nè illud peragere, neceſſariò coacti fuêre filios ſuos eò mittere, ubi hanc lingvam addiſcerent, licèt poſteà ad res etiam familiares adhiberi ſit cœpta, Keckerm. *in ſyſt. polit. lib. 1. cap. 2.*
14 † Inde factum, ut in cunctis fermè provinciis omnes contractus, omnia pacta, omniaq; decreta & ſententiæ nullo alio, qvā latino charactere fuerint & ſcripta & propoſita, omnes etiā eâ lē lingvâ auditę legationes, Kirchn. *dict. lib. 2. cap. 7. n. 31.*
15 † Non immeritò igitur Sigiſmundus Imperator qvondam latinæ Lingvæ ignorantiam in Principibus & Electoribus vehementisſimè reprehendit, qvod exteris Legatis in latinâ Oratione auditis, nemo omnium fuerit, qvi latinè potuerit reſpondere; idq; tanto rubori fuiſſe, ajunt, Ruperto, Principi & Comiti Palatino, ut domum reverſus, in ſummâ etiam ſenectute, Magiſtro adhibito latinas literas didicerit.
16 † Et cum *Anno 1530.* in ingreſſu Caroli V. Imperatoris ad Comitia Auguſtana, non procul à Civitate, Joachimus Elector Brandenburgicus Pontificiū Legatum nomine Epiſcoporum & Spiritualium Principum, cum ex iis nemo hoc præſtare poſſet, oratione latinâ exceperat; Carolus Imp. in hæc verba erupit: *Eruditionis & facundiæ laudem huic Principi Electori neqvaqvam detrahi poſſe, ac ſpiritualium Principum negligentiam meritò culpandam eſſe & improbandam, qvod eorum cogerentur eſſe diſcipuli, qvos ipſi meritò erudire deberent; igitur in poſterum perdiſcendis literis plus temporis tribuant ſe monere, niſi ii velint videri, qvi officio neutiqvā ſatisfaciunt,* Cœleſtin. *in actis iſtor. Comit. Menſ. Jun.* Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 6. n. 29.*

Aſt, inqvies, ſi negotia Imperii latino aut germanico ſaltem idiomate ſunt agenda, cur Carolus IV. Imperator Secularium Electorum filios à ſeptimo ætatis anno in grammaticâ Italicæ & Sclavonicæ lingvæ inſtitui jubet *in Aur. Bull. tit. 30.* ubi & rationem addit, qvod illæ lingvæ utplurimum ad uſum & neceſſitatem Imperii freqvententur, hisq; ardua ejusdem negotia ventilentur? 17
†Nimirum pro ratione iſtius temporis hoc tum valuit, qvo Italia & Regiones illæ, ubi Sclavonica & ex eâ manantes aliæ lingvę ſunt in uſu, Imperio adhuc parebant; Sed poſtqvam ad terminos anguſtiores id fuit redactum, conſtitutum eſt poſteriorum Impp. temporibus, ut in actis Imperii atqve ſcriptis non aliud qvàm latinum vel germanicum idioma uſurpetur, Dom. Arum. *ad tit. 30. Aur. Bull. diſcurſ. 6.* 18
† Attamen peregrinas lin- 19

lingvas prorsus excludi tantum abest, ut exteris in locis cujusqve regionis lingvâ genuinâ uti expressè permiserit Capitulatio Cæsarea *in verb.* Es were dann an Orten/ da gemeiniglich eine andere Sprache in übung were unnd in brauch stünde/ dann als denn mögen wir uns und die unsern derselben daselbsten auch behelffen.

20 Etenim † peregrinas callere lingvas valdè expedit Principibus pariter, atq; eorundem Consiliariis, si forsan cum exteræ Nationis hominibus de negotiis sæpè gravissimis tractandum:
21 † ut non sine causâ Sigismundus I. Rex Poloniæ lingvam germanicam sibi diligenter pernoscendam existimaverit, Keckerman. *lib. 1. polit. cap.*
22 *2.* † Et laudatur propterea Maximilianus I. Imperator, qvod cum Italis italicè, cum Gallis gallicè, cum Germanis germanicè, & cum Viris doctis latinè loqvi potuerit, qvi tamen ab infantiâ penè in nonum ætatis annum elingvis fuit, & à plerisq; mutus judicatus.
† Unde cum Francofordiæ in Romanorum Regem eligeretur, collaudantibus eum certatim Principibus coram Friderico Imperatore Patre: *Nescio*, inqvit Fridericus, *qvo pacto vel legat vel loqvatur; Hoc mihi certè constat, qvod cum duodecimum ætatis annum ageret, subverebar, ipsum aut stultum futurum aut mutum.* Cuspinian. *in vit. Maximil.* 23
† Qvam laudem qvoqve promeruit Elisabetha Angliæ Regina, qvæ græcè & hispanicè mediocriter, latinè verò, gallicè & italicè ad miraculum docta, uno & eodem die tribus maximorum Regum Legatis, latinè uni, alteri gallicè, tertiò italicè respondere, audita est, Metter. *de Bell. belgico.* 24

SECTIO V.

Certa jam tùm ab antiqvis fuit Septem Virûm Officiatorum dignitas & electio, certusq; & immutabilis eorum numerus.

SUMMARIA.

1. *Summa Electorum in Imperio dignitas. n. 5.*
2. *Collegium Electorum fundamentum Imperii Romani.*
3. *Felicissimi Collegii Electorum effectus.*
4. *Dignitas Electoralis ab Imperatoria Majestate dependet.*
6. *Septem Viri Electores regiâ splendent dignitate. n. 7.*

ARchiPrincipum Electorum autoritatem & præeminentiam in Capitulatione Cæsareâ à Rege Romanorum disertè confirmari, eorumq; Nuncios in aulâ Imperatoris exterorum Principum Legatis præferri, *Supr. cap. 10. n. 17.* nemo mirabitur, † qvi summam Electorum dignitatem probè pensitaverit: qvorum scilicet humeris 1

ris Imperii celsitudo committitur, & qvorum ex germine qvasi, decedente Imperatore, Aqvila alarum suarum umbrâ Occidentem tegens producitur, Auct. anon. *de stat. polit. seu civil. lib. 4. discurs. 34.* Dom. Arum. *ad tit. 6 Aur. Bull.* Mun-
2 ster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 21.* † qvorum Collegium basis est, & fundamentum Imperii Romani,
3 Nicol. Betsius *de pact. fam. illustr.* † qvorumq; prudentiâ & consilio effectum, ut gravissimæ dissensiones, qvæ anteà de electione Imperatoris exarserant, conqvieverint, pax & tranqvillitas qvaliscunqve in Germaniâ conservata, ac clandestinæ & insidiosæ exterorum Imperio Germanico inhiantium conspirationes fuerint repressæ, Waremund. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. cap. 2. n. 147.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 4. n. 15.* Petr. Albin. *in Chron. Misnic. tit. 16. pag. 218.* Zachar. Frid. *in Polit. cap. 18.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. cap. 3. num. 18.* Auct. des Froschmeuselers/ *part. 4.*
4 *cap. 1. in fin.* † nimirum dignitas Electorum ab Imperatoriâ Majestate dependet, cumq; eâ qvasi cohæret, fatente Rudolpho II. Imperatore hisce verbis: Daß der Churfürsten Hoheit und *autoritet* mit eines Römischen Käysers Gewalt und Hoheit/ daher sie auch fleust/ dermassen verbunden/ daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden/ auch ohne die andere nicht bestehen kan/ Dom. Arum. *ad dict. tit. 6. Aur. Bull.* † ferè scripserit Schardius *in præfat. de Elect. inst.* 5
Principum aliorum ac Regum dignitatem magnam: sed Electorum tantò majorem augustioremq; esse, quantò Imperiali fastigio propior, ejusq; quasi legitima & ordinata creatrix videatur. † Qvinimò Regiâ dignitate 6
It. so irren sich Magdeburg/ Oesterreich und Saltzburg/ derwegen Keyser *Maximilian* befohlen/ so sie alle drey oder dero zween in eigener Person vorhanden/ sol einem umb den andern angesagt werden/ wo aber einer allein persönlich entgegen / dem sol allezeit angesagt werden/ und den Vorsitz haben/ Also sol auch den Bottschafften ein Tag umb den andern angesagt werden.

Hernach aber haben sich Oesterreich und Saltzburg selbst miteinander verglichen/ daß iedweder ein Tag umb den andern vorsitzt/ unnd derowegen wird allezeit beyden angesaget.

Nachmaln haben sich geirret die Bischoffe von Wormbs und Würtzburg/ Sind durch ietzige Keys. M. verglichen/ daß einer einen Tag um̃ den andern vorsitzt.

Folgends irren sich Pfaltz/ Sachsen und Bäyern. Jedoch ist vor Jahren allewegen der Elteste/ aus iedwedern Churhaus/ nemlich ein Pfaltzgraff oder Hertzog von Bäyern/ Darnach der Elteste von Sachsen/ und zum dritten der Elteste von Haus zu Brandenburg gesessen/ Jetzo aber wollē alle Fürsten/ von iedwedern ChurHaus an einander sitzen.

Ferner irren sich Braunschweig und Brandenburg/ wie sich dann auff dem ReichsTag zu Regenspurg *Anno 1541.* zwischen Hertzogen Heinrich von Braunschweig/ unnd Marggraff Georgen von Brandenburg/ ein grosser Lermen begeben.

Weiter irren sich die Hertzogen von Mecklenburg/ Gülich / Cleve und Bergen/ und Pommern/ Auch

die Landgraffen von Hessen unnd Marggraffen von Baden.

So haben sich vor Jahren auch die jüngen Fürsten/ so nicht im Regiment gewesen/ nicht auff der Fürsten Banck in die *Session* gesetzet/ auch kein Graff oder Freyherr/ dañ allein die zween/ denen die Stimmen befohlen worden. Sondern ihnen hat der Erbmarschall fürnemlich mitten in der Stuben zusitzen verordnet.

Von der Vmbfrag in den Reichs Räthen.

Obwol in der güldenen Bull versehen/ daß in Erwehlung eines Römischen Königes/ unter den Churfürsten der Bischoff von Mäyntz/ als ErtzCantzler/ sol die umbfrag habē/ So hat doch allezeit auff Keyserl. unnd Königlichen Hof Tägen (ehe die Reichs Täge auffkommen) der Churfürst von Sachsen und in seinem Abwesen/ der Erbmarschall die Vmbfrag gethan/ und iedweder Stand/ so beruffen gewesen/ in Gegenwart der Keyserl. und Königl. Maj. seine Stimm und Rath gegeben.

Demnach aber die Römische Keyser oder Könige hernach angefangen/ in des Reichs obligenden Sachen alle Churfürsten/ Fürsten/ *Prælaten*/ Grafen/ Freyherren/ auch die Frey- und Reichs Städte zubeschreiben/ und also Reichs Tage gehalten/ haben die Churfürsten sich von den andern Fürsten unnd gemeinen Ständen abgesondert/ also daß ietzo die Churfürsten allein zusammen/ nach der Keyserl. oder Königl. *Proposition* treten/ auch sonst abgesondert in einer Stuben Rath gehalten/ unnd ist also der Erbmarschall der Zwietracht halben/ so sich zwischen Mäyntz und Sachsen der umbfrag halben gehalten/ aus dem Churfl. Rath und derselben Vmbfrage abgesondert worden.

Folgends habē sich auch die Fürsten/ *Prælaten*, Graffen uñ Herren von den Frey- und Reichs Städten abgesondert/ also daß sie auch ihren Rath und Bedencken beschliessen in einer sondern Stuben.

In welcher Fürsten Rath vor Jahren der Erbmarschall die *Session* gemacht/ die ietzo nicht mehr beschicht/ sondern heisset sie alle in gemein mit diesen oder dergleichen Worten: Meine gnädigste unnd gnädige Herren wollen sich setzen/ die *Session* einnehmen. So das beschicht/ fängt er an auff der Geistlichen Banck/ Erstlich Saltzburg oder Oesterreich/ welcher den Vorsitz/ zu fragen/ Folgends fraget er die ander Frag hierüber auff der weltlichen Banck/ abermahls den der Vorsitz/ und also fort und fort von einer Banck zu der andern/ so

lang

lang Fürsten in eigner Person sitzē/ und so auff einer Banck mehr Fürsten/ sollen dieselben nach einander gefragt werden/ unnd erst wieder von derselbē Banck die Bottschafften eine umb die ander auff beyden Bäncken/ biß an die Graffen unnd Herren/ und den der von wegen aller *Prælaten* und *Prælatin* die Stim̃ hat.

Marschall vor Zeiten auch *proponiret.*

Es hat auch vor Jahren der Erbmarschall nicht allein solche Umbfrag gethan/ sondern auch müssen *proponirn*, und die mehrern Stimmen samlen/ einnehmen und erzehlen/ was der Beschluß der mehrern Stimm. Aber jetzt ist es dahin kommen/ daß entweder Oesterreich oder Saltzburg/ welcher vorsitzt/ *proponiret*, und die mehrern Stimmen samlet und beschleusst.

Wiewol sich etlich mahl zugetragen/ daß mir Sixten Sommer/ als Unter Marschall/ Römische Keyserl. oder Königl. Majest. etzliche *articul* denen Churfürsten/ Fürsten und gemeinen Ständen fürzutragen befohlen/ das hab ich alsdann in Churfürsten Rath/ dergleichen im Fürsten Rath/ und dann auch in der Frey- und Reich-Städte Rath/ selbst mündlich gethan.

So bin ich auch mehrmaln zu Regenspurg/ Nürnberg un̄ Speir angesprochen worden/ durch die Fürsten/ umb den Inhalt der mehrern Stimm/ wann sie an Oesterreichischer oder Saltzburgischer Erzehlung und Beschluß nicht ersättiget gewesen. Derhalben ich wieder angefangen umbzufragen/ ietzo thun es die *Directores* Oesterreich und Saltzburg.

Zu zeiten hat mich auch wol ein Oesterreichischer oder Saltzburgischer Rath selbst gefraget umb die mehrern Stimmen/ dann etwan die Gesandten so heimlich unnd gemehling reden/ daß mans nicht hinführ in die *Session* hören kan/ derhalben ich auch offtermahls zu rück treten müssen/ darumb gebühret auch dem Erbmarschall auff die Stimm unnd *Vota* ein auffmercken zu haben.

Und werden also allweg drey Räthe gehalten/ der Churfürsten besondere; wiederumb der Fürsten/ *Prælaten*, Graffen und Herren besondre/ und dann auch der Frey- unnd Reichs-Städte besondere. Dergestalt wann sich die Churfürsten auff die Keyser- und Königliche *Proposition* eines *articuls* entschlossen/ so zeigen sie ihre Meynung dem Fürstē Rath an/ So sich dann ihr der Churfürsten und Fürsten Bedencken mit einander vergleichen/ so hat man die Gesandten der

der Frey-und ReichsStädte erfordert/ ihnen solches Bedencken fürgehalten/ darauff der Frey- unnd ReichsStädte ihre Bedencken den Churfürsten und Fürstl. Verordneten auch eröffnet/ und so dasselbe ihr Bedencken erheblich/ wieder an Churfürsten unnd Fürsten gelangen lassen/ wo nicht/ es bey der Churfürsten und Fürsten Bedencken blieben.

Letzlich hat es dahin wollen zu Regenspurg *Anno 1541.* gelangen/ daß man ihr der Frey und Reichs-Städt Gesandten Bedencken gar nicht wollen anhören/ derhalben sie ihr Bedencken der Keyserl. Majest. selbst überantwortet/ unnd im ReichsRath begehret eine *Session*, welches also noch im Streit blieben hangen.

So auch junge Fürsten/ die kein Regiment haben/ dergleichen gefürste *Prælaten*, auch Graffen oder Freyherren/ So auch von eines Fürsten wegen mehr denn eine Person sich hat in die *Session* gesetzt/ so sollen sie doch vom Erbmarschall nicht gefragt werden.

Von des H. Reichs Erbmarschalln *Jurisdiction*, Freyheit/ Nutzungen und Gefällen.

Taxt- Ordnung.

Zum ersten hat vor Jahren auff allen Keys. oder Königlichen Hof- und ReichsTägen mit sampt Burgemeister unnd Rath der Stadt/ darinnen. Hof- oder ReichsTäge gehalten worden/ sich der Erb-Marschall der Mahlzeit/ Futters/ etc. wie die bezahlet unnd gehalten sollen werden/ verglichen/ auch die andere *Victualien* unnd *Proviant taxiret* und geschätzet/ unnd so die Bürger straffbar erfunden/ die Straff halb dem Erbmarschall/ unnd halb der StadtVoigt oder Richter: Wo aber Frembde/ so nicht Bürger/ darinn gefrevelt/ hat die Straff allein ihme dem Erbmarschall zugebühret.

Aber bey ietziger Keyserl. oder Königl. Maj. haben sich Ihr. M. Hofgesinde der Ordnung beschweret/ unnd sich Ihr. Majest. Hof-Marschall in die Taxierung unnd Straff eingedrungen/ so haben die Churfürsten unnd Fürsten letzlich auch darinnen wollen Ordnung fürnehmen.

Rumor und streitige Sachen.

Zum andern/ ist in allen *rumors*-Sachen und streitigen Handlungen/ die sich zwischen Röm. Keys. oder Königl. Maj. Hofgesind/ und dann gemeiner der Churfürsten/ Fürsten und Stände des Reichs/ und derselben Diener/ wo sich in Röm. und des Reichs Feldzügen/ dergleichen auff den Keyserl. oder Königl. Hof- unnd ReichsTägen bege-

begeben/ der Erbmarschall/ sampt Ihr. Majest. Hofmarschall/ allezeit Richter gewesen/ und die straff bald mit einander etwan zugleich gestrafft/ etwa iedweder seine Zugehörigen.

Aber auff dem ReichsTage zu Regenspurg/ *Anno 1532.* gehalten/ hat sich zwischen Caspar Rhönig-lein/ als Hoffmarschalln Ampts-Verwaltern/ unnd dann Georg Wolff und andern Erbmarschall zu Pappenheimb/ eine grosse Irrung zugetragen/ derwegen aber *Anno 1541.* ist von Keyserl. Majest. wegen/ alle streitige Sachen zu entscheiden/ der von Lyer/ von der Reichsstände wegen der Erbmarschall/ oder wen er von seinet wegen dahin verordnet/ als unterMarschall/ unnd von gemeiner Stadt Regenspurg der Amman verordnet worden/ und dann M. von Reinach zu einem gemeinen Rumor-Meister. Doch must er der Reichsstände verbrechere/ Wolffen/ als Erbmarschalln/ die Bürger dem StadtAmman ausantworten/ und allein das Keyserl. Hofgesinde für sich selbst straffen.

Was aber sich *rumor* und andere streitig Sachen allein zwischen gemeine Stände des Reichs zugetragen/ darinnen ist der Erbmarschall allewegen Richter gewesen/ und ihm allein die Straff gebührt.

Jüden Vergleitung.

Zum andern/ hat auch der Erbmarschall im Röm. und andern des heiligen Reichszügen/ auff dem Keys. und Kön. Hof- oder Reichs-Tägen/ die Gerechtigkeiten / alle Jüden zuvergleiten/ also wo er einen Jüden am Hof oder auff den ReichsTägen betritt/ der von ihme nicht geleit genommen/ mag er ihn gefänglich einziehen und straffen/ und ist ein iedweder Jüde für das Geleit dem Erbmarschall schuldig ein Gülden im Gold/ und dem unterMarschall einen Orth eines Gülden. Wiewol nun Georg unnd Wolffen/ Erbmarschalln zu Regenspurg/ *Anno 1532.* von Bürgermeister und Rath daselbst viel Eintrag beschehen/ auch die Jüden gefangen worden / so hab ich doch *Anno 1541.* so viel mit ihnen gehandelt/ daß sie ihres vorhabens abgestanden/ unnd Wolffen Marschall/ die Jüden vergleiten zu lassen/ bewilliget.

Die Ampt- und Lehen-Pferde.

Zum dritten/ So ein erwehlter Röm. Keyser oder König/ seinen ersten Keyserl. oder Königl. Hofhalt/ unnd die Churfürsten ihr Ampt/ laut der güldenen Bull/ verwalten/ So folget und bleibet dem Erbmarschall des Churf. Pferd/

und des Erbmarschalls Sattelknechte die Roßdecke.

Und dann auch ihme Marschall das silberne Maß unnd Streichholtz.

Also auch/ wann die Churfürsten Lehen und Regalien von einem Römischen Keyser oder König in der Cammer/ oder auff dem Lehenstul empfahen/ so folget dem Erbmarschall das Pferd/ seinem Sattelknechte die Decke.

Wo aber ein Churfürst allein durch seine Bottschafften emphähet/ hat Er gemeiniglich für das Pferd sechzig Gülden in Gold geben.

Wann aber sonst geistliche oder weltliche Fürsten/ auch gefürste *Prælaten* unnd Graffen ihre Lehen und *Regalia* empfahen/ so folget abermals dem Erbmarschall das Pferd/ die Decke dem Sattelknechte/ und darzu sechzig Gülden in Müntze. Wann sie aber allein durch ihre Räthe empfahen/ geben sie gemeiniglich für das Pferd viertzig Gülden/ unnd ist allein der Apt von Fulda/ als einer Römischen Königin ErbCantzler/ der 60. Gülden gefreyet/ also daß er allein gibt dem Erbmarschall das Pferd.

Und ob wol in der güldenen Bull geschrieben/ daß der Keyserl. Hoffmeister sol die 63. Marck und ein Vierding Silbers von denen Churfürsten/ so Lehen empfahen/ einnehmen/ und unter des Reichs Erbämpter austheilen/ So haben sich doch so viel Irrung zugetragen/ daß alle Erbämpter vor vielen Jahren überein kommen/ und dem Erbmarschall zu Pappenheim das Geld/ an statt des Silbers einzunehmen/ nemlichen iedwedern Ampt sechzig Gülden im Gold/ und folgends auszutheilen/ auffgetragen. Jedoch/ was in die Cantzeley gehöret/ nimmt der Erbmarschall/ und dann dem Keys. oder Königlichen Hofmeister/ dergleichen dem Erbschencken von Lymburg/ den Erbküchemeister von Soldenitzs/ dem Grafen von Zorn/ als Cämmern/ zugehörig.

Doch anderer gestalt nicht/ dann so sie in verleihung entgegen unnd auff den Dienst warten. Derhalben sol sie der unter Marschall allwegē/ so geliehen wird/ zum Dienst beruffen/ so geben sie ihme zu eigener Verehrung von einem Amptgeld 2. Gülden.

Wann sie nicht vorhanden/ so bleibt ihr Amptgeld dem Keyserl. oder Königlichen Hofdienern/ laut der güldenen Bull. Unnd ist hierüber zu mercken/ daß zu Hagenaw *Anno* 1540. der Bischoff von Würtzburg seine Lehen empfangen/

gen / dieweil aber ich Sixt-Sommer (als Herr Wolff zu Pappenheimb/Erbmarschall zu Regēspurg in der Einführung gewesen) sein unter-Marschall gewesen bin / so habe ich ihme doch das Pferd und Lehngeldt erhalten / ungeachtet / daß *Monſ. Falconet*, Keyserlicher Hoffmarschall-Ampts verwalter / dessen sich zum höchsten beschweret/ auch Herr Wolffen und mich vor der Keyserl. Majest. beklaget.

Der Keyserl. Himmel.

Zum vierdten/So auch ein Römischer Keyser oder König in den Frey-und Reichsstädten unter dem Himmel einreit / so folget der Himmel auch dem Erbmarschall/ es wolten sich dann Bürgermeister unnd Rath mit ihme darumb vergleichen/welches zu ihrer beyder willkühr stehet.

Allewegen ein Marschall am Keyserlichen Hoff.

Zum fünfften/Ist der Erbmarschall zu Pappenheim allezeit einer von der Einsatzung der Churfürsten unnd Erbämpter an / biß auff jetzige Keyserl. Majest. am Hoff gewesen / und wie andere Hoffdiener unterhalten worden.

Auff Reichstägen soll ein Marschall vom Haus Sachsen unterhalten werden.

Dergleichen / wann ein Churfürst von Sachsen am Keyserlichen Hoff/ oder auff den ReichsTägen/ so hat der Erbmarschall von seiner Churfürstlichen Durchl. Futter und Mahl auff sich und seine Diener gehabt.

Spielplätz.

So hat ihme Erbmarschall auch vor Jahren/ in Keyserlicher oder Königlicher Röm. oder andern Feldzügen/ auch auff den Krönungen / Hoff und Reichs-Tägen der Spielplatz zugehört / also daß niemand hat dürffen spielen/ dann allein unter des Erbmarschall Panier/ davon er auch seine gefäll gehabt. Aber weiland Keyser *Sigismundus* hat solchen Spielplatz auffgehoben/und dem Erbmarschalls-Ampt dafür jährlichen 200. fl. im Golde/auff dem AmmonAmpt der Stadt Nördlingen verschrieben/ sampt der halben Jüdenstewer zu Nürnberg. Und nach dem folgends die Jüden zu Nürnberg vertrieben/ und sie die Erbmarschalln/ nach rath Hertzog Friedrichs zu Sachsen Churfürstens / Bürgermeister und Rath am Keyserlichen Cammergericht deßhalben rechtlich beklaget/sind sie/die von Nürnberg/am Keyserl. Cammergerichte ledig erkand worden/ und die Erbmarschalln/umb erstattung solches abgangs/an die Keys. Maj. und die Churfürsten gewiesen worden. Und ob wol durch den gantzen Na-

men und Stammen bey der Keyserl. Maj. und dem Churfürsten zu Sachsen mehrmaln umb erstattung angehalten worden / so hat man doch nichts erhalten mögen.

SECTIO VII.

Non ut Electorum, ita etiam reliqvorum Principum certa ubiq; est Sessio & praeminentia: Sed qvandoq; in Comitiis de hâc multum fuit disceptatum: qvâq; ratione & modo controversiæ hæ sint sopiendæ?

SUMMARIA.

1. Certus eundi & sedendi ordo Electoribus in Aur. Bull. præscriptus. n. 7.
2. Rex Bohemiæ olim ultimus hodiè inter Electores seculares est primus.
3. Ratio hujus translationis.
4. Qvoad reliqvos Electores ratione ordinis nihil immutatum. n. 5. 6.
8. Summa Electorum dignitas.
9. Electores reliqvos Orbis Principes præcedunt.
10. In Cõcilio Basiliensi, Burgundiæ Legati nullo jure fuerunt prælati Electoribus.
11. Regibus præfert Electores Dom. Arumæus.
12. Legatus Anglicus & Nuntius Apostolicus noluerunt cedere Electoribus.
13. Refellitur Arumæus ex Aur. Bull. & Capit. Cæsar. n. 15.
14. Electores Regibus comparantur: at Reges non sunt.
16. Reliqvorum Principum ordo ac Sessio certa non definita in Constitutionibus Imperii.
17. Freqvens concertatio in Comitiis de Sessione.
18. Magnates scrupulosi in vindicanda præeminentiâ.
19. Controversia de præeminentia inter Cancellarios Caroli V. Imp. & Regis Galliarum.
20. Disceptatio de sessione inter Bavarum, Saxonem, Brandeburgicum, & alios Imperii Principes.
21. Nec non inter Civitates Aqvisgranum & Coloniam.
22. Prima & ultima qvæstio de Sessione inter Anglos & Hispanos in tractatione Pacis.
23. Eadem disceptatio inter Philippum II. Regem Hispaniarum & Regem Galliarum.
24. Noluit Legatus Imp. Romani cedere Legato Persico.
25. Concertatio de præeminentia inter Florentinum & Ferrariensem.

26. Cle-

26. Clerici etiam de sessionis prærogativâ solliciti.
27. Ludovicus Guisianus & Cardinalis Borbonius certârunt de prærogativâ sessionis.
28. Controversia præcedentiæ dedit ansam duello.
29. Res periculosa, Magnatibus dignitatem intervertere. n. 31.
30. Quæstio de Principum sessione cautissimè tractanda.
32. Cedere ad tempus alteri, non præjudicat Principum dignitati.
33. De concertationibus Sessionum haut sinistrè judicandum.
34. Rectè faciunt Principes debitam sibi sessionem vindicantes. n. 35.
36. De ordine ac Sessione sæpè Principes protestantur & reprotestantur.
37. Mores Sessionum vetusti non immutandi.
38. Qvare de moribus Sessionum vetustis ex actis Comitiorum non semper appareat? n. 39. 40.
41. Controversiæ de sessionum prærogativâ à Cæsareâ Majestate decidendæ.
42. Sæpiùs decisio harum controversiarum Imperialis effectu est destituta. n. 43. 44.
45. In multis Comitiis determinatio Sessionis suscepta, sed non peracta fuit. n. 46.
47. Duplex modus determinandi controversias sessionis in Comitiis Augustanis propositus.
48. Nulla adhuc publicata sententia super controversiâ sessionum.
49. Alia duo remedia compositionis super sessionis prærogativâ. n. 50.
51. Principes qvandoq; promiscuâ usi sunt sessione in Comitiis.
52. Alius componendi modus.
53. Qvidam ad sortis judicium hâc in re confugiunt.
54. Primus debetur locus ei, qvi prius dignitatem adeptus. n. 55.
56. Antiqvitas familiæ tribuit præcedentiam.
57. Inter ejusdem familiæ & dignitatis pares, Senior reliqvis præferendus. n. 58.
59. In dubio præfertur, qvi in qvasi possessione præcedentiæ constitutus.
60. Concertantes de prærogativâ sessuræ, fundant se in possessione.
61. Communiter hodiè præsedet, qvi prius mandatum intimat Cancellario Moguntinensi.

CUm decor & gloria Romani Imperii, honorq; Cæsareus & Reipublicæ salus illustr. Electorũ concordi voluntate foveantur, † noluit ratione Ordinis atq; Sessionis ullam inter eos moveri dis- 1

cordiam Imperator Carolus IV. sed certum eundi & consedendi ordinem præscripsit *in Aur. Bull. tit. 3. & . 4.* Dom. Arum. *per tot.* Ex qvo inter Archi-Principes seculares hodiè † Rex Bohemiæ est primus, qvi tamen, cum adhuc Ducis nomen haberet, fuit novissimus, *art. 55. lib. 3. Spec. Saxon.* Albert. Crantz. *lib. 4. cap. 28. in Saxon.* † Videbatur nimirum nonnihil dignitati Regiæ decedere, si ultimū teneret locum: siqvidem Collegæ Regis Bohemici sunt saltem Duces, Marchiones & Comites: atplus est Regem esse, qvàm Ducem, Arum. *in disc. 3. ad Aur. Bull. concl. 13.* Mel. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 13.* Buxdorff *ad Aur. Bull. cap. 8. concl. 84.* Regn. Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 20.* Braudlacht. *in Epit. jurisprud. publ. lib. 3. cap. 7. n. 10.* Dan. Otto *de jur. publ. cap. 10.* † Qvoad reliqvos verò Electores Carolus IV. nihil ratione ordinis immutavit. Etsi enim ex supremo Marchione Brandeburgico, infimum: ex posteriore vicissim, Comite Palatino Rheni primum fuisse à Carolo constitutum: Saxonem autem in medio relictum, scribat Beuther. *de orig. Elect.* qvod & placet Petro Heigio *part. 1. qvæst. 3. n. 29.* nullo tamen idipsum nititur fundamento, † qvin potius repugnat Ordinationi antiqvæ, ex qvâ Palatino in novi Regis electione primum olim competiisse votum, manifestum est, apud Goldast. *tom. 3. Constit. Imper. sub. tit. de offic. Comit. Palat.* Qvod & convenit † Speculo Saxon. *lib. 3. art. 57.* ubi hæc leguntur verba: *Primus inter illustres Regni, Palatinus Rheni, qvi est Dapifer: Secundus Dux Saxoniæ Mareschallus: Tertius Marchio Brandenburgensis Camerarius &c.* Atqvi Speculum Saxonicum longè ante Caroli IV. Imp. tempora viguisse, vel inde constat, qvod à Carolo Magno confirmatum fuerit Saxonibus, Georg. Fabric. *rer. memorab. Sax. lib. 1. anno 811.* Spangenb. *in Chron. Sax. c. 247.*

Hinc itaq; † Electorum ordo à Carolo IV. Imper. vel præscriptus vel confirmatus saltem, etiamnùm hodiè tàm inter ipsos, qvàm respectu aliorum Principum observatur, *Aur. Bull. tit. 6.* von vergleichung der Churfürsten gegen den andern gemeinen Fürsten: nec in Comitiis & celebratione Curiæ Imperialis Electorib. ullus alius Princeps, cujuscunq; status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis existat, præfertur: jure sanè optimo, sive dignitatem sive merita ArchiPrincipum Electorum consideres: † Qvæ enim major dignitas ipsi unqvam conferri po-

potuisset, qvàm humeris eorum Imperii Romani celsitudinem committere: qvæq; alia, eorum superabunt merita, qvippe qvibus pax & tranqvillitas in Germaniâ fertur conservata, Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 2. cap. 3. n. 28.* Zach. Victor *in polit. cap. 18.* Waremund. ab Erenb. *de fœder. libr. 1. cap. 2. n. 147.* Peucer. *lib. 5.*
9 *Chronic. in prin.* † ex qvo etiam in aliis Principum Christianorum conventibus, magnanimi Electores reliqvos orbis Principes præcedunt, veluti in Concilio Tridentino post Legatos Pontificios præcipuum dignitatis obtinuerunt locum, teste Thuano *lib. 8.*
10 *historiar.* † ut mirum sit in Concilio Basiliensi, Philippi Ducis Burgundiæ Legatos decreto Patrum prælatos fuisse Electoribus, Chassan. *part. 5. consider. 45. in catal. glor. mund.* qvi tamen in Comitiis Ratisponensibus *Anno 1471.* ne Regibus qvidem, si adessent, se cedere oportere contendebant, Campan. *tom. 2. script. germ. Fre-*
11 *her.* † Qvo ex loco, Electores Regib. præferri, innuit Dom. Arum. *in disc. 4. ad Aur. Bull. concl. 1. pag. 171.* adjutus, ut sibi videtur Rudolphi II. Imp. decreto, in qvo inter alia hæc leguntur verba: ja daß die höchste Würde der Churfürsten / damit sie vor andern Königen und Potentaten gezieret / eben diese ist / daß sie einen Römischen Keyser / dessen Hoheit / *autoritet* und Gewalt alle andere ubertrifft / von der auch alle andere herfleust / zu wehlen haben / etc. qvod & Lega- 12
tus Regis Angliæ dicitur animadvertisse in coronatione Caroli V. Imper. uti & Nuntius Apostolicus, qvi propterea pompæ adesse noluerunt, ne ordinarentur, inqvit *Hartm. Maur.* post Principes Electores, rati per hoc Principum suorum dignitatibus derogari, *in tract. de Coronat. Caroli V.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 13. in fin.* Ast vereor, † ne assertio 13
hæc repugnet sanctioni Caroli IV. Imp. *in tit. 6. Aur. Bull.* qvæ soli Regi Bohemiæ in celebratione Curiarum Imperialium, prærogativam primumqve tribuit locum præ aliis Regibus, *in verb.* Unnd sonderlich / daß der König zu Böheimb / wann solche Höffe gehalten werden / in allen und ieden vorgemeldten Handlungen / einem ieden andern König / in was sonderlicher *dignitet* und Würden der auch were / so vielleicht dahin kommen / oder zugegen seyn wird / gäntzlich unnd unverändert fürgehen sol. Unde ipsomet Arumæo advertente, inferre licet, si Rex Bohemiæ nominatim Reges alios antecedere debet, cæteris utiq; Electoribus

id inhibitum erit; Etsi enim Ele-
14 ctores Regibus comparentur, †
Reges tamen non sunt: unde nec
insigniis & nominibus Regum u-
tuntur, Heig. *part. 1. qvæst. 4. n. 51.*
Idqve ex hodiernâ Capitulatione
expeditum verè est, dum Regum
Nuntios Electorum Legatis in
aulâ Cæsareâ præferri videmus.
15 † *Verba sunt Capitulat.* Were es
aber sache/ daß nebens den Chur-
fürstlichen Gesandten/ entweder
der gekröneten regierenden aus-
ländischen Könige/ Königliche
Wittben oder Pupillen/ denen die
Regierung/ so bald sie ihr gebüren-
des Alter erreichet/zu führen zuste-
het/und immittels in der *tutel* oder
Curatel begriffen seyn/ Bottschaff-
ten zugleich vorhanden weren/ so
mögen dieselbe den Churfürstli-
chen Gesandten vorgehen. *Supr.
cap. 10. n. 17.*

Est ergò inter Principes Electo-
res locus suus cuiq; certus assigna-
16 tus: † At de reliqvorum Princi-
pum ordine ac sessione nihil cer-
ti in Aureâ Bullâ & decretis Impe-
rii reperitur constitutum. Unde
Principum Senatum miserè Ses-
sionis discordia exagitat: & sin-
gulis ferè Comitiis disceptatio
ordinis & sessionis recrudescere
solet, sic ut Legati Principum se
in aliorum qvandoqve locum
violenter intrudant, indeq; rur-
sum exturbentur, Adam Keller.
de offic. juridic. politic. lib. 2. cap. 8.
† ut falsus non fuerit Zamoiscius 17
magnus Poloniæ Cancellarius,
qvi dicere solitus, *Germanos in
suis Comitiis ferè nihil agere, qvàm
ut de Sessionibus digladientur.* Herm.
Kirchner. *lib. 2. de legat. cap. 5. n.
78.* Et restant vestigia altercatio-
num Recessibus Imperii impressa,
Rec. Imp. de anno 1530. §. *item* als
sich im Anfang/ *Receß. Spirens. de
Anno 1542.* §. Als sich auch etliche
Fürsten/ *& de Anno 1544.* §. Unnd
nachdem in solcher Versamlung/
& §. Und als sich im Anfang. In-
natum † siqvidem est Magnati- 18
bus, circa honoris sui prærogati-
vas scrupulosè versari, nec ullius
rei jacturam graviùs, qvàm ejus-
dem imminutionem patiuntur,
qvod vel solus Andreas Doria
Maris præfectus suo docuit exem-
plo, qvi à Francisco I. Galliarum
Rege, qvod verbo parùm honori-
fico ipsum exceperat, ad Carolum
V. Imperatorem transivit, Casp.
Ens *lib. 1. Epidorp.* † Qvare nec 19
Galliarum Rex cum Carolo V. e-
lecto Romanorum Rege in certa-
men de loco digniore venire eru-
buit. Nam cum anno 1521. Cale-
ti eorum Legati convenissent,
Antonius de Præto celebris JCtus
& Cancellarius Regis Galliæ, Mer-
curio

curio Caroli Cancellario hâc de
causâ præcedentiæ qvæstionem
movit, qvod licèt Carolus in Ro-
manorum Regem electus esset, ta-
men qvia nondum à Pontifice un-
ctus erat, Gallo ceu uncto Regi
eum cedere debere, contendebat
Chassan. *part. 5. consider. 29. in ca-
tal. Glor. mund.* Anton. Qvetta
consil. 1. Herm. Kirchner. *dict. cap.*
20 *5. n. 74.* † Ex literis porrò Princi-
pum Electorum *Anno 1530.* Caro-
lo V. inscriptis manifestum est,
qvàm variè inter Bavarum & Sa-
xonem, Brandeburgicum &
Brunsvigum, Hassum & Pomera-
num, de sessione, processione &
statione multos annos fuerit dis-
ceptatum, ita ut nec in id usqve
tempus, licet sæpè tentata fuisset,
ulla fieri potuerit reconciliatio,
Melch. Goldast. *tom. 3. Constit. Im-*
21 *per. pag. 509.* † Similemq; Sessionis
causam inter Civitates Aqvisgra-
num & Coloniam *anno 1495. in
VVormatiensibus Comitiis* agita-
tam refert Lehmannus: Es haben
die von Aach nicht nieder sitzen wol-
len/sondern fürgewendet / daß die
von Cölln sich zu oberst hetten ge-
setzet/ da ihnen gebühret zu sitzen/
Dargegen die von Cölln von denen
zu Aach zu wissen begehret / wie sie
sich achten/ für eine Frey-oder für
eine Reichsstadt/ *in Chron. Spirens.*
22 *cap. 5.* † Et cum inter Anglos & Hi-
spanos *Anno 1598.* pacis tractatio
susciperetur, prima de Sessione
qvæstio & ultima, in qvâ incepta
& finita fuit tractatio: nam cum
Angli nollent cedere Hispanis,
infecto negotio discessum fuit,
nec repertus qvisqvam est, qvi
æqvum esse judicaret, ut pax
qværeretur tanto cum incommo-
do Domini sui, Dom. Arum. *de
Comit. Imper. cap. 7. n. 92.* † Qva- 23
lem etiam controversiam Regi
Galliarum de Sessione moverit
Philippus II. Rex Hispaniarum,
ex *Thuano* compertum habemus.
Hic enim tot Regnorum & Pro-
vinciarum latitudine fretus, per-
acto Concilio Tridentino, de pri-
mo loco importunis apud Ponti-
ficem efflagitationibus secundum
se pronunciari petebat, qvod cum
obtinere in aulâ Romanâ non
poterat, Thuan. *lib. 35. histor.* va-
riis prensationibus apud Maximi-
lianum II. Imperatorem genti-
lem suum effecit, ut prærogativa
in aulâ Cæsareâ Legatis Gallicis
denegaretur, Thuan. *lib. 49. histor.*
qvæ tàm insignis injuria visa est
Galliæ Amiralio Colimio in edito
scripto ad Carolum IX. Regem
Galliarum, cui jamdudum post
Imperatorem cæteri Reges ac
Principes cedere constituerant,
Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 9.* ut
inter

inter cæteras, propter hanc injuriam bellum Philippo inferri posse existimaverit, Thuan. *dict. loco.*
24 † Qvare & pro lôco Imperatori debito retinendo, rectè David Ungnadius Baro, Legatus Constantinopoli discessurus, Sultanoq; valedicturus, cum à Persico Legato sibi primum locum cerneret præreptum, eo insalutato discedere voluit & debuit, nisi Machametes Bassa, qvi eam rem animadverterat, Persam inferiore loco sedere jussisset, Joh. Leunclav. *in supplem. annal. Ottomannic.* Nota
25 † itidem est inter alias Florentini & Ferrariensis Ducum in Italiâ de præeminentiâ concertatio, qvam descripsit Thuan. *histor. libr. 32. p. 605. & lib. 44. p. 826. & p. 873.* eaq; nobilissima aliqvot JCtorum exercuit ingenia, ut videre est apud Decian. *vol. 3. cons. 19.* Cephal. Leonin. *consil. 1.* Natt. *cons. 637.* Cravett. *cons. 982.* Marzar. *consil. 26.* ubi addit *n. 4. Principum proprium*
26 *esse de honore & gloriâ certare.* † Qvod ipsum tamen & Clericorum animos invasisse, probat contentio discipulorum Christi à Marco consignata, *cap. 9. v. 33. & seqq.* qvantaq; de præcedentiâ inter Romanam & Orientalem Ecclesiam agitata fuerit qvæstio, notavit Pasqvier *des recherch. de la France, liv. 3. chap. 1. p. 187.* ut mirum certè non sit, Principes seculares sessionis prærogativâ titillari: † de 27
qvâ etiam in Comitiis *Anno 1584.* certârunt Ludovicus Guisianus & Cardinalis Borbonius, Thuan. *lib. 3. de vitâ suâ, pag. 1196.* Cumq; Carolus V. Aqvisgranum petiit inaugurationis causâ, Dux Cliviensis Johannes Eqvites adduxerat qvadringentos insigniter armatos: iis contentio multa fuit cum Saxonicis, utri præcederent: Ita qvidem, ut pompam istam, qvâ vix ullam Germania viderat illustriorem, nox interpellaret, Johann. Sleidan. *lib. 2. hist.* † Caus- 28
sam qvoq; aliqvando dedit duello præcedentiæ controversia; cujus hisce verbis meminit Sixtus Sommer *in not. de officio Archimareschalli*: Weil von wegen der *Session* zwischen den Fürsten unnd Ständen des Reichs grosse Irrung sich zugetragen: Also daß zu Augspurg bey Keyser Friedrichs Zeiten / weiland Hertzog Georg von Bäyern / Sigmunden zu Pappenheim Erbmarschall / darumb daß er Hertzog Albrechten von Sachsen über seiner Fürstl. Gnaden gesatzt / ob der Pfaltz hinab gefordert und ihme der Kampff angeboten / welchem H. Sigmund seliger erschienen / iedoch als sie gleich auff einander gezucket / *Maximilianus* noch in Königlicher Würde / dazwischen ge-

gesprungen/ und sie von einander gebracht/ɩc.

29 Nimirum † res plena periculi est Magnatibus veteris dignitatis terminos intervertere, cujus rei exempla apud Crantz. *lib. 6. c. 46. in Saxon.* de ArchiEpiscopo Coloniensi & Abbate Fuldensi, Nauclerum *vol. 2. generat. 36.* de Moguntino & eodem Abbate, videre licet. Nec enim Magnates Sessionem sibi competentem turbari, nec latum ungvem suæ dignitati derogari patiuntur,
30 ut proinde † qvæstio de Principum Sessione præsertim in Conventibus generalibus, omnium cautissimè sit tractanda, ne per eam cursus Comitiorum remoretur, monente Arum. *de Comit.*
31 *Imper. cap. 7. n. 91.* † Aliaq; inde provenientia incommoda notant verba hæc *Recess. Imp. de anno 1603.* Von wegen Mißhelligkeit des *Session*streits/wird ie zu wellen des Reichs gemeine Obliegen und vorfallende Nothdurfft zu rück gehalten/ auch ungleiche *affection* dahero verursacht/ *in §.* der in dem
32 heiligen Reich/ *dict. Recess.* † Etsi enim Principes nihil qvicqvam ab ipsorum dignitate faciant alienum, si in Conventibus aut Comitiis, vel parciùs qvæstionem Sessionis tractent, vel etiam ad tempus aliis cedant, exemplo laudabili Ulrici Ducis Würtembergici ad alios Principes dicentis: *Collocate me post fornacem, dummodò id efficiamus, ad qvod congregati sumus*, Meland. *in Joco-ser. lib. 1. n. 259.* nec enim privatis contentionibus, discordiâq; locali utilitas Imperii & bonum publicum impediri debet, † Attamen propterea de Principum Germaniæ concertationibus Sessionum intuitu, cum Zasio, *in l. cum qvid n. 9. de reb. cred.* & Joh. Dauth. *in proleg. n. 5. de testam.* sinistrè judicandum non est. Cum enim de Ordinis prærogativâ non ex fastu & ambitu qvondam, sed ad conservandam familiæ suæ dignitatem, disputent, † injurius utiq; in se fuerit, qvi posthabitâ dignitatis ratione, minori cedere vellet, Andr. Knich. *de non provoc. jur. cap. 2. verb. Ducum. n. 25. Carceluy, qvi en souffre la diminution, est indigne de l'accroissement*, Pierre Matthieu *en l'histoire de France &c. & de Henry IV. lib. 1. narrat. ult. n. 14.* † Qvin potiùs laudem merentur, qvi non ambitu & superbiâ de ordinis observatione contendunt, ut rectè judicat Jacob. Menoch. *vol. 1. consil. 51. n. 3.* Nihil siqvidem aliud videntur agere, qvàm ut justo dignitatum ordine conservato & ipsa conservetur Respublica. In qvem finem jura Pontifi-

(right margin: 33, 34, 35)

cia Ordinum dignitatem & gradus observari volunt, *cap. solitæ. de major. & obedient. cap. ut debitus extr. de appellat. cap. ex ore extr. de privileg.* qvod nec jura aversantur Cæsarea *in l. honor. §. gerendorum l. ut gradatim. ff. de muner. & honor. tot. tit. C. ut dign. ord. servet. lib. 12.*

36 Non ergò est,† qvod miremur, Principes de ordine ac sessione disceptare, protestari, fundamenta deducere, duplicare & triplicare, qvo ipso major ferè pars temporis rebus tractandis deputati consumitur. Putant scilicet, protestatione expressâ jus sibi integrum servari, *l. 4. §. 1. ff. qvib. mod. pign. vel hypoth. solvit. l. 20. §. 1. ff. de acqvir. hered.* Dahero hat *Anno 1521.* auff dem ReichsTage zu Wormbs Hertzog Friedrich von Bäyern / deßgleichen Hertzog Georg von Sachsen mit öffentlicher *protestation* vor den Churfürsten / Fürsten und Ständen nicht anders / in das zu Ende des Abschieds einschreiben der Fürstlichen Personen und sonst bewilligen wollen / dann ihnen / ihren Vettern und beiden Häusern / Bäyern und Sachsen an ihrer *Session*, alten Herkommen und Gebräuchen unabbrüchig und unbegeben. ut innuunt *Recess. dictorum Comitiorum VVormatiens. circa fin.* Sed potiùs rationem conciliationis definiendæq; hujus controversiæ, ex Politicorum scriptis qværamus. † Prudenter 37 eqvidem Frider. I. Imperator super controversiâ Coloniensis & Fuldensis interpellatus respondit: *Veteres approbamus, ut tenemur, Imperii consvetudines, qvo circa major an minor, æqvo discrimine est*, apud Albert. Crantz. *in Saxon. cap. 46.* At non semper de consvetudinibus & moribus Sessionum vetustis ex Comitiorum actis apparet. † Causam si scire 38 aveas, suppeditabit eam Lehmannus *in lib. 7. Chronic. Spirens. cap. 3.* ubi refert, Comitiis Augustanis *Anno 1474.* celebratis, non nisi viciniores Principes interfuisse, remotiores, ut Megapolitanos, Pomeranos, Holsatos, Brunsvicenses, aliosq; abfuisse. *& dict. lib. 7. cap. 120.* scribit, ad Comitia Nürenbergensia *Anno 1487.* habita, similiter Pomeranos & Holsatos, pluresq; alios non accessisse. † Qvondam nimirum, cum 39 Imperium in ampliores adhuc sese terminos extenderet, Principes dissiti vocati, præsertim ad Comitia pro more istius temporis per publicum saltem edictum, rarius personaliter comparuerunt, vix interdum Legatos miserunt, adeò ut non semel propter paucitatem comparentium Comitia differri, necesse fuerit, sicut i Frideri-

derico III. conventum Franco-furti *1442.* & alterum Norinbergæ *1479.* celebrare volenti accidit, Lehman. *dict. lib. 7. cap. 98. & 115.*
40 *in Chron. Spirens.* † Ex qvo verisimile est, præsentes absentium Sessiones occupâsse, eos verò postmodum accedentes ad ultima loca remissos fuisse, obq; id prioribus litem primi loci movisse.

Pro definiendâ itaq; hâc con-
41 troversiâ † rem Majestati Cæsareæ deferendam, ejusq; sententiam vel saltem arbitrium desuper expectandum non ineptè existimaveris: Veluti in Comitiis Augustanis Principes Cæsaris arbitrio se submisisse, ac tum temporis ingentem de Sessione certationem inter Cardinalem Salisburgensem & Duces Austriacos: nec non ArchiEpiscopum Moguntinum & Salisburgensem: Item inter Georgium Saxoniæ Ducem & Guilielmum, Ducem Bavariæ; ac vicissim inter Duces Pomeraniæ & Philippum Hassorum Principem compositam fuisse, acta Comitiorum istorum testantur apud
42 *Cælestin.* † Sed temporaria saltem fuit ea compositio & finitis Comitiis expiravit, unde etiam in fine dictorum Comitiorum addita fuit hæc reservatio: Als sich im Anfang dieses Reichs-Tages etliche Fürsten/ *Prælaten* unnd andere Stände in der *Session* geirret/ welches etwas zu Verlängung des Reichs Handlung unnd Sachen gelanget/ deshalben sich Churfürsten/ Fürsten und Stände auff unser gnädig an sie gethane Bitte/ des Reichs-Tages ihrer *Session* geselliglich/ ohne gefährlich und ohne alle Ordnung gehalten. Demnach wollen wir/ daß einem jeden Churfürsten/ Fürsten/ *Prælaten* un Stande/ solche dies Reichs-Tages ungefährliche *Session*, auch die *Subscription* zu Ende dieses Abschiedes beschehen/ an seinem hergebrachten Gebrauch und Gerechtigkeit/ in einigem wege nicht nachtheilig/ schädlich oder vergreifflich seyn sollen. Et subseqventibus Comitiis contentiones istæ acerrimè fuerunt repetitæ.† Ac 43
licet in prædictis Comitiis Carolus V. Imperator, se intra annum Sessionis controversiam terminaturum promisit, *vers.* Und sollen und wollen wir/ unserer ihnen beschehenen Vertröstung nach/ allen möglichen Fleiß fürwenden/ nach fürgebung eines jeden Gerechtigkeit in Jahres Frist darnach/ sie solcher Irrung der *Session* auff ziemliche leidliche Wege zuvereinigen und zuvertragen/ etc. nihil tamen effectum: † Sed subseqventibus 44
Comitiis eædẽ promissiones fue-

runt

runt repetitæ, ut apparet ex *Recess. Imper. Ratisbonens. Anno 1532. vers. Item* Als sich im Anfange. *Ratisb. 1541. vers.* Als sich auch etliche Fürsten/ꝛc. *Spirens. 1542. vers.* Als sich auch etliche. *Nürenbergensibus anno 1542. vers.* Als sich auch etliche. *Spirens. anno 1544. vers.* Wiewol auch. *& Wormat. anno 1545. vers.* Wir

45 wollen. † Qvin nec novum id est, sed etiam in multis anterioribus Imperii Comitiis tentatum & deliberatum: at nunqvam obtineri vel perfici qvicqvam potuit: Ita enim jam olim *anno 1500.* à Maximiliano I. Imp. *vers.* Wie die Irrungen/ constitutum: Setzen/ ordnen und wollen dorauff/ daß alle und iede Stände des Heiligen Reichs/ wes Würden/ Standes oder Wesens die seyn/ so der *Session* oder Standes halber gegen oder mit einander streitig oder irrig seyn/ ihre Gerechtigkeit oder Grund in solchen Sachen hierzwischen St. Martins-Tag nechstkommend/ uns oder deme/ so an unser Stadt sitzen wird/ und unsern und des Heiligen Reichs verordneten Regenten gen Nürnberg in Schrifften zuschicken sollen/ die wir den jenigen/ die es betrifft/ förder zusenden/ ihre Antwort darinne vernehmen/ und alsdann solche Schrifften und Antwort unsern Churfürsten zuschicken/ ihren Rath dorinne hören/ und darnach solche Schrifften und Antwort auch mit den gemelten unsern un des Reichs Regenten besichtigen/ ermessen und erwegen/ und darauff zwischen Partheyen deshalben Endschied thun wollen/ damit hinführo ein ieder derselben gegen dem andern seinen Stand unnd *Session* wissen möge/ und deshalben Irrung verhütet und vermieden bleibe. † Nihil tamen subseqventibus Comitiis, nisi protestationes & reservationes sunt insecutæ, ut clarum faciunt *Recess. VVormat. vers.* Doch hat unser Ohm Hertzog Friedrich/ꝛc. *Spirens. de anno 1526. vers. Item* als sich im Anfang. *Ratisbon. 1527. vers.* Als sich auch im Anfang. *Spirens. Anno 1529. vers. Item* Als sich im Anfang. 46

Duplex † ideoq; modus determinandi controversias Sessionis, 47 in Comitiis Augustanis *anno 1559.* proponitur: Scilicet amicabilis compositionis & Processus. Cumqve prior paucis placuerit, neqve de eo spes certa fovebatur; de altero ita fuit constitutum: Wollen/ ordnen und *statuiren* wir hiermit/ daß die der *Session* wegen streitige Stände/ so sich auff sondere Austräge miteinander verglichen/ dorauff ihrer Vergleichung nach ferner/ doch zugleich *in possessorio &*

in

in petitorio, biß zum endlichen Beschluß verfahren unnd unsere Erkentnüß dorüber erwarten sollen. Den andern aber / so noch zur Zeit in keinem Austrag verfasset / wollen wir hiemit Zeit sechs Monat benant haben / dorin ein ieder Stand so zu dem andern / der *Session* halben zu klagen / seine Klage auch sämptlich *in possessorio & petitorio* an unsern Keyserlichen Hoff *duplirt* eingeben. Dorauff sein Gegentheil (der sey ein oder mehr) auch in Zeit sechs Monat antworten und darneben seinen Gegenbericht / an unsern Keyserlichen Hoff gleichesfals *duplirt* fürbringen / dorauff dann ein ieder mit noch zweyen Rechtsätzen oder *Producten* gehöret / damit zu unserer endlicher Erkentnüß gestellet werden soll / und was also darauff von uns mit Recht erkennet / darbey soll es end-
48 lich bleiben. † Disceptantes hinc
Principes de prærogativâ Sessionis, fundamenta sua deducere, duplicare, triplicare, qvandoq; etiam concludere videmus: at nulla adhuc publicata fuit sententia, sed hæc ad loca silenda se confert, ait Andr. Knich. *de non prov. jur. cap. 2. n. 33.*

Interim dum expectatur sententia, ad aliud vulgò Compositionis remedium super præroga-
49 tivâ Sessionis confugiunt, † ita
nempe, ut sit inter duos sit controversia; unus primo, secundus altero die præsedeat, aut unus Senatu abstineat, detq; alteri præsedenti votum, qvi post votum proprium & emanentis proferat, cum verbis illis: *Suo ordine & loco*, qvibus nulli concertantium
præjudicatur. † Et qvidem mo- 50
dum priorem sæpius placuisse Statibus de prærogativâ disceptantibus, clarescit ex traditis Sixti Sommers *de officio & expeditionibus Vice Mareschalli, Sect. præced. verbotenus relatis. rubr.* Von Irrung der *Session*, ibi: Anfänglich haben sich vor Jahren geirret Engelland und Hispanien / die hat Keyser Friedrich verglichen / einen Tag umb den andern obzusitzen. It: *vers.* Hernach aber haben sich Oesterreich und Saltzburg selbst miteinander verglichen / das iedweder einen Tag umb den andern vorsitzt / und derowegen wird allezeit beyden angesagt. Nachmals haben sich geirret die Bischoffe von Wormbs und Würtzburg / und durch ietzige Keyserliche Maj. verglichen / daß einer einen Tag umb den andern vorsitzt. veluti qvoqve meminit Mameran. *de invest. Maurit. Duc. Saxon.* & Justus Reifenberg. in
Nomothesia publ. fol. 207. † Vide- 51
mus qvoq; promiscuâ qvandoqve Principes usos fuisse Sessione,

Sie haben ihre *Session* geselliglich/
ungefährlich uñ ohne alle Ordnung
gehalten / prout factum in Comi-
tiis Spirens. *Recess. de anno 1526.* §.
item als sich im Anfang / *de anno*
1527. §. Als auch im Anfang / &
de anno 1532. §. *item* Als sich im
Anfang.

52 Aliis verò † hic modus non vi-
detur incommodus, ut unus in
Senatu præsedeat, alter suffragi-
um prius dicat: Aut ut unus in
Senatu & prius sedeat, & votum
proferat, sed alter in subscriptio-
ne Recessus præponatur, Dom. A-
rum. *de Comit. Imper. cap. 7. n. 111.*
& seq. ubi pro totali remotione
53 localis hujus controversiæ, † tutis-
simè sortis judicium eligendum
& adhibendum existimat, secutus
Ventur. de Valent. *in parthen. liti-*
gios. lib. 2. cap. 5. n. 9. Goldast. *lib. 1.*
de Majorat. c. 17. n. 17. Tiraqvell.
de jur. primogen. qvæst. 17. & 19. arg.
l. sed cum ambo. ff. de judic. l. ult. C.
Comm. de legat. & qvia Regnum
ipsum sorte à Deo suffragante tri-
buitur, *1. Reg. 10.* qvidni contro-
versia Sessionis per eam termina-
ri permitteretur? Siqvidem u-
troq; in casu sortes à Deo tempe-
rantur, *Proverb. 16. vers. ult.* Arum.
dict. loco.

54 Non † ineptè forsan primus
daretur sessionis locus iis, qvi pri-
us dignitatem illustrem vel prin-
cipatum fuerint adepti, si modò
de hoc constare certò posset: vel-
uti in Concilio Tridentino, cum
lis de Sessione mota fuisset inter
Gallos & Hispanos, placuit Patri-
bus, ut Theologorum qvisq; ha-
bitâ illius temporis ratione, qvo
ad Doctoratus aut Magisterii gra-
dum promotus fuisset, sententi-
am ferret, Vasq. *in præfat. illustr.*
qvæst. n. 13. & 17. † Nam & alias 55
præcedit, qvi prius dignitatem a-
deptus est, *l. 2. C. ut dign. ordo ser-*
vet. lib. 12. Jacob. Menoch. *consil.*
51. n. 39. Goldast. *dict. lib. 1. de ma-*
jorat. c. 17. n. 3. Calefat. *in tract. de*
eqvest. dig. n. 91. in fin. qvo ex funda-
mento etiam disputat Romanus
Imperator contra Constantino-
politanum, apud Baronium *tom.*
10. annal. eccles. anno 871. n. 50. † Qvin 56
& ortus atq; antiqvitas familiæ
sæpè tribuunt præcedentiam, *l. 2.*
qvæ omnia. vers. 5. sed & natalium.
C. de vet. jur. enucl. Natta *consil.*
637. n. 2. † & qvidem inter ejusdem 57
familiæ, genere, statu ac dignitate
pares, Seniori ætate primus debe-
tur locus, *l. semper. 5. in pr. ff. de*
jur. immun. Goldast. *in Senior. dict.*
lib. 1. c. 22. Anton. Coler. *de jur. Im-*
per. german. sect. 54. n. 3. Tiber. Deci-
an. *vol. 1. responso 21. n. 61.* † idq; olim 58
in Comitiis practicatum, apparet
ex notatis Sixti Sommers *de officio*
Archimareschalli, qvando ait: Fol-
gends

gends irren sich Pfaltz / Sachsen und Bäyern/iedoch ist vor Jahren allewege der älteste aus iedwedern Churhaus / nemlichen ein Pfaltzgraff oder Hertzog von Bäyern/ darnach der älteste vom Haus zu Brandenburg gesessen / Jetzo aber wollen alle Fürsten von iedwedern
59 Churhaus an einander sitzen. † In dubio autem, qvi juris præcedendi qvasi possessione munitus & aliqvando prælatus, etiamnum hodiè alteri præfertur, qvia pro possessore militat præsumtio, *l. 76. ff. de R. V.* Cornæus *vol. 2. cons. 193.*
60 *n. 14.* Leonin. *cons. 1. n. 15.* Hinc † in Comitiis videmus, concertantes se fundare in nudâ Sessuræ possessione vel qvasi, allegando actus hinc inde exercitos, Andr. Knichen *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum Saxon. cap. 2. n. 122.* Eâdemqve decidendi ratione usus fuit Ferdinandus Imper. in dirimendâ lite Ducis Florentini & Ferrariensis, nimirum qvod ita fuisset observatum in aulâ Caroli V. ut Florentinis Oratoribus præcedentia præ Ferrariensibus concederetur, Modest. *Pistor. cons. 51.* Marzar. *cons. 26. n. 25.* Communiter & accidit, † ut is, qvi prior 61
mandatum suum in Comitiis, Moguntinensi Cancellario intimaverit, præsedeat: qvo ipso Status ad Comitia citius coguntur, Dom. Arum. *dict. cap. 7. n. 111.* Sed pro rostris Imperii pendet hæc lis, ejusq; diremptio, Andre. Knichen *dict. cap. 2. n. 123.*

SECTIO IIX.

Valet in Comitiis pluralitas Votorum: Discordantibus verò Collegiis Electorum & Principum, Cæsar suam interponit autoritatem.

SUMMARIA.

1. In consultationibus de rebus & negotiis Imperii haut admittitur disparitas votorum.
2. Ex contributionibus non æstimanda sunt vota.
3. Pluralitas votorum attenditur in consultationibus, n. 7.
4. Secùs tamen res se habet in negotio Religionis, n. 5.
6. Semel transacta in deliberationem denuò non sunt vocanda.
8. De jure gentium concludit major pars votorum. n. 9.
10. Qvod & juri civili consentaneum.
11. Ut & constitutionibus Imperii, n. 14.

12. Ca-

12. Cæsar eligitur per majorem Electorum partem. n. 13.
15. Status Imperii hodie in tres classes divisi.
16. Quid si Senatus hi inter se dissideant?
17. Civitates suffragandi jus non habent. n. 18.
19. Dissentientibus Statibus, Imperator pro arbitrio rem determinat. n. 20. 21. 22.
23. Cæsar absq; Ordinum consensu legem promulgare neqvit.
24. Alter alterum invitum non potest obligare.
25. Effectus Comitiorum.
26. Decreta in Comitiis non dicuntur Imperatoris, sed Imperii Recessus.
27. Respondetur ad objectiones.

PRincipes Imperii qvantumvis ratione potentiæ & dignitatis haut sint pares, ex qvo acerrima illa de sessione & prærogativâ exorta est disceptatio, de qvâ *Sect.*
1 *praeced*; † Attamen in consultationibus de Imperii rebus atqve negotiis, circa Vota haud admittitur disparitas, sed cujusqve attenditur Votum: siqvidem par omnium jus est, & omnes proportionabiliter secundùm qvantitatem matriculæ Imperii expressam
2 contribuunt: † Nec seqvitur: Plus contribuit; Ergò, Votum ejus dignius est; qvia majus & minus diversos haut constituunt gradus, Andr. Knichen. *de non prov. jur. cap. 2. vers. Ducum. n. 68.* Domin. Arum. *in discurs. 4. ad Aur. Bull. concl. 1.* Annè ergò huic
3 † conseqvens, discrepantibus in uno vel altero puncto Votis, ad pluralitatem respectum haberi, & ex votis majoribus, h. e. pluribus conclusum sumi?

De puncto sanè Religionis hic ñon qværi aut controverti putârim: † Postqvam enim Pax Reli- 4
giosa in Comitiis Augustanis *Anno 1555.* perlata, ac posteà subseqventibus Comitiis confirmata est; utiqve in conventu Statuum publico, de puncto Religionis controverso deliberatio haud suscipi solet, sed si qvid religionis puncto annexum occurrat, apud Pontificios, ut & Protestantes in peculiari Senatu id tractatur: † 5
Veluti Director Austriacus *in Comitiis Ratisbon. Anno 1598.* ad Status dixit: Darauff köndten sie wegen Ihrer Maj. unangezeiget nicht lassen / daß ein unterscheid zu halten in den Sachen. Denn was die Gewissen betreffe / dieselbigen Sachen weren bey dem Religions-Frieden zu lassen / wie dann in sol-

chen nicht/ wie in andern Sachen/
sondern durch sondere Räthe ge-
handelt/ als daß die Catholischen
einen besondern Rath/ die andere
6 auch einen besondern gehabt; †
transacta qvippe & conclusa in
deliberationem denuò vocari, nec
juris ratio, nec mos patrius pati-
tur, Bertr. *de Comit. th. 63.* Dom.
Arum. *de Comit. Imper. cap. 6. n. 97.*
Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 4. cap. 1.*
n. 182.
7 At † in contributionibus, ali-
isq; rebus atqve negotiis, qvæ in
Comitiis solent tractari, valet o-
mninò Votorum pluralitas, nec
ad conclusi effectum alio modo
devenitur: comprobante id non
solummodò Imperii observantia;
8 † sed & gentium jure, qvo semper
major pars judicasse fertur. Vel-
uti apud Romanos Lege cautum
fuit, ut qvod major pars judicave-
rit, id jus ratumq; esset, Cicer. *lib.*
9 *8. Epistolar. ad Famil. 8.* † Qvem mo-
rem etiam apud Neapolitanos
servari, testis est Matth. de Afflict.
in decis. 1. Nec non in Curiis Regni
Hispaniæ, Anton. Tessaur. *dec. 5.*
n. 1. ut & in Supremo Lusitaniæ
Senatu, Anton. de Gamma *decis. 1.*
10 Qvin † & juris civilis dispositio
est, ut si qvid a pluribus decernen-
dum fuerit, consensus majoris
partis minori prævaleat, *l. item si*
unus. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr. l. qvod
major pars. 19. ff. ad municip. l. duo ex
tribus. 39. ff. de re judic. l. 4. ff. de decret.
ab ordin. faciend. Joh. Limn. *d. l.*
cap. 1. n. 178. Neq; in Imperio Ro-
mano-germanico de hoc ulterius
dubitandum, postqvam ex Voto-
rum pluralitate de rebus debiis
judicare & concludere jubent † 11
Constitutiones Imperii, *Recess.*
1512. vers. Es sollen auch die Chur-
fürsten/ Fürsten und andere Stän-
de/ etc. ibi: und was dieselbe/ so er-
schienen sind/ oder der mehrer theil
aus ihnen. *Recess. Imper. 1521. vers.*
Würde sich auch begeben/ daß
merckliche Zeichen/ etc. ibi: und dem/
so durch den mehrentheil beschlossen
wird/ folge thun. *Recess. 1522. vers.*
welcher gestalt/ etc. ibi: und wie sie
alle/ oder der mehrer theil unter ih-
nen beschlossen/ etc. *Recess. 1555. vers.*
und damit die Obristen innd ihre.
ibi: mehreren theils beschlossen
wird/ etc. *Recess. 1559. vers.* diesen
Beschwerden zu begegnen/ etc. ibi:
durch den mehrern theil der Stän-
de. † Qvid, qvod & Cæsar per ma- 12
jorem partem Electorum, qvo ta-
men nullum gravius in delibera-
tionem deduci potest negotium,
eligatur, *Aur. Bull. tit. 2.* Ideoqve
cum Rupertus eligeretur, qvan-
tumvis qvatuor [illegible] consenti-
rent. Avent. *lib. 7. ann. [illegible]* ac
licet Caroli V. electioni adversa-
retur [illegible], Johan. Sleidan.

13 *lib.1. de stat. Relig.* attamen † non attentâ unius vel alterius dissentientis sententiâ, per pluralitatem votorum decretum est electis Imperium, Dom. Arum. *in discurs. 2. ad Aur. Bull. concl. 15.* Et cessat porrò omne hâc de re dubium pro-
14 pter † decretum Matthiæ Imper. *Anno 1613.* in Comitiis, ad instantiam Evangelicorum correspondentium prolatum, hisce formalibus. Es sollen durch die *particular*-ursachen die gemeine *deliberationes* billich nicht gehindert werden/ in dem der Natur/ aller Völcker Recht/ der güldenen Bull/ den Reichs-*Constitutionibus*, und dem richtigen Herkommen gemäß/ daß in dergleichen Berathschlagungen die *majora* die wenigere an sich ziehen/ etc. apud Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 8. n. 82.*

Hæcq; ita obtinent in singulis Senatibus, puta Electorum, Prin-
15 cipum & Civitatum, († in hasce enim tres classes Status Imperii hodiè dividuntur, hocq; triplici ordine in Comitiis solent consultare, Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 4. num. 50. & cap. 7. num. 49.* Johan. Limn. *de jur. publ. libr. 9. cap. 1.*
16 *num. 122.*) At qvid † si Electorum Principumqve Senatus inter se discordent, nec in unum convenire qveant? Non facilè forsan accidere dixeris, ut non hic vel ille Senatus, Civitatum Imperialium Senatum habeat assentientem: qvò ipso duorum Senatuum conventione standum existimaveris? Hoc certò ita esset, si & Civitatibus votum competeret decisivum: † Jam verò Civitates 17
non suffragandi, sed consultandi jus solummodò habent, Peucer. *lib. 5. Chron.* qvod & praxis Comitiorum docet. Ex qvo fit, ut Electores & Principes, ubi circa punctum propositionis concluserunt, soleant inter se, non vocatis Civitatum Nunciis referre: si consentiant, punctum pro concluso habetur; † at si dissentiant, Cæsari 18
utraq; pars votum suum refert, nec possunt Nuntii Civitatum voto suo parti alterutri accedere, perqve hoc pluritatem facere, Dom. Arum. *dict. cap. 7. num. 146.* An ergò tùm Imperator suo pro arbitrio rem determinabit? † Ita 19
certè putat Auct. der nothwendigen Erinnerung/ *contra informat. Donawerd. pag. 61.* daß nemlichen/ wann die Stände auff Reichs-Tägen sich nicht vergleichen können/ die Sachen darumb nicht ligen bleiben/ sondern es gebe der Römische Käyser den Ausschlag/ etc. Qvò † & 20
faciunt *Recess. Comitior. Spirens. Anno 1544. à Carolo V. habitorum. vers.* Als wir aber in der Handlung befunden/ daß zwischen ihnen jene

alle

allhier die Vergleichung solcher *articul* aus vielen fürgewendeten Ursachen und Verhinderungen nicht endlich zuerlangen/ unnd aber die Stände Augspurgischer *Confession* verwandt/ uns dieselbige drey *articul* heimgestellet/ die andern aber aus vielfältigen angezeigten Ursachen solches nicht thun köndten/ und gleichwol sich gegen uns/ damit Friede/ Ruhe unnd Einigkeit im heiligen Reich Teutscher *Nation* möchte erhalten werden/ in unterthänigkeit vernehmen haben lassen/ da wir für uns selbst/ und aus unserer Keyserl. Macht und Vollkommenheit/ ordnung darinnen fürnehmen und geben würden/ daß sie solches geschehen lassen unnd dulden müsten/ uñ in demselben Uns/ als Römischen Keyser/ keine Form oder Maß zusetzen müsten/ ꝛc. So haben wir solcher unnd anderer mehr redlicher Ursachen halber/ unser Keyserlich Gemüth darzu billich bewegend/ auff die Puncten und Articul/ Fried und Recht belangend/ wie es hierzwischen unnd vollkommener Vergleichung damit gehalten werden sol/ von Obrigkeit wegen/ und aus unserer Keyserlicher Macht und Vollkommenheit/ uns nachfolgender Meynung entschlossen/ gesetzt unnd geordnet. † *In Recess. August. de anno* 21
1555. vers. Und nachdem bey Vergleichung/ ꝛc. ibi: demnach haben wir in krafft hochgedachter Röm. Keyserl. Majestat/ uns gegebenen Vollmacht unnd Heimstellung/ erkläret und gesetzt/ thun auch solches hiermit wissentlich/ ꝛc. † Eóq; inclinat expressius Rudolph. II. Imperator *in Recess. Comit. Ratispon. ann. 1594. vers.* da denn die Sachen/ ꝛc. ibi: Solten aber *paria vota* in einer oder mehr Sachen über versehens/ vorlauffen/ deren man sich ja nicht vergleichen könte/ da dann dasselbige an Uns durch unsere Keyserl. *Commissarien* gelanget/ seyn wir dessen gnädigsten erbietens/ unsere Keyserliche *Resolution* darüber zueröffnen/ und ermelten unsern *Commissarien* unverlangt zufertigen lassen/ ꝛc. 22

Videtur nihilominus obstare, † qvod Cæsar absq; Ordinum consensu legem proferre neqveat: qvod vel ex clausulâ Recessibus Imperii pro more consveto appositâ, luculenter apparet: haben wir uns nachfolgender Ordnung vereiniget/ verglichen/ und beobalben mit und gegen einander *in contracts* weise verpflichtet: † Contrahentium verò in contractibus ineundis arbitrium hoc est, ut alter alterum invitum obligare non possit, *argum. l. 5. C. de obligat. & action. l. 1. ff. de pact.* † ac certè si 23 24 25

ali-

aliter diceretur, Comitiis haud opus foret, veluti argumentatur Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2.*
26 *cap. 2. num. 63.* Neqve † qvod in Comitiis constituitur, vocatur des Käysers Abschied / sed, des Reichs Abschied : vel, des Käysers unnd gemeiner Stände Abschied / *Recess. Imper. Wormat. de anno 1564.* §. Dennach haben wir. Unde, si nomen conveniens rei est, juxta *l. 69. in pr. ff. de legat. 3.* non solo Imperatoris hoc confici arbitrio, inqvit Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 9. cap. 1. num. 174.* Sed nimirum † regulariter hoc se ita 27
habet, si Status conveniant: at hisce invicem discordantibus, si utraqve pars hoc casu ad Cæsarem recurrat, non nisi ex consensu eorum, id qvod Cæsar comprobat, constitutum censeri debet: ut proinde & tum utriusq; partis, Imperatoris nempe ac Statuum conventione mutuoq; consensu Recessus Comitiorum dicantur promulgari, prout bene animadvertit Dom. Arum. *de Comit. Imper. c. 7. n. 9.* nec abnuit Bernh. Bertram. *de Comit. th. 74.*

SECTIO IX.

Qvo in loco: Qvomodo: qvibusq; ceremoniis investituræ Feudorum Principalium peragantur?

SUMMARIA.

1. Imperator curam gerit investiturarum de Feudis.
2. Investitura signum reverentiæ Domino debitæ.
3. Statibus Imperii incumbit petere suorum Feudorum investituras.
4. Et quidem intra certi temporis spatium.
5. Qvod de jure communi est annus & mensis.
6. Terminus petendæ investituræ qvandoq; prorogatur?
7. Peti debent investituræ ad domum Domini.
8. Privilegium circa investituræ petitionem indultum Familiæ Austriacæ.
9. Reges Bohemiæ in finibus Regni sui investituram suscipiunt.
10. Qvondam investituræ in Comitiis impetrabantur.
11. Exempla investiturarum in Comitiis factarum. n. 12. 13.
14. Hodie investituræ feudorum Regalium utplurimum fiunt in aula Imperatoria.
15. Investituras Ducatuum ac Principatuum Imperator ipsemet facit.

16. In-

16. Impetrare possunt Principes investituram etiam per Procuratorem.
17. Nisi Dominus justa ex causa præsentem esse velit Vasallum.
18. Symbola investituræ feudorum Regalium sunt Sceptrum & Vexillum. num. 23.
19. Variatum sæpius fuit circa hæc symbola.
20. Addunt qvidam gladium, si de Regnis fiat investitura.
21. Investitura peracta, Vexilla in populum projiciuntur.
22. Regi Bohemiæ investito vexilla integra & illæsa restituuntur.
24. Investitura de feudis Regalibus indifferenter hodiè gladio fieri solet.
25. Investiti extremum gladii conum osculantur.
26. Ceremoniæ investiturarum de feudis Regalibus hodiè usitatæ.

OBstringitur Rex Romanorum inter alia hoc membro Capitulationis ad concessionem investiturarum de feudis Regalibus
1 seu Principalibus; † qvâ in reacceptationi feudorum legitimæ, & debitæ eorundem renovationi se prospecturum promittit, *vers.* In allewege aber wollen wir uns zum besten angelegen seyn lassen / rc. *Supr. cap. 10. n. 20.* Jure omninò:
2 † qvia investituræ petitio signum est reverentiæ, qvam Vasallus Domino suo exhibet, Curt. jun. *de feud. part. 4. num. 45.* Mozz. *de subst ant. feud. n. 4.* Cui nè qvidqvam per intermissionem investituræ vel ejusdem renovationis detrahatur, uti Cæsaris est providere;
3 † Ita vicissim promto animo ad exhibitionem hujus reverentiæ se offerre, suorumq; feudorum investituras & renovationes petere, Statibus Imperii incumbit, in tantum, † ut ad certi etiam temporis 4
spatium astringantur, *ex constitutione nimirum Caroli V.* das Röm. Königl. M. Regiment betreffend / factâ Wormatiæ *anno 1521. §.* und behalten uns zuvor / ubi dicitur: Daß in einem Jahre einem jeden seine *Regalien* zu empfahen gebüret.
† Huic anno communi adjicit præterea jus feudale Diem, hoc 5
est, mensem, in *cap. un. in fin. princ. de probib. feud. alienat. per Frider. 2. FF. 55.* qvod ideò factum putat Mynsingerus, ut evitetur illud dubium, an dies termini computetur in termino, *lib. 5. observat. 15.* de qvo licet propter textum contrarium in *tit. 22. FF. 1.* à Feudistis multum dubitetur & disceptetur; observantiâ tamen id comprobatum novimus, ut huic diutiùs inhærere frustraneum prorsus sit. Illud potiùs memoriæ infigendum, † qvod haud rarò ad 6

Statuum Imperii instantiam & implorationem, qvandoqve etiam solius Imperatoris nutu, terminus investituræ petendæ prorogetur. Etsi enim ad hoc in feudis minoribus, utriusq; Vasalli nimirum & Domini consensum mutuum reqvirant Feudistæ, Ludolph. Schrader. *part. 6. feudor. cap. 2. n. 81.* Herm. Vultejus *lib. 11. cap. 7. n. 65.* contrarium tamen in feudis majoribus, qvæ Fahnen lehen appellare consvevimus, in Imperio introductum, prædicta Constitutio evincit.

7 De loco † autem petendæ investituræ si qværamus? respondere solent Feudistæ: ad domum Domini plerumq; investituram peti, atq; fidelitatem offerri; nisi cùm pactione vel privilegio aliud fuerit cautum, Jacob. Cujac. *lib. 2. de feud. tit. 4. ad fin.* † cujusmodi privilegium Familiæ Austriacæ est indultum: Daß die Ertzhertzoge nit schuldig seyn umb Empfahung ihrer Lehen ausserhalb des Landes Oesterreich nachzureisen / sondern sie sollen ihnen in derselbigen Lande geliehen werden / und so ihnen das versaget würde / sollen sie das dreymal schrifftlichen ersuchen und erfordern / und mögens demnach ohne alle Furcht der Seligkeit besitzen / als hetten sie es leiblich empfangen / Henn. Arnis. *de jur. Majest. lib. 1. cap. 5. num. 19.* † Nec non Regibus Bohemiæ, qvi feuda sua non nisi in locis determinatis suscipiunt, ex *Constitutione Friderici III. Imper. datâ Neapoli Austriæ anno 1462.* in qvâ decernitur: *Qvod Rex Bohemiæ investituram & Regalia sua suscipere non teneatur, nisi in metis vel finibus Regni sui, aut finitimis locis, decem vel qvindecim miliaribus alemanicis à Regno suo & dominiis suis distantibus*, apud Doct. Bysen *in deduct. Bohem. in Beyl. 19. n. 21.* & Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 14.* † Alias sanè investituras Principum in Comitiis fieri receptissimum erat, secundùm tradita Freher. *in not. ad Petr. de Andlo de Roman. Imper. lib. 2. cap. 15. in pr.* † veluti qvoqve refert exemplum Günther. *lib. 1. in Ligur.* de Petro & Guidone, consangvineis Danis, qvi in Comitiis Merspurgensibus à Friderico I. Imperatore solenniter investiti fuerunt, ibiq; subjicit: 9 10 11

Hunc etenim longo servatum tempore morem
Curia nostra tenet, &c.

Et de † controversiâ Ducum Bojariæ, in Comitiis Ratisbonensibus terminatâ, corumqve investiturâ, refert exemplum aliud Otto Frisingens. *lib. 2. cap. 32. de reb. gest. Frider. I.* Sic & Fridericus III. Imperator in Comitiis Ratisbonensibus *anno 1471.* Landgravium Has- 12

Hassiæ, Campan. *lib. 6. Epist. 15.* Carolus V. Imp. *anno 1530.* in Comitiis Augustanis Duces Pomeraniæ, & Gualtherum Cronbergiũ, Borussiæ Magistrum, de suis Principatibus investiverunt, Cœlest.
13 *in act. Comit. mens. Jul.* † Porrò & Mauritium Saxon. Electorem ab eodem Carolo V. *an. 1548.* in Comitiis Augustanis de Saxon. Electoratu fuisse solenniter investitum, testatur Joh. Sleidan. *lib. 20. de Stat. Religion.* Rudolphum qvoqve II. Imper. Ernestum Electorẽ Coloniensem *an. 15..* in Comitiis Ratisbonensibus, nec non Matthiam Imper. Electores Moguntinensem & Trevirensem, *an. 1613.* in Comitiis Ratisbonensibus ritu solenni investivisse, ex actis istorum Comitiorum luculentissimè apparet. Qvin & olim freqventius investituras in Curiis solennibus Imperii fieri consvevisse, vel ex
14 solâ *Aur. Bull. 1. tit. 29.* clarescit. † At hodie postqvàm Comitia rariùs haberi cœperunt, investituræ feudorum Regalium utplurimùm in aulâ fiunt Imperatoriâ: ne forsan Principes tempore annali investituræ petendæ finito, afficiantur damno, Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 8. num. 71.* Etqvidem si majora sint Ducatuum ac Principa-
15 tuum feuda, † Imperator ipsemet investituram facit: Si verò Comitatus, Consiliarii Imperii, Reichs-Hofräthe investire solent, Waremund. ab Erenberg *de fœd.*
lib. 2. cap. 1. n. 164. † Qvin nec Prin- 16
cipes investituram petentes, ipsimet semper comparere tenentur, sed & per Procuratorem impetrare possunt investituram, *c. un. per*
qvos fiat investitur. † Nisi forsan 17
Dominus ex justâ & probabili causâ præsentem esse velit Vasallum, Rosenth. *de feud. c. 16. concl. 37. n. 5. lit. q.* aut consvetudo præsentiã Vasalli reqvirat; prout *ex relatione Consiliariorum Electoralium infr. à appositâ* luculenter patescit.

Cæterùm † ad investituram 18
feudorum Regalium duo adhiberi solent symbola investituræ: Sceptrum nempe & Vexillum: illud in feudis Ecclesiasticis; hoc verò in Secularibus, de qvo ita loqvitur Speculum Saxonicum *lib. 3. artic. 60.* Der Käyser sol leihen allen geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter/und allen weltlichen Fürsten mit den Fahnen: ex qvo etiam dicuntur Fahnenlehen.
† qvamvis circa hæc symbola non 19
semel fuerit variatum, teste Lehmanno *in Chron. Spirens. lib. 5. cap. 104. pag. 24.* ubi ait: *Rudolphus Habspurgensis* hat bey Erlangung des Scepters/geistlichen und weltlichen Fürsten die Lehen ertheilet/

sey/durch anrühren eines Crucifix,
Ecce signum, in quo nos & totus
mundus est redemtus, & hoc si-
20 gno utamur loco sceptri. † Addit
alii gladium, si de Regnis fiat in-
vestitura. veluti à Friderico I.
Guido de provinciis vexillo. Pe-
trus autem gladio de Regno Da-
niæ fuerunt investiti, teste Gun-
thero *lib. 2. cap. 5. de reb. gest. Frid. I.*
ita scribens: *Est enim consvetudo
Curiæ, ut Regna per gladium. Provin-
ciæ per vexillum à Principe tra-*
21 *dantur vel recipiantur.* † Et qui-
dem investiturâ Provinciarum
vexillis peractâ, solent illa in po-
pulum adstantem projici & dila-
cerari; prout de investiturâ Mau-
ritii Electoris refert Johan. Slei-
dan. hisce verbis: *Post illa, quæ di-
ximus, Vexilla cum ea Mauritius ac-
cepisset à Cæsare, dejiciuntur in pro-
miscuam multitudinem, ut fieri so-*
22 *let. lib. 20. de stat. Religion.* † In
quo tamen Rex Bohemiæ est pri-
vilegiatus, ita ut peracti investi-
turâ, vexilla Regi integra atque
illæsa restituantur, ex speciali
constitutione Friderici III. Imper.
quæ sic habet: *Dum Rex Bohemiæ
à Rege Romanorum seu Imperatore,
Regalia [illegible] literarum [illegible] solen-
[illegible] & [illegible]
[illegible],
dem ipsi Regi minimè læsa, fracta,
aut lacerata restituantur*, apud D.
Tylen. *in deduct. Bohem. in Beyla-
gen. n. 21.* & Melch. Goldast. *in Bo-
hem. lib. 3. cap. 14. n. 32.*

Etsi verò † hæc ita jamdudum 23
obtinuerint, & et jamnum publi-
cè investituræ, ipsis Imperii
Principibus comparentibus, in-
vestituramque petentibus Vexillis,
in quibus Regionum & Principa-
tuum insignia sunt depicta pera-
guntur, iisque traditis, res designa-
tæ Vasallis traditæ dicantur. Mel-
chior. Goldast. *dict. cap. 14. n. 33.* Jo-
han. Limn. *de jur. publ. lib. 4. cap. 7.
n. 33.* Joh. Sleidan. *dict. lib. 20.* † At- 24
tamen eum investiendi morem, si
publica non sit investitura, haud
observari videmus: Sed solet Im-
perator, si præsertim Principes
feudorum investituras per Lega-
tos suscipiunt, indifferenter, sive
de ecclesiastico, sive seculari feu-
do investitura fiat, gladium por-
rigere, cujus extremum conum
osculantur; idque † propterea, ut 25
vel jurisdictionem Senioris reve-
renter Principales suos agnoscere:
vel justitiam sanctè administratu-
ros, significent. De quarum cere-
moniarum veritate, aliisque inve-
stiturarum Regalium ritibus, mo-
re hodierno receptis, ex notatis
sequentibus apparebit.

Wie

Wie und mit was Ceremonien bey Römischer Käys. Maj. *Ferdinando* II. die Chur: unnd Fürstliche Sächs. Reichslehen den 1. (13.) *Aug. Anno 1621.* zu Wien empfangen worden.

Ob wol zu der Herren Abgesandten hieneinkunfft der Keyserliche Thron/vor welchem die Belehnung geschehen sollen/ schon zubereitet mit einem güldenen Stück bekleidet/ und die Pühne/dorauff bemelter Thron gestanden/mit einer schönen Tapezerey belegt gewesen/ ist doch auff sonderbare Keyserliche *Ordinantz* solch Tapetz wiederumb hinweg genommen/und ein anders noch viel schöners und grössers/ so Keyser *Rudolphen* dem Andern/ Höchlöblichster Gedächtnüß/durch eine Persianische Bottschafft *præsentiret*, in das Gemach gebracht und ausgebreitet worden.

Als nun die Gesandte in dasselbe durch Jhrer Majest. Obristen Cämmerer Herrn Kieseln geführt/ dorinnen sich dann zu förderst Jhr Maj. auff dero Throne und neben demselben zur rechten Hand/ der Obrist Hoffmarschall/ Herr von Herberstein/ mit dem blossen Schwert/ zur lincken aber unterhalb der Bühnen/ so umb eine Stuffe erhöhet/ Jhrer Maj. geheimbte: und Reichs Hoffräthe/ so wol andere vornehme hohe *Officirer*, Obristen und Befehlichshabere/ von Graffen/Herren und Ritter-Standes Personē in guter Anzahl befunden; Haben die Churfürstliche neben den andern Fürstl. Gesandten/ so in gebräuchlicher Ordnung gefolget/üblichē Brauch und gewöhnlicher Weise nach/ die drey unterschiedliche Fußfälle/mit gebürender *reverentz* gethan/ bey welchen Jhre Maj. iedesmal Jhr Häupt gegen sie entblösset/ beym dritten knien hat der Churf. Abgesandten einer Herr *G. à W.* das Anbringen und *petition* unterthänigst abgeleget. Nach diesem haben die Altenburgischen/ Weymarischen und endlich die Coburgischen Gesandten absonderlich/ ein ieder an seinem Orte/ bey Jhrer Maj. wie von Churfürstlichen geschehen/ die Reichshauptlehen und gesambte Hand aller unterthänigst gemuthet.

Nach Verrichtung dessen seynd die Herren Abgesandten wieder in der Ordnung/ als sie anfänglich in das Gemach kommen/ auff den Tritt niedergekniet/ unnd Herr *G. à W.* bey der Keys. Maj. wegen Churfürstl. Durchl. und des gantzen Hochlöblichen Hauses Sachsen umb allergnädigste Belehnung der Gülichischen: Clevischen: und Bergischen Lande/ Fürstenthumen/Graff: Herrschafften/*Privilegien*,

gien, Regalien und anderer Zugehörungen aller unterthänigst angesucht.

Do nun solches alles vollnbracht/ hat die Keyserl. Maj. durch dero Reichs HoffRaths *VicePræsidenten*, H. von Strahlendorff/ nach dem derselbe zuvorhin von Ihr. Maj. zur lincken Hand niedergekniet/ und sich allergnädigsten Bescheides bey deroselben erholet/ die Herren Abgesandten ungefährlich des Inhalts beantworten lassen: Ihr. Keyserliche Maj. hetten allergnädigst angehöret und vernommen/ was Ihr. Churf. Durchl. und Fürstl. Gn. dero habenden *Regalien*, Reichs Lehen/ *confirmation privilegiorum* und gesambten Hand halber hiebevorn/ und ietzo suchen lassen. Daß sich nun Ihr. Churf. Durchl. und Fürstl. Gnn. hierinnen ihrer Schuldigkeit erinnern/ vernehmen Ihr. Maj. in Keys. Gnaden. Weiln auch Ihr. Maj. unverborgen/ in was guter unterthänigsten und getrewen *devotion*, Ihr. Churf. Durchl. sich gegen Ihr. Keys. Maj. unnd das gantze Heil. Römische Reich/ nach dem unsterblichen Exempel dero löblichsten Vorfahren/ ruhmwürdig iederzeit bezeiget/ sonderlich aber *in recenti memoriâ*, ja/ in: und ausserhalb Reichs kundbar were/ was vor trewe *assistentz* Ihre Churf. Durchl. bey ietzigen Unwesen Ihr. Keys. Maj. geleistet/ und noch in solcher sonderbahren *fidelitet* standhafftig *perseverirten*, Ihr. Keys. Majest. auch sich dieser angeerbten Trew und unterthänigsten Bezeigung nochmals unzweiffelich versicherten/ und hierüber die eingegebene Vollmachten im Reichs HoffRath *examiniret* und kein Abgang daran befunden worden/ So wolten Ihr. Maj. dero Churf. und Fürstllichen Gn. die unterthänigst gesuchte Belehnung und *Confirmationes* dem rechten unnd löblichen Herkommen nach/ allergnädigst reichen unnd wiederfahren lassen. Blieben schließlich Ihr. Churf. und Fürstl. Gnn. mit Keyserlich. Gnaden und Freundschafft/ wie auch den Gesandten mit Keyserlicher Hulde gewogen.

Nach solcher des von Stralendorff gegebenen Antwort/ seynd die Churf. Gesandten allerseits wieder auffgestanden und hart vor Ihr. Keys. Maj. neben einander/ hernach die Altenburgischen/ Weymar. und Coburgischen nieder gekniet/ und als Ihr. Maj. Ihren Hut einem deroselben Cämmerer zuhalten gegeben/ hat Herr Hans Georg/ Graff von hohen Zollern/ Reichs HoffRaths *Præsident*, das Evangelien Buch (umb welches von aussen in etwas ausgepolstert silber-

silberne Stück geschlagen gewesen) auffgethan/ in Ihrer Maj. Schos gelegt/ und solches auff der rechten Hand / Herr Carol von Harrach/ geheimbter Rath / auff der lincken Hand aber / vorgedachter Herr Graff von Zollern/ beyde kniende gehalten / darinnen nach unser lincken Hand die *historia Nativitatis Christi:* In illo tempore exiit decretum à Cæsare Augusto &c. gegen der Rechten aber / das erste Capitel *Johannis:* In principio erat verbum &c. gestanden/an welchen Ort ein ieder unter den Herren Gesandten zweene Finger mit unterthänigster gebürender *reverentz* gelegt/und den gewöhnlichen Eyd deme von Stralendorff / der denselben von Wort zu Wort vorgelesen / nachgesprochen unnd geschworen. Nach diesen hat der Obriste Hoffmarschall / Herr von Herberstein / das blosse Schwert/ welches er bey der Belehnung zu Ihr Keyserl. Maj. Rechten gehalten / deroselben zugestellet/ die mit Ihrer rechten Hand einem ieden Gesandten den Knopff denselben mit dem Munde (weiln es bishero also iederzeit *observiret* worden) zuberühren unnd zuküssen dargereicht. Als solches geschehen/ seynd die Herren Gesandten von Ihr Maj. wiederumb auffgestanden/ do denn die Belehnung der Pflicht mit den Altenburgischen / Weymarischen und Coburgischen Abgesandten auffgezehlete Masse und in der Ordnung/ wie vormals das Anbringen geschehen / erfolget. Wie die Belehnung wegen Gülich geschehen/ sind vor Ihr Maj. von ieder Lini einer unter den Herren Gesandten niedergekniet / den vorgelesenen Eyd abermals wörtlich nachgesprochen / und ist es sonsten allenthalben gleichförmig mit solcher Belehnung / und diesem *actu* gehalten worden/wie zuvorhin mit verleihung der Haupt-Lehen geschehen.

Als nun die ietzterzehlten *actus* alle vollnbracht / seynd die Abgesandte wieder an den Ort / do das Anbringen geschehen / und in voriger Ordnung niedergekniet / doselbst Herr *G. à W.* die Dancksagung wegen des gantzen Chur: und Fürstlichen Hauses Sachsen / so wol der Haupt und Gülichischen Lehen/ als der gesambten Hand halber/ unterthänigst verrichtet / und förder nach wieder erfolgten niederknien/aus dem Gemach geschieden/haben Ihr. Keyserl. Maj. bey dem letzten Fußfall abermals den Hut abgezogen / unnd sich von dem Throne wieder in Ihr ordentlich Gemach begeben.

SECTIO X.

Comitum Palatinorum qvænam sint jura ac privilegia: ab iisq; Doctores creati, num privilegiis paribus cum creatis ab Academiâ, fruantur?

SUMMARIA.

1. Illustris dignitas Comitum Palatinorum.
2. Comites Palatini unde sic dicti? n. 3.
4. Qvare appellitentur Comites sacri Palatii Lateranensis.
5. Variare solent jura ac privilegia Comitum Palatinorum ex concessione, cuiq; specialiter facta.
6. Jura communia Comitum Palatinorum.
7. Specialia Comitum Palatinorum privilegia.
8. Comites Palatini creant qvandoq; alios Comites Palatinos.
6. Qvo in loco Comites Palatini sua exerceant privilegia?
10. Extra limites Imperii Comites Palatini non possunt legitimationis jus exercere.
11. Job. Navarrus in Galliis, Majestatis damnatus.
12. Respondetur ad objectionem.
13. Bullati Doctores num utantur privilegiis paribus cum Doctoribus ab Academiâ creatis?
14. Doctores in Academiis creati, omnem suam dignitatem habent ab Imperatore.
15. Iisdem gaudent privilegiis Doctores Bullati, & in Academiis creati. n. 21.
16. Respondetur ad contrariam objectionem.
17. Imperator omnia jura in scrinio pectoris habet.
18. Respondetur ad objectionem Besoldi. n. 19. 20.
22. Reimanni Seltrechts Comitis Palatini privilegium.
23. Dissentiunt ab hâc sententiâ multi Dd.
24. Doctores Bullati publico examini sunt subjiciendi.
25. Idoneos saltem Comes Palatinus præsumitur evehere ad dignitatem Doctoralem.
26. Solennia Actus Doctoralis observant etiam Comites Palatini creantes Doctores bullatos.

27. So-

27. Solennia ista sunt accidentia separabilia.
28. Bullati Doctores num inter Assessores Cameræ Imperialis recipiantur?

DIgnitatibus in Imperio Illustribus, qvas hoc membro Capitulationis confirmat Rex Romanorum, & à qvarum collatione sibi temperare jubet ipsum
1 eadem Capitulatio, † non malè accensetur dignitas Comitum Palatinorum, der Pfaltzgraffen / qvi à nonnullis dicuntur Richter des Keyserlichen oder Königlichen
2 Hoffes: Est enim † Pfaltz idem qvod Palatium sive Curia, Paul. Matth. Weh. *in observ. pract. verb.* Pfallentz. *p. 548.* Unde Goslaria fuit appellata eine PfaltzStadt qvod in eâ Curiæ Imperatorum solebant conscribi, Henning. Arnis. *de jur. Majest. lib. 2. cap. 4. n. 15.*
3 † Ex qvo etiam vocantur Comites Palatini, qvi hoc titulo in Imperio fulgent, qvantumvis de Palatinatu, mit einer Pfaltzgraffschafft non sint investiti; nimirum qvia & hi de Palatio seu Curiâ Imperatoris per metaphoram intellectâ, h. e. de ejusdem potestate participant. Qvos & com-
4 muniter † Comites Sacri Palatii Lateranensis, aulæ Cæsareæ ac Consistorii Imperialis appellari videmus, vel à Palatio Lateranensi Romano, in memoriam nempè veteris dominii, secundum Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Rom. Imper. cap. 6. pag. 184.* vel à Palatio Lateranensi, qvod est Aqvisgrani in Germaniâ, ut autumat Limnæus *de jur. publ. libr. 4. cap. 4. n. 44.*

† Horum jura atq; privilegia si 5
qvis scire aveat, concessionem Imperatoris cuiqve specialiter factam, inspicere eum oportet; qvippe qvæ pro benignâ concedentis facultate solet variare. Communiter autem possunt † 6
Comites hi Palatini creare Notarios & Tabelliones, nec non legitimare spurios, Andr. Tiraq. *de Nobilit. cap. 23. n. 19.* Först. *de success. lib. 6. cap. 35.* Qvibusdam verò ex beneficentiâ speciali indul-
tum qvoq; est, † ut possint nobi- 7
litare: insignia concedere: Minores, Ecclesias & Communitates in integrum restituere, & illæsas servare: Doctores, Magistros & Poetas laureatos creare: Veniam ætatis concedere: Alienationibus minorum, & alimentorum transactionibus autoritatem & decretum interponere: Tutores & Curatores confirmare: Adoptionibus, arrogationibus, & emancipationibus qvibuscunq; omnium & singulorum, etiam infantium & adolescentium consentire, qvæ congessit Thomas Sa-

gittarius *in disput. inaugural. de jur. & privil. Comit. Palat. Cæsar.* & post eum Joh. Limn. *dict. cap. 4. n.*
8 *48. & seq.*† ubi & ipsos, alios qvandoq; creare, ait, Comites Palatinos ex privilegio specialissimo; Qvale Carolus V. Imperat. Gabrieli, Comiti ab Ortenburg, & ejusdem descendentibus masculis olim concessit. Nimirum hâc in re concessioni præcisè est inhærendum, qvidq; juris ac potestatis Comiti Palat. competit, ex cujusq; privilegio ac ejusdem tenore probè dignoscendum.

Qvicqvid verò juris liberaliter ab Imperatore indultum est Co-
9 mitibus Palatinis,† id in Imperio saltem valent exercere; non tamen in qvosvis indifferenter homines, nec alterius cujuspiam Principis, qvi sub Imperatore non est, Cives, sed in subditos saltem Imperii, ita ut nec in Imperio Spurios, extra Imperium natos, atq; peregrinos, legitimare possint, *arg. c. per venerabilem. qvi filii sint legitimi. Novell. 89. c. 9.* Abbas *in dict. cap. per venerabilem. n. 23.* Anchoran. *consil. 320.* Didac. Covarr. *tom. 1. oper. part. 2. de matrimon.*
10 *cap. 8. §. 8. n. 43.*† Multò minùs extra Imperii limites jus legitimationis exercere fas est Comitibus Palatinis, si scilicet legitimandus non esset Imperii subditus. Ut verè scripserit Honded. *Imperatorem hodiè non posse in Italia, ditionis qvæ est Pontificia, subditum Pontificis restituere natalibus, sine Pontificis consensu, consil. 64. n. 24.* Deficiente enim Superioris consensu, & ratione territorii, & ratione non subjectæ personæ, irritus erit omnis conatus. Factum inde,
† ut cum Joh. Navarrus, qvi pro 11
Comite Palatino se gerebat, autoritate Pontificis Notarios qvosdam creasset, alios verò natalibus restituisset, in Galliis fuerit damnatus Majestatis, Curiæ Tholosanæ decreto, Bened. *in cap. Raynutius in verb. Et uxorem.* Joh. Lim.
dict. cap. 4. n. 68. † Nec qvicqvam 12
obest, si dicere velis, Legitimationem esse jurisdictionis voluntariæ, qvam Magistratus etiam extra territorium suum qveat exercere, *l. 2. ff. de offic. Procons.* Hoc enim non aliter exaudiendum vulgò existimant, qvàm si jurisdictio voluntaria exerceatur in personas jurisdictioni suæ subjectas, Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 10.* Didac. Covarr. *dict. loc. n. 44.*

Estq; in juribus concessis tanta Comitum Palatinorum potestas, ut ab iis peracta, ab ipsomet Im-
peratore censeantur effecta. † Ex 13
qvo facilè dijudicandum, qvid de Bullatis Doctoribus, iis nimirum, qvi à Comitibus Palatinis creati fue-

fuerunt Doctores, haberi debeat: *numq; hi paribus cum creatis in Academia Doctoribus utantur privi-*
14 *legiis?* Etenim † si in Academiis creati Doctores omnem suam habeant dignitatem, omniaq; jura ac privilegia ab Imperatore qvi fons est omnium privilegiorum, omniumq; dignitatum Academicarum, ut pote ex qvo & in qvem omnes fluunt dignitates, tanqvam flumina de mari in mare, Bald. *in cap. un.* §. *judices. de pac. juram. firm.* in eoq; omnes dignitatum thesauri censeantur reconditi, Joh. Borch. *de feud. cap. 4. n. 12.* Curt. jun. *consil. 1. n. 17.* † qvis
15 eadem jura ac privilegia Doctoribus bullatis vellet denegare, qvi & ipsi ab Imperatore per Comites Palatinos creati sunt Doctores, ut rectissimè sentiunt Matth. Stephan *lib. 2. de jurisdict. part. 1. c. 6. membr. 1. n. 74.* Dom. Arum. *disc. 1. ad Aur. Bull. concl. 5.* Sagittar. *dict. disput. inaug. de Comit. Palatin. th. 26. lit. B.* Hier. Treutl. *part. 1. disput. 1. th. 7. lit. a.* Nisi ausu prorsus temerario jus creandi Doctores ipsi Cæsareæ Majestati è manibus eri-
16 pere velis: † forsan qvod Imperator ipsemet Doctor non sit: Sed falsò ita arguméntaberis: Est enim Imperator Doctor, si non scientiâ, attamen autoritate, And. Tiraqvell. *de Nobilit. c. 31. n. 573.* & sic formaliter, ut maximè non materialier. Qvamvis & de eruditione ac scientiâ Imperatoris non 17
sit dubitandum; † cùm omnia jura dicatur in scrinio pectoris habere, Dd. *ad l. omnium. C. de testam.* ratione nimirum Sapientum, qvos ad latus habet, Cyn. *in dict. l. omnium.* Et si qvicqvam hæc argumentandi ratio valeret; eôdem pariter modo Ducibus, Marchionib9, & Comitibus, vel Nobilibus detraheretur dignitas, qvam à solo Imperatore, qvi tamen ipse Dux, Marchio, Comes, & Nobilis non est, obtinuerunt: Sed nimirum fons est dignitatum Imperator, is ergô qvia pluris est, utiqve tanti est, Bald. *in cap. 1. notab. 1. tit. qvis dicat. Dux.* † Nec facessit negoti- 18
um objectio Besoldi *ad l 7. & 8. ff. de just. & jur. qvæst. 5. & lib. 1. polit. cap. 12. §. 3. n. 41.* qvod nempe Doctoratus non sit simplex dignitas, ut alia qvævis Nobilitas, sed fundetur in eruditione, ejusq; debitâ publicâq; exploratione: Qvia falsò præsupponit † Besoldus, Im- 19
peratorem vel per se ipsum, vel per Comites Palatinos creare Doctores haud prævio examine, & probatâ Candidati eruditione. Qvin neq; Nobilitas simplex est dignitas, sed fundamentum habet virtutem, æqvè ut Doctorat9 eruditionem. † Ut maximè ergo con- 20
tin-

tingeret, Nobilitatem attribui illis, qvi præ aliis virtuosi non sunt, & titulum Doctoralem istis, qvi eruditione atq; doctrinâ non sunt exculti, ut qvidem deberet; attamen scrupulosâ diligentiâ de Principis judicio disputandum non est, nec sacrilego conatu dubitandum, an dignus sit, qvem Imperator dignum hoc honore judicavit, *l. 3. C. de crim. sacril.* præsertim cum nec in Academiis creati Doctores semper debitam præ se ferant eruditionem; qvibus tamen titulum Doctoralem denegare nemo adhuc ausus est.

21 Eodemq; † igitur jure ac modo Imperator vel ipsemet, vel per Comites Palatinos, vel per Academias, dignitates confert Doctorales, ut inter media gradum Doctoris conseqvendi, distingvendum prorsus non sit, nec per conseqvens ulla inter hosce Doctores facienda differentia: nisi de voluntate Imperatoris, jus creandi Doctores Comitibus Palatinis concedentis, dubitare qvis velit,

22 † qvi procul dubio ex diplomate Cæsareo refutabitur. In hunc enim modum Cæsar Raimannum Seltrechten fertur privilegiasse: *Qvi qvidem Doctoratus, Licentiæ, Magisterii & Baccalaureatus titulo ab ipso donati, liberè possint & valeant, in omnibus Civitatibus, terris ac locis sacri Romani Imperii, & ubilibet terrarum omnes actus Doctorales legendi, docendi, interpretandi, Cathedram ascendendi & glossandi, de jure disputandi, consulendi, & advocandi, & cæteros actus Doctorales vel Licentiæ, nec non Magisterii, atq; Baccalaureatus facere & exercere, omnibus & singulis gaudere & uti privilegiis, prærogativis, exemtionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentiis, favoribus, indultis & gratiis, ac aliis qvibuscunq;, qvibus cæteri Doctores vel Licentiati, nec non Magistri ac Baccalaurei, qvi in Gymnasio Parisiensi, Patavino, Perusiensi, Pisano, Senensi, Viennensi, Ingolstadiensi, & qvolibet alio publico & privilegiato Gymnasio promoti, vel etiam ab Imperatore, ejusq; Divis Prædecessoribus, Romanorum Imperatoribus ac Regibus insigniti, seu aliter qvocunq; modo talia insignia acceperint, gaudent, utuntur & fruuntur, qvomodolibet, consvetudine vel jure &c.* apud Matth. Stephan. *dict. part. 1. n. 73.* qvalia diplomata & privilegia aliis qvoq; Comitibus Palatinis concessa novimus.

De voluntate itaq; & potestate Imperatoris, per Comites Palatinos creantis Doctores, cùm certi omninò simus, † qvisnam iis 23
jura ac privilegia Doctorum, in Aca-

Academiis creatorum, haut competere dixerit. Ut profectò mirum sit, idipsum negâsse Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. n. 135.* Vent. de Valent. *in parthen. litigios. lib. 1. cap. 7. n. 32.* Christ. Besold. *in comm. ad l. 7. & 8. ff. de just. & jur. qvæst. 5. & lib. 1. polit. cap. 12. §. 3. n. 41.* Gvid. Papæ *decis. 388. n. 1.* Speckh. *cent. 1. qvæst. 22.* Qvorum argumenta si pensitaverimus, eò
24 ferè collimant, † qvod intermisso examine publico Doctores Bullati scientiam sufficientem haud habere præsumantur. Ast falsò omninò præsupponunt, Doctores Bullatos examini publico haud subjiciendos. Contrarium namq; inferunt Diplomata Imperatoria, vel solo privilegio Seltrechtiano fidem faciente, in qvo expressè dispositum; qvod possit & valeat Doctores tàm in Philosophiâ, qvàm in utroq; jure, nec non Licentiatos, Magistros, Baccalaureos creare, promovere, ordinare, constituere & facere, adhibitis tamen in cujuslibet Doctoris vel Licentiati creatione, Doctoribus eximiis, de professione creandi ad minus tribus, qvi Doctorandum vel Licentiandum examini subjiciant, ejq; qvem idoneum invenerint, sufficientemqve comprobaverint, ille autoritatem interponendo, Doctoratûs, Licentiæ, Magisterii & Baccalauriatûs insignia, ut moris est, conferat apud Matth. Steph. *dict. loc.* † Qvin &
25 cùm eruditio Candidati, omisso licet examine publico, per alia documenta & testimonia probari ac demonstrari qveat; præsumitur certè qvilibet Comes Palatinus idoneos saltem ad Doctoralem dignitatem evehere. Dom. Arum. *dict. concl. 5.*

Qvod verò ajunt, † reqvisita 26
in actu Doctoratus solennia, puta impositionem pilei, ascensionem cathedræ, exhibitionem libri, annuli appositionem, & osculum, in creatione Doctorum Bullatorum omitti; id certè nihil stringit; tùm qvod & Comites Palatini hisce solennitatibus observatis, titulum Doctoralem Candidatis suis soleant cõferre, Dom. Arum. *dict. loc.* † tum qvòd ejus- 27
modi reqvisita sint tantummodò accidentia separabilia, qvæ vel plura vel pauciora, pro more in hâc vel illâ Academiâ recepto & usitato, adhibentur, Limn. *de jur. publ. lib. 8. cap. 8. n. 14. pag. 103.* † 28
Deniq; si opponatur, Bullatos Doctores in Collegia privilegiata, vel Cameram Imperialem inter Assessores non recipi; Respondemus, id nondum fuisse probatum, nec unqvam accidisse casum, qvo Doctores Bullati Cameræ Imperiali

riali præſentati repulſam tuliſſent. 29 † Qvamvis &, ſi omninò accidiſſet, facto potiùs, qvàm juri adſcribendũ hoc eſſet, Matth. Steph. & Dom. Arum. *dict. loco*, ac pluribus id refellit Limn. *dict. c. 8. n. 14.*

CAP. XI.

Ad qvidnam Rex Romanorum in puncto electionis novi Imperatoris & Interregni, Imperio vacante, ex Capitulatione Cæſareâ obſtringatur.

SUMMARIA.

1. Reſponſum Friderici III. Imp. ſuper electione Ladislai Bohem. Regis.
2. Olim etiam in hereditariis Regnis eligebantur Reges.
3. Qvod & in Francia obſervatum.
4. Nec non in Holſatiâ
5. Et Schavvenburgiâ.
6. Non omnis electio libera, ſed aliqvando certæ familiæ alligata.
7. Liberrima in Imperio Romano-germanico electio. n. 9.
8. Electio abſoluta innuit Regnum liberrimum.
10. Nullum jus ſucceſſorium vel hereditarium Competit Imperatori in Imperio.
11. Electio Regis Romanorum non alligata Domui Auſtriacæ, n. 13.
12. Decem Impp. ſerie continuâ ex Domo Auſtriacâ electi.
14. Semper & qvotiescunq; Imperio utile, permiſſa eſt electio Regis Romanorum.
15. Imperatori adhuc viventi adjungi poteſt Rex Romanorum.
16. Etiam Imperatore invito.
17. Niſi juſtas diſſentiendi cauſas proferat.
18. Vivo Cæſare, Rex Romanorum proprio nomine Imperium haut adminiſtrat.
19. Rex Romanorum Vicarius Imperii.
20. Impedito & abſente Imperatore, Rempubl. regit Rex Romanorum. n. 21.
22. Non ſolùm eligendus, ſed & coronandus eſt Rex Romanorum.
23. Finis & effectus Coronationis.
24. Per ſolam Electionem & Coronationem non ſemper Imperio proviſum.
25. Promitit Rex Romanorum, ſe non turbaturum jus ac poteſtatem Vicariorum.
26. Imperatores Germanorum non naſcuntur.
27. Incommoda Interregni plurima. n. 28.

29. Con-

29. Confusiones ex Pontificis obitu oriuntur multæ.

30. Comes Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ, Electores sunt Vicarii in Imperio.

1 VErissimè licet Fridericus III. Imp. super inutili Laudislai, Regii heredis electione, responderit Bohemis: *Electione opus non esse in eo, qvem natura Regem dedit*, apud Albert. Krantz. *lib. 12. VVandalic. cap. 8.* Cabot. *libr. 1. var. jur. disput. cap. 14.* Cochlæ, *in histor. Hussit. lib. 9. anno 145.*

2 † ex consvetudine tamen satis vetustâ gentium Germanicarum, etiam in successivis & hereditariis Regnis, ad electionem dignioris & magis idonei, vel filii vel Agnati, ex primi adqvirentis familiâ progeniti, Proceres non semel devenisse, ingerunt Historicorum monumenta, Tacit. *de morib. German.* Lehman. *lib. 2. Chron. Spirens. cap. 3.* Joh. Bodin. *libr. 6. de Republ. cap. 5.*

3 † Qvem morem in Francia qvoq; observatum, prodit constitutio Caroli Magni Imper. *de pac. publ. & divis. Regn.* §. 7. apud Goldast.

4 *Constit. Imper. tom. 1. fol. 145.* † Idemq; de Holsatiâ testatur Krantz. *lib. 12. VVandal. cap. 22.* Ernest. Cothm. *vol. 4. consil. 3. & consil. 4.*

5 † Et de Schavvenburgiâ, Cyr. Spangenb. *in Chron. Schavvenburg.* utroq; tamen per successionem deferri sceptra, omnibus notissimum est. Nimirum, miscella fuit qvasi electio ex successionis & electionis confusione conflata,

† ut scilicet electio non utiq; libera, sed generi, stirpi, & familiæ primi acqvirentis esset alligata atq; adstricta, eo pacto & conditione, ut ex ultimò defuncti filiis, iisvè non extantibus, ex fratribus, qvibus itidem deficientibus, ex Agnatis proximis eligeretur ab Ordinibus, qvi magis placeret, & dignior esset futurus, Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 5. n. 36. & lib. 2. de success. Regiâ dissert. 1. 10.* Nicol. Henel. *in Silesiograph. cap. 7.* 6

At non placuit hic mos electionis Imperii Proceribus. † Qvi ut libertatis semper fuerint amantissimi; ita & successione relictâ, liberrimam amplexati sunt electionem. Ut verè dixerit Landgravius Hassiæ: Die Teutsche *Nation* ist ein frey Reich/und billig das freyeste auff der Welt/ apud Frider. Hordleder. *de caus. belli germ. lib. 4. c. 5. pag. 65.* 7

† Existimârunt nempe, & qvidem verissimè, Regna, ubi electio viget absoluta, liberiora multò esse illis, in qvibus 8

bus successio est radicata, vel huic saltem electio adstricta: Idq; eleganter Günther. exprimit, *in Ligurin. lib. 1.*

Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumq; patris novus accipit heres.
Nos, qvibus est melior libertas, jure vetusto,
Orba suo qvoties vacat inclyta Principe sedes,
Qvodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

9 † Conclusum etenim fuit anno 1077. in Comitiis Forcheimensibus: ut filius Regis, etiamsi valdè dignus esset, per electionem spontaneam magis, qvàm successione filio Rex proveniret: Si verò non esset dignus filius, vel si nollet eum Populus, qvem Regem facere vellet, haberet in potestate Populus, Melch. Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 238.*

Utq; in Imperio liberrima Imperatoris conservaretur electio, omnibus modis providere suum ArchiPrincipes Electores judicarunt esse officium, in Capitulatione Cæsareâ non modò hanc sibi expressè reservantes; sed & Regem Romanorum ad eam obligantes, certasq; electionis liberæ

10 Leges qvasi præscribentes. † Promittit namq; PRIMÒ Imperator, qvod nullum jus in Imperio successorium vel hereditarium sibi arrogare, prætendere, ullove pacto in se, heredes & successores suos aut alium qvemcunq; transferre; sed Principes Electores in jure liberrimæ electionis inperturbatos sinere velit: Und insonderheit sollen und wollen wir uns auch keiner *Succession*, oder Erbschafft des offt erwehnten Römischen Reichs anmassen / unterwinden / noch in solcher gestalt unterziehen / oder darnach trachten / auff uns selbst / unsere Erben und Nachkommen / oder auff iemand anders unterstehen zu wenden / Sondern wir / dergleichen unsere Kindere / Erben und Nachkommen / die gemeldten Churfürsten / ihre Erben unnd Nachkommen / in jeglicher zeit / bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs / geruhiglichen bleiben lassen / ꝛc. † Abeant ergò, 11
qvi in familiâ Austriacâ ita radicatam ajunt successionem, ut ab eâ nunqvam divelli qveat; nimirum qvod videant Domum Austriacam Imperatores benè multos, & qvidem serie continuatâ † 12
decem nobis dedisse: Albertum scilicet Austriacum; cui successit Fridericus III. Huic Maximilianus I. Huic Carolus V. Huic Ferdinandus I. Huic Maximilianus II. Huic Rudolphus II. Huic Matthias:

thias: Huic Ferdinandus II. & deniq; huic Ferdinandus III. in præsenti feliciter regnans. Mel. Goldast. *in dedicat. præmissâ tomo un. Const. Imper. pag. 8.* Matth. Bort. *de jure Maj. c. 2. th. 9. lit. A.*
13 † qvos vel solum hoc Capitulationis Cæsareæ membrum refellit, procul dubio in hunc finem adinventũ, summâq; cautione adjectum, ne continuâ illâ Archiducum Austriacorum serie, electioni Imperatoris liberæ qvicqvam præjudicetur.

SECUNDÒ, cùm libera electio ad certum aliqvod tempus se adstringi non patiatur;
14 † utiq; semper & qvandocunqve ArchiPrincipibus Electoribus utile Imperio visum fuerit, permissa est Regis Romanorum electio. Qvam nullatenus impedire valet Imperator, in hunc modum jurans in Capitulatione Cæsareâ: Sollen unnd wollen wir die gemelte Churfürsten / ihre Erben / und Nachkommen zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königes / dieselbige / so offt sie es einem Käyser zu behuff / oder sonst dem heiligen Reich nothwendig unnd nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers / mit / oder wann derselbe / auff angelegte Bitte der Churfürsten / ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte / ohne einiges regierenden Käysers *Consens* vorzunehmen / geruhiglich bleiben lassen / &c. Qvo ipso jam decisa est qvæstio:
15 † *an Imperatori, adhuc lucis usurâ fruenti, rectè adjungatur Rex Romanorum?* qvondam valdè dubiâ, & contra Ferdinandi I. electionem, vivo adhuc Carolo V. Imperatore, stantibus ac protestantibus Electore Saxon. sociisq; fœderis Smalcaldici, apud Hortleder. *de caus. belli german. lib. 4. cap. 9. n. 176.* & Johan. Sleidan. *lib. 7. histor.*
16 † Tantoqve liberam sibi reservârunt electionem ArchiPrincipes Electores, ut justâ ex causâ susceptam, Imperator adhuc vivus neutiqvam declinare qveat. Procul dubio inducti ad hoc exemplo & Oratione Valentiniani Imperatoris, qvi cùm insignia Imperii accepisset, & milites clamarent, ut alterum sibi velut Imperii socium adjungere vellet; *Me*, inqvit, *ad imperandum deligere, o milites, penes vos erat: sed cùm jam à vobis sim electus, consortem Imperii assumere, qvem postulatis, non in vestrâ, sed in meâ solùm situm est potestate. Qvin etiam vos, qvi meo jam Imperio subjecti estis, conqviescere, me autem utpote Imperatorem, qvid agendum sit, considerare decet.* Sozom. *histor. ecclesiast. libr. 6. cap. 6.*
17 † Sed hoc ita, nisi Imperator sufficientes

tes dissentiendi causas proferat; tum enim invito ac dissentiente Cæsare ad novi Regis Romanorum electionem haud deveniri, satis manifestè probatur ex verbis Capitulationis: Oder wann derselbe auff angelegte Bitte der Chur-fürsten/ ohne gnugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte/ rc.

Aliam hinc TERTIÒ cautionem inserere Capitulationi Cæsareæ placuit ArchiPrincipibus E-
18 lectoribus: † ne scilicet Rex Romanorum vivo Cæsare creatus, proprio nomine Rempublicam administret, nec ullam sibi potestatem in Imperio arroget: Hisce namq; conceptis verbis id promittit noviter electus Rex Romanorum; in casu viventis adhuc Imperatoris: Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung oder *administration* im heiligen Römischen Reich weiter/oder anders unterziehen/ dann so viel uns des von Käyserl. Maj. vergönnet oder zugelassen wird / auch Ihr. Käyserl. Maj. die Zeit ihres Lebens/an ihrer Hoheit und Würde des Käyserthumbs/keine Irrung noch Eintrag thun: Est enim † Rex Romanorum
19 Vicarius saltem Imperii, Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 29.* qvi non nisi Imperatoris nomine potestatem à Cæsare sibi concessam exercet, *Recess. Imper. de anno 1555.* §. Unnd im Fall Käyserliche Maj. Ibi: An statt Käyserlicher Maj. *Recess. Imper. de Anno 1564.* §. So unterstunden sich/rc. † ac im- 20
pedito & absente Imperatore Rempublicam regit, juribusq; utitur Imperatoris, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 1.* §. Nemlich wollen die Römische Käyserliche Majestet / Als Römischer Käyser/ oder in Fall daß ihre Liebde und Keyserl. Maj. nicht im Reich / oder in der nähe weren/ Wir / als Römischer König/iederzeit den CammerRichter. Et posteà: die Käyserl. Maj. oder in dero Abwesen aus dem Reich / uns ihres Vorhabens / Johan. Sleidan. *lib. 8. histor.* † Qvò 21
& faciunt *Recess. Imper. de anno 1542.* §. Und damit die Zeit. ibi: So haben wir an statt und im Namen der Keyserl. Maj. den Fried-stand/rc. erstrecket / und *prorogirt. Et de anno 1557.* §. 1. ibi: haben wir im Namen und an statt der Röm. Keys. Maj. einen andern Reichs-Tag bestimbt und angesetzet. Ex qvibus patet, vivo Imperatore Regi Romanorum ordinariam haud competere potestatem; qvâ de re *infrà* pluribus *Sect. 5.*

QVARTÒ: Cumq; Regem eligi non sufficiat, sed & Coronam ipsi imponi necesse sit; utiq; in 22
Capitulatione Cæsareâ Rex Romano-

manorum Coronam Regiam se
recepturum promittit & jurat,
hisce formalibus: Wir sollen und
wollen auch die Römische König-
liche Krone/wie uns als erwehlten
Römischen König wolgeziemet/
empfahen/weniger auch nicht uns
zu Empfahung der Keyserlichen
Kron befördern und bey allen dem-
selben das/so sich deshalben gebü-
ret/thun/auch unsere Königliche
Residentz, Anwesung und Hoffhal-
tung/in dem heiligen Römischen
Reich Teutscher *Nation*, allen Glie-
dern/Ständen und Unterthanen/
denselben zu Ehren/Nutz und gu-
tem/des mehrentheils/so viel müg-
lich/haben und halten. Alle und ie-
de Churfürsten/ihr Ampt zuverse-
hen/zu obgemelter Krönung erfor-
dern/uns auch in dem allen dermas-
sen erzeigen und beweisen/daß un-
serthalben an aller Müglichkeit kein
Mangel gespüret oder vermercket
23 werden soll. Quæ † Coronatio,
utpote ad solennitatem potiùs ex
trinsecam pertinens, magis ho-
noris & celebritatis causa peragi-
tur, qvàm necessitatis essentialis:
qvâ electio & commissio Imperii
qvasi renovatur ad autoritatem
Electo stabiliendam, & personam
ejus omnibus ac singulis notam
faciendam; nihil verò novi eâdem
tribuitur, Hieron. Balbus *de Coro-
nat. cap. 20.* apud Goldast. *in polit.
Imper. part. 1. disc. 2. p. 259.* De qvâ
vide plura *infrà, Section. 10.*

Cæterùm † nec per solam ele- 24
ctionem nec coronationem novi
Regis Romanorum, Imperio est
provisum, ut omni tempore sarta
& tecta sit Reipublicæ administra-
tio: vacante scilicet Imperio &
durante Interregno, cui non nisi
per substitutionem Vicariorum
subveniri potuit à Carolo IV. Im-
perat. *in Aur. Bull. tit. 5.*

† Horum ergò jus ac potestatem 25
se neutiqvam turbaturum pro-
mittit QVINTÒ Rex Romanorum
in Capitulatione Cæsareâ: Wir
sollen und wollen auch die Churfür-
sten bey dem *Vicariat*, wie solches
von Altershero auff sie kommen/
die güldene Bull/Päbstliche Rech-
te uñ andere Gesetze oder Freyheiten
vermögen/so es zu Fällen kommen/
die Nothdurfft unnd Gelegenheit
erfordern würde/auch bey ihrem
gesonderten Rath in Sachen das
heilige Reich belangēd/geruhiglich
bleibē/und gantz unbetrenget lassen
auch nicht nachgeben/daß die *Vica-
riaten* und deren *jura*, sambt was
denselben anhängig/von iemand
disputiret oder gestrittē werde. Wo
aber dawider von iemand etwas ge-
suchet/gethan/oder die Churfürstē
in dem gedrungen würdē/das doch
kei-

keines weges seyn soll/das soll alles
nichtig seyn unnd dafür gehalten
26 werden. Etenim † Imperatores in
Imperio nostro non nascuntur,
ut Reges Galliæ, Joh. Bodin. *lib. 1.*
de Republ. cap. 8. sed eliguntur:
nec ut iidem in perpetuitate consistunt,
& semper vivunt, Joach.
Ernest. Dux Holsat. *apud Frider.*
Achill. in Orat. pro Gallia, sed mo-
27 riuntur. † Exortum hinc in Imperio
Interregnum, qvod cæso
Wilhelmo Imperatore, per octodecim
annos duravit, ubi multa
contra Imperii dignitatem sunt
deprehensa, Cuspinian. *in Richardo
& Alphonso*, † & sæpiùs tali in
28 statu magnæ ortæ confusiones,
atq; insignes mutationes; præsertim
tempore Interregni, qvod Rudolphi
Imperium præcessit, ubi
nullus penè tunc fuit angulus uspiam
tranqvillus, Peucer. *in Chron.*
29 *lib. 5.* † Veluti sunt Romæ confusiones,
summo Pōtifice defuncto,
dum Cardinales deliberant de
Successore, carceres effringuntur,
necantur custodes; sontes judicib9
eximũtur, omnia divina humanaq;
miscentur, parricidia qvandoq;
in occasum Pontificis differuntur,
ac sicariis tùm tutò latrocinari
licet, Joh. Bodin. *lib. 6. de Republ.*
cap. 5. Christ. Besold. *in cert. prærogat.
qvod elect. cum Successs. est.
præmiss. tract. de Success. & elect.
Reg.* Petr. Gregor. Tholos. *libr. 7.
de Republ. cap. 4. n. 20.* † Hisce malis 30
Carolus IV. Imp. obviare cupiens
constituit, ut qvoties Sacrum
vacare contingat Imperium, Comes
Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ,
Electores, sint Vicarii Imperii,
eiq; donec Imperator eligatur
alius, æqvatâ potestate præsint,
tit. 5. Aur. Bull. Thom. Michaël
de jurisdict. concl. 29. Rosenth.
de feud. cap. 12. concl. 5. n. 2.
Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 4. n. 6.*
Henr. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 61.*
Richard. Dieter. *de sum. Imper. potest.
concl. 21.* Matth. Stephan. *de
jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part.
1. cap. 1. n. 158. & seq.* Gerlac. Buxdorff.
ad Aur. Bull. concl. 56. De
qvorum juribus *infrà Sect. 12. 13. 14.
& 15.* agetur fusiùs.

SECTIO I.

Imperium Romanum tempore Conradi I. Imp. factum est electivum: contra Aventinum, qvi usq; ad tempora Friderici II. Imp. id successorium fuisse scribit.

SUM-

SUMMARIA.

1. Imperium in Caroli M. stirpe erat hereditarium.
2. Extinctâ familiâ Carolinâ electus fuit Imp. Conradus I.
3. Notatur Aventinus, Imperium fuisse successorium usq; ad Fridericum II. Imp. asserens. n. 24.
4. Refellitur Aventinus ab Innocentio III.
5. Ut & ab ipsomet Friderico II. Imp.
6. Henricus Auceps electus Imp. post Conradum I.
7. Qvomodo Conradus Imp. designavit Henricum, suum heredem.
8. Post Henricum electus Imp. Otto Magnus.
9. Cui successit Otto II. per electionem.
10. Otto III. electus Imperator.
11. Qvo defuncto Henricus II. à primoribus Regni fuit electus.
12. Conradus II. in locum Henrici II. defuncti electus.
13. Henricus III. & IV. per electionem ad sceptra pervenêre.
14. Henricus V. electione suffectus in locum Henrici IV. Imperio depositi. num. 15.
16. Jure electionis qvoq; Lotharius III. Imperium adeptus.
17. Qvo defuncto electus Imp. Conradus III. n. 18.
19. Post obitum Conradi III. Fridericus Barbarossa jure electionis obtinuit Imperium. n. 20.
21. Henricus VI. post mortem Friderici electus in Imperatorem.
22. Defuncto Henrico VI. duo Impp. Philippus & Otto IV. electi. n. 23.
25. Error Aventini unde provenerit? n. 31.
26. Tum temporis nondum certi erant constituti Electores. n. 27. 28. 29. 30.

1 IMperium † Occidentis ad Francos translatum, in Pipini seu Caroli Magni stirpe hereditarium planè erat. Primus, extinctâ Carolinâ familiâ, creatus fuit purâ
2 electione † Conradus I. Imperator, alienus omninò ab Imperatoriâ Caroli Magni stirpe, Chron. Carion. *lib. 4. pag. 689.* Luitprand. Ticinens. *lib. 2. rer. gestar. cap. 7.* Vitichind. *de reb. gest. Otthon. Magn.*

Scribit eqvidem † Aventinus 3
lib. 5. annal. Bojor. fol. 505. usqve ad Fridericum II. Imperatorem, in Imperio magis Successionem, qvàm electionem fuisse observatam. Sed adversatur huic † Inno- 4
centius III. in *cap. venerabilem. extr. de elect. & elect. potest.* Cùm qvo

 conve-

convenit Ottho Friſingenſ. *lib. 2. cap. 1. Anno*, inqvit is, *ab urbe conditâ 1800. ab incarnatione verò Domini 1152. decedente ab hâc luce vernali tempore, id eſt, ſextâ feriâ proximâ, ut dictum eſt, poſt caput jejunii in civitate Babecberg. piiſſimo Rege Conrado III. nonas Martii, id eſt, tertiâ feriâ poſt Oculi, in oppido Franconefurt, de tàm immensâ Transalpini Regni latitudine, univerſum (mirum dictu) Principum robur non ſine qvibusdam ex Italiâ Baronibus, tanqvam in unum corpus coadunari potuit. Ubi cum de eligendo Principe Primates conſultarent, (nam id juris Romani Imperii apex, videlicet non ſangvinis propaginem deſcendere, ſed per Principum electionem Reges creari, tanqvam ex ſingulari ſibi vendicat prærogativa) tandem ab omnibus Fridericus, Svevorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, cunctorumq; favore in*
5 *Regem ſublimatur.* † Sic & Fridericus II. *in Epiſt. 2. apud Petrum de Vineis*. Imperium ſe nô ex ſucceſſione, ſed electione Principum habere, ad univerſos Reges & Principes mundi ſcribit, hiſce verbis: *Qvid etenim vobis & ſingulis Regibus ſingularum Regionum à facie tanti Principis Sacerdotum timendum? Non ſupereſt, ſi nos ex Principum electione ſolenni & approbatione totius Eccleſiæ, ac in Chriſtianæ fidei Religione viventium Imperiali diademate divinitùs inſignitos, & alia regna nobilia magnificè gubernantes deponendos aggreditur: Et cujus qvoad Imperiale diadema non intereſt, aliqvid in nos exercere rigoris, etiamſi cauſæ legitimæ probarentur: Verùm, qvod ſacerdotalis ſic infeſtat abuſio poteſtatis, à ſummo nos conatur præcipitare deorſum, nec primi ſumus, nec ultimi.*

Qvin & Aventinum hâc in re multùm erraſſe, † ſubſeqventium 6
Impp. electiones ante Friderici II. tempora, luculenter demonſtrant. Poſt mortem namq; Conradi I. Imperatoris, qvem primum electionis jure ſceptra Imperii tenuiſſe diximus, Henricus Auceps fuit electus Imperator. De qvo Luitprandus *lib. 2. cap. 7.* ita ſcribit: *Septimo Regni Chunradi anno, vocationis ſuæ ad Dominum tempus cognovit, cumq; memoratos Principes ſe adire feciſſet, ſolummodo Henrico abſente, ita convenit: Ex corruptione ad incorruptionem, ex mortalitate ad immortalitatem vocationis meæ tempus agnoſco, & ut cernitis, præſtò eſt. Proinde pacem atq; concordiam vos ſectari etiam atq; etiam rogo. Me hominem exuente, nulla vos regnandi cupiditas titillet, nulla præſidendi ambitio inflammet: Henricum Saxonum & Thuringorum Ducem prudentiſſimum, Regem eligite,*

gite,

gite, Dominum constituite: is enim est & sapientiâ pollens, & justæ severitatis censurâ abundans. His itaq; prolatis, propriam coronam non auro, qvo cujuscunq; Ordinis penè Principes pollent, verùm gemmis preciosissimis, non solùm ornatam, sed gravatam, sceptrum & cuncta, quæ regalia sunt indumenta, in medium venire præcepit, & prout valuit, hujusmodi verba effudit: Heredem, Regiæq; dignitatis Vicarium, Regalibus meis ornamentis, Henricum constituo. Cui ut obediatis, non solùm consulo, sed etiam oro. Qvam jussionem mox seqvitur interitus, & interitum est obedientia proseqvuta. Ipso namq; mortem obeunte, memorati Principes coronam, cunctaq; Regalia indumenta Henrico Duci contulerunt, atq; ut Rex Chunradus dixerat, cuncta per ordinem narraverunt; Qvi Regiæ dignitatis culmen prius humiliter declinavit, ac paulò post non ambitiosè suscepit: hactenus Luitprandus *dicto loco.*

Cui nil qvicqvam adversatur,
7 † qvod Cunradus Henricum Im-
peratorem heredem suum & successorem fertur designasse, cùm hoc potiùs consilio & svasu fecerit: cui post ejus obitum Principes lubentissimè locum dedêre, prout testatur Regino Abbas Prumiensis *in Chron. lib. 2. Anno,* inqvit iste, *Dominicæ incarnationis 920. Henricus Dux consensu Francorum, Alemannorum, Bavarorum, Thuringorum, & Saxonum, Rex eligitur, qvi initium sui Regni disciplinâ*
servandæ pacis inchoavit. † Eoq; e- 8
mortuo, filius Ottho Magnus similì planè modo fuit electus, de qvo Regino Prumiens. Abbas *dict. loco. Henricus Rex,* inqvit, *præcipuus Pacis sectator, strenuusq; paganorum insecutor, post plures fortiter & viriliter actas victorias, dilatatis undiq; Regni sui terminis, 6. Nonas Julii anno 936. diem clausit extremum: Cui filius suus Ottho, consensu Primorum Regni successor eligitur.* Qvamvis & iste à Patre Hentico Rex fuerit designatus,
Onuphr. Panvin. *de comit. cap. 6.* † 9
Qvi posteà filium Otthonem II. in Comitiis Imperatorem renunciari fecit, secundùm tradita Regin. *dict. loc.* ubi ait: *Anno Dominicæ Incarnationis 961. Rex in Italiam ire disponens, maximam suorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit, ubi consensu & unanimitate Regni Procerum, totiusq; populi, filius ejus Ottho, Rex eligitur: indeq; progrediens, conniventiâ qvoq; & electione omnium Lotbariensium, Aqvis Rex ordinatur: Ordinato verò filio, pater in Saxoniam rediens, dispositis Regni negotiis, filium Wilhelmo ArchiEpiscopo tuendum & nutriendum commisit.*

† Otthonis qvoqve III. qvi pa- 10

tre II. Otthone Imperatore mortuo, Rex fuit renunciatus, mentionem facit Sigebertus Gemblacensis, allegatus ab Onuphr. Panvin. *de Comit. cap. 6.* hisce verbis: *Anno Domini 983. Ottho, tædio & angore animi deficiens, Romæ moritur, & de Imperatore substituendo inter Primates dissentitur; aliis filio ipsius Otthoni III. Imperium deberi certantibus; aliis alii, Imperatoris à filio ejus Imperium transferre volentibus, ad Henricum Ducem, filium Henrici, qui fuit frater I. Otthonis. Hic Henricus ipsum Otthonem puerum factiosè raptum in custodiam tenet: Sed Principes puerum de manu Henrici extorqventes in Regno sub-*
11 *limant &c.* † Eo postmodum defuncto sine herede, anno MI. Domini, Henricus II. patre Hezilone, natione Noricus ejusdemq; gentis Dux, ab omnib9 Regni Primoribus fuit electus, qvi multis in Germaniâ, Bohemiâ, Italiâ, Apuliâ, fortiter ac prosperè gestis bellis, postremò Episcopatum Bambergensem fundavit, Otth. Episc. Frisingens. *lib. 7. histor. cap.*
12 *27.* Abbas Ursperg. *in Chron.* † Mortuo Henrico II. Cunradus II. in ejus locum Imperator fuit electus: de qvo Otto Frising. *lib. 6. cap. 28. Anno* (inqvit) *ab incarnatione Domini 1025. defuncto sine filiis Henrico, Cunradus natione Francus, consilio Antecessoris sui, cujus tamen, dum adhuc viveret, gratia carebat, 85. ab Augusto Regnum sortitur.* Et Abbas Urspergensis: *Anno,* inqvit, *Dominicæ incarnationis 1025. Cunradus ex Regni Primoribus unus, sed Regno antea per rebellionem adversus, Principibus pro ejus electione dissidentibus: Aribone autem, Moguntino ArchiEpiscopo & Eberhardo, Babembergensi Præsule sibi faventibus, 85. loco ab Augusto Regnum suscepit.* † Eo verò extincto, Henricus III. 13 posteà IV. electi fuere Imperatores, *c. 6.* Lambert. Schafnaburgensis *in suâ hist.*

Hosce subsecutus est † Henricus V. qvi abrogato Henrico IV. 14 in ejus locum fuit suffectus. Qvo de ita loqvitur Abbas Urspergens. *Anno Domini 1106. pædiante Henrico juniore, tantus apud Moguntiam factus est in natali dominica totius Regni Theutonici conventus, qvantus per multa annorum curricula nunqvam est visus. Referunt enim qui aderant, 52. ibi tunc Optimates, vel eo amplius affuisse, adeò, ut solus Dux Saxoniæ, Magnus nomine, qvem jam gravior ætas impediebat, notaretur defuisse. Ibi supervenientes Apostolicæ Sedis Legati, Episcopus scilicet Albinus, cum Constantiensi sententiam anathematis in Henricum, Seniorem dictum Imperatorem, à tot sibi succedentibus Apostolicis, sæpiusq; promulgatam,*

gatam, scriptis simul & dictis testificantes universam multitudinem, imò totam toto orbe diffusam Ecclesiam ab ejus communione sepositam confirmabant. Quâ de causâ, cum ipse de Castello, qvo manebat, Moguntiam se exhibere tentaret, Principes propter cavendum vulgi tumultum, suæ potius qvam filii parti favere solentis, ipsi Ingelheym occurrerunt. Tandemq; generali illum circumvenientes consilio, usq; ad reatus confessionem, satisfactionisq; professionem perducunt. Cui cum Legati communionem seu pœnitentiæ modum, absq; generalis synodi & Apostolicæ discussionis censurâ reddere ad præsens non possent, ipse partis utriusq; consiliis annuens, Regalia vel Imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum atq; coronam, filii potestati tradidit, prospera illi imprecans, Primatibus eum multo fletu commendans, & ex tunc juxta summi Sacerdotis, totiusq; Ecclesiæ decreta, suæ consulturum animæ promisit.

15 *† Hoc ordine Henricus illius nominis Rex V. primum à Patre, deinde ab universis Germaniæ Principibus in Regem jam secundò electus, ab Apostolicis quoq; Legatis per manus impositionem catholicè confirmatus, acceptis tam ab Episcopis, quàm Laicis, juxta morem Patriæ Sacramentis, regnare cœpit, 88. loco ab Augusto.* Hactenus Urspergensis.

Similiter, mortem obeunte
Henrico V. † Lotharius II. Imper. 16
non jure successionis, sed electionis ad sceptra Imperii pervenit. De qvo ita scribit Ottho Frising. *lib. 7. histor. cap. 17. Anno Dominicæ incarnationis 1125. defuncto absq; herede Henrico Rege V. Principes Moguntiæ conveniunt, ibiq; habito de Successore consilio, qvatuor Regni Optimates, Lotharius Dux Saxonum, Fridericus Dux Suevorum, Leopoldus Marchio Orientalis, Carolus Comes Flandriæ ad Regnum designantur: Tamen Lotharius, natione Saxo, patre Gebehardo, voto omnium renitens valdè, ac reclamans ad Regnum tractatus sub præsentia Sedis Apostolicæ Legati, 83. ab Augusto regnavit.*

† Idemq; Frisingensis de electione 17
Conradi III. Imperatoris, *lib. 1. de gestib. Friderici Ænobarbi cap. 22. Defuncto,* inqvit, *Imperatore Lothario, ac in monasterio Lutre, qvod in ejus proprio fundo situm est, humato, Principes Regni apud Galliæ oppidum Confluentiam, ubi Mosella Rhenum influit, conveniunt, ac de eligendo Principe consilium ineunt. Igitur Conradus, Friderici Ducis frater, ab omnibus qvi aderant, expetitur, ad Regnumq; levatus, in Palatio Aqvis coronatur; qvod eò facilius fieri potuit, qvod Imp. Henrici odium in mentibus plurimum jam deferbuerat, Albertusq; Moguntinus Archiepiscopus*

jam recenter vivendi finem fecerat. Accessit etiã ad hujus negotii promotionem, qvod Henricus Noricorum Dux, pro notâ Superbiæ, penè omnium, qvi in expeditione Italicâ cum Lothario Imper. fuerunt, odium con-
18 *traxerat &c.* † Et *lib.7.histor.c.22.* eadem propemodum hisce verbis refert: *Anno Domini 1128. defuncto in autumno sine filiis Lothario Imp. Conventus generalis Principum Moguntiæ in proximo Pentecoste indicitur. Qvidam autem ex Principibus timentes, ne fortè in generali Curiâ Henricus Dux, qvi tunc præcipuus, & nomine & dignitate in Regno fuit, per potentiam prævaleret, circa mediam qvadragesimam, consilio habito in oppido Galliæ Confluentia, conventum celebrant, ibiq; Chunradum Imperatorem Henrici Sororium, præsente Theodevino, Episcopo, Cardinali, ac S.R.E. Legato, summi Pontificis ac totius Romani populi, urbisimq; Italiæ assensum promittente, 84. ab Augusto Regem creant, qvi mox ad Palatium Aqvis veniens, à prædicto Cardinale (nam Coloniensis, qvi id facere jure debuerat, noviter inthronizatus, pallio carebat) cooperantibus Coloniensi & Trevirensi Archiepiscopo in Regem ungitur. Proximum dehinc Pascha Coloniæ celebrans, Moguntiam posteà venit. At Saxones, & Dux Henricus, aliiq; qvi electioni non interfuerant, Regem non legitimè, sed per subreptionem electum calumniabantur, qvibus omnibus in proximo Pentecoste, generalis Curia Bambergæ indicitur. Itaq; Chunradus Rex Pentecosten & Curiam in præfata civitate, ut condictum erat, cum maximo Regni fastigio, & maximo conventu Principum habuit, ubi omnes Saxones simul cum Viduâ Imperatrice Richinzâ venientes, ultrò se suæ ditioni subdidere. Solus ex Principibus Dux Henricus Regalia servans aberat, ad qvæ reddenda, in festivitate Apostoli Petri & Pauli, dies ei præfigitur Ratisponæ, qvò veniens, Regalia qvidem multis illectus promissis reddidit; sed tamen ea minimè consecutus, infecto pacis negotio sine gratia ejus recessit.*

Nec alio, qvam electionis jure
post obitum Conradi III. † Fride- 19
ricus Barbarossa Regnum obtinuit, attestante Ottone Frisingens. *lib.2. de gest. illius Frid: c.3.* hisce verbis: *Astrictis igitur omnibus, qvi illo confluxerant fidelitate & homagio Principibus, cum paucis, qvos ad hoc idoneos judicavit, cæteris in pace dimissis, Rex Fridericus cum multa jocunditate naves ingreditur, ac per Mogum & Rhenum navigans, in villa Regali Sinciche applicuit, ibiq; eqvos ascendens Aqvisgranum venit, ubi seqventi die, id est, Dominicâ qvartâ Qvadragesimæ, ab Episcopis, à Palatio in Ecclesiam B. Mariæ semper Virginis*

ginis

ginis, deductus, cum omnium qui aderant, applausu, ab Arnoldo Coloniensi Archiepiscopo, aliis cooperantibus, coronatus in sede Regni Francorum, quæ in eâdem Ecclesiâ à Carolo M. posita est, collocatur, non sine multorum stupore, qvod in tam parvo temporis spatio, non solùm tanta Principum, seu de Regno Nobilium confluxerat multitudo; sed & qvod de Occidentali Galliâ, ad qvam nondum hujus facti rumor pervenisse putabatur, nonnulli advenerant, &c.

20 † Et *cap. 4.* inqvit Frising. *Peractis omnibus, qvæ ad Coronæ decorem spectabant, Rex vocatis Prudentioribus seu majoribus de numero Principum, de statu Reipubl. consultans, Legatos ad Romanum Pontificem Eugenium, urbem ad totam Italiam destinandos disposuit de promotione suâ in Regnum significaturos. Mittuntur itaq; Hellinus Trevirensis electus, & Eberhardus Babenbergensis Episcopus, Viri prudentes & literarii.*

Cumq; mortuus erat Fridericus Barbarossa sive Ahenobarbus, an-
21 no Dom. 1191. † Henricus hujus nominis VI. Friderici I. Imp. filius, regnum accepit. Qvi prius à patre Friderico Rex fuerat designatus, & de consensu Principum Coronam Aqvisgrani acceperat, Abb. Ursperg. *in Chron.* Onuphr. Panv.
22 *de Comit. cap.* † Eoqve extincto, duo simul Imperatores vel Reges electi & creati sunt, nempe Philippus Suevorum Dux, & Ottho IV. Mortuo enim Henrico, Philippus Suevorum Dux, frater ejus eo tempore exiêrat de Alemanniâ, ut veniret ad ipsum in Siciliam, processeratq; usq; ad Montē Flasconem, propè Viterbium, ubi de morte Imper. nunciatum est ei: qvare statim ab Italiâ recessit, & laboriosè pervenit in Alemanniam, ubi jam Principes, juramenta sua postponentes, (Nam procurante Henrico Imperatore, Principes Alemanniæ penè omnes filium parvulum ipsius, Fridericum, adhuc in cunis vagientem, sibi assumserant in Regem, fidelitatemqve ei juraverant, & literas de hoc facto cum sigillis suis transmiserant Imperatori.) de electione novi Imperatoris tractare cœperunt, cupientes diripere hereditates, qvæ ad præfatam Imp. generationem pertinebant. At Philippus ad partes Rheni se contulit in continenti, ubi ad eum Officiales venerunt, & qvidam de Principibus & Baronibus terræ, cum qvibus habuit mysterium consilii sui, & cùm perspexit, Principes de electione tractare, Nuncios suos transmisit, impediens, ne in præjudicium sui qvælibet fieret electio; at videns qvod à tali insolentiâ nollent Alemanni

manni cessare, ipse cum Principibus sibi faventibus, conventum adunavit in oppido Mülhusen, ubi à Suevis, Saxonibus, Bavaris, Boëmis, & Principibus qvamplurimis Regni, electus est in Regem.

23 † Qvod cum factum, Colonienses & Argentinenses cum Episcopis suis, & alii qvidam Nuncios suos miserunt in Angliam, ut inde adducerent Othonē, qvem postea apud Coloniam elegerunt in Regem: prout duplicem hanc electionem multis describit Abbas Urspergens. *in Chron.* ubi inter alia hæc ponit: *Properant electi (scilicet Philippus & Otto) uterq; ut occupet sedem Regni Aqvisgrani. Sanè Philippus prior oppidum obtinuit, & ibidem Viros strenuos ac nobiles in præsidio constituit. Supervenit autem Otto cum Coloniensibus & aliis fautoribus suis, & obsederunt Civitatem. Cumq; interiores conclusi, resistere non potuissent, accepta pace & securitate personarum, dederunt civitatem. Tunc Adulphus Coloniensis in Regē coronavit Othonem. Tota verò Curia Imperialis & Officiales Imperii adhæserunt Philippo cum Principibus qvamplurimis. Interim redierat de Ultramarinis partibus Cunradus Herbipolensis Episcopus, qui fuit Cancellarius. Hic declinavit in partem Philippi, Hermannus verò, Landgravius de Thuringia, cœpit adversari Philippo, sperans, ad se posse devolvi jus Imperii. Philippus itaq; prudenti usus consilio censuit primùm eos, qui viciniores erant, bellis avertere, & suo dominio subjugare. Anno sequenti Argentinam obsedit, ubi suburbia prius incendit, & terras Civium vastare cœpit. Tunc videntes Cives, se non posse resistere, Philippum tanqvam Dominum suum in civitatem receperunt, & ei fidelitatem juraverunt, Episcopus qvoq; in gratiam ipsius redit. Principes verò Imperii nec curabant juramenta infringere, nec fidem violare, & jus omne confundere, nunc recedentes à Philippo & Othoni adhærentes, & è converso. Verùm multis bellis feliciter gestis, decrevit agere bellum contra Colonienses. Cum magno igitur exercitu venit in illorum fines, fiuntq; incendia & vastationes terrarum, capiuntur oppida qvædam in partibus illorum. Multi, sive compulsi, sive muneribus aut promissionibꝰ illecti, recedunt ab Othone, & adhærent Philippo, inter qvos præfatus Adolphus Coloniensis Archiepiscopus, cum Rege reconciliatus, secum venit Aqvisgranum, & ipsum coronavit in Regem. Interim qvoq; redierat de ultramarinis partibus Chunradus Archiepiscopus Moguntinus, qui eatenùs propter timorem Papæ se gessit in hoc facto; latenter tamen adversatus Philippo potius, quam favens, timebat enim eum. Sed hic in-*

brevi

brevi vitam finivit. Hactenus Abb. Urſperg.

Qvæ certè probant manifeſtis-
24 ſimè,† à tempore Cunradi I. Imperatores non jure ſucceſſionis; ſed per electionem ad Regimen perveniſſe. Ut profectò mirari liceat, cur Aventinus *dict. lib. 5. annal. Bojor.* ad Fridericum II. Imp. usq; ſucceſſivum fuiſſe Imperium
25 ſcripſerit. † Procul dubio ipſum fefellit, qvod eo tempore certi nondum erant conſtituti Electores, qvorum votis Rex aut Imperator Regno præficiebatur. Sed hoscè demùm poſt obitum Friderici II. Imper. in ordinem redactos, putat Onuphr. Panvin. *de*
26 *Comit. cap. 6.* † Nimirum eligebatur tum temporis Imperator ſeu Rex Germaniæ ab Italiæ aliqvot ſecularibus Principibus, veluti Comite Taurini, Marchione Montisferrati, nec non ab omnibus Germaniæ Principibus, tàm laicis, qvàm eccleſiaſticis, videlicet Abbatibus, Epiſcopis & Archiepiſcopis, qvotqvot ex iis adeſſe volebant Comitiis, cæterisq; omnibus Germaniæ Comitibus, Marchionibus & Ducibus, Simon Schard. *de orig. Elect. cap. 6.* Nicol. Ciſner. *in Orat. de Otton. III. fol. 59.* Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 3. n. 25.* Onuphr. Panvin. *de Comit. cap. 6.*

27 Idemq; atteſtatur † Vitichindus Monachus *lib. 1. de geſt. Oth. I. Imp.* ubi de Conradi I. electione ita ſcribit: *Regi autem Ludovico mortuo non erat filius, omnisq; populus Franconum atq; Saxonum qværebat Othoni diadema imponere Regni: Ipſe verò qvaſi jam gravior recuſabat Imperii onus: Ejus tamen conſultu Chunradus, qvondam Dux Francorum, ungitur in Regem, penes Othonem tamen ſummum ſemper & ubiq; vigebat imperium, &c.* Et Luitprandus Ticinenſis *lib. 2. rer. geſtar. per Europ. cap. 7. Hac autem*, inqvit, *tempeſtate Ludovicus Rex moritur. Chunradus ergò, Francorum ex genere oriundus Vir ſtrenuus, bellorumq; exercitio doctus, Rex cunctis à populis ordinatur. Sub qvo potentisſimi Principes, Arnoldus in Bajoaria, Burcardus in Suevia, Everhardus Comes potentisſimus in Franciâ, Giſilbertus Dux in Lotharingiâ erant: qvos inter Henricus Saxonum & Thuringorum Dux præpotens clarebat, &c.* † Idq; ipſum etiam con- 28
firmat Otho Friſingenſis *lib. 6. hiſtor. cap. 16. Anno*, inqvit, *ab incarnatione Domini 913. Chunradus, Cunradi, qvem occiderat Albertus, filius, conſilio præfati Ducis Othonis, conſenſu omnium Orientalis Franciæ Rex creatur. Hunc qvidam Ludovici fratris filium fuiſſe dicunt, & ob hoc noviſſimum eum Carolum ponunt, &c.* † Et clariùs adhuc Abbas Urs- 29
per-

pergens. *Regi autem Ludovico cum non esset filius, post mortem ejus omnis populus Francorum atq; Saxonum quærebat Othoni diadema imponere Regni: sed ipse quasi jam gravior recusabat onus Imperii: Ejus tamen consultu, Chunradus qvondam Dux Francorum, filius illius Chunradi, qvem Albertus occidit, ungitur in Regem.*

30 Colligitur hinc, † ante Friderici II. Imperatoris tempora, omnes Germaniæ Principes ad electionem Regis Romanorum fuisse admissos, tùm sacros, tùm profanos, qvorum numerum ad 53. vel 54. usq; ex Lamberto Schafnaburgensi, Abbate Urspergensi, aliisq; Historicis se collegisse, scribit Onuphr. Panvin. *de Comit. c. 6.* Qvi Principes tempore Interregni ad præscriptum vocati locum veniebant: & qvi ex cõpetitoribus, qvos plures aliqvando fuisse legimus, majora suffragia ferebat, Rex Romanorũ appellabatur: Eamq; consuetudinem fuisse servatam usq; ad Friderici II. Imp. obitum, testatur Onuphr. Panvin. *dict. loco.* 31
† Ut proinde Aventinus ex eo solo, qvod tunc temporis certi Electores non fuissent constituti, Imperium durasse successorium, causam asserédi minùs sufficientem habuerit.

SECTIO II.

Liberrima etiamnum hodiè est electio Regis Romanorum in Imperio, nec Domui Austriacæ alligata: ex qvâ tamen jure & ratione optimâ eliguntur Imperatores.

SUMMARIA.

1. *Non conveniunt Politici, an Electio successioni in Imperiis præferenda.*
2. *Liberiora judicantur Regna electitia.*
3. *Carolus V. Imperium jure hereditario ad filium Philippum transferre neqvivit.*
4. *Successionem non admittit libertas Imperii.*
5. *Liberrima est hodiè electio Regis Romanorum. n. 14.*
6. *Electio conditionata apud veteres Germanos.*
7. *Causæ Electionis conditionatæ.*
8. *Electio certæ familiæ alligata, non est propriè electio. n. 9.*
10. *Electio qvalis in Regno Franciæ successorio. n. 12.*
11. *In Galliâ Reges non eliguntur, sed succedunt.*
13. *Electio impropria in Regno Hispaniæ successorio.*

15. Series

15. Series continuata decem Impp. ex Domo Austriacâ.
16. Error Jesuitæ Johannis Rho.
17. Eundem errat errorem Johan. Bodinus.
18. Non juvat errorem Bodini jus præscriptionis.
19. Imperium quandoq; per multos annos penes certas fuit familias.
20. Rationes concrediti Imperii Domui Austriacæ per tam longum tempus. n. 21. 22.
23. Liberum est Archi-Principibus Electoribus, ex alienâ familiâ eligere Imperatorem.
24. Constitutio pontificia in c. venerabile, extr. de elect.
25. Consvetudo inveterata derogat huic Constitutioni Pontificiæ.
26. Non infringit Constitutio pontificia electionem Impp. ex Domo Austriacâ.

LOngo itaq; tempore ante Fridericum II. Imp. Imperium Germanicum electione delatum, nec ullus fuit relictus successioni locus; ut vel minimè hæc in Imperio hodiè admittatur, *Aur. Bull. tit. 2.* Etsi enim Politici adhuc
1 nondum conveniant: † an Imperio sit consultius, electione caput qværere; an verò successioni fenestram aperire? ac pro utrâqve sententiâ, & rationes, & exempla Regnorum ac Imperiorum allegari qveant; ut patet ex dictis *supr. c. 1. sect. 1.* Keckerman. *1. polit. 4.* Henn. Arnis. *lib. 2. polit. relect. c. 2. sect. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 7. c. 4 n. 10.* Christoph. Besold *in certam. prærog. qvod elect. cum success. est præmisso tractat. de success. & elect. Regiâ.* Joh. Bodin. *de Republ. lib. 6. c. 5. & in meth. hi-*
2 *stor. c. 6.* † attamen existimaverunt pleriq; , & prudentius judicarunt Principes Germaniæ, admissâ in Regnis successione, libertatem populi non saltem periclitari; sed ut plurimum si non uno ictu, pedetentim tamen & successivè tolli. Cui periculo per electionem eò faciliùs obveniendũ, qvò certiùs, Regna, ubi electio viget, multò liberiora illis haberi, in qvibus successio est radicata: adeòq; liberam in Imperio electionem esse voluerunt. Factum inde, † qvod licèt Carolo V. Imperium ad filium suum 3
Philippum, ejusq; successores hereditario jure transferre summo studio fuerit connisus; Principes tamẽ Germaniæ, ut jus liberæ tuerentur electionis, fratrem Ferdinãdum prætulerint, prout Joh. Sleidan. & Thuan. nõ uno in loco attestantur. Christoph. Besold. *de jurisdict. imp. Rom. qv. 9.* † Ire siqvi- 4
dem per successionẽ, contra libertatem Imperii est & Germanicæ

Nationis, Gœden. *in discurs. de elect. Reg. Rom.*

Liberrimam autem Principes Imperii esse voluerunt Regis Romanorum sive Imperatoris ele-
5 ctionem; † talem nimirum, qvæ nec certo generi, stirpi & familiæ esset alligata atqve adstricta. Qvam multis in Regnis etiamnum vigere videmus, ut nempe ex ultimò defuncti filiis; iisvè non exstantibus, ex fratribus; qvibus item deficientibus, ex agnatis proximis eligatur ex Ordinibus, qvi magis placet, & dignior judicatur futurus, Christoph. Besold. *lib. 1. politic. cap. 5. n. 36. & lib. 2. de success. Regiâ dissert. 1. n. 10.* Matth. Bort. *in disp. de natur. jur. Majest. &*
6 *Regal. cap. 2. conclus. 9.* † Qvod non saltem apud veteres Germanos moris erat, teste Tacit. *in lib. de morib. German.* Lehman. *libr. 2. Chron. Spirens. cap. 3.* Melch. Goldast. *de Majorat. lib. 3. cap. 11. n. 3. & seq.* Besold. *dict. dissert. 1. n. 12.* Keckerm. *lib. 1. polit. cap. 4.* sed & eodem jure adhuc sese gaudere gloriantur Franci ac Sveci, ut liqvet ex Constitutione Caroli M. Imper. *de pac. publ. & divis. regn.* §. 7. apud Goldast. *Const. Imper. tom. 1. fol. 145.* & traditis Goldast. *in Seniorat. libr. 3. cap. 9.* † Qvam
7 speciē electionis videntur amplexati Ordines, tùm ut successionis beneficio Bellorum civilium stirpes eliderentur, Joh. Bodin. *lib. 6. de Republ. c. 5.* tùm ut jura majestatis, Regna ipsa, & Principatus meliùs à successoribus conservarentur, qvæ ab Avis & Majoribus suis accepta scirent, & custodita. Qvo instituto nihil sapientius aut Reipublicæ salutarius potuit excogitari, ut scilicet parentes spe successionis illius, ad filios suos præclarè instituendos adducerentur, Hottom. *in Francogall. cap. 6.*

Nimirum † non vera ac propria est ejusmodi electio, sed saltem declaratio legitimi Successoris, ejusq; approbatio & assumtio. Ita ut voculâ Electionis denotetur declaratio, receptio, & assumtio in Dominum, qvod fit, qvando heres legitimus succedit & inauguratur, eiq; subjectio & fidelitas promittitur, † prout docent ac rem hanc eleganter explanant Melch. Goldast. *de Seniorat. lib. 3. cap. 11. n. 3. & seq.* Henn. Arnis. *lib. 2. de Republ. cap. 2. Sect. 4. n. 57. & cap. 6. Sect. 5. n. 34.* Onuphr. Panvinius *de Comit. Imper. cap. 6.* Lupoldus de Bebenburg *de jur. Regn. Francor. & Imper. Roman. cap. 12.* Joh. Paul. Windeck. *in comm. de Princip. Elect. origin. cap. 6. fol. 19.* Zepper. *libr. 3. de legib. Mosaicis. cap. 7.* † Idemq; exem- 10
plo electionis in Regno Franciæ pro-

Nimirum † non vera ac propria 8
est ejusmodi electio, sed saltem

rem hanc eleganter explanant 9

probat Andreas Favynus *in histor. Navarræ lib. 1.* ubi ait: *Ce mot d' election en la formule du sacrè de nos Roys, & la demande, qve l' evesqve fait au peuple, n' est pris, qve pour le consentement & l' approbation, qve faict le peuple francois an sacrè de ses Roys, le qvels parviennent à la Couronne de france, non par election, voix & suffrages de leurs subjects, ains par succesſion &c.* Ecqvis
11 enim nescit, † in Galliâ Reges non eligi, sed jure hereditario succedere. De qvibus tamen electio in historiis sæpissimè prædicatur, adeò ut etiam juxta formulam inaugurandi consvetam, Archi-Episcopus Remensis, nomine totius populi dicat: *Se Regem Francorum eligere*, ut patet ex formulâ inaugurationis Regum Galliar. relatâ à Papyr. Massono *in annal. Francor. in viâ Henrici I. Regis*. Henn. Arnis. *dict. cap. 2. Sect. 4. n. 47.*
12 † Ut verè dixerit Yvo Episcopus Carnotensis *in apolog. de Carolo Grosso Rege Franciæ: Communi consensu Episcoporum ac Procerum jam pridem ipsum electum, & tamen hereditario jure* Regnum *adiisse*, Cabotius *lib. 1. variar. jur. disputat. cap. 9.* Arnis. *dict. Sect. 4. n. 47.* Goldast. *dict. cap. 11. n. 3. & 4.*
13 † Nec dispar ratio electionis Regum in Hispaniâ, qvi & ipsi jure hereditario ad regimen & solium perveniũt, Natal. Comes *in histor. sui tempor. lib. 14. an. 1564. in fine.* Christoph. Beiold. *in discurs. de Monarch. cap. 4. n. 8.* Goldast. *de Majorat. libr. 3. cap. 9. n. 6. & seqq.*

Sed non ita in Imperio nostro, certo generi atq; familiæ adstricta est electio; † qvam liberrimam & omninò absolutam verissimè judicamus. Nisi qvem 14
reddat dubium † decem Impp. ex 15
Domo Austriacâ series continuata, Alberti scilicet Austriaci: Friderici III: Maximiliani I: Caroli V: Ferdinandi I: Maximiliani II: Rudolphi II: Matthiæ: Ferdinandi II: & in præsens feliciter regnantis Domini Ferdinãdi III: qvæ per alterius familiæ Principem hucusq; nullam est passa interruptionem. Unde qvibusdam in familiâ Austriacâ radicata videtur
successio, † adeò ut nimis audacter Jesuita Johannes Rho, Domum Austriacam appellaverit conjugem Imperii Romani, in *concione aliqvâ super victoriâ Pragensi habitâ*, in Achtespiegel *pag. 66.* propter vinculum nimirum indissolubile, qvod sibi imaginatur. 16
† Idemq; jam dudum sensit Joh. 17
Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 3.* ubi scribit: *in Austriacâ gente Imperium Germanorum tàm altè radices egisse, ut ejus evellendi vix ulla spes appareat.* Et qvidem videtur juvari

hæc Bodini opinio jure præscri-
18 ptionis, † qvam & Protestantes qvondam liberæ electioni adversari putabant, ut patet ex conditionibus, Cæsareæ Majestati ab iisdem oblatis: Daß hinführo aus keinem Fürstlichen Hause drey Könige nach einander erwehlet / oder genommen sollen werden/damit die Freyheit oder Wahl der Personen halber nicht in eine Verjährung oder Gerechtigkeit geführet werden möge/apud Goldast. *part. 2 tom. 1.* Der Politischen Reichshändel. Ast neutiqvam hoc liberum ele-
19 ctionis jus infringit: † cùm & aliarum familiarum Principes per annos benè multos Sceptrum in Imperio tenuisse compertum habeamus. Duces nempe Saxoniæ annos 117. Duces Franconiæ annos 102. Sveviæ annos 110. Caspar. Ens *lib. 1. thesaur. polit. Apotelesm. 6. p.* 146. qvibus tamen ullum jus successionis hereditarium nemo attribuere ausus est.

20 Ac certè, ut † Domui Austriacæ jam longè ultra annos 180. concredita fuerint Imperii gubernacula, evidentissima svasit ratio. Non solùm, qvod Regna Domus Austriacæ sint veluti murus salutis communis, immanitati Turcicæ oppositus, ex mente Caroli V. Imperatoris apud Joh. Sleidan. *lib. 7. ad fin.* sed & qvia potentia & reditus familiæ Austriacæ, dignitati Imperatoriæ sustinendæ sufficere videantur: † Qvin & vir- 21
tutes ac benemerita Antecessorũ, in familiâ Austriacâ laudatissimorum hocce præmium qvasi exposcunt, ut eorum liberi præ aliis Imperii Principibus ad honores Imperii supremos evehantur. † Ex 22
qvo Moguntinus Elector in deliberatione, super electionem Caroli V. habitá, dicebat: *Itanè de nobis & Imperio meritus est Maximilianus Cæsar*, Sleidan. *lib. 1. de stat. Religion.* Nec tamen per id liberæ electioni præjudiciũ adferri ullum qvisqvam existimet; † 23
cùm aliis forsan permoti rationibus ArchiPrincipes Electores, ex alienâ etiam familiâ in solium Imperiale, qvem sublimare, haud prohibeantur: suffulti hoc Capitulationis membro. *vers.* Und insonderheit sollen unnd wollen wir uns auch/*supr. cap.* 11. *n.* 10. Qvo omni periculo ac juri præscriptionis, si qvod metuendum, satis & sufficienter occurritur.

Hoc saltem dubium restat; † 24
an non electionem plurium Impp. de unâ eademq; Principum Imperii familiâ, prohibeat Constitutio pontificia in *cap. venerabilem. extr. de elect.* ubi dicitur: *Si prædictus Dux (Sveviæ, Philippus) Imperium obtineret, libertas in electione*

ctione periret, & Imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim, Fridericus Conrado, vel Heinricus postmodum Friderico, sic nunc Fridericus Philippo, vel Philippus Heinrico (omnes ex Ducali familiâ Svevorum) succederet, videretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi: præsertim cùm multi Principum ex Imperio æqvè sint nobiles & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de Domo Ducum Sveviæ videretur aliqvis
25 *ad Imperium assumendus.* † Sed repugnat hæc Constitutio non modò præscriptæ immemoriali ac inveteratæ consvetudini, ab Imperio & urbe Româ receptæ; Sed & concessioni divinæ, qvâ Regnum Judæ à Davide usq; ad Sedechiam, vigesimum primum ejus familiæ Regem permansit, & pollicitus erat Deus Davidi Regnum in ejus familiâ æternum, *2. Reg. 2.* benè advertente Windeck. *de elect. Imp. cap. 9.* † Tantum scilicet abest, 26
Constitutionem Pontificiam, electionem Imperatorum ex Domo Austriacâ infringere, qvæ nec libero Electorum juri, liberisq; eorum suffragiis ex hoc Capitulationis membro qvicqvam præjudicare valet.

SECTIO III.

Non solùm cùm Imperator in fata concedit, sed & cum ei alium, vel ob invaletudinem aut senium, aliamvè sonticam causam adjungi vel substitui necessitas flagitat, Rex Romanorum eligitur, permittente id Aureâ Bullâ Caroli IV. Imperatoris.

SUMMARIA.

1. Duplex Electio secundum Panvinium: Libera, & qvasi coacta.
2. Qvasi coacta qvænam dicatur Electio? n. 3.
4. Refellitur distinctio Panvinii. n. 5.
6. Imperatori viventi Rex Romanorum adjungi potest.
7. Qvod antiqvitùs receptum. n. 8. 10.
9. Laudes Imperatoris Marci Antonii Philosophi.
11. Impp. Antonius & Verus, Divi fratres appellati.
12. Etiamnum hodiè vivo Imperatore eligi potest Rex Romanorum. n. 18. 19.

13. Ele-

DUplicem facit electionem Regis Romanorum Onuphr.
1 Panvinius: † Omninò liberam, & qvasi coactam. *Illam*, si Imperatores ante obitum, nullum Imperii designaverint Successorem: uti fuit electio Henrici I. Saxonis, & Chunradi I. Franci, Lotharii II. Saxonis, Chunradi II. Svevi, Friderici I. Ænobarbi, Philippi Svevi, Othonis IV. Saxonis, Henrici Landgravii Thuringiæ, Guilielmi Comitis Holandiæ, Rudolphi, Adolphi, Albertorum I. & II. Henrici VII. Ludovici IV Bavari, Caroli IV. Boëmi, Ruperti Bavari, Sigismũdi, Frider. III. & Caroli V. Imperatorum, qvi absq; Prædecessorum suorum voluntate Imperatores liberè ab iis, qvi jus eligendi
2 habebant, renunciati fuêre. † *Qvasi coactam* appellitat Panvinius electionem, qvum Imperator adhuc vivus, more veterum Principum Romanorum, Imperii Successorem designare facit. Convocatis etenim Imperii Romani Electoribus, qvempiam, vel filium vel fratrem suos eligere, se præsente, procurat in Romanorum & Germaniæ Regem, qvi gradus est proximus ad supremum Imperii fastigium: Qvæ suffragia non adeò libera existimat, † qvùm mul- 3
ta, imò ferè omnia, in gratiam Imperatoris fiant. Qvâ ratione tres Othones priores, qvatuor Henrici, II & III. IV. & VI. Fridericus II. Wenceslaus, Maximilianus, & Ferdinandus I. viventibus Prædecessoribus suis, Imperii Successores designati fuerunt, & in Germaniæ Reges inuncti. Hactenus Onuphrius Panvin. *de Comit. Imper. cap. 5. n. 22.* † Qvæ distinctio 4
cum liberum electionis jus infringat, nec admittenda, nec Panvinio concedendum, cogi posse Electo-

lectores, ut ad solum Imperatoris nutum, Regem Romanorum ipsi adjungant; vel solo Capitulationis membro hoc reclamante, *in verb.* Sollen und wollen wir / die Churfürsten ihre Erben unnd Nachkommen / zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen wahl eines Römischen Königes / dieselbe / so offt sie es einem Käyser zu behuff / oder sonst dem heiligen Reich nothwendig und nützlich befunden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers / ꝛc. vorzunehmen / geruhiglich bleiben lassen / ꝛc.
5 Ac † certè si Imperatori, filium vel fratrem ad solium Imperiale evehenti, necessariò obseqvendum esset, vel eo ipso Imperium redderetur successorium, contra juratam promissionem in Capitulatione factam, de qvâ diximus *Suprà c. 11. n. 10.*

In eo tamen non fallit Onuphr.
6 Panvinius, † qvod Imperatori lucis usurâ adhuc fruenti, Romanorum Regem adjungi posse statuat, innuente hoc ipsum Capitulatione Cæsareâ, *in verb:* Auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers / ꝛc. Pro more scilicet veterum Im-
7 pp. Romanorum, † qvibus Coadjutores & Coimperantes adjungere, antiqvitùs receptum fuit: veluti probatur ex *l. fin. ff. de hered. instit.* & *l. cum proponebatur.* ibi: *Divus Marcus & Commodus Imperatores rescripserunt. ff. de appell.* aliisq; textibus, in qvibus fit mentio Rescriptorum, à duobus simul Imperatoribus editorum. † 8
Qvò & faciunt in Codice Leges Gratiani, Valentiniani, Theodosii, & Arcadii simul, ex qvorum rescriptis cognoscitur, qvatuor simul imperâsse. Qvin & Leo Papa, Lothario & Ludovico Augustis simul scribit in *cap. Reatina ecclesia. 63. distinct.* Et Imperator Marcus Antonius Philosophus (sanctitate vitæ omnibus Principibus antecellens, attestante Capitolino *in eius vita,* † qvemqve 9
providentissimum Principem, & virum religiosum vocat Papinianus in *l. unum ex familia. § ult. ff. de legat. 2.* & consultissimum Imp. Gordianus *in l. hereditas. C. de testam. tutel.* nec non prudentissimum & sanctissimum ac philosophiæ plenum, Imp. Justinianus in *l. cum Sillejanum. C. de his qvib. ut indig. &c.*) Antonium Verum, fratrem, ad Imperii partem adscivit, *anno Christi 163.* De qvo sic scribit † Jul. Capitolin *in vitâ M. An-* 10
*tonini Philosophi: Antonius fratrem sibi participem post excessum Divi Pii à Senatu coactus Regimen publicum capere, in Imperio designavit, qvem L. Aurelium Verum Commodum appellavit, Cæsaremq; atq; Augustum dixit, atq; ex eo pariter cœperunt Remp*ubl.

publ. regere: tuncq́; primùm Romanum Imperium duos Augustos habere cœpit. Qvod & Spartianus *in vitâ*
11 *Veri* attestatur. † Hiq́; Impp. Antoninus scilicet & Verus fratres, sunt illi ipsi, qvorum Leges & Rescripta à JCtis sæpiùs citantur, qvosq́; Divos fratres vulgò vocant, *l. 3. §. fin. ff. de test. l. divi fratres. ff. de pœn. l. 2. in pr. ff. de effract.* Anton. Augustin. *in explicat. ad Modest. librum singularem, de excusat. tut. §. præterea à tutela liberatur.* Joh. Lecirier *in tract. primogen. lib. 1. quæst. 7.* Restaur. *in tract. de Imperator. quæst. 106.*

Ad horum itaqve exemplum
12 † etiamnum hodiè, vitam & spiritum adhuc ducente Imperatore, qvandoq́; ab Electoribus Imperii, Rex eligitur Romanorum, non in consortium potestatis; sed ut sit perpetuus Imperii Vicarius, & absente Imperatore atq́; impedito, Imperium regat ac moderetur, mortuoq́; eo ipso, sine ulteriore electione in nomen, dignitatem autoritatemq́; Imperatoris succedat, Caninius *in discurs. ad Aur. Bull. Caroli IV. Imper. pag. 43.* Dom. Arum. *in discurs. ad Aur. Bull. 2. concl. 13. & in tract. de Comit. Imp. cap. 2. n. 27. & tom. 1. de jur. publ. disc. 4. & 5.* Anton. Coler. *de jur. Imper. german. sect. 8.* Joh. Limnæus *de jur. publ. lib. 2. c. 15. n. 21.* Georg. Sigismund. Seld. in Bedencken/an Keyser Ferdinand/uber Ihr. Keys. M. Wahl unn. Hoheit. Anton. Qvetta *consil. 1. n. 22.* † Multùm eqvi- 13
dem tempore Caroli V. Imperatoris, electionem Ferdinandi, fratris, oppugnabant Elector Saxoniæ & Socii fœderis Smalcaldici, apud Joh. Sleidan. *histor. lib. 7.* & Frider. Hortleder *de caus. belli germ. lib. 4. cap. 9.* † urgebantq́; JCti Saxonici 14
Auream Bullam, qvæ *in tit. 4. §. cæterùm qvoties.* mortuo demùm Imperatore & vacante Imperio, ad electionem Regis Romanorum descendere jubet Electores. Addentes porrò, † ipsius Imperatoris 15
commodum haut esse, Regni habere socium, aut certum successorem; propter votum captandæ mortis, jure improbatum, *l. fin. C. de pact.* ac fieri inde posse, ut Imperium perveniret ad Hispanos, dicentib9 iis, qvod tunc Electores & Principes Imperii consenserint, ut Carolus resignaret fratri Regnum Alemanniæ, & ipse nihilominus, qvi ampliùs Rex Alemanniæ non esset, retineret jus Imperii, essetq́; Imperator, tanqvam Hispanorum Rex, non Alemanniæ, qvam amplius non haberet: qvo ipso jus & libertas Imperii germanici sublatum foret. Auct. *discurs. de elect. Reg. Romanor. vivente Imper.* apud Goldast. *in polit. Imper. part. 2.* Sleidan. *dict.*

dict. lib. 7. & lib. 8. Petr. Heig. *part. 1. quæst. 6. n. 42. & seqq.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisdict. c. 2. n. 45.*

16 † Ast falsò præsupponebant, Imperatore Carolo V. vivente, Ferdinando fratri, Romanorum Regi, æqvalem competituram potestatem: qvam non nisi ex concessione Imperatoris habuit; adeoq; remansit Carolus V. Imperator solus plenissimâ præditus potestate usq; ad Imperii abdicationem, ut proinde nec parem, nec socium habuisse, dici qveat. Ex qvo etiam corruit votum captandæ mortis, qvod in personis illustribus, nedũ cõsentientib9 haudqvaqvam præsumendum, arbitrantur Dd. *in l. f. C. de pact.*

17 † Tantumq; abfuit, qvidqvam rationes illas JCtorum Saxonicorum valuisse, ut non modò ipsemet Ferdinandus Carolo V. adjunctus, sed & posteà Maximilianus II. Rudolphus II. & nunc feliciter regnans Ferdinandus III. viventibus etiamnum & imperantibus augustissimis Parentibus suis, in Reges ac Imperatores fuerint electi & designati: eodemq; jure ac facultate, Imperatori adhuc vivo Regem Romanorũ adjungendi, ArchiPrincipibus Electoribus in Capitulatione modernâ, verbis disertis reservatâ, *Supr. cap. 11. n. 15.*

18 Jureq; † id fieri dixeris, si electionem cum successione comparare velis. Etenim qvod aliis in Regnis per successionem, id in Imperio per electionem designatus conseqvitur. Certùm verò est, qvod in Regno successorio Rex filium aliumvè, cui successio debetur, in consortium Regiminis suscipere possit. Cum enim dilatio Regiminis, post mortem constituta, ejus solius favorem respiciat: utiq; Rex ei renunciare valet, *l. post mortem. C. de fideicommiss. l. eum qui. ff. de ann. legat.* Qvidni ergò Electoribus, Imperatore adhuc vivente, Regem Romanorum, & futurum Imperatorem eligere fas esset?

† Qvin & sanctionem Aureæ Bullæ Caroli IV. *tit. 1.* electionem hanc probare & admittere, rectissimè infert Domin. Arum. *discurs. 2. ad Aur. Bull. concl. 13. & de Comit. Imper. cap. 2. n. 27.* ex generalitate verborum: **So offt und wann es in künfftigen Zeiten die Nothdurfft erfordern/oder sich der Fall zur Wahl eines Römischen Königes/ zum Keyser/ begeben wird.** Qvæ verba cùm indistinctè loqvantur de omni casu & necessitate electionis; etiam qvæ Imperatore vivente suscipitur, intelligi debent, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. l. si pluribus. ff. de legat. 1.* 19

† Frustrà contradicente Joh. Limnæo *de jur. publ. libr. 2. cap. 15. n. 23.* eaqve verba 20

ba de casu Imperii vacantis, defuncto scilicet Imperatore, & non existente amplius, explicante, juxta *tit. 4. & 5. Aur. Bull.* tùm, qvod in dict. tit. *1. Aur. Bull.* verba illa: **So offt und wann es die Nothdurfft erfordert** / sano sensu hanc restrictionem non admittant: tum qvod subseqventia demum verba casum Imperii vacantis innuant: **Oder sich der Fall zur Wahl eines Römischen Königes zum Käyser begeben wird.** Ergò verbis prioribus casus diversus, qvando nimirum Imperatori, lucis usurâ adhuc fruenti, Rex Romanorum adjungendus venit, denotatur.
21 † Et qvid de mente ac voluntate Caroli IV. Imp. dubitemus; cùm is ipsemet, ut se vivente, filius Wenceslaus in Regem Romanorum eligeretur, sollicitans, procul dubio Auream Bullam haut aliter intellexerit, Cuspinian. *in vitâ VVenceslai.*

22 † Non tamen pro lubitu jus eligendi Regem Romanorum, vivo adhuc Imperatore, Electoribus permissum qvisqvam existimet; sed demùm si Imperator senio vel morbo, aut plurium Regnorum regimine implicetur, aliavè necessitas emergat, Regisq; electionem efflagitet, Melch. Goldast. *tom. 1. Const. Imp.* Matth. Steph. *de jurisd. Imp. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 2. n. 73.* Petr. Heig. *part. 1. qvæst. 6.* Schönborn *lib. 5. polit. cap. 19.* Reinh. König *in theatr. polit. part. 1. cap. 24.* Reinkingk *lib. 1. de regim. secul. & eccles. class. 3. cap. 14. n. 17. & seqq.* Daniel Otto *in jur. publ. c. 14. fol. 541.* Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 12.* Dom. Arum. *disc. 2. ad Aur. Bull. concl. 13. & vol. 1. disc. Academ. 4.* Onuphr. Panvin. *de Comit. cap. 5.* 23 Sanè † Carolus V. dum de adjungendo sibi Romanorum Rege laborabat has in medium adduxit rationes: qvia diversis ipse Regnis atq; populis imperaret, neq; posset continenter esse in Germaniâ: qvia turbulentus admodùm esset & periculosus Orbis Christiani, præcipuè verò Germaniæ status, propter dissidium Religionis, propter vim atqve potentiam Turcarum, propter tunc excitatam seditionem atq; bellum Rusticorum: & qvia per Imperium multa inofficiosè fierent, ac minus obseqventer, apud Joh. Sleidan. *lib. 7. pag. 119.* † Hiscè similes si occurrant causæ, vel 24 aliæ qvæqve prægnantes, ad Regis Romanorum electionem, vivo etiamnum Imperatore, deveniri permittit Capitulatio Cæsarea *in verb.* **So offt Sie es einem Käyser zu behuff / oder sonst dem heiligen Reich nothwendig und nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römischen Käysers / mit / oder wann**

wann derselbe/ auff angelegte Bit-
te der Churfürsten/ohne gnugsame
erhebliche ursachen verweigert wer-
den solte / ohne einiges Regieren-
den Käysers *consens* vorzunehmen/
geruhiglich bleiben lassen / *&c.* Ex
25 qvo etiam patescit, † Imperatoris
consensum ad electionem Regis
Romanorum, vivo eo susceptam,
reqviri, nec dissentiente Cæsare,
Regem eligi posse, nisi justa subsit
causa, Domin. Arum. *in disc. 2. ad
Aur. Bull. concl.* 14. Joh. Limnæus
de jur. publ. lib. 2. cap. 15. n. 30. Qvâ
26 de causâ electionem † Maximilia-
ni II. inscio Imperatore haud pu-
blicandam judicarunt Electores:
prout constat *ex relatione* Simonis
Schardii *de election. Maximiliani II.*
& Adami ac Nic. Heiden *de ea-
dem materia*, apud Goldast. in Po-
27 lit. Imper. *part. 1.* † Qvod & in nu-
perrimâ electione jam feliciter
regnantis Dn. Ferdinandi III. *M.
Nach dem Te DEUM Laudamus, seynd die Königl. Maj. sampt den Churfürsten vom Altar herab/wie auch die Käyserl. Maj. durch den Chor auff eine/vor dem Chor sonderlich zugerichteten und mit Tapezereyen behangenen Bühnen folgender Ordnung gangen. Als erstlich vorher etliche *Cavälliere* unnd die Erb: und Hoff Marschalle/ und vor ihnen die Herolden mit ihren anhabenden Röcklein unnd Stäben. Den Marschallen haben gefolget Chur-Bäyern/so den Reichs Apffel getragen in der Mitte/ der Chur Sächsische Gesandte auff der Rechten/ und der Chur Brandenburgische/ welcher den Reichs-Scepter getragen/auff der lincken Hand. Hierauff ist gefolget der junge Grafe von Pappenheim mit dem entblöseten Schwert/ darauff wurden Ihr Keys. Maj. in ihren *Pontificialien* unnd auffhabender Cron/ in dero gewönlichen Trag-Stul getragen. Nach derselben folgeten die Königl. Maj. und mit derselben auff dero Rechten Hand Chur Maintz/und auff der Lincken Chur Cölln. Uff berührter Bühne seynd fünff roth-sammete Stüle/ zween auff der rechten Seiten vor Chur Maintz und Bäyern/ unnd drey auff der lincken Seiten/ vor Chur Cölln/und die Chur Sächsische und Brand. Abgesandte: In der mitten aber/ welche etwa eine Spanne erhöhet gewesen/ seynd 2. Stüle von güldenen Stück/ der eine auff der rechten Hand vor die Keyserl. der ander auff der lincken Hand/ und zwar etwan anderthalb Schuhe zu rück/vor die Königliche Maj. zubereitet/und sonst alles mit schönen Tapezereien behenget gewesen.

Darauff ist aus Befehl Chur Maintz von gemelter Bühn die *proclamation* des new erwehleten Königs vor allem Volck durch den Dom-Probst zu Maintz/ Johann Reinhard/ Freyherrn von Metternich aus einem Zettel geschehen/ und seynd unter wehrender solcher *proclamation* so wol Ihr: Königl. Maj. als auch die Herren Churfürsten unnd Gesandten gestanden/

Keys. Maj. aber in Ihrem Stul sitzen blieben.

Oeffentliche *Proclamation* des New erwehlten Röm. Königs:

Nach dem die Hochwürdigsten/ Durchlauchtigstẽ/ meine gnädigste Herren/ die Churfürsten des Reichs aus hochwichtigen/ tapffern/ redlichen Vrsachen/ zur Chur und Wahl eines Röm. Königs gegriffen/ haben Ihre Churf. Gn. und Durchl. und der Abwesenden gevollmächtigte Gesandten/ mit zeitlich vorgehabten Rath/ zu Lob und Ehr Gott dem Allmächtigen/ auch Nutz und Wolfarth dem Heiligen Reich und gemeiner Christenheit/ sämptlichen einmütiglich und einhellig den Aller Durchläuchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Ferdinand den Dritten/ zu Hungern und Böheimb König/ Ertzhertzogen zu Oesterreich ꝛc. unsern Allergnädigsten Herrn/ als einen gebornen Ertz Hertzogen zu Oesterreich/ König zu Böhmen/ und Ihren Mit Chur Fürsten/ zum Röm. König/ und im fall der erledigung des Keyserthumbs (daß der Allmächtige Gott lang verhüten wolle) zum künfftigen Keyser bewilliget/ benennet und gewehlet/ im Namen des Allmächtigẽ Gottes/ solche einmütige Wahl oder Chur/ verkündige und eröffne ich von wegen der gemelten meiner gnädigsten Herren/ der Churfürsten und der abwesenden geschickten gevollmächtigten Bottschafften/ allermänniglichen/ den genanten Herren/ Herrn Ferdinanden/ Königen zu Hungern und Böheimb ꝛc. vor den erwehlten Röm. König zu ehren und zu halten.

Als derselbe mit dem lesen fertig gewesen unnd mit lauter Stimme geruffen: Vivat Rex, und ein Zeichen gegeben/ hat das Volck mit grossem Geschrey zu dreyen unterschiedlichen malen acclamiret: Vivat, vivat, vivat. &c. Vnnd seynd die Trompeten geblasen/ auch die Heerpaucken geschlagen worden. Als nun dieses alles also vollbracht und der gantze *actus* biß ungefehr halb 2. Vhren nachmittage gewähret/ haben Keys. Maj. sich tragen lassen/ und seynd Ihr. Königliche Maj. sampt den Churfürsten unnd Gesanden zu dem Bischoffshoff/ daselbst Keys. und Königl. Maj. *logiret*, gangen.

Der Rath zu Regenspurg hat von der Kirchen an/ biß zu dem Bischoffs-Hoff/ die Gassen durchaus Brücken weise mit Tännen Breten belegen lassen.

Vor der Kirchen gerade an dem Thor hat der Rath mit einem gelben taffeten Himmel/ daran inwendig ein schwartzer Adler gewesen/ auffgewartet/ und ist erstlich alles

Keys-

Keyser: König: Chur: unnd Fürstlich Hoffgesind / Grafen/ Herren/ vom Adel/darnach die Churfürstl. König- und Keyserl. Trompeter/ sampt darzugehörigen Heerpaucken gegangen. Auff dieses folgeten die fünff Keyserl. Ehrnholden mit ihren Wapen Röcklein unnd weissen Stäblein / baarhaupt. Hierauff ChurBäyern/und die Churfürstl. Sachs. und Brandenburg. Gesandten in Ihrer gebürender Ordnung mit tragung Apffel unnd Scepter. Folgēds obgedachter junger Graf/ Herr von Pappenheim / mit dem blossen Schwert allein. Dann die Keys. und Königl. Maj. so unter obgemelten Himmel empfangen/ und darunter biß an den Bischoffs-Hoff geführet worden/also/daß die Königl. Maj. etwas hinter Ihrer Keys. Maj. Stul / darauff sie getragen worden / zur lincken Hand gegangen. Maintz und Cölln aber neben Ihr Königl. Maj. zu beyden Seiten / doch auch etwas zu rück. Darauff unterschiedene Geistl. und andere weltliche *honoratiores*, und alsdann die Menge des Hoffgesindes/Hartschier/Trabanten und des andern Volcks.

Die Keys. Maj. seynd unter Keys. Cron / und in gantzer Keys. Zierde getragen worden. Desgleichē seynd die Kön. Maj. in ihrer Cron / aber sonst in Churf. Kleide / wie sie anfangs in die Kirch und *Conclave* gangen / auch die Churfürsten in Ihren Churfürstl. *habiten* unnd Gezierten mit bedeckten Häuptern/ wie auch die Gesandten / als Sie aus der Kirchen getreten/ die Häupter gleicher gestalt gedecket. In dē Bischoffs Hoff ist iederman gelassen worden / und seynd die Herren Churfürsten/denen die Schwerter in der Scheiden unter sich gesencket vorgetragen worden/ wie auch die Gesandte/ als dieselbe Keys. unnd Kön. Maj. biß in das Keys. Gemach begleitet/wiederumb in ihre Herberge gefahren.

SECTIO X.

Coronatio Regis Romanorum sive Imperatoris ubi, à qvo,qvibusq; ceremoniis & solennibus peragatur?

SUMMARIA.

1. Triplex quondam fuit coronatio Imperatoris.
2. Causæ triplicis Coronationis. n. 3.
4. In Lombardia coronabantur Impp. à Mediolanensi ArchiEpiscopo. n. 5.
6. Ubi ferrea imponebatur Corona.

7. Ante Friderici tempora Corona ferrea in usu non fuit.
8. Romæ coronabantur Impp. aureâ coronâ.
9. Quæ coronatio alibi etiam ex arbitrio Pontificis peracta.
10. Quandoq; etiam à Pontificis Legatis, Cardinalibus.
11. Coronatio Lombardica & Romana in desvetudinem abiit.
12. Coronationis germanicæ finis & effectus.
13. In Germanica Coronatione non imponitur ferrea corona.
14. Nec corona argentea.
15. Sed ex puro puto auro fabrifacta.
16. Carolus IV. Bonnæ prope Coloniam coronatus.
17. Civitas Aqvisgranensis in Aur. Bullâ coronationi germanicæ destinata.
18. Peragitur hodiè alibi etiam Coronatio Regis Romanorum.
19. Qvondam jus imponendi coronam pertinuit ad Electorem Moguntinum.
20. Henricus III. ab Electore Coloniensi coronatus.
21. Jus coronandi ArchiEpiscopo Coloniensi concessum. n. 22.
23. Hodiè ab Electoribus Ecclesiasticis conjunctim simul imponitur corona capiti Imperatoris.
24. Ceremoniæ atq; ritus Coronationis Imperialis.
25. Ungitur Imperator ante Coronationem.
26. Regi Romanorum traduntur insignia: puta: Gladius &c.
27. Sceptrum, Regiæ dignitatis signum.
28. Pomum aureum, cui crux imposita.
29. Amictus qvi Norimbergæ asservatur.
30. Ipsa Corona Imperialis.
31. Rex Romanorum jurat ante coronationem primâ vice.
32. Expletâ coronatione, jurat Rex coronatus secundâ vice.
33. Ritus, qvi coronationem peractam seqvuntur.
34. Descriptio coronationis D. Ferdinandi III. Imp.

1 EXpeditum verè est inter Politicos,† triplicem qvondam Imperatoris Coronationem, in usu fuisse: Germanicam nempe, Lombardicam & Romanam; †vel ad
2 significandum triplex Imperatoris dominium: in Asiâ scilicet, *l. ult. C. de temp. appellat.* Aphricâ, *l. 1. ff. de off. Præf. Prætor. Aphric.* & Europâ, secundum Francisc. Zoanet. *de Roman. Imper. n. 248.* Gloss. *in verb. Imperatorem. c. legimus. dict. 92.* Intrigl. *de feud. quæst. 8. n. 33. p. 93.* † Vel ad indigitandum 3

dum 1. puritatem conſcientiæ, per coronam argenteam. 2. Virtutem, per ferream. 3. Scientiam & prudentiam discernendi bonum à malo, per auream Coronam, ut vult Alber. *in dictionar. verb. Corona*.

4 Coronabantur enim † *Primò* Imperatores olim Mediolani in Lombardiâ; ab ArchiEpiſcopo Mediolanenſi, ac declarabantur ita Reges in Italiâ, Carol. Sigon. *libr. 7. de Regno Ital. pag. 176. & lib. 4. pag. 89. libr. 8. pag. 187.* Chaſſan. *in catalog. glor. mundi part. 5. conſiderat. 27. pag. 141.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imp. cap. 11.* apud Goldaſt. *in polit. Imper. part. 1. dis-*

5 *curſ. 1.* † Et Orland. Malevolt. *in hiſtor. Senenſ. lib. 3. part. 1.* de hâc coronatione ita ſcribit: *Cum Henricus I. Mediolani eſſet coronatus, introduxit iſtam ceremoniam, qvam poſtmodum electi Imperatores obſervârunt, ut ſtatim poſt introitum in Italiam, coronam ferream Mediolani ſuſciperent, aut Ticini, aut Modoë-*

6 *tiæ.* † Ferrea autem corona propterea ipſis imponebatur, qvia Regnum Romanum ferri figurâ apud Danielem deſignabatur, Alciat. *de form. Roman. Imper. pag. 116.* vel, ut demonſtretur Majeſtas oneri conjuncta, Alciat. & Sigon.

7 *dict. loco.* † Ante Friderici tamen tempora hanc coronam ferream in uſu haud fuiſſe, poſtqve hujus obitum demum eandem introductam, & Henricum VII. primùm eâ ratione Mediolani coronatum, aſſerit Onuph. Panvin. *dict. loco.*

† *Secundò* coronabantur Imperatores Romæ ad altare in Ecclesiâ S. Petri, aureâ coronâ, ad denotandam Imperatoris præcellentiam præ aliis Regibus, ſicut aurum reliqvis præcellit metallis; Goldaſt. *in polit. Imper. part. 4. discurſ. 6. & diſc. 7.* Qvamvis & 8

† alibi, juſtis de cauſis, ex arbitrio Pontificis Coronatio hæc fuerit peracta, teſte Hier. Balbo *de coronat. cap. 21.* apud Goldaſt. *in polit. imper. part. 3. pag. 260.* Et Carolum V. Imper. coronam hanc auream de manu Pontificis, unâ cum ſceptro aureo, nudato enſe, aureoq; pomo Bononiæ accepiſſe, luceſcit ex *Receſs. Imper. Auguſt. de anno 1530. in pr.* Hujusq; coronationis vidimus aliqvot Bononiæ monumenta. † Nec ſemper 9 10

ab ipſomet Pontifice, ſed qvandoq; etiam ab ipſius Legatis, Cardinalibus, coronam fuiſſe impoſitam, produnt Hiſtoricorum ſcripta: veluti Carolum IV. à Petro Cardinale Hoſtienſi: nec non Henricum VII. à Legato Clementis V. coronatum, notat Canin. *part. 1. diſcurſ. ad Aur. Bull. pag. 72.*

11 Sed † utraq; hæc coronatio,
Lombardica & Romana, in de-
svetudinem abiit. Illa, qvia ni-
hil, vel parum juris ac potestatis
in Italia hodiè competit Impera-
tori; Ista verò, qvod vanam ac
frustraneam judicaverint Electo-
res, ut dixi *suprà cap. 2. sect. 9.* qvan-
tumvis ejus etiamnum hodiè in
Capitulationibus fiat mentio.
12 † Restat ergò *tertia* saltem Coro-
natio, puta germanica: qvæ ta-
men & ipsa, utpote ad solennita-
tem potiùs extrinsecam pertinens
magis honoris & celebritatis cau-
sâ peragitur, qvàm necessitatis es-
sentialis. Siqvidem eâ electio &
commissio Imperii qvasi renova-
tur, ad autoritatem Electo stabili-
endam, ejusq; personam omnibus
ac singulis notam faciendam:
at nihil novi eâdem tribuitur,
Hier. Balb. *de coronat. cap. 20.* apud
Goldast. *in polit. Imper. part. 3.
pag. 259.*

13 Coronationem † hanccè germa-
nicam coronâ peragi ferreâ, nimi-
rum ad designandam fortitudi-
nem, ferreamq; contra rebelles &
infideles severitatem, nugantur
qvidam cum Chassan. *in Catalog.
glor. mund. part. 5. considerat. 27.
pag. 141.* Joh. Schneidvvin. *ad pro-
œm. Instit. n. 6.* Georg Schönborn
14 *lib. 5. polit. cap. 9. pag. 420.* † Alii
Coronam imponi argenteam
Imperatoribus falsò autumant,
cum Onuphr. Panvin. *de Comit.
imper. cap. 11.* apud Goldast. *in po-
lit. imper. part. 1. disc. 1.* qvos & Ju-
ris Professores in commentariis
passim seqvuntur. † Ex puro pu- 15
to enim auro fabrifactam esse Co-
ronam Caroli Magni, Romano-
rum Regi in Imperatorem pro-
movendo imponi solitam, atte-
stantur testes oculares Hieron.
Balb. *de coronat. cap. 21.* & Hartm.
Maur. *de coronat. Caroli V. Imper.*
apud Goldast. *in polit. imper. part.
3. disc. 2. & 3.* ut & alii, qvi nuper-
rimæ coronationi Dn. Ferdinan-
di III. interfuerunt.

Etsi verò † Carolus IV. Impe- 16
rat. ipsemet non Aqvisgrani, sed
Bonnæ, propè Coloniam Agrip-
pinæ fuerit coronatus, secundum
Canin. *part. 1. discurs. ad Aur. Bull.
pag. 71.* attamen † is Civitatem A- 17
qvisgranensem coronationi huic
germanicæ destinavit, eamq; nul-
lo alio in loco fieri voluit, *in Aur.
Bull. tit. 28. §. 5.* Qvod & posteà
ab Imperatoribus religiosè ob-
servatum fuit, in tantum, ut Ca-
rolus V. coronandus in Impera-
torem, de peste Aqvisgrani non-
nihil grassante admonitus, per
Consiliarium suum responderit:
Se antiqvi moris respectum ha-
bere, constanterq; decrevisse,
nullibi nisi in antiqvâ Carolorum
sede

ſede Regni diadema aſſumere: Non conſultum eſſe, ob levem momentaneamq; cauſam, ritum coronandi priſcum adverſus præſcriptum Aureæ Bullæ novare, Hartm. Maur. *de coronat. Carol. V.* apud Goldaſt. *part. 3. polit. imper. diſc. 3.* Joh. Sleidan. *lib. 2. de ſtat. relig. pag. 32.*
18 † Nihilominus poſt tempora Caroli V. à ſanctione hâc Aureæ Bull. ſæpisſimè receſſum, aliisq; in locis, ex placito & conventione inter Regem & Archiprincipes Electores, coronationem fuiſſe peractam, teſtantur exempla Ferdinandi I. & II. Maximiliani II. & Matthiæ, qvi omnes Francofurdi coronam ſuſceperunt: nec non Rudolphi II. & nunc imperantis invictisſimi Cæſaris Dn. Ferdinandi III. Ratisbonæ coronatorum. Qvod absqve juſtis & urgentibus cauſis nemo factum exiſtimet.

19 Eandemq; † circa perſonam Coronantis variationem produnt Hiſtoricorum ſcripta. Olim ſiqvidem jus imponendi coronam capiti Imperatoris ad Electorem Moguntinum pertinuiſſe, inde manifeſtum eſt, qvod non modò Otto I. Imp. ſed & Otto II. & III. à Moguntino Electore fuerint coronati, Wittichin. *lib. 2. de reb. geſt. Saxon. in pr.* Otto Friſing. *libr. 8. cap. 19.* Onuphr. Panvin. *in Otton. II.* Trithemius *in Chron. Ann. 985.* Et Henricus II. à Willigiſo Moguntino Archiepiſcopo dicitur inunctus, Cuſpinian. *in vitâ Henric. II.* Pariter qvoq; Conradus II. Imp. ab Aribone, Moguntino Archiepiſcopo diadema Regium obtinuit, Aventin. *libr. 5. annal. Bojor.*
20 † At cum tempore Henrici III. Imp. major fuerat generis claritas in Hermanno, Electore Colonienſi, qvàm Lupoldo, Moguntinenſi, & conſecratio Aqvisgrani intra ipſius Diœceſin celebranda contigiſſet, ab eo voluit coronari, Albert. Crantz *lib. 3. metrop. cap. 10.* qvi poſteà Henrico IV. diadema impoſuit, Lamb. Schaffnaburg. *in anno 1054.*
21 † Indeq; factum, ut jus coronandi penes Archiepiſcopum Colonienſem immutabiliter permanſerit, Cisner. *in fin. orat. de Otton. III.* Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 6. de Roman. Imp.* & ibid. Freher. Hartm. Maur. *de coronat. Carol. V.* Prout qvoq; innuit Günther. *lib. 1. in Ligur.* de coronat. Friderici I. hisce verbis:

Impoſuit capiti geſtamina regia ſacro
Arnoldus, qvo tunc paſtore Colonia dives
Gaudebat, qvippe hunc veteris ſibi juris honorem
Vendicat ille locus. ———

22 † Qvin & majoris certitudinis gra-

gratiâ jus hoc coronandi Impp. ac Reges Romanorum, Electori Coloniensi disertè fuit confirmatum à Carolo IV. Imp. in *Aur. Bull. tit. 4.* §. Ferner so offt. In verb: Zum andern/ von deme von Cölln/ deme die Würde und das Ampt/ einem Römischen König die erste Cron auffzusetzen/ zugehöret/ ꝛc. Sed dignitas hæc tempore subseqventi ad alios qvoq; Electores Ecclesiasticos usu & observantiâ promanavit.
23 † Non solùm enim Archiepiscopus Moguntinus in coronatione Rudolphi II. Matthiæ, & nunc feliciter imperantis Dn. Ferdinandi III. Consecratoris officium sustinuit; sed etiam Rudolpho II. tres Electores, Moguntinus, Coloniensis & Trevirensis conjunctim, uti & Ferdinando III. Moguntinus & Coloniensis simul coronam imposuerunt, uti & ex actis illarum Coronationum manifestissimum est.

24 Cæterum, † qvibus ceremoniis ac ritibus Coronationis actus celebretur, ex notatis Caroli Paschalii Consil. Regii: Hieronymi Balbi, Episcopi & Principis Gurcensis: Hartm. Mauri, Consiliarii Electoralis Coloniens. & Francisci Modii JC. *de coronatione Impp. Roman.* apud Melch. Goldast. *in polit. Imper. part. 3.* satis superq; liqvet. Eorumq; rituum tria sunt principaliora, ceu Coronationis hujus essentialia, puta: Unctio, Insignium traditio, & Juramenti præstatio. † *Primò* namq; 25
ungitur Imperator sive Rex Romanorum, ex antiqvissimo more, sacris literis comprobato; veluti Saul à Samuele, *1. Reg. 9.* David à viris Judæ, *2. Reg. 2.* & Salomon à Nathane, Reges inuncti fuêre; Sigon. *lib. 7. de Republ. Hebræor. cap. 3. p. 388.*

Deinde † traduntur Regi Ro- 26
manorum insignia, qvorum qvinq; habentur, puta: 1. Gladius, insignum justitiæ ac superioris potestatis, ad qvam denotandam gladio cingebantur, qvi eâ sunt præditi, *Roman. 13. vers. 4.* Camerar. *cent. 1. hor. succis. cap. 76. pag. 346.*
† 2. Sceptrum, Regiæ dignitatis 27
signum, Marqvard. Freher. *ad Petr. de Andlo de Roman. Imper. lib. 2. c. 8.* De qvo ita scribit Viterbiens. *part. 19. Chron.*

In manibus Regum dum regia Sceptra tenentur,
Tunc qvasi per Virgam, compescere cuncta videntur:
Pœnaq; præstatur, qvæ ratione datur.

3. traditur Regi Romanorum seu Imperatori † Pomum aureum, 28
cui Crux est superimposita, qvo significatur, auspiciis divinis Imperatorem esse Dominum mundi,

di, Marqvard. Freher. *ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6.* Tholosan. *de Republ. lib. 6. cap. 18. n. 14.* vel orbem à Christo in crucis virtute triumphatum esse, Gretser. *lib. 2. de sanct. Cruc. pag. 54.* Gewold. *de sac. Rom. Imper. Septemvirat. cap. 10. p. 198.* vel ut putat Viterb. *dict. part. 19. Chron.*

Aureus ille globus, pomum vel palla vocatur:
Unde figurantum mundum gestare putatur:
Qvando coronatur, palla ferenda datur.
Significat mundum formâ perhibere rotundum:
Intus habet plenum terrestri pondere fundum,
Qvem tenet arcanum palla ferenda manu.

Et paulò post:

Crux superest pomo, cœlo super insita dono,
Suscipe corde bono, Rex, quæ tibi mystica promo,
Teq; sedente throno, prospice quid sis homo.
Crux & palla simul pariter connexa tenentur,
Hæc magis, illa minus per te reverenda videntur,
Hæc ferit, hoc satiat, hæc perit, illa manet.
Si mundana tuis pugno concludere regna
Significata crucis tibi sint reverenter habenda,
Servulus esto Dei, qvi tria sceptra regit.

4. † Amictus, qvi Norimbergæ summâ cum veneratione ab aliqvot annis retrò in hunc usq; diē asservatur, Hartm. Maur. *de coronat. Caroli V.* apud Goldast. *in polit. Imper. part. 3. disc. 3.* 29 5. † Ac demum ipsa Corona Imperialis, clausa, non aperta, Carol. Paschal. *libr. 9. de Coronat. cap. 18.* apud Goldast. *dict. part. 3. disc. 1.* 30

Tertiò deniq; † præstat coronatus Rex Romanorum seu Imperator juramentum, & qvidem duplex: Nam (1) ante unctionem & coronationem à Coloniensi (hodie à Moguntino) Electore rogatus: *An velit fidem catholicam operibus justis servare: Ecclesiarum tutor & defensor existere: Regnum secundùm justitiam defendere: Jura Regni dispersa congregare: Viduarũ, miserabiliumq; personarum pius defensor & judex esse: Romano Pontifici debitam subjectionem exhibere?* Respondet: *Sic volo, & in qvantum divino fultus fuero adjutorio, precibusq; Christianorum fidelium adjutus, valuero, omnia præmissa fideliter adimplebo; sic me Deus adjuvet & Sancti ejus.* (2) † Posteà verè coronatione expletâ ita jurat: 31 32

Profiteor & promitto coram DEO & Angelis ejus, Leges servare: Justitiam facere: Jura Regni conservare: debitumq; honorem Romano, aliisq; Pontificibus atq; Vasallis exhibere: donata Ecclesiis conservare: Christo servire, præstanti auxilium, fortitudinem, Hartm. Maur. *de coronat. Caroli V.* apud Goldast. *in Polit. Imp. dict. part. 3. discurs. 3. pag. 272.*

Peractâ hoc modo coronatione,
33 † faustæ fiunt populi acclamationes: jactantur missilia in populum: creantur Eqvites: & solenne celebratur convivium: de qvibus singulatim agit Johan. Limnæus *de jur. publ. lib. 2. cap. 5.* & convivium, in coronatione Maximiliani habitum, refert Thuan.
34 *lib. 32. hist. pag. 907.* † Sufficiat hîc actus nuperrimæ coronationis, *Anno 1636.* Ratisbonæ celebratæ, & in Cancellariâ Moguntinensi consignatæ: ex qvo singula qvæqve solennia Coronationis discere licet.

Auff der Keyserl. und Königl. Majest. mit denen Churfürsten zuvor getroffener Vergleichung/ daß die *Coronation* vor dißmahl zu Regenspurg im Domstifft auff den *20. (30.) Decembris Anno 1636.* beschehē solle/ ist zu solchem *actu Coronationis,* damit derselbe an einem sichtigen Ort desto besser können vollbracht werden/ der Creutz Altar vor dem Chor/ zwischen den beyden Chor Thüren/ vorgenommen/ und zu beyden seiten vom selbigen Altar herab/ die Mittel Kirchen biß an die Pühne/ darauff sonsten die *Musicanten* zu stehen pflegen/ welche auch biß an *S. Peters Statuam* fortgeruckt/ mit Schrancken eingefast werden. Chur Mayntz/ Cölln unnd Trier haben Ihren Stand auff der seiten/ wo Ihr Keyserl. Maj. gehabt/ derselbe Stand aber ist gantz leer gelassen/ unnd über demselben eine Pühne auffgerichtet gewesen/ auff welcher die Keyserin/ Königin/ Churfürstin in Bayern/ Ertzhertzog Leopold Wilhelm/ und die noch ledige Keyserl. *Princessin* gestanden/ und sind umb einen Schritt hinter dem Königlichen *solio* zween roth sammete Sessel vor Chur Mayntz (welcher *propter munus Coronationis* ebenfalls unbesetzt verblieben) unnd der ander auff der lincken Hand vor Chur Cölln gestanden. Nach welchen vier *Scabelln* vor die vier Bischoffe/ und nach denen etliche Bäncke vor die Äppt unnd *Prælaten* gesetzt gewesen seyn. Auff der andern aber/ dargegen über/ Chur Bäyern/ und die Sächsischen und Brandenburgischen Gesandten/ unnd nach demselben/ auff eben derselben Seiten/ ein junger Pfaltzgraff zu Newburg/ ein Marggraffe von Ohn-

Ohnspach/ ein Fürst von Anhalt/ und ein Hertzog von Sachsen-Lawenburg/ in einem absonderlichen langen Stul. In der Mitte des Platzes vor der Begräbnuß des Cardinals *Bavariæ*, der *Nuncius Apostolicus*, Item die Spanische Botschaffter/ unnd nach denenselben die Ritter des güldenen Fließ; darzu allerseits gewöhnliche gezierte Stul zubereitet worden.

Es ist auch neben Seiten des Altars zur rechten Hand in der Kirchen eine Brücken/ gehet Berg in die Höhe/ biß auff die Mauer auffgerichtet/ unnd darauff ein Stuel verordnet gewesen/ an statt *Caroli Magni* Stuels zu Aachen/ darauff die Königl. Majest. nach beschehener Salbung unnd vollendetem *officio Missæ, possessionem Imperii* empfangen/ unnd Ritter geschlagen.

Damit auch die *Coronation* von der menge des Volcks desto besser und geraumbter hat mögen gesehen werden: So sind auswendig der Schrancken/ wo zuvor der *Musicanten* Pühne/ auch sonsten fast allenthalben in der Kirchen/ wo sichs hingeschicket/ hohe Pühnen unnd Gerüste gemacht unnd gezieret gewesen/ welche hernach bey dem *actu* von Keyserl. Königl. Chur- unnd Fürstlichen/ sampt andern Gräfflichen unnd Adelichen Mann- unnd Weibespersonen/ so zugegen/ eingenommen worden.

Den Altar/ sampt dem neben Credentz-Tisch/ haben Ihr Churfl. Gn. der Ertzbischoff unn Churfürst zu Mayntz mit seiner zugehörung/ als *Consecrator*, bestellen/ das übrige aber Ihr Keyserl. Majest. durch dero Tapezierer/ und andere Officirer zurichten/ unnd behengen lassen. Zuförderst aber habett die Römische Keyserl. Majest. einen sonderbaren zubereiteten köstlichen Sitz oder Betstul unter einer Puldacken gehabt.

Gegen dem Altar herab ist vor die Kön. Maj. ein zierlicher Bet-Stuel oder *Oratorium* zugerichtet/ und darüber in der Höhe ein köstlicher Himmel gehenckt worden. Darbey gleich hinter dem Königlichen Stul zween andere/ als einer vor Chur Cölln/ unnd der andere Chur Mayntz/ und abermals zween zur rechten/ unnd zween zur lincken Hand/ vor die vier Herren Bischoffen/ *Assistentes*, als nemlich vor den Bischoff zu Regenspurg/ Bischoffen zu Oßnabrück/ Bischoffen zu Brixen/ und Bischoffen zu Wien zubereitet gewesen.

Als nun der Tag der *Coronation* erschienen/ seynd desselben Mor-

gens *circa septimam horam* Chur-Mayntz und Cölln/ neben den *assistirenden* Herren Bischoffen/ ein ieder aus seinem *Quartier* zur Kirchen gefahren/ und haben sich darinn in die ChorCapell begeben/ daselbst die Abgeordneten von Nürnberg und Aach die Keyserlichen *Insignia* und *Pontificalien* Chur-Maintz und Cölln überliefert/ welche durch die anwesende Herren Abte unnd *Prælaten* alsbald *processionaliter* heraus gebracht/ unnd neben des Herrn *Consecratoris* Altar/ auff einen nebenAltar gelegt worden. Die Sacristey/ gegen der Chor-Capell über/ hat vor Ihr. Königl. Maj. auffbehalten/ unnd zugerichtet werden sollen/ ist aber dieses *per incuriam* nicht beschehen.

Die weltliche Churfürsten und der abwesenden Gesandte/ seynd umb dieselbe Zeit/ sampt den anwesenden Fürsten in des neuerwehlten Röm. Königs *Palatio* zusamen kommen/ von dannen Sie mit Ihr Königl. Maj. zu der Keys. Maj. sich erhoben/ unnd von daraus beedes Keys. und Königl. Maj. sampt der Churfl. Durchl. in Bayern in Ihren *respective pontifical* und Chur-kleidungen/ beneben den Chur-Sächs. unnd Brandenburgischen Gesandten aus den Keys. *Palatio*, biß in die gedachte Dom-Kirchen sich begeben haben.

Ihr. Keyserl. und Königl. Maj. seynd unter einen zubereitetē Himmel/ iedoch der König umb einen Schritt oder zween/ uff der lincken Hand zu rück/ welchen etzliche vom StadtRath getragen/ uff einer über dz Pflaster zugerichtetē Brücke und vor Ihr. Keyserl. unnd Kön. Majest. die weltliche Churfürsten und an statt der Abwesenden/ dero Gesandten in gewönlicher Ordnung/ biß an die Kirch gegangen/ denen die Keyserl. Herolden unnd die anwesende Fürsten vorgetreten.

Die Königl. Maj. haben einen langen rothen Atlassen Rock mit engen Ermeln/ darüber einen langen Mantel von einem rothen gülden Stück gemacht/ ohne Ermelen (*palliolum* genant) so mit weissen Hermelein durchaus gefüttert/ angehabt/ und auff dem Haupt einen/ den Churfürsten mit Hermelein gleich gefütterten Hut.

Die Churfl. Durchl. in Bayern haben Ihren gewönlichen *habit* angehabt/ unnd neben den Brandenburgischen Gesandten die Keyserl. Zeichen selbst getragen in der Ordnung/ daß Chur Bayern *primum locum*, *secundum* der Sächs. *tertium* der Brandenb. Gesandte/ in einer *lini occupirt*: Der Erbmarschall aber ist gleich vor Ihr. Keys.

Maj.

Maj. mit dem Schwerdt vorhergangen.

Als sie nun die Kirchen erreichet/ seynd die Geistl. Churfürsten sampt *assistirenden* Herren Bischoffen/ Abten/ Prælaten und Capellanen/ aus der Sacristey durch den Chor *processionaliter*, Ihr. Keys. und Königl. Maj. biß an das Kirchen Thor entgegen gangen/ und ist der Ertzbischoff und Churfürst zu Mayntz *Pontificaliter* mit auffhabendẽ Infel angethan gewesen/ uñ Ihr. Churfl. Gn. durch H. Domsinger Cratzẽ/ ein langes Silbernes Creutz/ uñ durch den Herrn Dom-Probsten zu Mayntz ein silberner Stab/ mit zweyen Königl. grossen und mittelmessigen Insiegeln vorgetragen worden. Ihrer Churfl. Gn. hat auff die Infel gewartet *Decanus Magdeburgensis*, H. Eintzig/ uff den Stab aber *Decanus Spirensis*, der Herr von der Horst/ Churfl. Durchl. zu Cölln aber ist mit einem weissen Chor Röck/ mit einem Pluvial oder Chorcappen/ sampt der Infuln angelegt/ unnd ingleichen die *assistirende* Herren Bischoffe auch in *Pontificalibus* angethan gewesen/ unnd ihre Infuln uff dem Haupt gehabt.

Wie nun die Keys. und Königl. Maj. sampt denen Chur- uñ Fürsten in die Kirchen hinein kommen/ seynd die Kön. Maj. bey der geistl. *procession* vor dem Ertzbischoffen und Churfürsten zu Mayntz/ *Consecratorn*, stehen blieben/ do Ihre Churfl. Gn. in dero Hand den Bischoff Stab habend/ über dieselbe zu beten angefangen/ mit diesen Worten: *Adjutorium nostrum in nomine Domini.* Darauff die Herren *Assistentes* geantwortet: *qui fecit cœlum & terram*, Der Consecrator oder Coronator weiter: *Sit nomen Domini benedictum.* Assistentes: *ex hoc nunc & usq; in seculum.* Coronator: *Omnipotens sempiterne DEUS, qui famulum tuum Ferdinandum Regni fastigio dignatus es sublimare, tribue ei quæsumus, ut ita in præsentis seculi cursu cunctorum in communi cursum disponat, quatenus à tuæ veritatis tramite non recedat, per Dominum nostrum Jesum Christum &c. Amen.*

Nach vollbrachten diesem Gebet/ ist der Ertzbischoff und Churfürst zu Mayntz/ sampt den *Diacon. Leviten* und andern Geistlichen abermals mit vortragenden Creutz/ uñ den Königl. Insiegeln voraussen zum Altar zugangen/ als gleich hat Chur Cölln unnd die obgemeldte Herren Bischoffen *Assistentes* zur rechten Hand/ wie auch zur lincken gehend/ die Königl. Maj. zwischen sich genommen/ und dem Altar zugeführet. Immittelst hat nur durch die Capelln/ welche durch die

Keyserl. *music* bestellet gewesen/ der Antiphon: *Ecce mitto Angelum &c.* gesungen werden sollen ꝛc. es ist aber dieser Gesang *per incuriam* unterlassen worden. Hierauff haben sich die Keyserl. Majest. dero Chur Bäyern und die Chur Sächsische unnd Brandenburgische Gesandten in ihrer Ordnung vorgangen/ in oberwehnten Ihr sonderbar zubereiteten Thron oder Bet-Stul begeben. Vor dem Keys. Stul seynd Ihr. Churfl. Durchl. in Bäyern/ sampt den Chur Sächsischen und Brandenburgische Abgesandten/ mit den gemelten Kleinodien eine kleine weile stehen blieben/ aber gleich also bald von Ihr. Maj. in die zubereitete Stül verwiesen worden. Darauff sie den Erbämptern die *insignia* anbefohlen/ und sich in gemelte ihre Stüle verfüget. Hiezwischen haben Chur Cölln unnd die *assistirende* Herren Bischoffen unnd *Præsentanten*, die Römische Königl. Majest. allernechst vorm Altar und den *Consecratorn* auff ein niedrigen zubereiteten Bet*stabel* geführet/ darauff Ihr. Maj. nieder gekniet/ und der Ertzbischoff und Churf. zu Maynz *Consecrator*, noch in vorhin anhabenden *Pontificalien* mit Seiner Churfl. Gn. Bischoffstab stehend/ über Ihr. Königl. Majest. gesprochen: *Domine salvum fac Regem.* Der Umbstand geantwortet: *& exaudi nos in die, quâ invocaverimus te.* Darauff Maynz ferner gebetet: *Oremus: DEUS, qui scis genus humanum nullâ virtute posse subsistere, concede propitius, ut famulus tuus Ferdinandus, quem populo tuo voluisti præferri, ita tuo fulciatur adjutorio, quatenus quibus potuerit, præesse valeat & prodesse, per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM.*

Omnipotens sempiterne Deus, cœlestium terrestriumq; moderator, qui famulum tuum ad Regni fastigium dignatus es provehere, concede quæsumus, ut à cunctis adversitatibus liberatus, & Ecclesiasticæ pacis dono muniatur, & ad æternæ pacis gaudia pervenire te donante mereatur, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

Da solch Gebet verrichtet/ und J. Königl. Majest. durch die *assistirende* Herren Bischoffen etwas herab vom Altar in deme vor Sie in der mitte zierlich zugerichten Stuel/ darüber ein schöner Himmel gezogen/ geführet/ haben/ nachdem dieselbe also in den Stul kommen/ Chur Cölln und mehr gemelte *assistirende* Bischoffen ihre zubereitete *Sessiones* zur rechten unnd lincken Hand/ wie oben gemelt/ eingenommen/ und sich/ alldieweil der Ertzbischoff zu Maynz zum Ampt der Meß/ welche/ wie gebräuchlich/

mit

mit dem: Confitcor &c. angefangen worden/ geschicket.

Bey diesem Ampt der Meß haben auffgewartet und zu Altar gedienet Herr Sebastian Thinnich/ Domdechant zu Regenspurg / so das Evangelium gesungen. Caspar Georg von unnd zu Hengenbergk DomScholaster, welcher die Epistel gesungen. *ArchiDiaconus assistens*, Herr DomProbst zu Trier. *A mitra*, H. Sintzing/ Domprobst zu Speyer. *A baculo* Herr von der Horst/ Domdechant zu Speyer. Das Creutz *Archiepiscopale* hat getragen Herr *Hugo* Cratz/ Domsinger zu Mayntz. *Sacelanus à gremio*, Herr *Silvius*, Probst zu Magdeburg. *Capellani Reverendissimi: Pater Confessarius*, Herr Johan *Remaclius* Hohart/ Herr Joh. Wirckvoll HofCaplan. *Director* sind Ihre Fürstl. Gn. Bischoff zu Wien gewesen.

Der *Introitus Missæ* ist gesungen worden / wie in der Kirchen geschicht. an der Heiligen Drey König Tag/ nemlichen: *Ecce advenit dominator Dominus &c.* der *versicul: DEUS judicium tuum Regi da &c.* Darauff das: *Kyrie, Eleison. Gloria in excelsis &c.* sampt darzu gehörigen Lobgesang / alles durch die Capell und Canterey gesungen und georgelt worden. Darauff diese *Collecten* gefolget. *Oremus: Deus qui Unigenitum tuum Gentibus, stellâ duce revelasti, concede propitius, ut qui te ex fide cognovimus, usq; ad contemplandam speciem tuæ Celsitudinis perducamur.*

DEUS, qui miro ordine Angelorum universa disponis, ineffabiliter gubernas, præsta quæsumus, ut famulus tuus iste, quem Regem assumere voluisti, hujus seculi justitiam juste decernat implendam, unde tibi in perpetuum placere valeat in regione vivorũ, per Dominum nostrum Jesum Christum.

Nach den *Collecten* ist gelesen *lectio Esaiæ Prophetæ*, wie am Heiligen drey König Tage/ nemlich: *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum &c.* desgleichen auch das *gratual, Halleluja*, und *seqvens*, wie am Tage *Epiphaniæ* gesungen und georgelt/ nemlich *gratual: Omnes de Sabâ venient, aurum & thus deferentes & laudem Domino annunciantes. Vers. Surge illuminare Hierusalem, quia gloria Domini super te orta est.* Das *Halleluja* sampt dem *Versicul: Vidimus stellam ejus in Oriente & venimus cum muneribus adorare Dominum.* Die *Seqvent: Festa Christi omnis Christianitas celebret &c.*

Wie nun die *seqvens* sich geendet/ ehe das *Evangelium* angefangen/hat man der Kön. M. den langen von rothen güldenen Stück und

unnd mit Hermelein gefütterten Mantel abgeleget/ und haben Ihr Maj. Chur Cölln und die *assistirende* Herren Bischoffen vor den Altar geführet/ da Ihr. Majest. auff dem bet*stabel* niedergekniet/ desselben gleichen der *Consecrator*, auch die Herren Bischoffen unnd Geistl. Umbstände *procumbiret*, und also durch die Mayntzische Caplän die Litaney über Ihre Majest. kniend gelesen/ biß uff den *vers. Ut nos exaudire digneris &c.* Alsdann der Herr *Consecrator* auffgestanden/ und den Bischoffs Stab in die Hand genommen und gebetet: *Ut hunc famulum tuum Ferdinandum in Regem eligere digneris.* Darauff der Chorus geantwortet: *Te rogamus audi nos.* Der H. Consecrator weiter: *Ut eum benedicere, sublimare, & conservare digneris.* Chorus: *Te rogamus audi nos.* Consecrator: *Ut eum ad Regni & Imperii fastigium feliciter perducere digneris.* Chorus: *Te rogamus audi nos.* Nach welchen dreyen *precation:* und *benedictionen*, die Capellän förder die Litaney vollendet.

Darnach seynd Ihr. Kön. Maj. sampt dem Herrn *Consecratorn*, *assistenten* unnd männiglichen wieder auffgestanden/ Ihre des *Consecratoris* Churfürstl. Gn. die Inful auffgesetzt/ unnd der Stab in die Hand gegeben/ und Ihr. Maj. alten Gebrauch nach von den Ertzbischoffen/ Churfürsten und *Consecratorn* deutlichen angeredet unnd befraget werden mit diesen Worten: Vis sanctam fidem, Catholicis viris traditam tenere, & operibus justis servare. Darauff Ihr. Maj. geantwortet: Volo. Mayntz weiter: Vis sanctis Ecclesiis, Ecclesiarumq; ministris fidelis esse tutor & defensor. Ihre Majest. Volo. Mayntz zum dritten: Vis Regnum tibi à DEO concessum secundùm justitiam Prædecessorum tuorum regere & efficaciter defendere. Ihr. Königl. Maj. Volo. Zum vierdten weiter: Vis jura Regni, & Imperii bona injustè dispersa conservare & recuperare, & fideliter in usus Regni & Imperii dispensare. Ihr. Maj. Volo. Zum fünfften: Vis pauperum & divitum, viduarum & orphanorum, æqvus esse judex & pius defensor. Ihr. M. Volo. Letzlichē. Vis sanctissimo in Christo Patri & Dn. Romano Pontifici, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ subjectionem debitam & fidem reverenter exhibere. Ihr. Maj. Volo. Hierauff Ihr. Maj. näher zum Altar getreten/ unnd haben solche Antwort (wie dero Vorfahren vor Alters auch gethan) mit leiblichen Eyd und diesen Worten bestetiget: Volo,

lo, & in qvantum divino fultus fuero adjutorio, & precibus fidelium Christianorum adjutus fuero, præmissa fideliter adimplebo, sic me Deus adjuvet, & sancta Dei Evangelia.

Nach solchem *jurament* hat der Ertzbischoff unnd Churfürst zu Maintz sich gegen Churfürsten / Fürsten / Graffen / Herren / unnd dem gantzen Umbstand gewendet / unnd mit lauten Worten gefraget: Vultis tali Principi ac Rectori vos subjicere, ipsiusq; regnum firmare, fide stabilire, atq; jussionibus ejus obtemperare, juxta Apostolum: Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit, sive Regi tanqvam præcellenti: Ist geantwortet: Fiat, fiat, fiat.

Hernach seynd Ihr. Kön. Maj. wieder zu rück vom Altar getreten / und auff das nechst zubereit Scabel vorm Altar niedergekniet / do der Ertzbischoff / *Consecrator*, nachfolgendē *benedictiones* uber Ihre Königl. Maj. gesprochen: *Benedic Domine hunc Regem nostrum Ferdinandum, qvi Regna omnia moderaris à seculo, & tali eum benedictione glorifica, ut Davidicè teneat sublimitatis sceptrum, & glorificatus in ejus protenus reperiatur merito. Da ei, tuo inspiramine, cum mansvetudine ita regere populum, sicut Salomonem fecisti Regnum obtinere pacificum, tibi semper cum honore, sed subditus ubiq; militet, cum quiete sit clypeo protectus, cum Proceribus & ubiq; tua gratia victor existat. Honorifica eum præ cunctis Regibus & Gentibus, felix populus dominetur & feliciter eum Nationes adornent, vivat inter gentium catervas, magnanimus sit in judiciis eqvitatis singularis locupleta eum, tua prædives dextra frugiferam obtineat patriam, & ejus liberis tribuas profutura, præsta ei prolixitatem vitæ per tempora, & in diebus ejus oriatur justitia, à te robustum obtineat regiminis solium, & cum justitia & jucunditate æterno glorietur in Regno.*

DEUS ineffabilis autor mundi, conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator Regni, qvi ex utero fidelis amici tui, Patriarchæ nostri Abrahæ, elegisti Reges seculi profuturos, præsentem hunc Ferdinandum cum exercitu tuo ubere benedictione locupleta, & in solium Regni firmā stabilitate connecte. Visita eum sicut Moisen in mari rubro, Jesum Nave in prælio, Gedeonem in agro, Samuelem in templo, & illa cum benedictione sydereā ac sapientiæ rore perfunde, qvem beatus David, in repromissione, Salomon filius ejus, te remunerante percepit; è cœlo sis ei contra acies inimicorum lorica, in adversis galea, in prosperis patientia, in protectione clypeus sempiternus, & præsta, ut

ut Gentes illi teneant fidem, Proceres sui habeant pacem, diligat charitatem, abstineat se à cupiditate, loqvatur justitiam, custodiat veritatem, & ita populus iste sub ejus Imperio pullulet, ita alitus benedictione æternitatis, ut semper maneant tripudiantes, & in pace victores; Qvod & ipse præstare dignetur, qvi vivit & regnat DEUS in secula seculorum, Amen.

Als diese *benedictiones* vollendet, seynd Jhr. Maj. zur Königl. Salbung entblösset worden / und hat der Ertzbischoff und Churfürst zu Maintz / *Consecrator*, das *oleum Catechumenorum* in Händen gehabt und gesprochen: Pax Tibi: Darauff geantwortet: Et cum Spiritu tuo. Jnmittelst hat die Capell den Antiphon: *Unxerunt Salomonem*, gesungen. Vnnd als Seine Churf. Gn. die flache Hände J. Maj. gesalbet / haben Sie darzu gesprochen: *Ungantur manus istæ de oleo sanctificato, unde uncti fuerunt Reges & Prophetæ, & sicut Samuel unxit David in Regem, ut sis benedictus & constitutus Rex in regno isto, super populum istum, qvem Dominus DEUS tuus dederit tibi ad regendum & gubernandum; qvod ipse præstare dignetur, qvi vivit & regnat DEUS, in secula seculorum, Amen.*

Dazwischen die Capell ferner gesungen den Antiphon: *Unxit te* Deus. Vn̄ seynd Jhr. Königl. Maj. nach deme zuvor die *abstersio olei per lanam mundam* vorm Altar beschehen / durch Chur Cölln / und die Herren *assistirende* Bischoffen / und andere Geistliche / wie nicht weniger auch Churf. Durchl. in Bäyern / und der abwesenden Gesandte / in die Chor Capell geführt / und daselbst Jhr. M. aus den von Nürnbergk zugebrachten alten Keys. und Kön. *Pontificalien*, mit *Sandalien* oder Kniestieffeln / *Item* einer langen Alben / und darüber einer langen *stola* vorn über die Brust hinab Creutzweise / in gestalt eines Priesters angezogen worden. Also bekleidet / haben Jhr. Kön. Maj. wiederumb durch die Bischoffen / *Assistenten* unnd die Churfürsten / Geistl. und weltlichen / in dero zubereiten Stul / so etwas nahender zu dem Altar gerückt / geführet werden sollen / so aber nicht beschehen / sondern sind sie etwas mehr zu rück in dero zubereiteten *Solio* niedergekniet. Alsbald der Ertzbischoff und Churfürst zu Maintz nachfolgende Gebet uber Jhr. Königl. Majest. weiter gesprochen:

Prospice Omnipotens, sempiterne DEUS, serenibus obtutibus hunc gloriosum Regem Ferdinandum, & sicuti benedixisti Regem Abraham, Isaac, & Jacob: sic illum largis benedictionibus

nibus gratiæ spiritualis, cum omni plenitudine tuæ potentiæ irrigare atq; perfundere digneris. Tribue ei de rore cœli, & de pingvedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & omnium frugum opulentiam, & largitatem divini muneris longa per tempora, ut illo regnante sit sanitas corporum in patria, & pax invitata in Regno, & dignitas gloriosa Regalis Palatii Maximo splendore Regiæ potestatis oculis omnium fulgeat, luce clarissimâ clarescat, atq; splendore, qvasi splendidissima fulgura, maximo perfusus lumine videatur. Tribue ei, Omnipotens DEUS, ut sit fortissimus protector patriæ, & consolator Ecclesiarum, atq; Cœnobiorum sanctorum maximâ cum pietate Regalis munificentiæ, atq; ut sit fortissimus Regum, Triumphator hostium, ad opprimendas rebelles & paganas Nationes, sitq; suis inimicis satis terribilis præ maximâ fortitudine Regalis potentiæ, Optimatibus quoq; præcelsus, Proceribusq; ac fidelibus sui Regni sit magnificus, & amabilis, & pius, ut ab omnibus timeatur atq; diligatur. Reges quoq; de lumbis ejus per successores, temporum futurorum egrediantur, Regnumq; hoc valeat regere totum, & post gloriosa tempora atq; felicia præsentis vitæ, gaudia æterna, in perpetuâ beatitudine habitare mereatur; quod ipse præstare dignetur, qvi vivit & regnat DEUS in secula seculorum, Amen.

Spiritus Sancti gratia humilitatis nostræ in te copiosè descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali delibutus, pingvescis exterius; ita ejus invisibili ungvento delibutus impingvari merearis interius, ejusq; spirituali unctione perfectissimè semper imbutus, illicita tota mente declinare & spernere discas seu valeas, & utilia animæ tuæ jugiter cogitare, optare, atq; operari qveas, auxiliante Domino nostro JESU CHRISTO, qvi cum DEO Patre, & eodem Spiritu Sancto vivit & regnat DEUS, per omnia secula seculorum, Amen.

DEUS, qvi es justorum gloria & misericordia peccatorum, qvi misisti Filium tuum preciosissimo sangvine suo genus humanum redimere, qvi conteris bella, & propugnator es in te sperantium, & sub cujus arbitrio omnium Regnorũ continetur potestas. Te humiliter deprecamur, ut præsentem famulum tuum Ferdinandum, in tuâ misericordiâ confidentem bene † dicas, eiq; propitius adesse digneris, ut qui tuâ expetit benedictione defendi, omnibus sit hostibus fortior. Fac eum Domine beatum esse ut victorem de inimicis suis. Corona eum coronâ justitiæ & pietatis; ut ex toto corde, & totâ mente in te cre-

dens, tibi deserviat, sanctamq́ tuam Ecclesiam defendat & sublimet, populumq́ à te sibi commissum justè regat, nullis insidiantibus malis in injustitiam vertat. Accende Domine cor ejus ad amorem gratiæ tuæ, per hoc unctionis oleum, unde unxisti Sacerdotes, Reges, & Prophetas, qvatenus justitiam diligens, per tramitem justitiæ populum similiter ducens, post peracta à te disposita, in regali excellentiâ, annorum curricula pervenire ad gaudia æterna mereatur, per eundem Dominum nostrum, Filium tuum, qvi tecum vivit, &c.

Darauff der H. *Consecrator* zur *præfation* gesungen: *per omnia secula seculorum.* Die Cantoren: *Amen.* Consecrator: *Dominus vobiscum.* Die Cantoren: *& cum Spiritu tuo.* Consecrator: *Sursum corda.* Die Cantoren: *habemus ad Dominum.* Consecrator: *Gratias agamus Domino DEO nostro.* Der Chor: *dignum & justum est.* Und ist die *præfation* vollend laut gelesen/ wie folget: *Verè dignum & justum est, æqvum & salutare nos tibi semper & ubiq́ gratias agere, Domine Sancte Pater, Omnipotens, æterne DEUS, Creator omnium, Imperator Angelorũ, regnantium Rex, Dominus dominantium, qvi Abraham famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moisi & Josuæ, populo prælatis, multiplicem victoriam tribuisti, humilemq́ David puerum tuum, Regni fastigio sublimásti, & Salomonem Sapientiæ pacisq́ munere ditásti, respice quæsumus ad preces humilitatis nostræ, & super hunc famulum tuum Ferdinandum, qvem supplici devotione in Regem elegimus, bene ✠ dictionum tuarum in eo dona multiplica, eumq́ dextera tua potentiæ semper & ubiq́ circunda, qvatenus prædicti Abrahæ fide fideliter firmatus, Moisis mansvetudine fretus, Josuæ fortitudine munitus, Davidis humilitate exaltatus, Salomonis sapientia decoratus, tibiq́ in omnibus placeat, & per tramitem justitiæ cum plebibus annexis ita enutriat, doceat & instruat, contraq́ omnes visibiles & invisibiles hostes potenter regaliterq́ tuæ virtutis regimen administret, & ad veræ fidei pacisq́ concordiam eorum animos, te opitulante reformet, & horum populorum debitâ subjectione fultus, cum digno amore glorificatus ad paternum decenter solium, tuâ miseratione, conscendere mereatur. Tuæ qvoq́ protectionis galeâ munitus, & scuto insuperabili jugiter protectus, armisq́ cælestibus circumdatus, optabilis victoriæ triumphum feliciter capiat, terroremq́ suæ potentiæ infidelibus inferat, & pacem tibi militantibus lætanter reportet, per Dominum nostrum, qvi virtute sanctæ Crucis tartara destruxit, regnoq́ Diaboli superato victor ad Cœlos ascendit, in qvo potestas omnis Regum consistit & vi-* [illegible] *ctoria;*

ctoria; qui est gloria humilium, & vita salusq; populorum; qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia secula seculorum, Amen.

Allhier sich der Herr Consecrator zu weiterer benediction geschicket und gesprochen:

DEUS, DEI Filius, JESUS CHRISTUS, Dominus noster, qui à Patre oleo exaltationis unctus est, ipse per præsentem sacræ unctionis infusionem Sancti Spiritus Paracleti, super caput tuum infundat † benedictionem, eandemq; usq; ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili & tractabili dono invisibilia percipere, & temporali regno justis moderaminibus executo, æternaliter cum coregnare merearis, qui solus sine peccato, Rex vivit, & regnat, & gloriatur cum Deo Patre, in unitate ejusdem Spiritus, per omnia secula seculorum, Amen.

Wie nun diese *præfation* und *benediction* geendet/ haben die Churfürstl. Durchl. zu Cölln/ sampt den Herrn *assistenten* Kayser Carols/ des Grossen/ Schwert/ so ein klein Tosacken/ und von Aach dahin gebracht/ vom Altar genommen/ und der Kayserl. Maj. bloß in die Hand gegeben/ darzu der Ertzbischoff und Churfürst zu Maintz/ *Consecrator*, die Königl. Maj. mit diesen Worten angeredet/ und *imprecirет*:

Accipe gladium, per manus Episcoporum, licet indignas, vice tamen & auctoritate Sanctorum Apostolorum consecratas, tibi regaliter impositum, nostræq; benedictionis officio in defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ divinitus ordinatum, & esto memor, de quo Psalmista prophetavit, dicens: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, ut in hoc, per eundem, vim æquitatis exerceas, iniquitatis molem potenter destruas, & sanctam Dei Ecclesiam, ejusq; fideles propugnes ac protegas, nec minus sub fide falsos, quam Christiani nominis hostes exerceas, viduas & pupillos clementer adjuves ac defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris injusta, confirmes benè disposita, quatenus hæc agendo virtutum triumpho gloriosus, justitiæq; cultu egregius, cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, sine fine merearis regnare; qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

Immittelst dieser *imprecation*, bey den Worten: *Accingere gladio tuo &c.* ist solch Keys. Carls schwert in die Scheiden gestochen/ und Ihrer Maj. durch die Churf. Durchl. in Bayern *adstantibus* den Sächs. und Brandenburgischen Gesandten/ umbgürtet werden.

Dem Herrn *Consecratori* ist auch vom Altar ein köstlicher Ringk gereichet

reichet worden / welchen Ihrer Königl. Maj. S. Churfürstl. Gn. an den Finger mit diesen Worten gestecket:

Accipe regiæ dignitatis annulum, & per hunc Catholicæ fidei cognosce signaculum, & ut hodiè ordinaris Caput & Princeps regni & populi: ita perseverabilis auctor & stabilitor Christianitatis & Christianæ fidei fias, ut feliciter in opere cum Rege Regum glorieris, per eum, cui est honor, & gloria per infinita secula seculorum, Amen.

Darnach ist vom Altar Seiner Churfürstl. Gn. der Königl. Scepter und ein Reichsapffel / so auch von Nürnberg dahin gebracht / dargereichet worden / do dann Ihre Maj. den Scepter in die Rechte / und den Apffel in die lincke Hand gebend / Seine Churfürstl. Gn. also angeredet: *Accipe virgam virtutis atq; æquitatis, qva intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapsisq; manum porrigere: disperdasq; superbos, & eleves humiles, & aperiat tibi ostium Dominus noster JESUS CHRISTUS, qvi de seipso dicit: Ego sum ostium, per me si qvis introiverit, salvabitur. Et ipse est clavis David, & sceptrum domus Israel, qvi aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit; sitq; tuus ductor, qvi educit vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis: & in omnibus seqvi merearis eum, de qvo Psalmista David cecinit: Sedes tua Dominus in seculum seculi, virga æqvitatis, virga regni tui: & imitando ipsum, diligas justitiam, & odio habeas iniqvitatem: qvia propterea unxit te DEUS, DEUS tuus, ad exemplum illius, qvem ante secula unxerat oleo exaltationis præ participibus suis, JESUM CHRISTUM Dominum nostrum, &c.*

Das *Sceptrum* und den Reichs-Apffel haben Ihr. Königl. Maj. alsgleich Ihr. Churfürstl. Durchl. in Bayern / und dem Brandenburgischen Gesandten zugestellet / Und seynd Ihr. Majest. weiter mit einer Chorkappen / so auch von Nürnberg bracht / durch zween selbiger Stadt *deputirte* bekleidet worden. Alsdann hat der Herr *Consecrator*, Ertzbischoff zu Maintz / auch Ihre Churfürstl. Durchl. zu Cölln / die Königliche Cron vom Altar genommen / und sämptlichen Ihr. Majest. auffgesetzt / darzu Maintz / als *Consecrator*, gesprochen:

14 † Imperatores verò posteriores non æqvè hâc in re indulgentes fuêre. Sanè cum Carolus V. peteret à Ferdinando fratre, ut Philippum filium per Italiam & Belgium cum plenâ potestate Vicarium Imperii constitueret, Ferdinandus assentiri noluit, dicens: *Tantùm de Cæsare à Majestate ac dignitate, qvam integram & illibatam tueri recepisset, decessurum, qvantum ex eâ alteri concessisset,* Thuan. *in fin. lib. 16. histor.* † Cumq; Carolus Bur- 15 gundus à Friderico III. ut Imperii Vicarius constitueretur, flagitaret, Imperator se sine assensu Principum Electorum super hâc re nihil constituere posse, respondit. Paral. *ad Abb. Ursp. in Car. Bur.*

Cæterùm † qvo tempore hoc 16 jus Vicariatus ad Palatinum & Saxonem Electores pervenerit? satis expeditum non est. † De Pala- 17 tino enim Rheni variæ sunt Politicorum opiniones, ita ut vix certi qvicqvam de ejus origine & progressu asseverari posse, existimet Gerlac. Buxdorff. *in dissertat. ad Aur. Bull. concl. 56.* † Marqvard. 18 Freher. *ad Petr. de Andlo lib. 2. de Imper. Roman. cap. 10.* Vicariatum istum Imperii, qvem Palatinus gerit, non aliunde qvàm vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive Majoratus domus sub Regno Francorum descendere scribit. Qvod si Frehero concederemus, seqveretur inde, Palatinum Comitem ab eo tempore, qvo nomen Comitis Palatii habuit, Vicarium fuisse, officiumq; retinuisse: cum tamen ipso Frehero *in pr. dict. cap. 10.* teste, Cunrado III. Imperatore defuncto, Imperii cura ad Franciæ Proceres, si Günthero credendum, spectârit. Ergo non ad solum Palatinum, Dom. Arum-

19 *in discurs. 3. ad Aur. Bull. fol. 143.* † Aliter itaqve sentit Andr. Knich. *de non prov. jur. Saxon. verb. Electorum. cap. 1. n. 121.* nimirum ante Ottonem *III.* Comitibus Palatinis ad Rhenum jus hoc competiisse. Sed vetustius exemplum qvàm Rudolphi Palatini soceri Caroli IV. Marqvard. Freherus non adducit, qvod tamen habemus in Ludovico Palatino Rheni, qvi statim post mortem Rudolphi I. anteqvam Regnum Romanum accepisset Adolphus, Inter-Rex fuit, Aventin. *lib. 7. annal. Bojor. fol. 576.* Martin. Crus. *lib. 3. annal. Suevic. part. 3.* Gerlac. Buxdorff. *dict. concl. 56.* Hoc si verum, uti verissimum est, (credendum namq; hac in re Historicis,) negari certè
20 neqvit, † ante Auream Bullam, qvæ longè post mortem Rudolphi I. à Carolo IV. est promulgata, Vicariatum ad Comitem Palatinum pertinuisse. Qvod & probat Cuspinian. *in vitâ Ludovici,* Imperatorem Ludovicum IV. in Comitiis Francofurtensibus *de an. 1339.* ante Constitutionem A. B. ita loqventem inducens: *Longâ & approbatâ consvetudine inconcussè à Majorum ordinatione hactenq; observatâ, vacãte Imperio jus administrandi Imperii, feuda conferendi, & negotia cætera disponendi, Palatino Rheni debetur.* Vid. qvoq; Goldast. *in Constitut. Imper. tom. 3. de anno 1339.* Joh. Wolff. *cent. 16. lection. memorab. fol. 650.* † Posteà jus hoc Pala- 21
tini confirmârunt non solummodò Carolus IV. in *Aur. Bull.* sed & Maximilianus I. & Carolus IV. apud Goldast. in den Reichssatzungen/ *tom. 2. fol. 241.* ubi notanda sunt verba in confirmatione † Ma- 22
ximiliani I: Daß wir ihme das *Vicariat,* Ampt/ und Gerechtigkeit/ so seine Vordern / die Churfürsten gewesen seyn/ wann das Reich *vaciret &c.* nach Inhalt der güldenen Bull/ unnd weyland Keyser Carls Brieff gehabt und herbracht hettẽ/ und nun auff ihn erblich kommen und gefallen were/ zu *confirmiren* und zu bestetigen gnädiglich geruheten. † Et in ipsa Constitutione 23
Caroli IV. *de anno 1375.* Wann die Pfaltzgraffen beym Rhein/ die Churfürsten seyn/ von Römischen Keysern und Königen/ solche Würdigkeit und Freyheit von alten und langen Zeiten gehabt haben unnd noch haben sollen/ ꝛc. † Hocq; jus 24
Vicariatus Palatino Electori competere respectu Bavariæ Ducatus, putat Gewoldus, Consiliarius Bavaricus *in scriptis eâ de qvæstione peculiariter editis,* & post eum Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 55. lit. D.* † Qvibus ta- 25
men contradicit Marqvard. Freherus, Comiti Palatino ratione Pala-

Palatinatus h. e. vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive Majoratus domus, Als dem Obristen Richter des Reichs und des Hauses *Major*, jus hoc deferens, *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Roman. Imper. cap. 10.* Eamq; sententiam amplectitur qvoq; Christoph. Besoldus *de successʃ. Regiâ, lib. 3. dissert. 3. n. 5.*

25 Sed † qvonam tempore Vicariatum obtinuit Saxon. Elector? Huic, ceu ab antiqvo, Palatini titulo æqvè gaudenti, eodem tempore, qvo Palatino Rheni, honorem Vicariatus collatum, existimat Marqvard. Freher. *dict. loc.*
27 † Qvod propterea in dubium vocat Dom. Arum. *ad Aur. Bull. disc. 3. fol. 143.* qvia in Constitutione Ludovici Bavari, qvæ extat apud Goldast. *tom. 3. Const. ann. 1339.* & Cuspinian. *in vitâ Ludov.* cujusq; *supra* mentio facta est, ne verbulum habeatur de Electore Saxone: cujus tamen nomen procul dubio Imperator silentio non involvisset, si jam tùm Vicariatum Saxo habuisset. 28 † Qvô etiam pertinet, qvod Carolus IV. Imperator ab antiqvo privilegium, observantiam, vel usitatam consvetudinem pro more suo non allegat in Vicariatu Saxonis, sicuti fecit in enarratione privilegii Electoris Palatini. 29 † Et faciunt huc verba *Aur. Bull. tit. 5.* Eben dieses Rechtens wollen wir/ daß auch der Durchlauchtige Hertzog von Sachsen/ des heiligen Reichs Ertzmarschall sich gebrauchen möge in denen Orten/ da die Sächsischen Rechte gehalten werden/ in aller gestalt und masse/ wie oben gemeldet ist: Qvod non rectè diceretur, si ante tempora Caroli IV. Elector Saxoniæ eo jure potitus fuisset.
30 † Adeoq; per Auream Bullam Saxonem Palatino in Vicariatu fuisse adæqvatum, docet Arum. *dict. loc.* qvod & placet Gerlac. Buxd. *ad Aur. Bull. concl. 56. lit. B.* nec abnuit Joh. Limnæus *de jur. pub. lib. 3. cap. 12. n. 34.*

SECTIO XIII.

Qvibus in locis, qvasq; per provincias Palatinus vel Saxo, Electores, jus Vicariatus exerceant?

SUMMARIA.

1. Diversis in locis Vicariatum exercent Palatinus & Saxo.
2. Palatinus in locis Franconici: Saxo verò in locis Saxonici juris. n. 3.
4. Judicium Marq. Freheri hâc de re.

Qvi-

5. Qvibus in locis vigeat jus Saxonicum; & num in Marchionatu Brandenburgensi & Bremensi? n. 9.
6. Num in Ducatu Lüneburgensi & Brunsvicorum?
7. An & in Ducatu Megapolitano?
8. Ut & in Pomeraniâ.
10. Circa Vicariatus determinationem ad tempora Aureæ Bullæ est respiciendum. n. 13.
11. Elector Saxon. defensor juris Saxonici.
12. Qvibus in locis tum temporis viguerit jus Saxonicum?
14 Observantia juris Saxonici non est causa Vicariatus Electoris Saxonici.
15. Omnes Imperii limites Vicariatui Palatini & Saxonis subjacent.

COnjunctim licet Vicarii sint in Imperio Palatinus & Saxo,
1 Coëlectores; † attamen divisis inter se limitibus vicariam exercent administrationem: Palatinus nempe in partibus Rheni & Sveviæ, & in jure Franconico. Saxo verò illis in locis ubi jura ser-
2 vantur Saxonica, † ex sanctione Caroli IV. Imp. in *Aur. Bull. tit. 5. in pr.* Ibi: Soll der Durchlauchtige Pfaltzgraffe beym Rhein/ des heiligen Reichs Ertztruchses an statt eines Römischen Königes in den Landen des Rheins / Schwaben und in Fränckischen Rechten/ rc. Et posteà: Eben dieses Rechtens wollen wir / daß auch der Durchlauchtige Hertzog von Sachsen / des H. Reichs Ertzmarschall sich gebrauchen möge/ in denen Orten/ da die Sächsische Rechte ge-
3 halten werden / &c. † Hocq; est, qvod in *Speculo Sveviæ lib. 2. cap. 43.* dicitur: Absente Imperatore, Palatinum potestatem habere permittendi Bannum, biß für Metz eine Meile / unnd biß an die See/ und in Flandern. Saxonem verò in Thuringiâ, Hassiâ, usqve ad fines Bohemiæ, & in eâ Franconiæ parte, qvæ ipsi est subdita, Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 57.*
† *Teutonicum enim Imperium*, inqvit Marqvardus Freher. *duplici regebatur jure, Franconico, & Saxonico: Qvorum hoc gentem Saxonicam ad Mare Balticum & Sarmatiam: illud tractum Rheni Franconicum & Sveviam, sub qva etiam Bavariam, Austriamq; ad Alpes usq; complectebatur. Conveniens visum est, ut duo illi Palatini, ceu proximi à Cæsare, eo absente vel mortuo, vice sacrâ Regnum totum Teutoniæ (qvod κατ' ἐξοχὴν Imperium vocari solet) gubernarent. Qvod à Majoribus procul dubio ita constitutum, Carolus IV. Imperator in Comitiis Imperii apud Noribergam confirmavit, &* 4

Aurea Bulla nominatim inseruit; Et alii etiam Cæsares tàm ante, qvàm post illum, peculiaribus diplomatis, ut & alia Regalia Palatinis Principibus confirmare consveverunt. Hactenus Marqvard. Freher. *ad Petr. de Andlo de Rom. Imp. libr.* 2. *cap.* 10. & *ad ejus Orig. Palatin. part.* 1. *cap.* 15. & 16. Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 16. Reinhard. König *in theatr. politic. part.* 1. *cap.* 32. *n.* 30. Nicol. Betf. *de pact. famil. illustr. cap.* 7. *fol.* 224. Christoph. Besold. *de Success. Regia libr.* 3. *dissert.* 3. *n.* 5.

5 Variæ hinc adducuntur JCtorum opiniones, † qvod in loco jus valeat Saxonicum. Hoc enim ex parte etiam in Marchionatu Brandenburgensi & Bremensi vigere, asserunt JCti Ingolstadienses *in Consil.* 22. *n.* 54. *vol.* 5. *varior. JCtorum German.* qvam tamen assertionem in multis falsam deprehendi, dicit Gœdd. *consil. Marpurgens.* 32. *n.* 186. *vol.* 3. †
6 Ducatum qvoqve Lüneburgensem & Brunsvicensem jure uti Saxonico, testes sunt Andr. Knich. *de pact. in vest. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 43. & Franc. Pfeil *cent.* 1. *consil.* 83. *n.* 6. † At in Ducatu Megapolitano observari Imperii Leges, qvia
7 nempe sit immediatè sub Imperio, donec probetur speciale aliqvod jus ibi obtinere receptumq; esse, docet Ernest. Cothman. *vol.* 1. *cons.* 27. & 28. † ubi 8
de Pomeraniâ adducit hæc Hartmann. Pistor. *ex qvadam Epistolâ.* in verb: Jch weiß nicht anders / als es sey das *jus Saxonicum* in Mechelburg und Pommern *abrogiret* und auffgehoben. † Et Joach. 9
Georg. von Prietzen *in præfat. compendii juris Civilis & Saxonici*, eam ad rem hæc habet: Die Königreiche Böheimb / Polen / alle Schlesische Fürsten / Marggraffen zu Brandenburgk / Laußnitz / Mähren und Meissen. Item: Düringen biß an Francken Land / Ober- und Nieder Sachsen / die Hertzogen zu Braunschweig unnd Lüneburgk / unnd gantze beede Ober: unnd Nieder-Sächsische Kreyse biß an die Weser / darunter 28. Fürstenthumb begriffen / haben sich nach dem Sachsen recht geachtet / unnd sich dadurch entscheiden lassen. Dessen sich auch noch das Ertz Stifft Magdeburg / Sachsen / Stifft Halberstadt / Fürstenthumb Anhalt / Hertzogthumb Hollstein / Stormarn und Dietmarsen / sampt denen Hartz-Graffen unnd dorinn gehörigen Stän-

Ständen und Städten / meistentheils gebrauchen.

Sed frustrà hæc disceptantur,
10 † postqvam certum est, circa Vicariatus determinationem ad tempora Aureæ Bullæ respici, ac qvibus tum in locis, vel jus Franconicum, 'vel Saxonicum viguerit, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* In verb. In Fränckischen Rechten. Qvibus & aliæ videntur comprehensæ extra Franconiam sitæ Provinciæ, qvæ scilicet tum jure Franconico utebantur, Buxdorff. *dict. concl. 57. lit. C.* Et posteà: Da die Sächsische Rechte
11 gehalten werden. † Nempe qvod Elector Saxoniæ sit defensor juris Saxonici, Albin. *in histor. Misnic. part. 1. tit. 16.* Petr. Heig.
12 *part. 1. qvæst. 4. n. 35.* † obtinuit verò tùm temporis jus Saxonicum etiam in Marchiâ Brandenburgensi, Ducatu Brunsvicensi, Lüneburgensi, Megapolensi, Pomeraniæ, ArchiEpiscopatu Bremensi, aliisqve in locis: veluti modò probavimus *ex præfat. Compend. jur. civil. & Saxon.* Joach. Georgii von Prietzen. Auct. *appendicis post consilium Cothmanni 26.*
13 *n. 133. vol. 1.* † Ex qvo jus vicariatus prædictis in locis Saxoniæ Electori etiamnum competere, certò inferre licet, ut maximè ibidem abrogatum sit hodiè jus Saxonicum: Ea enim abrogatio juri, qvæsito alteri, iniqva esse haud potest, Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 3. cap. 12. n. 25.* † 14
Nec observantia juris Saxonici causa est, qvam propter Vicariatus eas per provincias Saxoni fuit concreditus; sed demonstrationis ergò tantùm adjicitur, Domin. Arum. *disc. 3. ad Aur. Bull. concl. 29. fol. 147.* Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 57. lit.* D.
Maximè † cum omnes Imperii 15
limites ac loca, qvantumvis Palatino aut Saxoni in Constitutionibus ac diplomatibus specialiter & expressè haud assignata, horum Vicariatui subjaceant, Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 29. lit. a.* Rich. Dieter. *de sum. Imp. potest. concl. 21.* Marqvard. Freher. *de orig. Palatin. c. 15.* Buxdorff. *ad Aur. Bull. concl. 58.* Reinh. König *part. 1. theatr. polit. cap. 32. n. 34.* Auct. der Rettung Pfaltz-*Vicariats*-Gerechtigkeit / Spangenberg *in Chron. Mansfeld. cap. 34.*

SECTIO XIV.

Non solùm defunctô, sed & absente Imperatore, Palatini & Saxonis Vicariatui locus debetur.

SUMMARIA.

1. Vacante Imperio, Vicarii administrant Rempubl.
2. Sive per mortem Imp. sive abdicationem Imperium sit vacans.
3. Num etiam absente Imperatore?
4. Argumenta pro negativâ sententiâ. n. 5. 11.
6. Ratio diversa absentiæ & mortis Imperatoris.
7. Exempla Impp. in casu absentiæ alios & peculiares Vicarios substituentium. n. 8. 9.
10. Absente Carolo V. frater Ferdinandus fuit ejusdem Vicarius.
12. Verior sententia affirmativa.
13. Argumenta pro affirmativâ. 18. 19. 20.
14. Vicariorum potestas ordinaria & perpetua.
15. Confirmatio Vicariatus facta Palatino. n. 16. 17.
21. Respondetur ad contraria argumenta. n. 27. 32.
22. Explicatio Aur. Bull. tit. *5. n. 24. 25.*
23. Relatum inest referenti cum omnibus qualitatibus.
26. Multis in casibus ab Aur. Bullâ hodiè recessum per cōtrariam observantiam.
28. Notatur distinctio Dom. Arumæi. n. 30.
29. In præjudicium Vicariorum, Imperator alii partes suas non valet demandare.
31. Nisi hoc fiat assensu Vicariorum.

EXercent Vicarii administrationem sibi commissam, † qvoties-
1 cunq; sacrum vacare contigerit Imperium, *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 5.* sive per mortem Imperatoris naturalem, qvæ omnia solvit, *Novell. 22. cap. 20.* † sive per resi-
2 gnationem vel abdicationem Imperii, Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 54. lit. a.* Nicolaus Betf. *de pact. famil. illust. cap. 7.* Marqvard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. lib. 2. de Roman. Imper. cap. 2.* Reinh. König *part. 1. theat. polit. cap. 32. n. 19.* Christ. Besold. *de Success. Reg. lib. 3. dissert. 3.*

Sed num etiam † in casu absen- 3
tiæ, puta, si Imperator trans Alpes in Italiam, vel aliorsum extra Germaniam peregrè abeat? Negaveris id forsan, si verba Aureæ Bullæ

Bullæ probè pensitaveris: (So offt auch sonsten das heilige Reich/ wie vorstehet/ ledig wird) *dict tit.5.*
4 †. Refert nimirum Carolus IV. se ad titulos præcedentes, in qvibus duntaxat de vacantiâ, morte Imperatoris contingente, fuerat locutus, *tit. 1. §. 19. & tit. 2. §. 2. Aur. Bull.* Non ergò sanctio hæc ad casum absentiæ, haud provisum, extendi debet; contra naturam privilegiorum, in qvibus maximè verum, qvod aliâs generaliter solet proferri, unius inclusionem esse alterius exclusionem, *l. maritus. C. de procurat.* † Hinc Nic.
5 Rucker *in consil. 14. inter consil. Claudii Cantiunc. Aurea Bulla*, ait, *si rectè eam intuebimur sub tit. de jure Comit. Palat. loqvitur solummodò in casu, qvo vacat Imperium, & qvando est sine capite, non etiam qvando est jam provisum de Moderatore, apud qvem omnis residet jurisdictio*
6 *atq; potestas.* † Ac certè longè diversa est ratio absentiæ & mortis: Absente enim Imperatore, potestas & jurisdictio nihilominus penes ipsum manet: cujus intuitu alium substituere valet, Alex. *in l. ult. ff. de jurisdict. omn. judic.* At mortuo eo, durat adhuc Majestas Imperii realis, qvidni ergò tum Vicarii non Imperatoris, sed Imperii jus exercerent? † Factum
7 hinc qvoq;, qvod Henricus VII. Imp. profecturus in Italiam Coronæ Imperialis sumendæ gratiâ, Johannemq; filium, Regem Bohemiæ, Vicarium Imperii substitueret, Dubrav. *lib. 20. in pr. histor. Bohem.* Idemq; fecit Fridericus I. Imp. qvi Romam pro conseqvendâ coronâ proficiscens, Uladislaum II. Bohemiæ Ducem, Vicarium Imperii reliqvit, Dubrav. *lib. 12. histor. Boem.* † Et Ludovicus 8
Bavarus Imperator Edvardum Angliæ Regem, Vicarium Imperii generalem in Comitiis Francofurtensibus declaravit, Frossard. *lib. 1. in pr. histor.* Bodin. *lib. 1. cap. 9. de Republ.* † Similiter qvoq; Imp. 9
Sigismundus, Bohemos bello perseqvens, Cunradum Archiepiscopum Moguntinum, Imperii Vicarium esse voluit, Nicol. Serrar. *lib. 5. in Archiepiscop. 48. Rerum Mogunt.* Et, qvid multis: † Carolus V. etiam, cùm non posset con- 10
tinenter esse in Germaniâ, Ferdinandum fratrem, Imperii Vicarium declaravit: qvem titulum usurpasse ipsum, constat ex *Recess. Imper. Spirens. de anno 1529.* Crus. *part. 3. lib. 11. cap. 7. in pr. annal. Svevic.* † Probant certè hæc exem- 11
pla, locum non dari Palatini & Saxonis Vicariatui, si Cæsarea Majestas peregrè forsan abeat. Nec enim præsumendum, prædictos Imperatores aliis vices suas

demandasse, si vivo adhuc Imperatore ulla Vicariis Imperii competeret potestas.

12 Nihilominus, † absente etiam ac peregrè abeunte Cæsareâ Majestate, Vicariatus officium ad Serenissimos Electores, Palatinum & Saxonem pertinere, insignes asserunt Politici, Joh. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 9. n. 128.* Marqvard. Freher. *de origin. Palatin. cap. 15. & in not. ad Petr. de Andlo. dict. c. 10.* Florentin. à Venningen. *Consil. 16. n. 138. inter Consilia Claudii Cantiunculæ.* Auct. von des Römischen Reichs *Vicariat. fol. 11.* Buxdorff *ad Aur. Bull. concl. 54. lit. D.* Dom. Arum. *in discurs. 3. ad Aur. Bull. conclus. 31. & de Comitiis Imperii. c.*

13 *7. n. 15.* † Qvibus ut accedamus, cogunt nos rationes sat prægnantes. (1) Certum siqvidem est, Vicariis Imperii ordinariam ac perpetuam competere jurisdictionem, non delegatam & temporalem. Haud itaq; Imperator eam poterit impedire: qvod fieret alium substituendo, Jacob. de S. Georg.

14 *verb. Vicariusq; n. 5. de feud.* † Cumq; Vicarii sint constituti ex provisione legis, nimirum Aureæ Bullæ, adeoq; Imperii sint Vicarii; utiq; & ipsorum potestas erit perpetua, qvæ per substitutionem alterius personæ, in casu absentiæ Imperatoris interrūpi neqvit, *arg. l. 11. ff. de Reg. jur. l. 13. §. 1. ff. comm. prædior.*

(2) Ac ne qvisqvam Vicariorum potestatem ad casum vacantiæ Imperii, per mortem Imperatoris restringat, ac rationem nostram priorem per id evertat, probè notanda est † confirmatio Vicariatus facta Electori Palatino à Maximiliano I. Imp. *de anno 1518.* apud Melch. Goldast. *part. 1.* der Reichssatzungen/ *fol. 241.* ubi hæc verba habentur: daß wir ihme das *Vicariat*, Ampt und Gerechtigkeit/ so seine VorEltern/ wann das Reich *vaciret*, oder ein Röm. Keyser oder König uber das Gebirge gezogen/ nach inhalt der güldenen Bull/ und weiland Keyser Carls Brieff/ gehabt und herbracht hetten/ &c. 15

† Literæ verò Caroli IV. Imper. qvarum facit mentionem Maxim. I. *in prædictâ confirmatione*, inter alia hujus sunt tenoris: Wann die Pfaltzgraffen beym Rhein (die Churfürsten seyn) von Römischen Keysern und Königen solche Würdigkeit unnd Freyheit von alten unnd langen Zeiten gehabt haben/ und noch haben sollen/ wann Römischer Keyser oder König uber Berg gezogen seyn/ oder ziehen/ daß sie dann gemeine *Vicarien* des Reichs disseits gewesen seyn/ und seyn sollen/ rc. *de anno 1375.* apud Goldast. *dict. loc.* 16

† Idem-

17 † Idemq; probant diplomata Impp. confirmatoria hujus privilegii Palatini, prolata ab Auct. *disc.* von des Reichs *Vicariat*: qvibus Carolus V. Imperator perfectissimum accommodavit robur *in Diplomate, dato VVormat. anno 1521. die 28. Maij*, in qvo hæc reperiuntur verba: So ein Röm. Keyser oder Kön. uber Berg zeucht / oder aus dem Reich ist / S. Liebe und einem jedē Pfaltzgraffen / der Churfürst ist / die versehung und verwaltung desselben gebühret und zustehet / wie wir dann dasselbige / auch seine hergebrachte Freyheit unnd *Privilegium* hiervon *confirmiret* und bestetiget / *&c.* Qvæ profectò ullam restrictionem ad Imperii vacātiam per mortem Imperatoris naturalem haut patiuntur.

18 (3) Eoq; respicit † tenor privilegii Ruperti Imperatoris, qvod inter alia sic habet: *Præcipuè etiam advertētes, à Divis Impp. Romanis & Regibus Prædecessoribus nostris hactenus fuisse observatum, ac de jure etiā Comitatus Palatinatus Rheni fuisse, vel esse qvod cū Imperator Roman. vel Rex ultra montes Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentiā Vicariatum Imperii in Germaniā, Galliā, & Regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuisse & pertinere*, apud Marqvard. Freher. *dict. cap. 10. ad Petr. de Andlo de Roman. Imper.* Etsi verò hoc privilegium tantummodò Comitis Palatini faciat mentionem; † attamen 19
cum Serenissimo Saxoniæ Electori Vicariatus paribus modis & conditionibus fuerit concessus, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* in verb: Eben dieses Rechtens wollen Wir / daß auch der Durchleuchtige Hertzog von Sachsen / des heiligen Reichs Ertzmarschall / sich gebrauchen möge / *&c.* utiq; & de eo idem habendum, nemo dubitaverit.

(4) † Et confirmat deniq; hoc 20
ipsum Florentinus à Venningen, Cancellarius Electoris Palatini, rerum Imperii publicarum peritissimus, *in consil. 16. n. 138. inter consil. Claud. Cantiunc.* hisce verbis: *Licet casu absentiæ Cæsareæ Majestatis, vel existentiæ ejus ultra montes, Comes Palatinus Elector sit in illis casibus Vicarius universalis Germaniæ, & qvidem speciali privilegio fulcitus & confirmatus, me teste & sciente &c.*

Neq; † *tit. 5. Aur. Bull.* hisce ad- 21
versari qvisqvam existimet. Etsi enim concesserim, Sanctionem Aureæ Bullæ *in pr. dict. tit. 5.* de casu mortis duntaxat loqvi, qvod certè nemo negaverit, perpendens verba hæc *dict. tit. 5.* (An statt und von wegen des heiligen Reichs zu empfahen / welche doch hernach durch einen Römischen König / der

der dann erwehlet wird / zu seiner Zeit alle ernewert / und demselben von newen Eyd und Pflicht geleistet werden sollen) qvæ ad casum absentiæ nullo modo accommodari possunt, advertête Joh. Limn. *de Jur. publ. lib. 3. c. 12. n. 41.* Casum tamen absentiæ Imperatoris propterea exclusum, tantum abest, ut eum non obscurè sub hâc ipsa dispositione comprehensum
22 existimem: *Tum*, † qvod *dict. tit. 5.* sese expresè referat ad privilegium Palatini, *in verb*: Von des Churfürstenthumbs oder Pfaltzgraffschafft Freyheit wegen/ꝛc. Atqvi privilegium hoc Vicariatus non modò defuncto, sed & absente Imperatore, antiqvitùs Palatino Electori competiisse, supra probatum dedimus *ex diplomate Caroli V. Wormat. de anno 1521.* apud Autor. *discurs.* von des Reichs *Vicariat*, item *ex confirmatione Maximiliani I. de anno 1518. & Caroli IV. de anno 1375.* apud Goldast. *part. 1.*
23 der Reichssatzungen / *fol. 241.* † Cumq; relatum inesse dicatur referenti cum omnibus suis qvalitatibus, modis & conditionibus, *l. ait. §. 1. ff. de re judic. l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat*; utiq; hoc ipso casus absentiæ videtur expressus, maximè, qvia multis in partibus juris mors & absentia æqviparantur, *cap. præsentia extr. de testib. Tum* † qvod ipsemet 24
Carolus IV. Imp. optimus Aureæ Bullæ Interpres, in confirmatione privilegii Vicariatus, *de anno 1375.* expresè etiam de casu absentiæ loqvatur, adeoq; & simili modo *dict. tit. 5. Aur. Bull.* intellectum velit. *Tum* qvod † Maximilianus 25
I. Imperator *in dictâ confirmatione de anno 1518.* Auream Bullam sic interpretetur. Ac posito, qvod casum absentiæ Aurea Bulla excludat, inde tamen contra Imperii Vicarios nil firmiter inferendum erit: † cùm in multis admodum 26
casibus à sanctione Aureæ Bullæ fuerit hodiè recessum, ut alibi demonstravimus: ac proinde magis ad observantiam Imperii sit respiciendum, qvænam verò heîc vigeat, ex *supra* allatis satis lucescit.

Porrò non obest qvicqvam, † 27
qvod penes Imperatorem, etiam absentem, resideat potestas & jus administrandi: siqvidem hoc câsu provisione Legis ita temperata est potestas, ut Vicarii, qvam diu Imperator abest, jure suo eam exercere possint atqve debeant. † 28
Qvod qvidem Domin. Arum. *in disc. 3. ad Aur. Bull. concl. 31. & de Comit. Imper. cap. 7. n. 17.* eatenus concedit, si Imperator peregrè proficiscens vices suas alii non demandaverit: qvod si factum fuerit, Vicariorum jus ac potestatem

29 tem cessare. † Sed, ut pace ipsius dixerim, in præjudicium Vicariorum Imperii vix tutò alii partes suas Imperator demandabit, ut maximè id facere velit: cùm nemini invito jus suum auferri vel deminui debeat, *l. 11. ff. de Reg. Jur.* Rectè igitur Fridericus III. Imperator Carolo Burgundo, Imperii Vicariatum petenti, respondit: *Se sine Principum Electorum assensu, super hac re nihil constituere posse*, Albert. Crantz. *lib. 2. Saxon. cap. 11.* Freher. *tom. 2. fol. 157. & in Paralipom. ad Abbat. Ursperg.*
30 † Nec juvant Arum. exempla Henrici VII. Friderici I. Ludovici Bavari: Sigismundi: & Caroli V. Impp. qvi absentes alios substituerunt, ut *suprà* diximus: qvorum vestigiis Rudolphum II. Imperatorem insistentem in Comitiis, *ann. 1598. & 1603.* Ratisbonæ habitis, fratris Matthiæ, postmodum electi Imperatoris operâ usum fuisse, ex actis & Recessibus Comitiorum refert idem Arum. *de Comit. Imp. dict. c. 7. n. 17.* † Etenim nutu & 31
assensu Serenissimorum Vicariorum id factum esse, probabile admodum est, prout de Carolo V. asserit Florentinus Venningen *dict. cons. 16. n. 190.* ipsum nempe, cum fratrem Ferdinandum Imperii Vicarium generalem cõstituere vellet, hoc cum consensu Palatini & Saxonis fecisse, eisq; literis reversalibus datis, de omni periculo & præjudicio Privilegii cavere coactum fuisse: qvæ reversales extant apud Goldast. *part. 1.* von Reichssatzungen/ *fol. 243.* † Et ut maximè 32
tempore Friderici I. ac subseqventium Impp. substitutio hæc consensu Vicariorum Imperii facta haud fuisset; exinde tamen, qvod Serenissimi Vicarii tum tempris jus suum non vendicaverint ac reclamaverint, Successoribꝰ Vicariis præjudiciũ inferri haud posset.

SECTIO XV.

Qvæ & qvalis sit potestas Vicariorum Imperii, præsertim in judicio ac collatione feudorum Regalium sive majorum, qvæ vulgò Fahnen-Lehen appellantur?

SUMMARIA.

1. Vicariorum potestas in non prohibitis cum Imp. potestate æqvalis.
2. Omnimoda competit jurisdictio Vicariis.
3. Utriusq; Vicarii nomine & sigillo in Camerâ Imperiali peragenda peraguntur. n. 4. 5.

6. Judicant etiam Vicarii tempore Interregni de causis criminalibus.
7. Et de omnibus causis, de qvibus cognoscit Imperator.
8. Ut & de feudis.
9. Excipiunt alii feuda Principum majora, Fahnenlehen. *n. 10.*
11. Refellitur hæc exceptio ex Aur. Bullâ.
12. Diversa sunt cognoscere de feudis, & investire aliqvem de feudis.
13. Explicatur Ordinat. Regim. Wormat. de anno 1521.
14. Vicariis competit qvoq; potestas investiendi de feudis.
15. Si nempe Vicariatu durante annus finiatur.
16. Excipiuntur tamen feuda Regalia.
17. Nisi innuat lapsus temporis petendæ investituræ præscriptus. n. 18.
19. Qvod tamen de solo absentiæ Imp. casu accipiendum. n. 20.
21. Habent etiam Vicarii potestatem præsentandi ad beneficia Ecclesiastica.
22. Qvod jus Imp. non ex indultu Papali, sed Regio nomine competit.
23. Ut & aliis Regibus.
24. Ratione juris patronatus Præsentatio penes Vicarios.
25. Habent Vicarii etiam facultatem colligendi proventus Imperii.
26. Ut & alia Imperatoris jura. n. 28. 29.
27. Vicariorum potestas æqvalis cum eo, cujus vices gerit.
30. Vicariorum acta & gesta recens electus Imp. confirmat. n. 31.

EXercent itaq; Vicarii Serenissimi, non duntaxat defuncto, sed & absente Imperatore pote-
1 statem suam,† qvæ in non prohibitis & specialiter exceptis, cum potestate ipsius Imperatoris ferè est æqvalis, Tiber. Decian. *vol. 1. consil. 23. n. 67.* Surd. *consil. 281. n. 1.*
2 Ac *primò* † qvidem ex provisione Aureæ Bullæ, Vicariis omnimoda competit jurisdictio, ac indefinita potestas exercendi judicia, *tit. 5.*
3 *Bur. Bull.* † Ex qvo fit, qvod in Camerâ Imperiali tempore Interregni, Vicariorum nomine & sigillo peragenda peragantur. Nec enim concedendum Brud lachio apud Dom. Arum. *tom. 3. jur. publ. discurs. 1. th. 52.* nomine solius Palatini, qvippe sub cujus provisione Judicium illud degit, excluso Saxone, processus & alia expediri. Fatemur eqvidem, sedem Cameræ Imperialis esse Spiram, eamq; in tractu Rhenano sitam; † attamen 4
cùm judicium hoccè non tantum pro partibus Rheni & Sueviæ, aut ubi jura vigent Franconica, sed generaliter pro totius Imperii Provinciis fuerit constitutum, soli Palatino ejus provisionem attribuere non valemus. † Ac propterea 5
post

post mortem Rudolphi II. nec non Matthiæ Impp. non unius tantum Palatini, sed conjuncto cum Saxonis nomine & sigillo, Cameram jurisdictionis qvæ suæ erant, explicasse, notat Joh. Limnæus *libr. 3. jur. publ. cap. 12. n. 12.*

6 Cumq; † Sanctio Aureæ Bullæ indefinite ac generaliter loqvatur, omnemq; judicandi potestatem attribuat Vicariis Imperii, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* in verb: Auch Gewalt haben/ Gericht zu halten. viderint illi, qvi causas criminales & feudales excipiunt, qvid ratiocinando contra, obtinere possint. † Dixerim ego potiùs, de omnibus omninò causis judicare fas esse Vicariis, de qvibus Imperator cognoscere solet: propter generalitatem nimirum verborum, qvæ nihil excludunt, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst.* maximè cum & aliàs Vicario generali, omnium causarum cognitio sit concessa, qvarum prohibitio facta non est à Principali, *c. 2.* & ibi glossa. *de offic. Vicar. in 6to.* Lancellott. *in templ. omn. judic. lib. 2. c. 6. §. 1. num. 15.* † Poterunt ergò cognoscere Vicarii de feudis. *Ordin. Regimenti de Anno 1521. §.* Aber andere unnd geringere Lehen. Sed num etiam de feudis Principum majoribus, qvæ vulgò vocantur Fahnen-Lehen? † Negat hoc Arum. *in discurs. 3. ad Aur. Bull. concl. 40.* & cum eo Brudlach. *dict. discurs. th. 60.* Nimirum qvod de hisce non valeant aliqvem investire, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* vers. Ausgenommen der Fürsten Lehen/ ꝛc. plus verò sit, de feudis cognoscere, qvàm eorundem facere investituram: † qvodq; hoc sit prohibitum in *Ordinat. Regiment: Wormat. de anno 1521. §. 6.* Ob auch Sachen fürfielen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften ꝛc. belangend/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so derselben erkäntnüß einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen/ derselben Erkäntnüß wollen Wir uns hierinnen auch vorbehalten haben/ ꝛc. † Sed inhæremus adhuc generalitati verborum, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* qvibus & causas feudorum Regalium, der Fahnen Lehen/ comprehensas existimamus; qvia verba generalia nihil omninò excludunt, *l. 8 de publ. in rem act.* † nec valet argumentum Arumæi ab investitura feudorum, ad potestatem de hisce cognoscendi; propter rationem diversitatis longè urgentissimam: siqvidem hæc justitiæ; illa verò gratiæ est. Qvare à concessione hujus, ad illius concessionem firmiter argumentari non licet. Eaq; diversitas vel inde apparet, qvod Pares Curiæ de feu-

7 8 9 10 11 12

dis judicent, qvorum tamen investituram facere non possint.

13 † Nihil qvoq; negotii facessit *Ordin. Regimenti Wormat. de anno 1521.* qvippe qvæ non de Palatino & Saxone Vicariis loqvitur, sed de peculiari Vicario, ab Imp. Carolo V. constituto, cui certæ saltem causæ fuerant demandatæ. Non ergò qvod eo casu Carolus V. Imp. sibi in specie reservaverat, Vicariis Imperii præjudicare potest: nec à speciali indultu Caroli V. Imp. ad generalem Caroli IV. concessionem, Vicariis Imperii factam in *Aur. Bull. dict. tit. 5.* firmiter inferre licet, Joh. Limn. *dict. c. 12. n. 65.*

14 *Deinde* † qvoq; potestas investiendi de feudis, nec non juramẽta fidelitatis Imperii nomine recipiendi, datur Vicariis in *dict. tit. 5. Aur. Bullæ*, in verb: Mit den Lehen zu belehnen/ die Lehen/ End unnd Pflicht an statt und von wegen des heiligen Reichs zu empfahen/ rc. Qvod tamen non accidit, nisi forsan Vicariatu durante, annus petendæ investituræ præscriptus finiatur.

15 † Cùm enim per Regem Romanum ea omnia innovari, ac de novo ipsi juramenta debeant præstari, *tit. 2. in fin. Aur. Bull.* nemo facilè tam prodigus temporis & pecuniæ reperietur, qvi durante investituræ petendæ tempore, ad Vicarios ire velit; cum posteà redire ad Regem Romanum necesse habeat, Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 67. lit. A.* Domin. Arum. *disc. 3. ad Aur. Bull. concl. 37.*

Excipiuntur † tamen hîc feuda Principum Regalia & majora, vul- 16
gò Fahnen Lehen/ qvorum investiturâ soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter est reservata, *dict. tit. 5. Aur. Bull. vers:* ausgenommen der Fürsten Lehen/ und die/ welche gemeiniglich Fahnen Lehen genandt werden/ dann derselben Lehen/ *investitur.*, unnd verleihung wir einem Keyser oder Römischen König sonderlich bevorab behalten. Herm. Vult. *de feud. cap. 2. n. 9.* Henr. Rosenth. *de feud. cap. 12. concl. 5. n. 2.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 3. n. 40. & seqq.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 2. n. 69. sect. 3. n. 175. & sect. 4. n. 4.* Henr. Bocer. *de Regal. c. 2. n. 61.* Joh. Borch. *de feud. cap. 10. n. 3.*

† Qvod si tamen per lapsum tem- 17
poris, petitioni investituræ præscripti, periculum vel Imperio, vel Vasallis Principibus sit metuendum, propter diutinam nempe Imperatoris absentiam, tempore indulto præterlapso, à Vicariis tutò peti investituram, hancq; ab iisdem impetrari posse, elucescit ex *Constit. Caroli V. Imper. in Comit. VVormat. factâ anno 1521.* In verb: daß der Stadthalter aus redlichen

Ur-

Vrsachen solcher Empfängnüß / und sonderlich ob wir ausserhalb des Reichs weren / nach verscheinung des ersten Jahrs / darinnen einem ieden seine *Regalien* zu empfahen gebühret / noch ein Jahr lang *indult* unnd erstreckung zu geben Macht haben / doch / daß der / deme also erstreckung zu empfängnüß der Lehen gegeben wird / an Endes statt gelobe und zusage / in allermassen Uns und dem Reich von wegen solcher Lehen verpflichtet zu seyn / unnd zu gewarten / als ob er die Lehen empfangen / unnd die Endespflicht gethan hette / unnd mag er alsdann die *Regalien* und Lehen allermassen brauchen / als ob sie ihme geliehen weren / uñ sollen wir mittler zeit des obgemeldten gegebenen *Indults* dißfalls / unnd solcher gegebenen erstreckung dergestalt erinnert unnd verständiget werden: Und wo mittler zeit der erstreckunge / wir nicht ins Reich unnd Hoch-Teutschland kommen / alsdann sollen und wollen wir heraus befehlich thun / an unsere statt solche *Regalien*, wie sichs gebühret / zu verleihen / 2c.

18 † Nec abnuit jus feudale, qvo Domino per alium investituram facere licet, sicuti & Vasallo Principi per procuratorem vel nuncium investituram accipere, *tit. 3. §. 1. tit. 58. §. item investitura. FF. 2.* Henr. Bocer. *de invest. feud. cap. 4. num. 22.* Matth. Wesemb. *de feud. cap. 8. n. 24.* Herm. Vulr. *de feud. cap. 7. n. 32.* Zas. *de feud. part. 7. n. 20.* Qvod ipsum tamen † de solo absentiæ casu acceptum velim; qvippe de qvo duntaxat loqvitur prædicta Constitutio Wormatiensis: qvam contra mentem Caroli V. ad mortem † qvoq; Imperatoris extendit, atqve eo qvoq; casu Facultatem investiendi de feudis Regalibus Vicariis competere, asserit Brudlach. apud Dom. Arum. *tom. 3. jur. publ. disc. 1. th. 76.* reprehensus propterea à Johan. Limn. *dict. lib. 3. jur. publ. cap. 12. n. 74. & seqq.* 19 20

Competit *præterea* Vicariis Serenissimis † potestas præsentandi ad beneficia ecclesiastica, *dict. tit. 5. Aur. Bull.* In verb: zu geistlichen *beneficien* zu *præsentiren*, &c. Idq; ratione primarum precum. Imperator qvippe ex antiqvâ consvetudine in omnibus Ecclesiis cathedralibus, atq; etiam Monasteriis per Imperium facultatem habet unius Canonici pro arbitrio nominandi, qvem Collegium recipere debet, Tob. Paurmeist. *lib. 1. de jurisd. Imper. Roman. cap. 4. n. 42.* Lancellot. *in templ. omn. judic. libr. 1. cap. 2. §. 3. n. 16.* Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 13. lit. a.* Marqvard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6. fol. 179.* Regner. Sixtin. *de Regal. libr. 1.* 21

cap. 2. *n*. 56. Restaur. Castald. *de Imp. quæst*. 100. *n*. 14. Specul. *in tit. de præb*. §. *restat*. *n*. 7. † Quod jus
22 Imperatori non ex indultu aut privilegio Papali, prout opinatur Andr. Gail *lib*. 2. *obs*. 155. *n*. 7. sed ex præeminentiâ superioritatis, adeoq; proprio ac Regio nomine debetur: perinde ac præsentatio & nominatio Prælatorum com-
23 petit † Regi Hispaniarum in Hispaniâ, *c. cum longè. dist*. 63. ubi Gloss. Didac. Covarr. *in cap. quamvis, part*. 2. §. 10. *n*. 5. *de Reg. jur. in 6to*. Ut & in Regno Siciliæ ac Neapolitano, Matth. de Afflict. *in Const. Regn. in prælud. quæst*. 18. Regi Angliæ in Angliâ, Mart. *de jurisdict. part*. 2. *cap*. 40. *n*. 4. & 8. Regi Ungariæ in Ungariâ, Oldrad. *cons*. 1. & Regi Galliæ in Galliâ, Choppin. *de doman. Franc. libr*. 1. *cap*. 10. Cumq; ad Imperatorem
24 spectet qvoq; † jus præsentandi ratione juris patronatus, Matth. Wesemb. *consil*. 48. *n*. 9. vel ex titulo donationis, Petr. Gregor. *de benefic. eccles. cap*. 17. vel titulo præscriptionis aliisvè modis, Marta *dict. part*. 2. *cap*. 41. *n*. 7. utiq; illis qvoq; casibus jus præsentandi Vicariis competere, extra dubium est.

25 *Deniq*. & facultatem † recolligendi reditus & proventus Imperii, des Reichs Renten unnd gefälle einzusamlen / Vicariis Imperii defert *Aur. Bull. dict. tit*. 5. Johan. Limn. *dict. cap*. 12. *n*. 68. Dom. Arum. *in disc*. 3. *ad Aur. Bull. concl*. 36. † Hanc ipsis etiamnum ho- 26
diè competere, ut & alia Imperatoris jura, in Aureâ Bullâ qvantumvis non expressa, modò non prohibita, vix dubitare licet. Nam cùm † Vicarii parem habeant 27
potestatem cum eo, cujus vices gerunt, *l*. 1. §. *à Præfectis*. 4. *ff. de legat*. 3. *l*. 1. *C. de off. Vic. l*. 2. *C. de off. ejus qui vic. al. jud. vel præ. ob*. Rosenthal *de feud. cap*. 50. *concl*. 39. *n*. 45. Petr. Denais *in adsert. jurisd. Cam. fol*. 46. Bartol. *in l. observare. in pr. ff. de offic. Proconf*. Jacob. Menoch. *cons*. 17. *num*. 4. & *cons*. 676. *n*. 4. Rol. à Valle *cons*. 86. *n*. 33. Octav. Cacheran. *decis*. 101. *n*. 3. utiq; & paria ipsis cum Imperatore jura competere, concludendum erit, Tib. Decian. *vol*. 1. *consil*. 23. *n*. 67. † maximè cùm 28
Imperator Carolus IV. *dict. tit*. 5. *Aur Bull*. qvædam duntaxat prohibuerit, sibiq; specialiter reservaverit, puta collationem ac investituram feudorum Regalium, vulgò der Fahnen Lehen: Reliqva ergò non prohibita, nec reservata, Vicariis Imperii permissa & relicta censentur: qvia exclusio unius inducit alterius inclusionem Mynsing. *cons*. 21. *n*. 19. † Qvod 29
ipsum

ipsum tamen Gerlac. Buxdorff. *in differt. ad Aur. Bull. concl. 71.* ad ea saltem restringit, qvæ ipsemet Imperator plerumq; facere solitus erat.

Eaq; sunt jura Vicariorum Imperii, qvæ Interregni tempore ad-
30 eò liberè exercent, † ut eorundem
acta recens electus Imperator sive Rex Romanorum confirmare necesse habeat in Capitulatione Cæsareâ: cui, si mortuo demûm Imperatore per electionem administratio ad Regem Romanorum perveniat, hæc clausula inseri solet: So wollen und sollen wir auch alles das / so durch die zween des heiligen Reichs Churfürsten und *Vicarien* in mittler weile/ (so das *Vicariat*) laut der güldenen Bull / nach vermöge des Reichs Ordnung gehandelt unnd vergli-chen/genehm halten/auch *confirmi-ren* und *ratificiren*, in der allerbeständigsten Form/ wie sich dasselbe
wol ziemet und gebühret/ꝛc. † Ejus- 31
modi confirmatio rerum, à Ludovico Palatino tempore sui Vicariatûs gestarum, à Carolo V. Imp. *anno 1521.* facta, extat apud Melch. Goldast. *part. 1.* der Reichssatzungen/ *pag. 242.*

CAP. XII.

Derogetnè qvicqvam Lex Regia sive Capitulatio Juri Principis, qvo legibus dicitur solutus?

SUMMARIA.

1. Ex jure civili de hodiernâ Principis potestate non judicandum. n. 2. 3.
4. Num hodiè Princeps legibus solutus?
5. Imp. Sigismundus supra grammaticam esse voluit.
6. Olim Imperator legibus solutus.
7. Adhuc utitur plenitudine potestatis.
8. In hunc usq; diem Imp. privilegia concedit.
9. Privilegia dare neqvit, qvi ipse legibus tenetur.
10. Imp. non obligatur ad solennia juris.
11. Opinio Anton. Gothofr. de potestate Principis legibus solutâ.
12. Primum hujus potestatis, legibus solutæ principium.
13. Prudentiæ & dexteritatis præmium legibus non teneri.
14. Principes ipsi se legibus subjectos fatentur. n. 15.
16. Non omnium Legum qvalitas solutam Principis potestatem admittit.
17. Legibus naturalibus & divinis Princeps non est solutus.
18. Nec legibus fundamentalibus.

19. Et qvibus ipsemet se devinxit.
20. Non expedita qvæstio de potestate Principis legibus soluta.

POtestas Imperatoris qvatenus hodiè per Legem Regiam sive Capitulationem sit limitata ac circumscripta, *ex prædictis* sat manifestum est: Ex
1 qvo † illibatam majestatem, qvalis ante secula aliqvot fuerit, hodierno statui minimè convenire, nec qvæ de supremi Principis potestate ex jure civili sunt consignata, absq; lapsu puerili Imperatori hodiè attribui, ultrò est perspicu-
2 um. Nimirum † qvia Status nostri Leges fundamentales multis in articulis potestati Imperatoriæ arctiores præscripserunt fines, aliosq; ab antiqvis differentes po-
3 suerunt terminos. † Nec enim omnia, qvæ olim arbitrio Imperatoris relicta erant, hodiè absq; assensu & adprobatione Statuum conficere potis est: nec qvæ antiqvorum ICtorum reperiuntur decisa, vel Impp. responsa, indifferenter hodierno statui sunt adæqvata. Ex pluribus unum depromere lubet, nempe, qvo Princeps
4 dicebatur Legibus solutus. † Hujus num etiamnum hodiè aliqvis supersit usus, si qværas? respondebit affirmativè Frider. I. Imperator apud Güntherum, hisce verbis:

Summus in orbe ferar, legumq; immunis & expers,
Non servire quidem cogar, sed condere jura
Fas habeam; Vestris cupio disponere cuncta
Consiliis. ——— ———

Et iterum:

Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum,
Aut regale puto, qvàm legis jure solutum,
Spontè tamen Legi sese supponere Regem.

A qvo nec alienus fuit † Imperator Sigismundus, qvi reprehensus in Concilio Constantiensi à Cardinale Placentino ob verbum vitiosum: *Si supra Leges sumus*, haut illepidè respondit, *qvare supra Grammaticam esse non possumus*, Lehman. *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 79. p. 836.* Frider. Hortleder. *de Capit. Cæsar.* apud Goldast. *in polit. Imper. part. 12.* † Ac sanè si olim 6
Imperator legibus fuerit solutus, prout expeditum est, *l. princeps. 31. ff. de legib. l. 26. C. de donat. int. vir. & uxor.* cur non etiamnum hodiè eodem gaudebit jure: cùm id nullibi immutatum videamus, Alber. Gentil. *in disp. de potest. Reg. absol. p. 8.* † Qvin potiùs ipsum 7
ple-

plenitudine potestatis adhuc uti, animadvertamus ex *Recess. Imper. de anno 1495. Rubr.* Von Sachen/ so sich vor diesem Landfrieden begeben haben. Ibi: Von Römischer Königli. Macht und Vollkomenheit. *Recess. Imp. de anno 1544.* §. Als wir aber. In verb. Aus unser Keyserlichen Macht und Vollkommenheit. At importat hæc legum solutionem, Alber. Gentil. *dict. loc. pag. 10.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 56.*
8 *n. 11.* † Et nonne Imperatorem in hunc usq; diem privilegia concedere novimus, Tob. Paurm. *de jurisdict. Imp. Roman. lib. 1. cap. 4. n. 6. & lib. 2. cap. 1. n. 43.* qvod ipsum solutam legibus potestatem innuit.
9 † Nec enim privilegia tribuere valet, qvi ipsemet legibus tenetur, *l. 16. ff. de legib. l. 1. §. ult. l. 3. ff. de Const. Princip. §. sed & quod principi Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Anton. Fab. *in suâ Jurisprud. Papin. lib. 1. tit. 2. pr. 8. illat. 2.* Bursat. *lib. 2. consil. 131. n. 74.*
10 Qvis etiam ignorat, † Imperatorem in actibus, qvos gerit, ne hodiè qvidem ad solennia juris obligari, vel ipsâ praxi cõvictus, Andr. Gail *lib. 1. observ. 42. n. 1. 2. & 3.* Tob. Paurm. *de jurisd. lib. 2. cap. 5. n. 42.* At legibus solutus est, qvi in actibus, qvos gerit, juris solennia observare non est obstrictus, *arg. l. 14. §. 1. ff. de manumiss. l. 3. de testam. junct. l. ult. in fin. C. de quadr. præscript. Novell. 52. cap. 2.* † Ut forsan non malè 11
scripserit Anton. Gothofr. dictu nefas esse, non ut olim, ita hodie Principem legibus solutum esse, *in diss. apolog. de Majest. Imper. legib. solut.* apud Melch. Goldast. *in polit. Imp. part. 13. disc. 2.* Qvod tum multò magis asseverandum videtur, si primum huj9 rei principium perspexerimus: † de qvo sic scribit 12
Ludov. Vives *lib. 7. de caus. corrupt. art. pag. 427. A principio coalescente hominum congregatione, cùm veluti moles quædam Rectore indigeret, eligebatur ex eo tempore aliqvis, prudẽtia & probitate insignis, spectatus, cui parerent omnes, ut ille fultus consensu universorum, qvæ amplissimæ sunt opes, ac potentia tueretur bonos, coerceret malos, jus diceret, & illius probitate unusqvisq; qvod suum esset, obtineret. Cujus decreta ac jussa essent jus ratum ac leges dicerentur. Porrò, qvando talem eligebant, nefas existimarunt, tàm prudentem & probum Virum Legibus alligari, qvibus ceteros: qvi nec malè esset acturus, nolens, qvia probus; nec ignorans, qvia prudens; nec coactus, qvia constans, fortis, & tantâ potentia subnixus. Itaq; mos hinc manavit, & qvasi abiit in jus & legem: Principem Legibus nõ teneri; sed qvæcunq; decerneret ac juberet, Legẽ esse.* Hactenus Ludov. Vives. † Prudentiæ igitur, dexte- 13
ritatis & constantiæ qvia præmiũ

est, legibus non teneri, ecqvis encomium hoc, pariter atq; virtutis præmium, Imperatoribus nostris denegare ausit?

14 Nihilominus † & ipsi Principes se legibus subjectos fassi sunt, legibusq; se regi, & alligatos profiteri, dignam suâ Majestate vocem judicarunt: *De autoritate enim juris*, inqviunt Impp. Theodosius & Valentinianus, *nostra pendet autoritas, & revera majus Imperio est, submittere Legibus Principatum, in l. 4. C. de legib.*

15 † Et prudenter Theodoricus Gothorum Rex ait: *Qvanqvam potestati nostræ, Deo favente, subjaceat omne qvod volumus, voluntatem tamen nostram de ratione metimur, ut illud magis æstimemur elegisse, qvod cunctos dignum est approbare*, apud Goldast. *tom. 3.*

16 *Constit. Imper. p. 33.* † Qvin nec Legum indifferenter omnium qvalitas ac conditio admittit, ut Imperatorē omni vinculo jurisq; nexu liberum pronunciemus. Qvid enim si Leges naturali nitantur ratione, aut providentiâ & sanctione divinâ sint promulgatæ?

17 † Hascē qvicunq; perrumpere aut infirmare tentabit, divinæ Majestatis haud effugiet judicium, Johan. Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 8.* Vasq. *illustr. controv. 51. n. 21. & 22.* Etenim harum intuitu Princeps nullam potestatem vel majestatem habet, nec ut Princeps, sed ut homo consideratur, Illustr. Enenck. *libr. 1. de priv. cap. 8. n. 16.*

18 † Qvid etiam si Leges proponerentur fundamentales? Hisce & Principes obligari, conveniunt Politici, Zoannett. *de Rom. Imp. n. 171.* Hotom. *illust. qvæst. 1.* Joh. Dauth. *ad l. 3. n. 5. C. de testam.* Ac certè ipsa Capitulatio certis conditionibus & legibus, Imperatoriam potestatem vinculo qvasi adstringit, ut jus Principis hodiè legibus solutum vix generaliter asserere liceat. Dubio siqvidem omni caret,

19 † teneri Principem illis legibus, ad qvarum observationē publicâ cum Statibus Imperii initâ cōventione se devinxit, Schrad. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 185. & seq.* Zas. *lib. 2. consil. 10. n. 6.* qvia nihil tâm congruum est fidei humanæ, qvàm pacta servare, fidemqve datam non fallere, *l. 1. ff. de pact.* qvâ lege omnes tenentur æqvaliter homines, Jacob. Menoch. *lib. 1. consil. 27. n. 23. & seqq.*

20 † Apparet hinc, non usq; adeò hæc esse expedita, nec de omnibus indifferenter legibus, deq; omni tempore idem asseverandū: sed cautè omninò procedendū, ac separatim indagandū, an & qvibus legibus olim Princeps fuerit solutꝰ? & num hodiè qvoq;, ut olim, Imperator solutus sit legibus? qvod utrumq; jam pleniùs perspiciemus.

SE-

SECTIO I.

An & qvibus legibus Princeps olim fuerit solutus?

SUMMARIA.

1. Imperativus primâ personâ caret.
2. Rationes pro Principe, qvod legibus sit solutus, n. 4.5.6.7.8.9.
3. Princeps legis gratiam facere potest.
10. Populus omnem suam potestatem transtulit in Imperatorem.
11. Rationes contra absolutam Principis legibusq; solutam potestatem. n. 12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.
24. Distinctiones Dd. pro conciliatione utriusq; sententiæ. n.25.26.27.28.
29. Legibus juris divini, naturalis & gentiũ, Princeps solutus non est. n.30.31.32.
33. Princeps neqvit bona subditis auferre.
34. Nec dispensare in gradibus jure divino prohibitis.
35. Ex contractu suo Princeps aqvè ac privatus obligatur.
36. Princeps solutus non est legibus fundamentalibus. n.37.38.
39. Legibus merè positivis Princeps solutus dicitur.
40. Absoluta Principis potestas admodum suspecta.
41. Princeps legibus licet solutus, vixit tamen secundum leges.
42. Princeps legibus solutus secundum extraordinariam potestatem.

QVod lepidè scribit Mathesius
1 *in cap. 29. Sirac.* imperativum
primâ personâ carere; id verè fundatum in jure civili, qvo Principem legibus solutum fuisse, vix
2 qvisqvam dubitaverit. † (1) vel saltem propter textus hâc de re claros in *l.31. ff. de legib. l.14. §.1. ff. de manumiss. l.3. C. de qvadr. præscript. l. 26. C. de donat. int. vir. & uxor. §. ult. Inst. qvib. mod. test. infirmant.*
3 *Novell. 105. cap. 2. §. ultim.* (2) †
Nec non ex ratione juris manifestâ, qvâ Princeps rescriptis suis juri communi positivo ex certâ scientiâ potuit derogare, legisqve gratiam facere, Zas. *ad l. Princeps. num. 12. in fin. ff. de legib.* Andr. Gail *lib. 1. observat. 14. n. 6.* qvod certissimum fuit signum solutæ legibus potestatis, *arg. l.7. C. de precib. Imp. offer. l.1. §. ult. ff. de Const. Princip. l.1.* ubi Gothofr. *C. de legib.* † (2) Ex 4
qvo porrò profluit, qvod juris solennibus contravenire, ac per liberalem concessionem, citra traditionem rerum dominia transferre potuerit, & etiamnum possit, prout in Camerâ Imperiali conclusum, testatur Andr. Gail *libr. 2. observat. 55. in pr. junct. n. 6.* Hartman. Pistor. *part. 2. qvæst. 29. n.26.* Zas. *ad l. princeps. n. 3. ff. de lb.* Legibus verò est solutus, qvi juris solen-

solennia observare haut tenetur,
arg. l.14. §.1. de manumiss. l.3. C. de testam. qviq; qvando libuerit, dominium nudâ voluntate citra traditionem valet transferre, *l.20. C. de pact. l.15. C. de R. V. l.6. C. de hered. vel act. vendit.* Carol. Tapia *in rubr. ff.*
5 *de Constit. Princ. cap.1. n.11. & 12.* (4) †
Estq; supra reges, iisq; solutus, qvi tempus ad conficiendum inventarium lege præscriptum ultra annum valet prorogare, *l. ult. §.3. & 11.*
6 *C. de jur. delib.* † pactis, qvibus defertur hereditas, de jure civili invalidis, autoritate suâ robur addere, *l.15. C. de pact. l.5. C. de pact.*
7 *convent.* † Adolescenti septemdecim annorum ætatis veniam dare, *l.2. in pr. §. ult. C. de his qvi ven. ætat.*
8 *ætat. impetr.* † Reo criminis pœnâ à lege indictam non saltem mitigare, sed & in totum remittere, *l.1. §. 4. ad SC. Turpil. junct. l.9. §.11. in fin. de*
9 *pœn. l.7. C. de proc. Imp. offer.* † Suoq; rescripto liberos naturales, qvantumvis extent liberi ex justis nuptiis procreati, legitimare, *Novell. 89. cap. 11. §. 1.* qvæ omnia Principi de jure communi peragere licuisse, ac etiamnum licere, infinitis autoritatibus comprobari posset, Andr. Gail *lib.2. observ.142. n.7. & 8.* Rosenth. *de feud. cap.7. conclus.19. n. 25.* M. Anton. Peregr. *de fideicomm. art.23. n.57. & 60.* Guid. Pap. *de rescript. n.43. & in tract. de invent. n. 12. & decis.571.* Octav. Cacheran. *decis.101. n.1.* Anton. Tessaur. *decis. 21.* Petr. Heig. *part.2. qvæst.22. n.6. & seqq.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.3. cap.35. n.42. & 94.* (5) Certum
qvoq; est, † Populū omne suum 10
Imperium, omnemq; potestatem in Imperatorem transtulisse, *l.1. ff. de Constit. Princip. §. sed & qvod. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Atqvi populus ipse legibus fuit solutus, Fab. *in Jurispr. Papinian. lib.1. princip. 8. illat. 2.*

Dixeris † tamen (1) si Princeps 11
legibus solutus esset, procul dubio in legatis, Principi datis, Lex falcidia non obtineret, contra *l.4.*
C. ad Leg. falcid. (2) † Ipsoq; herede 12
instituto, testamentum haut posset dici inofficiosum, contra *l.8. §.*
2. ff. de inoff. test. (3) † Ex imperfe- 13
cto testamēto hereditatē sibi posset vendicare, contra *l.3. C. de test. l.23. ff. de legat.3.* (4) nec non efficere,
re, † ut homini sanæ mentis ad- 14
empta esset testamēti factio, contra *l.43. in pr. ff. de vulgar. & pupill.*
subst. (5) † Nec seqveretur in testa- 15
mentis, tàm activè, qvàm passivè, jus commune, contra *l.7. C. qvi te-*
stam. facer. poss. (6) † Non succede- 16
ret in onera hereditatis vel sui auctoris, contra *l.60. §.1. ff. de condit. & demonst. l.22. §.1. ff. de jur. fisci.* (7)
† Possent etiam bona ejus, qvi se 17
Imperatorem facturum heredem jactave-

jactaverat, à fisco occupari, con-
18 tra *l. ult. ff. qvi testam. fac. poss.* (8) †
Non liceret Cæsaris prædia ingre-
di fugitivos inqvirentibus, con-
19 tra *l. 3. ff. de fugitiv.* (9) † Non agno-
sceret Domus Imperialis debitas
functiones, contra *l. 1. C. de præd.*
20 *& oner. reb. nov. lib. 10.* (10) † Posset
filium nolentem & invitum in pa-
triam redigere potestatem, con-
21 tra *Novell. 89. cap. 11. in pr.* (11) † Li-
tis causa heres nominari, contra
l. pen. ff. de hered. instit. §. ult. Instit.
22 *qvib. mod. testam. infirm.* (12) † Qvar-
tam etiam posset imponere alicui
tutelam, contra *l. 6. in pr. ff. de excu-*
sat. tutor. & qvæ sunt centum alia,
à qvibus ipsemet Princeps absti-
net: ut non omninò cum legibus
23 solutum dicere liceat. † Qvin &
ratio, cur legibus obtemperandū,
æqvè Principi ac privatis conve-
nit, nimirum qvod omnis lex sit
inventum & munus Dei, cui o-
mnes obtemperare, æqvitas & ho-
nestas exposcit, *l. 2. ff. de legib.* ut
verè dixerit Antigones Macedonū
Rex, cuidam asserenti, Omnia Re-
gibus honesta esse: *Sunt per Jovem,*
Barbarorum duntaxat Regibus; at
nobis ea duntaxat licita & honesta
sunt, qvæ honesta sunt, & ea tantùm
justa, qvæ justa sunt. Plutarch. *tom.*
1. pag. 336.

24 Variæ hinc † Politicorum pa-
riter atq; JCtorum distinctiones
sunt exortæ, qvibus rem hanc du-
biam componere, ac qvasi frenum
qvoddam Principi injicere conan-
tur. † Vel enim inter vim Legis co- 25
activā & directivam, distingvunt:
illam nempe appellitant, qvæ pœ-
nam transgressoribus dictitat, cu-
jus saltem respectu Principem le-
gibus solutum, ajunt: Hanc verò,
qvæ hominum actiones dirigit, e-
osq; in foro conscientiæ obstrin-
git, Barclai. *contra Monarchomach.*
3. cap. 16. Keckerman. *in syst. polit.*
cap. 3. p. 12. † Vel inter objectum 26
seu regulam justitiæ, & instru-
mentum, qvo Princeps utitur ad
subditos gubernandos. Vel † in- 27
ter id qvod licet, & qvod honestū
est: & qvæ sunt aliæ distinctiones,
de qvib. vid. Thom. Lans. *in disc.*
de Lege Regia th. 58. Valent. Förster.
in tract. de juris. Roman. ad legem Ro-
mul. 2. n. 7. & seqq. Joh. Limn. *de jur.*
publ. libr. 2. cap. 8. n. 44. & seqq. Hen-
ning. Arnis. *de Majest. cap. 3.* Hil- 28
lig. *ad Donell. 1. comm. 17. lit. a.* †
Nonnulli, Principem videri sal-
tem legibus solutum, autumant;
at non esse. Qvæ tamen concilia-
tio omnibus istis locis est contra-
ria, in qvibus Princeps legibus di-
citur solutus: Et vocula, *videtur*,
non semper denotat improprieta-
tem, *l. 5. in pr. ff. ad Leg. Aqvil. §. lite-*
ræ. Inst. de rer. divis. §. in bon. fid. 30.
Inst. de action. l. 8. ff. de Verb. oblig.

At non videtur res adeò dubia,
29 † si cum communi Politicorum schola inter Leges distinxerimus. *Primò* enim si Leges juris divini, naturalis sive gentium, pensitaverimus, iis Principem nunqvam solutum fuisse, fateri necesse ha-
30 bemus: † Siqvidem harum intuitu Princeps nullam potestatem vel Majestatem habet, nec ut Princeps, sed ut homo consideratur, Illustr. Enenckel. 1. *de privil. cap. 8. n. 16.* Henn. Arnis. *de Majest. cap. 3.* Istæq; leges providentiâ divinâ omnibus indistinctè sunt dictatæ immutabiles, §. *pen. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. 8. ff. de capit. minut.*
31 † Nec unqvam Princeps inferiorem & subditam habuit naturam, neq; solutus fuit à dictamine rectę rationis, Enenckel. *dict. loc. n. 50. & seqq.* Reinkingk *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 3. cap. 12.* Bald. *in l. 2. C. de servit. & aqva.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8.* qvare & jus na-
32 turale dicitur indispensabile. † Considerans hæc Canutus, Normanniæ, Daniæ & Angliæ Rex, sedile suum in litore maris poni jussit, & mare alloqvens ait: *Tu mare ditionis meæ es, & terra, in qvâ sedeo, est mea: impero & denuncio tibi, ne ascendas terram, nec vestes, vel membra Domini tui, nec dominatorem madore perfundas.* Qvâ voce non perterritum mare & terram, & pedes Regis madefecit, unde Rex clamavit: *Sciant omnes habitatores terræ ac universi orbis, vanum esse meum imperium, vanas jussiones, vanamq; potentiam Regni; statuantq; neminem verè dignum nomine Regis, præter eum, ad cujus nutum Mare qviescit, & omnia obediunt elementa.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. cap. 2.*

Non itaq; Princeps potestatem legibus solutam prætendere ha-
bet, † si privatis & subditis bona 33
auferre velit; cùm jus naturale prohibeat, qvemqvam cum alterius injuriâ locupletari: qvod nec jus divinum permittit, *Deut. 17.* Frider. Pruckman. *de Regal. cap. 4. effect. 5.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 6.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Zas. *ad l. princeps. 31. ff. de legib.*
† Eàdemqve de causâ in gradibus 34
jure divino prohibitis, circa copulam carnalem non valet Princeps dispensare; qvia scilicet non est supra jus divinũ, Joach. à Beust. *in tract. de matrimon. cap. 56.* Beza *in tract. de divort. & repud. pag. 75.*
Besold. *dict. cap. 2.* † Et jure natu- 35
rali sive gentium, contractibus Princeps perinde ut alius qvisqve privatus obligatur, nec revocare ipsi licet contractum cum subditis initum, nisi justa aliqva subsit causa, qvæ bonum respiciat publicum, svadeatq; contractum revocari, Nicol. Betf. *de pact. famil. illustr.*

illustr. f. 47. Vincent, Cabot. *2. disp. variar. cap. 10.*

36 *Secundò,* † ratio diversa non est Legum imperandi seu fundamentalium, qvæ cum ipsâ Majestate sunt conjunctæ, eamqve immediatè concernunt, sive tacitè, sive expressè fuerint datæ. Hisce æqvè ut naturalibus & divinis Princeps omni tempore fuit obligatus, Zoann. *de Roman. Imp. n. 171.* Joh. Limnæus *de jur. publ. lib. 2. cap. 8. n. 55.* Hotom. *illust. qvæst. 1.* Dauth. *ad l. 3. n. 5. C. de testam.* Andr. Knichen *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum Saxoniæ. cap. 1. n. 37.* Goth. Anton. *in disput. Ante Vultej. de potest. Imp. th. 10.* Abolere siqvidem jura, qvibus Imperii dignitas, Status Reipublicæ, salusq; ipsius continetur, qvid aliud est, qvàm seipsum pessundare.

37 † Ita enim tribus his Legibus: Lege Salicâ, de trium Statuum conventu, & de non alienandis Regni partibus atqve provinciis, veluti columnis Regis, Regniq; Galliæ incolumitas sustinetur. Qvod si Legem Salicam violari fas esset, violassent illam filiarum gratiâ Philippus Longus, Carolus Pulcher, Ludovicus XII. iisq; Regnum dotale reliqvissent. Et qvamvis hoc tentaverit Carolus VI. qvi excluso Delphino, Catharinæ filię, qvæ Henrico Angliæ Regi fuerat desponsata, Regnum in dotem dedit; irrita tamen fuit illa donatio. † Qvod si legem de non alienandis Regni partibus abrogare valeret, rata certe fuisset pactio Francisci I. cum Carolo V. Imperatore, cui Burgundiæ traditionem promiserat, Rich. Dieter. *de summ. summi Imp. potest. concl. 41.* 38

Restant *Tertiò* † Leges merè civiles positivæ, qvibus qvondam Princeps subjectus haud erat, sed positas habebat eas in suo arbitrio ac potestate, *l. 31. ff. de legib.* Ex qvo plenitudo potestatis in Principe provenit, sive plenitudo arbitrii, nulli necessitati subjecta, nullisq; juris regulis limitata, sed libera prorsus & absoluta, Bald. *in l. 2. C. de servit. & aqvâ.* † Qvæ tamen potestas suspecta admodū videtur, & ab aulicis adulatoribus, conatu prorsus impio excogitata, ut non sine ratione Warem. ab Erenb. *de Regni subsid. & oner. cap. 15. n. 16.* addubitaverit, an ab homine, vel diabolo sit prolata. Qvod certe iis in textibus, *suprà* adductis, omninò videtur fundatum, qvibus haud parum potestatis etiam in Legū civilium observatione, Principi ademptum probavimus, *l. 4. C. de lb. l. 23. ff. de legat. 3. l. 3. C. de testam. §. ult. Inst. qvib. mod. testam. infirm.* † Pro qvorum conciliatione dixerim: Principem revera fuisse legibus civilibus 39 04 41

bus & positivis solutum, qvoad summum ejus imperium; licet vixerit secundum leges, atq; adeò de suo jure aliqvid remiserit, *arg. l.3.ff. de fugit. §. ult. Inst. qvib. mod. test. infirm. l. 23. in fin. ff. de legat. 3.* cum Johan. Limnæo, *lib.2. jur. publ.*
42 *cap.8.n.55. in fin.* † Vel distinxerim inter ordinariam & extraordinariam Principis potestatem: ut secundùm hanc demum Princeps fuerit Legibus solutus; cùm in Republicâ favor interdum publicus atq; necessitas ordinariam ac Legibus consentaneam respuant potestatem, cum Christoph. Besoldo *lib.1. polit. cap.2.*

SECTIO II.

Qvibus olim, iis etiamnum hodiè Legibus civilibus Imperator est solutus: sed obligatus Imperii Recessibus.

SUMMARIA.

1. Imperator nunqvam omnibus solutus fuit legibus.
2. Non legibus divinis, vel in jure gentium fundatis.
3. Sicuti nec legibus fundamentalibus.
4. Nihil tam congruum fidei humanæ, qvàm pacta servare.
5. Imp. obligatus Aur. Bullæ & Capitulationi Regiæ. n.6.
7. De legibus civilibus merè positivis, qvæstio dubia?
8. Pro affirmativa stat Goth. Anton. contra Hermannum Vultejum. n.11.12.
9. Fruitur etiamnum hodiè Imperator plenitudine potestatis.
10. Hodiè Imp. non obstrictus ad juris solennitates.
13. Imperator solutus non est Recessibus Imperii. n.14.17.
15. Nemo sibiipsi Legem ponere valet.
16. Leges universalas consensu Statuum Imperii promulgantur.
18. Forma decretorum Comitialium consistit in mutuo consensu Cæsaris & Statuum Imperii.
19. Recessus Imperii per modum contractus & conventionis Imp. & Statuum Imperii promulgantur. n.20.21.
22. Ad observationem Recessuum Imperii Cæsar ipsemet se obstringit. n.23.

VErissimè scripsit Tob. Paurm.
1 Imperatorem nunqvam omnibus, sed qvibusdam saltem legibus fuisse solutum, *lib.1. de jurisdict. Imper. Roman. cap.6.n.10.* Non certè legibus divinis, vel in ratione naturali, ac gentium jure fundatis, † qvas omni tempore Principem, æqvè atq; subditos obli- 2
gâsse, & etiamnum obligare, vix qvis-

qvisqvam negaverit, nisi & rationem naturalem, jusq; divinum Imperatoris potestati subjicere ausit; qvod neminem facturum certò confidimus, Georg. Achat. Enenckel. *de privil. jur. civil. lib. 1. cap. 8. n. 50. & seqq.* Reinking *de Regim. secul. lib. 1. class. 3. cap. 12.* Joh. Limnæus *de jur. publ. libr. 2. c.*
3 *8. n. 55.* † Qvin nec Legibus Imperii fundamentalibus Principem, vel Imperatorem solutum, asserere licet, obstante initâ conventione, qvâ sese Statibus Imperii devinxit, Ludolphus Schrader. *de feud. part. 10. sect. 5. n. 185. & seqq.*
4 Zas. *lib. 2. cons. 10. n. 6.* † cùm nihil tàm congruum sit fidei humanæ, qvàm pacta servare, fidemq; datam non fallere, *l. 1. ff. de pact. l. 1.*
5 *ff. de const. pecun.* † Eoq; pertinet Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, conditionesq; in Capitulatione Imperatori propositæ, qvibus Cæsaream Majestatem solutam esse, vel saltem propter juramentum præstitum, nemo sanæ mentis dixerit aut cogitaverit, Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. verb: Ducum Saxon. cap. 1. n. 37.* Zoannet. *de Roman. Imper. n. 171. 184. & seq.* Gothofr. Anton. *in disput. Anti-Vult. de potest. Imp. th. 10.*

6 Nulla † ergò qvoad Leges divinas, naturales, & fundamentales inter jus civile antiqvum, & modernum Imperii statum existit differentia: qvippe qvibus perinde ut olim, Imperator etiam hodiè est obligatus. † De Legibus saltem civilibus merè positivis qvæ- 7
stio est inter Herman. Vultei. *in l. 1. n. 8. C. ubi Senat. vel Clariss.* & Gothofr. Anton. *in disputatione quâdam Anno 1608. Respondente Christ. Kaltio in Acad. Giessens. habitâ* apud Goldast. *in polit. Imper. part. 13. disc. 2.* valde divexata; Utrum scilicet Imperator qvibus olim, iis etiamnum hodiè Legibus civilibus merè positivis sit solutus? Hoc enim cùm negaverat Vult. *in dict. l. 1. n. 8. C. ubi senat. vel clariss.* & post eum Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 1. cap. 19. n. 6. & 8.* † severè iis 8
contradixit Gothofr. Anton. *dict. loco*; idq; cum Vultejo asserere nefas judicavit. Probabiliter sanè, qvia soluta legibus potestas jure Romano Imperatoribus concessa, *l. 31. ff. de legib. l. 23. ff. de legat. 5. §. ult. Inst. qvib. mod. testam. infirm. Novell. 105. cap. 2. in fin* nullibi vel tacitè, vel expressè iis fuit adempta: qvidni ergò eâdem potestate etiamnum gauderent Imperatores? *arg. l. 32. in fin. C. de appellat. l. 27. de testam. l. 26. 27. & 28. ff. de lib.* † maximè cùm pari pote- 9
statis plenitudine, ex qvâ soluta legibus potestas dependet, *argum.*

cap.4. ubi Dd. *extr. de concess. præ-
bend.* Alber. Gentil. *in disp. de po-
test. Reg. absol. p. 10.* Andr. Gail *lib.
2. observat. 56. n. 11. & seqq.* frui ad-
huc Imperatores, manifestum red-
datur ex Aur. Bull. Caroli IV. *in
præfat. circa fin. tit. 2. in pr. tit. 13. in fin.
& tit. 16. Recess. Imper. de anno 1495.
de pace publ. Rubr.* Von Sachen/so
sich vor diesem Landfrieden begeben
haben / In verb: Von Römischer
Königl. Macht/ Vollkommenheit/
und rechtem wissen. Et *de anno 1544.*
§. Als wir aber: Ibi: Aus unser
Keyserlichen Macht und Vollkom-
menheit. & *de anno 1555.* §. Solches
10 alles und iedes/ꝛc. † Ac certè si Im-
perator hodiè legibus solutus non
esset, utiq; juris solennitates in-
star privati observare teneretur:
adeoq; nec donationem facere
absq; solennitate insinuationis
reqvisitæ; nec pacta successoria,
aliaq; solo jure civili improbata
confirmare; nec ante vigesimum
ætatis annum veniam dare; nec
cum clausula de simplici & plano
remotâq; appellatione, delegare;
nec pœnam jure civili indictam
ulli remittere; nec tempus ad cō-
ficiendum inventarium lege defi-
nitum prorogare; nec juris civilis
ulli ullâ in re gratiam facere, illud
vè egredi; nec privilegia concede-
re posset; ac tandem nec legibus
civilibus, ut caput Imperii præes-
set, sed earum vinculis, ut subje-
ctus constringeretur, omniq; po-
testate & Majestate destitueretur,
prout infert Goth. Anton. *in dict.
disput. Anti Vult. th. 32.* † At impro- 11
bum prorsus & nefas hoc asserere,
ac si qvisqvam seriò id contendere
ausit, vereor ne sacrilegii crimine
implicetur, carcereq; & exilio di-
gnus habeatur.

Sed nimirum † ad Leges juris 12
civilis merè positivas, easq; qvi-
bus Princeps de jure civili solutus
erat, hoc restrictum, nec alio mo-
do & ratione, qvàm qvâ Princeps
qvondam dicebatur solutus, *sect.
præced.* intellectum velim. In qvi-
bus etiam terminis subsistit Go-
thofr. Anton. *dicta disp. thes. 21.
22. & 51.* apud Goldast. *in polit. Im-
per. pag. 625. & 628.* † Cæterum 13
si de Recessibus Imperii (qvi in
Comitiis publicis consensu & au-
toritate omnium Statuum pro-
mulgantur, atq; hodiè Leges civi-
les indigitantur) qvæstio incidat,
iis Imperatorem solutum nemo
Politicorum affirmabit. † (1) Ces- 14
sante nimirum ratione, qvæ à Le-
gum observantiâ ipsum qvondam
eximebat, nempe qvod ipsemet
solus, propriaq; autoritate Leges
condere dicebatur, *l. 1. §. 1. ff. de
constit. Princip. §. sed & qvod Princi-
pi. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* qvi-
bus sese ipsum constringere non

pote-

15 poterat: † nec enim qvisqvam sibiipsi Legem imponere valet, *l. qvod autem. §. Uxori. ff. de donat. int. vir. & uxor.* nec Prætor seipsum cogere, nec triplici simul officio fungi potest, puta: dicentis, coacti, & cogentis, *l. ille à qvo. §. tempestivum ff. ad Trebell.* Ast verò hodiè
16 Leges universales † non à solo Imperatore, sed consilio & assensu Statuum Imperii feruntur ac promulgantur, *Recess. Imper. de anno 1497. anno 1526. 1548. 1551. 1555.* Ex qvo leges illæ, in Comitiis Imperialibus latæ, vocantur Recessus Imperii sive Comitiorum, des Reichs Abschiede / Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr.* 2. Joach. Cluten *in syllog. rer. qvotid. conclus. 21.* Supr. *cap. 3. sect. 1.*
17 (2) † Qvidni ergò hodiè hisce constringeretur legibus & Recessibus, à toto Imperio latis ac promulgatis; nisi & Ordines Imperii iis solutos atqve exemptos, ausu prorsus temerario, asserere velimus. Qvippe qvod & horum autoritas Legibus ferendis accesse-
18 rit; † veluti hanc ob causam consensum mutuum Cæsaris & Ordinum Imperii formam substantialem facit Decretorum Comitialium Tob. Paurmeist. *libr. 2. de jurisd. Imper. cap. 2. n. 84.* Qvò & respicit Autor *autonom.* ita inqviens: daß der Punct / davon *deliberiret* werden soll / *proponiret*, berathschlaget / *referiret, correferiret*, und durch die jenigen / denen es gebühret / Reichssatzungen zu machen / das ist / durch die Keyserl. und Königliche Majest. auch Churfürsten / Fürsten unnd Stände des Reichs beschlossen / und verabschiedet werde / *part. 3. cap. 37.* (3) † Cum- 19
q; hodiè Leges sive Imperii Recessus per modum contractus & conventionis inter Cæsarem Statusq; Imperii ferantur ac promulgentur; utiq; vel saltem ex propriâ conventione & pacto, qvo ex jure naturæ obligatur, *l. 1. ff. de pact.* Recessibus Imperii erit obstrictus Imperator, nec iisdem contravenire ei licebit. † Qvod ipsum lu- 20
culenter innuunt verba *Recess. Imper. de anno 1500. in §.* Unnd wir Churfürstē / Fürsten / ꝛc. Bekennen uñ thun kund allermänniglich / daß obgenanter unser Allergnädigster Herr / der Römische König / die obgeschriebene Ordnung / Satzung unnd Artickel / mit unserm Rath / Willen / zugeben uñ annehmen / fürgenommen / geordnet / gesetzt unnd gemacht / und sich auch der mit uns / und wir mit seinen Königl. Gn. in Contractsweise verpflichtet und verschrieben haben / ꝛc. † Et in *Ordi-* 21
nat. Wormatiensi de anno 1521. Solches Regiment / wie das von Articuln zu Articuln geschrieben stehet / haben wir uns mit genanten

unsern lieben Neven / Oheimen / Churfürsten / Fürsten und andern des Reichs Ständen hier versamlet / verbunden / verpflichtet / unnd gegen einander verstricket: verbinden / versprechē auch das ꝛc. Et posteà *in vers.* Und wir: Solche Ordnung unnd Regiment mit unsern Willen / Rath / zusagen und annehmen / und durch die Römische Keys. Maj. Unsern allergnädigsten Herrn geordnet / fürgenommen / gemacht / und in diesem gegenwertigen Vertrag / *contract* unnd Verpflichtung verfasset ist / unnd daß wir uns derhalben mit Ihr Keyserlichen Majest. verbunden / ver-
21 pflichtet haben / ꝛc. (4) † Ac demùm verbis disertis non uno in Recessu Cæsar ad observationem illius sese obstringit, veluti in *dict. Recess. de anno 1500.* verb: Hierauff gereden und versprechen wir König *Maximilian*, bey unsern Königl. Ehren und Würden / für uns unnd unsere Nachkommen / Römische Keyser und Könige / und auch unsere Erben und Nachkommen / Ertzhertzoge zu Oesterreich / diese obgeschriebene Ordnung / Satzung und Articul / getrewlich und festiglich / so viel Uns / als Röm. König und Ertzhertzog zu Oesterreich / berühret und berühren mag / zu halten / zu vollnziehen / und zu handhaben / darwider auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen / gethan werden / in keine weise / ꝛc. † Et *de anno* 23
1507. in Ordin. Camer. tit. Wann das Cammergerichte angehen soll. Ibi: Solches alles und iedes / so obgeschrieben stehet / und uns König *Maximilian* anrühret / gereden und versprechen Wir bey unsern Königl. Würden und Worten / stett / fest / unverbrüchlich und auffrichtig zu halten / und zu vollziehen / dem stracks unnd ungeweigert nachzukommen / und zu geleben / und darwider nichts zu thun / fürzunehmen / noch zu handeln oder außgehen lassen / noch iemands anders von unsertwegen zu thun gestatten / sonder alles gefährde / ꝛc. Ut proinde dubium non sit, qvin & ipsemet Imperator Recessibus Imperii teneatur ac obstringatur.

CAP. XIII.

Attemperatâ per Capitulationem Cæsaream potestate Imperatoris: qvalisnam hodiè remanserit Status Imperii?

SUMMARIA.

1. Magna inter Politicos de moderno Imperii statu concertatio. n. 2.

2. Etiamnum hodiè Imp. asscribitur plenitudo potestatis. n. 3. 4.

5. Impe-

5. Imperator caput & Dominus Imperii.
6. Universi orbis populi tribuunt Imperatori Monarchæ titulum.
7. Iis & Turcæ.
8. Ex visione Danielis Imperium nostrum qvarta est Monarchia.
9. Omnium hodiè Principum potestas limitata.
10. Majestas non parem admittit potestatem. n. 17.
11. Imperii potestas hodiè in duos semisses divisa. n. 16.
12. Decreta Comitiorum consensu Statuum Imperii promulgantur.
13. Sine consensu Statuum non promulgantur Leges universales.
14. Neq; suscipitur bellum.
15. Neq; eriguntur vectigalia.
18. Testimonium Electoris Moguntini contra Imperii Monarchiam.
19. Cui assentitur Mauritius Elector.
20. Nec non Henricus II. Rex Galliarum.
21. Carolus V. in Germaniâ Regibus imperavit.
22. Maximilianus I. Imp. Rex Regum.
24. Scholastici de potestate Imp. tanqvam de Ideis Platonicis disserunt.
25. Ex potestate Imperatoris de Majestate & Statu Imperii judicandum. n. 26.

EX limitatâ porrò per Capitulationem Cæsaream Imperatoris potestate, hoc dubii resultat, *qualisnam sit hodiernus Imperii status, Monarchicusnè vel Aristocraticus?* In
1 qvo † plurimùm semper sudârunt & laborârunt Politici. Nec ullis unqvam vel pro Monarchiâ, vel Aristocratiâ disserentibus defuerunt rationes & fundamenta.
2 † Illis enim si annuere velis, vel saltem plenitudo potestatis etiamnum Imperatori reservata, fundamentum suppeditabit haud infirmum, ex clausulâ illâ, Rescriptis & Imperii Recessibus apponi solitâ: (Aus Römischer Keyserlicher, Macht unnd Vollkommenheit) *in act. Comit. anno 1546. & 1547.*) † qvam nec in Sanctio- 3
ne Aureæ Bullæ omisit Carolus IV. *in præfat.* §. So haben wir. Ibi: Mit vorgehender zeitiger betrachtung / und aus Vollkommenheit Keyserl. Gewalts / hernach geschriebene Gesetz gemacht / gesetzt und geordnet / etc. † Nec Caro- 4
lus V. *in decreto Spirensi Anno 1544.* §. Als wir aber. *in verb:* Entschliessen / meynen / setzen unnd ordnen auch darauff als Römischer Keyser / von obberührter unser Keyserlichen Macht / Vollkommenheit

heit hiermit/ Domin. Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 7.* Ex qvo etiam † Imperator dicitur Caput & Dominus clementissimus, in *Recess. Imper. Augustan. de anno 1525. & passim*, cui post Deum omnes Imperii Status tenentur reddere rationem, *Recess. Spirens. de anno 1529.* §. und Seiner Maj. gedencke zu verantworten/ eiq; fidelitatem & obedientiam jurant, Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 2. cap. 2. n. 94.* Qvis non ergò ipsi Monarchæ titulum & honorem
6 deferret, † qvem nec Reges, ac populi orbis universi Imperatori nostro denegant, Monarcham ipsum salutantes, venerantes & habentes, Bernh. Zieritz. *de princ. int. ipsi dign. prærog.* Petr. de Andlo *de Im-*
7 *per. Roman. lib. 2. cap. 8.* † Qvin & Germanorum jurati & capitales hostes, Turcæ, primas hasce Imperatori tuentur, Herm. Kirchner *de Legat. offic. & dignit. lib. 2. cap. 5.*
8 *n. 62.* † Nec abnuunt Theologi ex visione Danielis Propheticâ *cap. 2. & 7. Dan.* qvatuor Imperia, Assyriacum nempe, Persicum, Græcum, & Romanum adstruentes; nostrumq; Imperium hodiernum Romano-Germanicū, qvartam Monarchiam asseverantes, Christ. Helvic. apud Goldast. *in polit. imper. pag. 474.* Christ. Besold. *de jurisdict. Imper. Rom. quæst. 2.* Joach. Cluten *in syll. rer. quotid. concl. 2.* Ac ne formæ Imperii Monarchicæ per Capitulationem sive Legem Regiam qvid decedere qvisqvam existimet, † nullum fere hodiè in toto orbe Christiano 9
Regem vel summum Principem existere ajunt, cujus non comprimat potestatem inita cum Ordinibus certa pactio, Dom. Arum. *dict. disc. 1. tom. 1. jur. publ.* Warem. ab Erenberg *de Regni subsid. cap. 11. n. 40.* Stephan. jun. Brut. *in vindic. contra Tyran. quæst. 3.* Frider. Hortled. *in disc. de Lege Regiâ German.* apud Goldast. *part. 12.* Annum ergo nullam in orbe terrarum universo Monarchiam reperiri dicemus?

Qvod si verò contra † Monarchiam insurgere, statumq; Aristocraticum, vel mixtum tueri placeat, facili forsan negotio hoc efficies, vel unico, ex naturâ & qvalitate Majestatis Monarchicæ desumto argumento; qvæ parem nulli permittit potestatem, Aristotel. *libr. 3. polit. 6. & 4. polit. 1.* † At neminem fugere putârim, divisam qvasi hodiè esse Imperii potestatem in duos semisses, pro partibus tamen indivisis, unumq; apud Imperatorem, alterum verò apud Ordines & Status Imperii residere, Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Rom. 2. lib. 2. cap. 2. n. 20.* pro-

unt

ut ex Comitiorum decretis liqve-
12 cit,† qvæ non solius Imperatoris, sed omnium Imperii Statuum voluntatem & consensum reqvirunt, *Receß. Imp. de Anno 1500. & 1512* In tantum, ut si inter Cæsarem & Ordines, vel majorem eorum partem res coire neqveat, nihil actum judicetur: nec Imperator ex plenitudine potestatis, nec Ordines, invito illo, qvicqvam statuere possint, Goldast, *in replicat. pro Imper. contra Gretser. cap. 11. pag. 105.* Tob. Paurmeist. *dict. cap. 2. n. 50.*
13 *63. & seqq.* † Hinc nempe Imperator solus absq; consensu Statuum Leges neqvit promulgare universales, *Recess. Imper. de anno 1495. 1500. 1512.* Joh. Limn. *de jur. publ.*
14 *lib. 1. cap. 10. n. 32.* † nec inconsultis Proceribus intra vel extra fines Imperii bellum suscipere, *Supr. c. 4.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 1. n. 20.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Re-*
15 *rumpubl. lib. 1. cap. 20.* † nec solus exigere vectigalia, teloniáq; erigere, *Supr. cap. 8.* Gerlac. Buxdorff *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 41.* Tob. Paurm. *de jurisdict. lib. 1. c. 4. n. 7.* Eoq; respiciunt verba Aut. *du Reveil. matin. pag. 176.* zu mehrer erwegung auch die Teutsche Keyser in undencklichen Zeiten ihnen selbsten solche *absolutam potestatem*
16 nicht *arrogiret* oder zugemessen. † Qvod & innuit Trajan. Boccalin. *in thes. polit. lib. 2. disc. 1.* ita inqviens: Und hat der Römische Keyser in Teutschland kein *absolutum Imperium*, sondern regieret solches mehrer theil durch die Reichstäge/ Petr. Syring. *de pac. Relig. concl. 14.* Joach. Cluten. *in syllog. rer. qvo-*
tid. concl. 16. † At nunqvam Majestas suprema alios in consortium admittit: ut proinde ex divisâ potestate contra statum Monarchicũ procul dubio sit concludendũ. 17

Qvam in rem si testes producere velis, † promtissimus erit Elector Moguntinus, qvi inter alia de Francisco Galliarum Rege sic ait: *Animi fortitudinem ei tribuunt; sed ad Monarchiam illa spectat. Nobis autem imprimis est Aristocratia retinenda*, apud Joh. Sleidan. *lib. 1. comm. p. 16.* † Cui & adsentitur Mauritius Elector Carolum V. Imperatorem incusans, qvasi ipse aliqvot per annos totus in eo fuerit, qvô Monarcha, suppressis Germaniæ Principibus, evaderet, apud eundem Sleidan. *lib. 24.* Nec abnuit † Henricus II. Rex Galliarum, *in scripto anno 1551. publicè divulgato*, hisce verbis: daraus nichts gewissers folgen könte/ denn daß eine *Monarchia* dem Keyser und dem Hause Oesterreich erbawet würde/ apud Frid. Hortleder. *de bello german. lib. 5. cap. 3. n. 7.* † Qvin & ipsemet Carolus V. sæpiùs est profes- 18 19 20 21

fessus: *Se aliis in Regnis mancipiis & servis, at in Germaniâ liberis & Regibus imperare*, Herm. Kirchner. *de Republ. disput. 12. coroll. 8.*

22 Qvod idem † Maximilianus I. Imperator asseruisse scribitur, ita dicens: *Regem Hispaniæ esse Regem hominum, Regem Galliæ asinorum: Britannum esse Regem diabolorum: Se verò solum Regem Regum*, Frid. Achill. Dux Würtemb. *in consult. de prov. Europ. prin. pag. 211.*

23 Ita nimirum † pro utrâq; sententiâ disputant Politici, diversimodè hâc de re sentientes, & qvãdoq; prout affectibus privatis, vel etiam adulandi studio ducuntur;
24 sed in † pulvere scholastico (*verba sunt Rudolphi Maximiliani Ducis Saxon.*) multa sæpè de potestate Principum & statu Regnorum tanqvam de Ideis Platonicis variè disseruntur, qvæ si ad usum communem exigantur, videtur in somniis fuisse laboratum: Idem contingit illis, qvi vel nimis majestatem Principum adulantur, vel nimis eandem arrodunt, apud Frider. Achill. *in Orat. contra Galliam*, ut proinde vera hujus litis decisio illis videatur relinqvenda, qvi rerum Imperii diutino usu peritiam acqvisiverunt.
† Attamen cum non nisi ex plenitudine potestatis hâc de re statui 25
oporteat, haut certè sicco pede nodus hic est prætereundus, perspectâ nempe Capitulatione Cæsareâ, seu Lege Regiâ Germanorum, ex qvâ de summi Principis potestate hodiè dijudicare licet.
† Nec res adeò difficilis erit, si na- 26
turam & reqvisita Majestatis, formalia, qvibusq; ea verè competat, nec non qvalitatem status Monarchici pensitaverimus: qvæ omnia priusqvam certi qvid de statu Imperii Romano-germanici hodierno determinemus, ex politicis cognoscenda, & accuratiùs indaganda erunt.

SECTIO I.

Vocabulum Majestatis ambiguum est: Eaq; duplex, Realis & Personalis: Qvænam verè & propriè dicatur Majestas personalis?

SUMMARIA.

1. *Ex qvalitate Majestatis de statu Regni dijudicandum.*
2. *Majestas à magnitudine dicta.*
3. *Variis indigitatur Majestas vocabulis. n. 4. 5.*
6. *Diversimoda Imperii significatio.*

7. Vo-

1 QVum ex naturâ & qvalitate Majestatis, tanqvam ex primo & unico potestatis fonte, de statu Regni alicujus sit dijudicandum; nosse utiqve ante omnia oportet, qvidnam propriè sit Majestas, ac in qvonam verè consistat. Variis autem Majestas (à magnitudine † sic dicta, *autore Festo*, qvasi major status, denotans scilicet magnitudinem, decus, imperium, amplitudinem, potestatem & dignitatem Statûs eminentioris, Bornit. *de Majest. cap. 1.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 18.* Arnis. *de majest. lib. 2. cap. 1.* Herm. Kirchner. *de Republ. disput. 2. th. 2. in pr.*) indigitatur vocabulis. Qvandoq; enim vocatur † potestas regia, in *l. 2. §. 18. ff. de orig. jur.* vel Manus regia, prout manus significant potestatem, in *l. 4. ff. de just. & jur.* qvandoq; Majestas Imperialis, *l. ult. C. de lib. l. 16. ff. de judic.* Principalis autoritas, *l. 50. in fin. ff. de petit. hered.* Summa rerum, arbitrium, superioritas, supremitas, absoluta potestas: † Italis est Signoria: Gallis Souveraineté: A Jacobo Patriarcha Sceptrum appellitatur, *Genes. 49.* Joach. Stephan. *lib. 1. de jurisdict. cap. 7. n. 8.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. cap. 2. §. 1.* † Vulgò Interpretibus juris est Imperium maxumum sive summum, Dd. *ad l. 3. ff. de jurisdict.* Qvod uti non unam eandemq; habet significationem: † aliqvando enim pro territorio & locis, ad qvæ Reipublicæ Romanæ potestas est porrecta,

(margin numbers: 2 at "gnitudine", 3 at "enim vocatur", 4 at "ta potestas", 5 at "Besold.", 6 at "tionem")

ponitur vocula Imperii: interdum pro hominibus Imperio subditis, §.*Imperialis. Const.Frider. de pace const.int.* vel pro ipsâ potestate: Qvandoq; etiam pro personis & civibus Imperii omnibus, *dict. Constit. de pac. const.* Tob. Paurm. *de jurisdict. Imp. Roman. lib.2. cap.1.*
7 *n.1.* Ita † qvoq; Majestatis vocabulum diverso usurpatur sensu: significat enim interdum amplitudinem & autoritatem Dei, *l.32. §. sacerdotio.ff.de arbitr.* vel Principis, Populi aut Magistratus, *l.1. §.3. de caduc. toll. l.pen.ff. de just.& jur. l.33. ff. de jurejur. l.9.ff.de jurisdict.tot.tit. ff.& C. ad Leg. Jul.Maj.* interdum Principem ipsum, *in l.23.ff.de legat. 3. l.34. C.de donat.*

Sæpiùs verò, ac qvidem proprio in sensu significat vocabulum Majestatis
8 † summam imperandi potestatem, *l.digna vox.in verb. Majestate regnantis.C. de lib.l.un.§.3. C. de caduc. toll.* Bornit. *de majest. dict. cap.1.* Eaq; sicuti alia est Imperii, alia Imperantis, qvæ & Principalis, *in l. Imperatorem.91.ff. de hered. inst.l.ult.C.de legib.* atq; Imperatoria nuncupatur, *l.5.C. de cens.in pr.*
9 *procem.Inst.* † Ita & Majestas est duplex; alia Imperii, alia imperantis: Illa Realis, hæc Personalis appellitatur, Herm. Kirchn. *de Republ. dict. disp. 2. th.3.* Christ. Besold. *dict.cap.2.§.2.* Matth. Bornit. *dict.cap.1.* † qvam distinctionem 10
formulæ illæ consvetæ, & Rescriptis ac Constitutionibus Imperatoriis apponi solitæ: (Uns unnd dem H. Reich. *vel:* In unser unnd des H. Reichs Stadt/) satis innuunt. Voculâ enim (Uns) Majestas Imperatoria seu personalis; at verbis (dem H. Reich/ *vel:* In des H. Reichs Stadt) Majestas realis, sive jus Regni exprimitur, Dan. Otto *in disc. polit. de Majest. Imper. & imperantis. cap.1. pag.6.*

Realem † autem vocamus Majestatem, qvæ cum Republicâ nascitur, & Imperio est coæva, qvamdiu nempe illud ipsum durat etiam sub Interregno, Besold. & Kirchn. *dict. loc.* Henr. Velst. *cent. qvæst.polit. decad. 8. qvæst. 3. ad fin.* 11
† & consistit in Legibus Imperii fundamentalibus, qvibus Respublica est constituta, & ceu fundamento innititur ex consensu communi: qvo sublato, ipsum Reipublicæ statum everti necesse est, Johan. Althus. *polit. cap.6.* Lamb. Danæ, *lib. 3. polit. christian. cap.6.* 12
† Nimirum ex hâc ipsâ Regni majestate reali dependet Imperantis Majestas personalis, cumq; ea cohæret, & ad eam perpetuò respicit, prout fusius dictum *supr. cap.1. sect.14.* Ex qvo Majestas Principis regnantis, Reipublicæ sive Regni Majestati ceu superiori est obnoxia, 13

xia, ita ut Princeps nil qvicqvam ei derogare, aut legibus fundamentalibus contravenire qveat, *dict. sect. 14.* Bornit. *de majest. cap. 9.* Besold. *dict. lib. 1. polit. cap. 2. §. 5.*
14 † atqve ita ex Majestate reali seu legibus fundamentalibus temperatur qvandoq; Majestas imperantis, qvo minus sit absoluta, summa atqve infinita, nec status Reipublicæ purus, sed mixtus ac limitatus, si nempe potestas ejus certis conditionibus Procerumq; consensui adstringatur: veluti hujus rei plurimis in Regnis obvia sunt exempla. Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. fol. 72. & seqq.* Besold. *dict. cap. 2. §. 6. in fin.* & in *tract. de appell. cap. 2. n. 19.* Marq. Freh. *ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 8. fol. 187.*

Personalem verò imperantis qvod attinet Majestatem, hanc
15 qvidam † in honore & gloriâ, sive in personæ reverentiâ positam existimant, qvæ non facilis sit oppressu. Hinc Gregor. Tholosan. *esse latens qvippiam,* ait, *qvod præter naturam propriam reddit aliqvid mirabile, in lib. 8. de Republ. cap. 3.*
16 *n. 2.* † Ast umbram pro corpore, picturam pro re ipsâ, speciem externam pro veritate venditant, qvi Majestatem vocant autoritatem ac gravitatem personæ, qvæ visu & auditu juxta venerabilis est, Tacit. *2. annal.* aut pro digni- tatis & officii reverentiâ, *l. 9. ff. de jurisdict.* Henning. Arnis. *de Majest. cap. 1.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 1. cap. 4.* Non negamus eqvidem, † vocabulo 17
Majestatis externum qvandoqve indigitari splendorem, veluti Cicero Majestatem definit, dignitatem & amplitudinem populi Romani, *de orat. lib. 2.* Et Sveton. *Qvin etiam,* inqvit, *speciem libertatis qvandam induxit, conservatis Senatui ac Magistratibus & Majestate pristinâ ac potestate, in Tib. cap. 30.* Lips. *2. polit. cap. 16.* † Sed impro- 18
pria est hæc Majestatis significatio: nec qvicqvam dignitas vel honor personalis potestati ac Majestati imperantis confert, Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 2. § 7.* Herm. Kirchn. *de Republ. disp. 2. th. 2.* vel ipso Majestatis vocabulo indigitante, qvam à majore statu & potestate, rei verisimilitudinē magis, qvàm derivationem nominis, more JCtorum secutus, dictam putat Gigas *in tract. de crimin. læs. majest. lib. 1 Rubr. qvotupl. Majest. num. 44.*
† adeoq; non dignitas, sed summa 19
potestas facit ac tribuit Majestatem, Arnis. *dict. cap. 1.* Paurm. *lib. 1. de jurisdict. cap. 4.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Qvò & respicit Imperator, Majestatem Regnantis nominans, *l. digna vox. C. de legib.* ac Imperatoriam Majestatem

legibus armatam dicens, *in proœm. Institut.* Et alludit Ovid. ita inqviens: *Sacra Majestas totum qvæ temperat orbem.*

20 Fit inde, † ut summa sit personæ dignitas & autoritas, summa ejusdemqve gloria & reverentia, ubi tamen nulla est Majestas aut potestas. Ita nimirum Regulus sacrificulus post Reges ejectos ad servandum nomen Regium, qvia faceret sacra, qvæ qvondam Reges faciebant, nihil præter nudum habebat nomen, *Liv. & Halicarnass.* Gentemq; Merovingiorum nihil clarum præter inane Regis vocabulum præ se ferre;
21 tradit *Eginhard.* † Et in veteri ante Carolum Magnum, Francorum Regno, dignitas & autoritas personalis major erat in majoribus domus, qvàm in Regibus, qvi semel tantùm per annum curriculum Maji Calendis populo sese conspiciendos offerebant, *Annal. Franc. Fuld. sub anno 751.* At non illicò etiam Majestas erat penes majores; qvia Regum nomine, literæ, diplomata ac privilegia omnia scribebantur, Herm. Kirchn.
22 *dict. disp. 2. th. 2.* † Multi è contrario Majestate sunt præditi, qvi tamen ab eâ haut nominari volunt, vel ad declinandam invidiam, animadvertentes scilicet, Principes titulis longè magis qvàm reipsa permoveri: vel qvod sumtibus Regiis non sufficiant: Vel ne sese potentioribus ridendos prostituant, † Ita Tiberius arbitrium rei 23
Romanæ obtinebat, literasq; adepto Principatu, ut Imperator ad exercitus mittebat, attamen honorem Principis sibi vetabat exhiberi, qvo à suspicione libertatis ereptæ populum amoveret, Tacit. *4. annal.* Et Appianus, *Qvicunq;*, ait, *post Cæsarem tenuerunt Imperium, licet se Imperatores tantùm dixerint, attamẽ Reges extiterunt.* † Ipse- 24
met qvoq; Carolus M. ad nomen Augusti ita exhorruit, ut diceret, si id præscire potuisset, se templũ eo die (puta, Coronationis) ingredi noluisse, Henn. Arnis. *dict. cap. 1. de majest.*

Nec enim ex titulorum splendore de Majestate est judicandũ,
† sed ex summâ rerum potestate, 25
qvæ ab alterius arbitrio haut dependet: Estq; virtus in plenitudine autoritatis, non etiam in nomine posita, Fulv. Pacian. *cons. 149. n. 20.* Sive ergò qvis Dictator aut Princeps, sive Imperator aut Tribunus, sive Pontifex aut Dux nominetur, modò summum teneat Imperium, propriè tamen Rex est, & Majestatem habet, Bald. *cons. 328. vers. qvoad qvintum. vol. 1.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* † Qvò 26
& pertinet istud Cosmi Florentini

Du-

Ducis: *A un Principe non conviene
ambier l'excellentza de titoli sopra
gli altri; ma che deve contentarsi del-
la possanza, in vece di titolo*, Christ.
Besold. *in disc. polit. de Monarch.*
27 *cap. 3.* † Qvamvis non sine ratione
Magnates qvandoqve certas pro-
vincias suis inserant titulis, qva-
rum tamen possessionem non te-
nent: nimirum qvo datâ occasio-
ne prætensiones ac prætextus bel-
lorum habeant, & impediatur
28 præscriptio. † Pompæ verò & o-
stentationis gratiâ si hoc Princi-
pes faciant, similes videntur pue-
ris, qvibus omne ludicrum est in
pretio, qviqve bullas ex salivâ &
smegmate confectas, spiritu in aë-
re hinc inde propulsas, vel cœlo
ipso pulchriores esse putant.
29 Qvod & sentiebat † Legatus Or-
dinum Belgicorum ita excipiens:
*Cur igitur Archiduces retinent arma
seu insignia unitarum provinciarum?
Respondetur, eodem jure & more,
qvo Rex Catholicus Regem se Hiero-
solymitanum prædicat; Rex Galliæ se
Navarræ vult haberi; Rex magnæ
Britanniæ Rex Franciæ solet appellari:
Contentos esse debere Ordines, qvòd
in possessione sint, & pignori insistant.
Relinqvendum esse Magnis Principi-
bus hoc oblectamentum, ut majorum
sedibus exterminati, saltem inanes si-
bi titulos reservare possint, qvemad-
modum pueris dantur crepundia à
blandis nutricibus. Totus terrarum
orbis exercet histrionicam*, ait face-
tus qvidam Autor: *Certè nusqvam
magis scenæ & populo servitur, qvàm
in actionibus Magnatum, ubi qvò plus
pompæ & ostentationis apparet, eò
minus solidæ veritatis subest, &c.*
apud Domin. Baudium, *lib. 2. de
induciis belli Belgici, fol. 94.*

Manifestum hinc redditur,
† Majestatem neq; per honorem 30
aut reverentiam, sive amplitudi-
nem titulorum, cum Tholosan.
dict. lib. 8. de Republ. cap. 4. Lips. *lib.
2. polit. cap. 16.* Bocero *class. 4. disput.
10. de Regal. in pr.* neqve per vim
qvandam, per qvam Princeps sibi
conciliat in hominum animis sin-
gularem admirationem & vene-
rationem, & cum utrâq; metum
conjunctum, cum Keckerm. *in
syst. polit. lib. 1. cap. 17.* Neq; per ex-
cellentiam qvandam virtutis ac
probitatis, qvæ sine Magistratu, si-
ne Imperio, sine fortunæ admini-
culo honoratum reddit homi-
nem, cum Chassan. *part. 1. glor.
mund. cons. 70.* ex G. Benedict. *in re-
pet. c. Rayn. in vers. testamentum. n.
45. de testam.* rectè ac verè definiri:
siqvidem hi ad unum omnes passi
fuisse aliqvid humani dicuntur
ab Arnis. *lib. 1. de Majest. cap. 1.* † 31
Sed potestatem Majestatis defini-
tionem ingredi necesse est: qvia
per veram Majestatem jus ipsum,

qvod in summâ consistit potestate, intelligi debet. Ut sic verè ac
32 propriè † Majestas dicatur & definiatur summa & perpetua, legibusq; soluta potestas, Clem. Timpler. *lib. 3 polit. cap. 1. quæst. 1.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Henr. Velsten. *decad. 8. qv. polit. 8.* Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 2. §. 7.* Arnis. *dict. lib. 1. de Majest. cap. 1. & cap. 3.* Tob. Paurmeister *lib. 1. de jurisdict. Imp. Roman. cap. 4. n. 22.* Dan. Otto *de Majest. Imper. & imperant. cap. 2.* Herm. Kirchner. *disput. polit. 2. th. 3.*
† potestas nimirum omnia administrandi, qvæ pro Republicâ existunt necessaria. 33

SECTIO II.

Vera Majestas in summâ, perpetuâ legibusq; solutâ potestate consistit: eamq; Regalia seqvuntur, ex qvibus dignosci potest.

SUMMARIA.

1. Tria sunt Majestatis reqvisita essentialia.
2. Primum reqvisitum est summa & absoluta potestas. n. 4.
3. Majestas dicitur qvasi major status.
5. Qvare majestate præditus non recognoscat superiorem? n. 6.
7. Majestas dependet à solo DEO. n. 8.
9. Sano sensu Statibus Imperii attribuitur Majestas.
10. Secundum Majestatis reqvisitum est perpetua potestas. n. 11.
12. Vicarii & Administratores Imperii non habent Majestatem.
13. Tertium Majestatis reqvisitum est, legibus soluta potestas. n. 14.
15. Princeps summus solius DEI regitur arbitrio.
16. Majestas consistit in usu Regalium.
17. Regalia dicuntur Majestatis & summa Imperii jura.
18. Regalia neqveunt separari à Majestate. n. 19.
20. Objectio: qvod Principes & qvandoq; Nobiles Imperio subjecti exerceant Regalia.
21. Resp. 1. per dist. inter communicationem Regalium, eorumq; concessionem.
22. Per concessionem non inducitur privatio Superioris.
23. In Regalium concessione solum exercitium transfertur in inferiores. num. 24. 25.
26. Resp. 2. per duplicem considerationem Regalium Majestatis. n. 27.
28. Qvæ Responsio triplici probatur exemplo, ex jure civili desumto. n. 29. 30.

Dum

DUm Majestatem definivimus summam, perpetuam, legibusqve solutam potestatem, *Sect. praeced. in fin.* per rationes & autoritates Politicorum, ibidem allatas: 1 facilè dignoscere licet, † in qvonam vera ac propria Majestas consistat. Tria nimirum ponuntur in definitione Reqvisita Majestatis essentialia, qvorum alterutrum si deficiat, nec veram Majestatem existere, fatendum erit. *PRIMUM* reqvisitum veræ Ma- 2 jestatis est † *summa & absoluta potestas,* ut scilicet praeditus majestate sive Imperator, sive Rex, Princeps, aut libera Respublica, Superiorem supra se neminem agnoscat præter DEUM, Alber. Gentil. *disp. Reg. 1. pag. 17.* Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Thom. Michaël *de jurisd. concl. 7. lit. e.* Rich. Dieter. *de summ. Imper. potest. concl. 22.* Christ. Matth. *lib. 3. System. polit. exercit. 2. sect. 1.* Rittersh. *ad proœm. Inst. verb. Majest.* Christoph. Besold. *in disc. de majest. cap. 1.* Joh. Redinus Episcopus Turiasonensis Hispanus, *in tract. de majest. Princip.* Tob. Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. cap. 3.* 3 † vel solo Majestatis vocabulo id indigitante, qvia dicitur Majestas, qvasi Major status, *Sect. praeced. in pr.* Major h. e. primus, summus, ac supremus, juxta anallagen comparativi pro superlativo, Melch. Goldast. *de Majoratu, lib. 2. cap. 6. n. 4. & seqq.* Bornit. *in tract. de Majest. polit. & summo Imper. cap. 4.* Arnis. *de jur. Maj. cap. 3.* Tholosan. *lib. 8. de Republ. cap. 3.* Besold. *in dissert. de Majest. cap. 1. n. 2.* † 4 Qvô & facit illud Güntheri *in Ligur. lib. 6.*

> — *Nullum caput ista super se*
> *Aspicit, excepto cœlorum Rege potestas.*

Et hoc Martialis:

> *Qvi Rex est, Regem maximè non habeat.*

Etenim † Majestas sive potestas 5 consistit principaliter in Reipublicæ administratione. Atqvi secundùm Aristotelem *lib. 3. polit. cap. 6. & 4. polit. cap. 1.* Respublica est τάξις Civitatis, h. e. ordo sive ordinatio. In ordine verò cùm impossibile sit abire in infinitum, sicut in causis essentialiter subordinatis, necessariò deveniendum est ad Unum primum. Ordo siqvidem non fit, 6 † nisi per relationem ad aliqvid primum: sive illud in suâ naturâ primum sit, sive conspiratione & analogiâ, qvale videmus in Aristocratiâ & Democratiâ. Hoc unum autem nihil ante se habet, qvia primo nihil est prius; Ideoq; unum istud summum est. Cui si velis opponere aliam potestatem æqvalem, efficies, ut neutra sit sum-

ſumma. Cùm enim infinitum ſit,
extra qvod nihil liceat ſumere,
eo ipſo, qvo duo ponuntur infini-
ta, utrumq; deſtruitur, qvia neu-
trum eſt infinitum. Qvare ut mul-
titudo Deorum nullitas eſt Deo-
rum; ita qvoq; neceſſe eſt, multi-
tudinem Regum id efficere, ut
nullus Rex eſſe videatur: qvia
ſummum eſt indiviſibile, veluti
metaphyſicè hâc de re diſſerit
Henning. Arniſ. *de Majeſt. lib. 1. cap. 3. n. 1.*

7 Efficitur hinc, † Majeſtatem ſi-
ve ſummam poteſtatem à Superi-
ore nullo dependere, niſi à ſolo
Deo, qvi eam proximè antecedit,
& cujus vicem obtinet in hoc
mundo. Nec refert, qvod ab alio
transferatur, ut ab Electoribus in
Imperatorem, à Cardinalibus in
Pontificem; non ſiqvidem inde,
qvod à populo in Principẽ trans-
lata fuerit poteſtas, à transferente
etiam ortum iſta habet, Bornit.
de Maj. cap. 4. fol. 16. Innuentibus
id titulis illis uſitatis, qvîbus ſo-
lius Dei gratiæ ſuâ potentiâ Reges
& Principes ſummi ſubjiciunt,
Von Gottes Gnaden. Matth.
Weſemb. *ad pr. proœm. Inſt. n. 3.*
Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. ult.*
8 † ac proinde titulum hunc nemi-
ni, niſi qvi ſolum Deum, nec ul-
lum alium Principem externum
pro Superiore recognoſcit, com-
petere, judicat Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. in proœm. ad verba: par la grace de Dieu.* Jacob. Menoch. *con-
ſil. 2. n. 104.* Iisq; titulis Principes
Germaniæ non jure proprio, ſed
ex privilegio uti, aſſerit Matth.
Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 1.*
cap. 7. n. 40. † Qvamvis ſano ſenſu 9
Germaniæ Principibus, ceu Stati-
bus Imperii Majeſtas pariter & ti-
tulus Von Gottes Gnaden / pro-
prio jure non ineptè attribuatur;
prout diximus *ſuprà cap. I. ſect. XI.*
idqve pluribus *infrà ſect. 6.* proba-
tum dabimus.

SECUNDUM veræ Majeſta-
tis reqviſitum eſt † *Perpetua pote-* 10
ſtas: Nec enim ſufficit ſumma &
abſoluta poteſtas, ſed & perpetu-
am eſſe eam oportet. Nam qvibus
ad breve ſaltem tempus aliqvod
ſumma datur poteſtas, illis Maje-
ſtas propriè haut competit, ſed
ſunt hi ſummæ poteſtatis atq; Im-
perii duntaxat Cuſtodes, Reiqve
publicæ Curatores appellandi,
Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8. in pr.*
Chriſtoph. Beſold. *lib. 1. polit. cap. 2.*
§. 30. Bornit. *in tract. de majeſt. polit.*
cap. 8. in pr. & cap. 11. Qvamobrem
† nec Dictator in Republicâ Ro- 11
manâ Rex erat, licet ei ad tempus
ſumma concederetur poteſtas,
Vincent. Cabot. *diſp. var. lib. 1. cap.*
7. Indeq; nec iis Majeſtas compe-
tit, qvi vel Principe abſente, aut
mino-

minorenni, mentisvè haut compote existente, Rempublicam administrant, Besold. *dict. cap. 2. §. 31.* Bornit. *de Majest. cap. 2. fol. 7.* Richard. Dieter. *in dissert. de Majest. concl. 20.*
12 † Neq; porrò Majestate sunt præditi, vacante qvi Imperio ejusdem habent administrationem: qvales sunt in Romano Imperio, tempore Interregni Serenissimi Vicarii, Palatinus & Saxo, Electores, *Aur. Bull. tit. 3.* Richard. Dieter. *dict. loc. concl. 21.* Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 29.*

TERTIUM deniq; reqvisitum essentiale Majestatis est
13 † *testas legibus soluta*: ex primo nempe reqvisito profluens. Eo ipso namq; qvo qvis est summus, nec superiorem alium recognoscit, legibus subjectus esse neqvit, qvæ aliàs Superiores essent, aut ab ipsomet Principe sibi impositæ, contra *l. qvod autem. §. uxori. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 40. §. ult. ff. de fideicomm. libertat.* Henning. Arnis. *de Majestat. libr. 1. cap. 3.* Daniel Otto *de Majest. Imper. & imperant. cap. 2.* Keckerm. *lib. 1.*
14 *polit. cap. 17.* Bornit. *dict. loc.* † Qvod duntaxat de vi Legum coactivâ, non etiam directivâ intellectum velim. Etsi enim summa potestas nulli subjiciatur necessitati, nec à qvoqvam se cogi patiatur; rationi tamen & regulis virtutum subjicitur: qvam ob causam *Baldus* Regem ceu animal rationale à præscripto rationis per plenitudinem potestatis non exemptum asserit, *in l. 2. n. 40. C. de servit. & aqvâ.*

Eaq; summa, perpetua, legibusq; soluta potestas Majestatem tribuit Principi, † ita ut nullius nisi Dei solius regatur arbitrio, 15
Johan de Pineda *in comm. in Job. cap. 37. vers. 22. in fin.* Qvod & innuit Tertull. *in apolog. contr. gent. Sciunt*, inqvit, *Imperatores, qvi illis dederit Imperium: Sentiunt DEUM esse solum, in cujus solius sunt potestate, à qvo sunt secundi, post qvem primi ante omnes DEOS & super omnes homines.* Et paulò post: *Temperans majestatem Cæsaris infra DEUM, magis illum commendo DEO, cui soli subjicio: Subjicio autem, cui non adæqvo.* Et D. Ambros. *in apolog. David. c. 4. & 10. Peccavit David*, inqvit, *qvod solent Reges, sed pœnitentiam gessit, flevit, ingemuit, qvod non solent Reges. Qvod erubescunt facere privati, Rex non erubuit confiteri. Qvi tenentur legibus, audent suum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, qvam petebat, qvi nullis tenebatur Legibus humanis. Rex utiq; erat, nullis ipse legibus tenebatur, qvia liberi sunt Reges à vinculis delictorum: Neq; enim ullis ad pœ-*

nam vocantur legibus, tuti Imperii potestate; Homini ergò non peccavit, cui non tenebatur obnoxius, Henning. Arnis. *dict. cap. 3.* Bald. *in dict. l. 2. n. 40.* Angel. *in l. princeps ff. de lb.* Rol. à Vall. *libr. 4. consil. 60.* Alber. Gentil. *in disp. de potest. Reg. absolut.* Matth. Stephan. *libr. 2. de jurisdict. cap. 1. membr. 2. n. 31.* Dauth. *ad l. ex imperfecto. C. de testam.*

16 Consistit verò hæc summa potestas sive Majestas † in usu Regalium, ex qvo maximè dignosci potest. Siqvidem jura hæc ex naturâ Majestatis profluunt, eiqve semper sunt connexa. Nec concedendum ullatenus, Regalia in præmium qvasi Principibus dari; qvia hi non propter Regalia ad Reipublicæ administrationem obligantur: sed propter administrationem ac Majestatem qvam tenent, Regaliaqvoq; iisdem largiri necesse est; qvippe sine qvibus impossibile esset Majestatem existere, *Novell. 149. §. ac sanè.* Herm. Vult. *lib. 1. de feud. c. 5. n. 7.* Henn. Arnis. *de Majest. lib. 2. c. 1. n. 3. pag. 213.* qvam seqvuntur ut umbra corpus. † Hinc & Majestatis 17 dicuntur jura, seu jura summa Imperii, Sacra Regni, & Sacra Sacrorum, Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 10. in pr.* à Nostris Keyserliche sondere Hoheiten und Reservaten, *Recess. Imper. de Anno 1576. §.* Dadurch dann. qvorum radiis decus illud sublime splendorem ac præeminentiam suam habet: † qvæ non magis separari possunt à Majestate, 18 qvàm radii Solis à Sole, Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 1. cap. 2. n. 1.* & sine qvibus summa Majestas simulacri umbratici nomine verius indigitatur: Qvæq; penitus eviscerans, homicida suæ dignitatis est, Gerlac. Buxdorff. *ad proœm. Aur. Bull. concl. 2 in fin.* Petr. Syring. *de pac. Religion. concl. 14.* Unde vulgatum provenit Dd. brocardicum: † *Hæc reservata ossibus Imperatorum ita adhærere, ut ea nullus à sceptro Cæsareo divellere, ullovè tempore præscribere qveat*, Thom. Michael *de jurisdict. concl. 8.* Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 4. §. 32.* 19

At † nonnè hoc ipsô efficiemus, 20 ut & Principes inferiores, Respublicæ, ac etiam qvandoq; Nobiles superiorem recognoscentes, in Principatibus, provinciis atq; territoriis suis Majestate dicantur præditi; qvippe à qvibus Regalia exerceri videmus, Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5.* qvod tamen nec asserendum, nec qvalitati Majestatis, nullam admittentis subjectionem, conveniens est? Non certè hoc inde efficitur, si rem pro-

21 probè pensitaverimus. † *Primò* namq; diversa sunt: Concedere & communicare Regalia. Hoc posterius qvando fit, si nempe Regalia jure societatis communicantur, mutatur inde Reipublicæ forma; qvia factâ communicatione privativâ à Superiore, qvi anteà erat inferior, Superiorem ulterius non recognoscit, sed Superiori fit æqvalis & de Maje-
22 state participat: At † per concessionem Regalium nulla inducitur privatio Superioris, sed censentur Regalia cumulativè concessa, ita ut Princeps inferior non jure proprio, sed nomine concedentis ea possideat, adeoq; nec qvicqvam de Majestate participet, eâ soli concedenti reservatâ, *c. dudum.* §. *hoc igitur. extr. de præbend. in 6to. l. inqvisito.* ubi Dd. *C. de solut.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 1. tit. ult. n. 33.* Christ. Besold. *de appellat. cap. 2. n. 16. fol. 59.* Andr. Knich. *de jur. territor. cap. 1. n. 315.* Nimirum inferiores hoc modo Regalia non obtinent, nisi permissu & beneficio concedentis, penes qvem ipsa] Majestatis jura manent, eiq; inseparabiliter inhæ-
23 rent, † usu & exercitio duntaxat Regalium ad inferiores transeunte, ita ut Superior, majestate præditus, Regalia per inferiorem, cui ea concessa fuére, exercere censeatur: perinde ut Usufructuarius vendens usumfructum, posteà per emtorem uti frui dicitur, *l. 38. 39. & 40. ff. de usufr.* † Hinc cùm 24
Fridericus I. Imper. *Anno 1162.* Cremonensibus fecerat concessionem Regalium, fidelitatem ac superioritatem hisce verbis Imperio reservavit: *Nemo à vobis Consul recipiatur, nisi juret, se 200 marcas argenti boni qvotannis pro concessione horum Regalium soluturum, nobisq; fidelitatem præstiturum* &c. Joach. Clut. *in syll. rer. qvotid.* Qvo ipso Regalia proprio usui ac juri videbatur reservare; qvippe reipsâ utitur, qvi ex ea lucellum conseqvitur, *dict. l. 39. & 40. ff. de usufr.* † Et cùm Henri- 25
cus II. Imperator jus signandæ Monetæ largiretur Episcopo Patavino, in unâ parte nummorum nomen ac imaginem Imperatoris, in alterâ verò Urbis figuram exprimi jussit, Carol. Sigon. *lib. 8. histor. Ital.* ad innuendum, non nisi Imperatoris nomine Regale hoc exerceri.

Deinde † in Regalibus Majesta- 26
tis duo diversa veniunt consideranda: Unum est merè personale, qvod perpetuò ac inseparabiliter Majestati inhæret, ita ut qvantum vis Regalia per multas ambulaverint manus, à Majestate tamen Superioris haut separentur: unde

17 & Majestatis jura dicuntur. † Alterum verò aliqvid realitatis in se habet, qvod in utendo, fruendo, sive exercitio Regalium, atq; ita extra Majestatem qvasi consistit; idq; Regalium nomine in alium transfertur. Veluti hoc ipsum exemplo triplici, ex jure civili de-
28 sumto, demonstrari potest. (1) † In Usufructu ipsum jus, qvod merè personale est, in alium neqvit transferri, §. 3. ubi Dd. *Inst. de usufr.* qvo respectu ususfructus personæ Usufructuarii inseparabiliter inhæret, *l. 8. §. ult. ff. de per. & com. rei vend.* At ipse actus utendi fruendi, qvi verè est realis, & extra personam Usufructuarii consideratur, in alium benè transfertur, qvi tamen ipsum jus usufructus haut nanciscitur, §. 1. *Inst. de usu & habitat, l. 38. 39. & 40. ff. de usufr.* Eguin. Baro *in §. 3. Inst. de usufr.* ubi & alii Dd. Joh. del Castillo *in tract. de usufr.* Reinh. Bachov. *in not. ad disp. 16. Treutl. vol. 1. th. 16. lit. a.* (2) Pariter in herede duplex 29 jus consideratur: Alterum merè personale, ex institutione & aditione hereditatis proveniens; qvod etiam venditâ ac restitutâ hereditate penes heredem manet, & præcipuè spectatur in actionibus directis, activis & passivis: Alterum verò reale, qvod per venditionem in alium transfertur, *l. 2. in pr. & tot. tit. de hered. vendit.* (3) † Sic & Creditor actionem, qvam 30 habet, alteri valet cedere, ita tamèn, ut nihilominus jus agendi, qvod ex conventione & pacto oritur, in persona ejus remaneat, *l. 3. C. de novation.* Hæcce exempla, si ad Regalia applicamus, hoc efficiemus, ut concessis licet juribus Majestatis, inferioribus Principibus aut Nobilibus, ipsum nihilominus jus Regalium seu Majestas penes solum concedentem seu Superiorem remaneat.

SECTIO III.

Jus Clientelare passivum haud officit veræ Majestati: qvam tamen non habent Principes, jure Vasallagii aliis obstricti.

SUMMARIA.

1. *Qvinam Princiepes & Respublicæ de Majestate gloriari qveant?*
2. *Jus clientelare passivum non aufert Majestatem. n. 3. 4.*
5. *Declaratur id per exempla. n. 6. 7.*
8. *Differunt jus clientelare & jus Superioritatis seu Majestatis.*

9. *Nota-*

DIximus *Sect. præced.* Majestatem, verè ac propriè sic dictam, consistere in summa, perpetuâ, legibusq; solutâ potestate: ex qvo jam facilimè dijudicandum,
1 † qvinam Principes aut Respublicæ de Majestate gloriari qveant, scilicet qvibus absoluta ejusmodi competit potestas, qviqve Regalia proprio ac pleno jure exercent, qvantumvis Provincias suas, suaq; territoria ulterius forsan potentioris Principis clientelæ commiserint, ejusq; impetraverint patrocinicũ: qvo ipso summam & absolutam potestatem in subditos suos haud abdicasse cen-
2 sentur: † qvidni ergò iis etiamnum competere Majestatem existimaverimus? cum Joh. Bodin. *libr. 5. de Repub. cap. 6.* Thom. Michaël *de jurisdict. concl. 55.* Ventur. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 16. n. 12.* Gig. *in tract. de crim. læs. majest. pag. 117.* Schurff. *cent. 3. consil. 23.* † Qvod & jamdudum à 3
JCto Proculo decisum legimus hisce verbis: *Liber populus est is, qvi nullius alterius potestati est subjectus, sive is fœderatus est, sive æqvo fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi Majestatem comiter conservaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum non esse liberum. Et qvemadmodum Clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neq; autoritate, neq; dignitate, neq; viribus nobis pares sint: Sic eos, qvi Majestatem nostram comiter conservare debent liberos esse intelligendum est,* in l. *non dubito. §. 1. ff. de captiv. & postl. reversi.* † Verè omninò, 4
qvia comiter alterius Majestatem conservare, est saltem pro ejus honore, salute & autoritate laborare, qvæq; illi derogare videantur,

amoliri, Henning. Arnis. *de Majest. lib. 1. c. 4. n. 9.* Idq; est, qvod Ætoli Romanis fœdere promiserunt, se Imperium Majestatemq; Populi Romani conservaturos sine dolo malo, ne qvem exercitum, qvi adversus socios amicosq; eorum duceretur, per fines suos transire passuros, nevè illum ope adjuturos, eosdem hostes habituros, qvos populus Romanus, armaq; in eos laturos, Liv. *in histor. Rom.*

Neutiqvam igitur existimandum est, † Carolum V. Ferdinan-
6 dum I. & Maximilianum II. Imperatores cùm Livoniam Gustavo, Frico & Johanni, Regibus Svecorum committerent in tutelam, jura Majestatis in subditos perdidisse, Dav. Chytr. *l. 28. Saxon.* †
7 Nec Principes Germaniæ cum Henrico II. Gallorum Rege, contra Carolum V. Imperatorem fœdus contrahendo, libertati suæ fraudem intulisse, Johan. Bodin.
8 *lib. 1. de Republ. cap. 7.* † Nec provincias Belgii confœderatas, rerum summam in protectionem Reginæ Angliæ deponendo, liberam potestatem amisisse, Eman. Metteran. *lib. 13. histor. Belgic.* † Nimirum separata sunt jus Clientelare, & jus Superioritatis seu Majestatis, nec unum alteri qvicqvam derogat, Regner. Sixtin. *consil. Marpurg. 8. n. 109. vol. 3.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 54.* Curt. *jun. vol. 3. consil. 286. n. 22.* † Modo 9
Principes clientelares, salvo ipsorum jure, alterius sese submiserint patrocinio: qvod ut fiat ac ne occasio de subjectione disputandi præbeatur, cautè agendum est, Warem. ab Erenb. *de fœder. lib. 1. cap. 4. n. 13.* Regner. Sixtin. *de Regalib. cap. 9. n. 86.* Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 11. cap. 11. n. 6.* Bodin. *dict. cap. 6.*

Non ergò officit jus Clientelare, qvo minus Principes, hoc implorantes & patrocinium Potentioris impetrantes, Majestatem in subditos retineant. † Qvod ipsum 10
an etiam de Principibus, fide ac jure Vasallagii aliis obstrictis, asserendum, non adeò expeditum videtur? Certum eqvidem est, † qvalitatem vasallaticam ex non 11
subdito haud facere subditum, nec subjectionem aut superioritatem inferre, *cap. pastoralis. §. deniq; junct. §. fursus. ext. de senten. & re judicat. in Clem.* ubi disertè habetur, Imperatorem Romanum in personam exteri Regis Vasalli sui nullam habere superioritatem ita ut nec à Rege isto crimen Majestatis in Imperatorem commissum dici qveat, Marta *de jurisdict. part. 4. cap. 133. n. 13.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 8. n. 7.* Wesemb. *cons. 1. n. 57.* Rosenth. *de feud.*

12 *feud. cap. 11. concl. 14.* † Qvin & diversa sunt juramenta, subjectionis, & feudale, Rosenth. *c. 6. concl. 85.* Ludov. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 4. n. 6.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. defin. 5. & 6.* Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 7. n. 226. & seqq.* nec ulla inde metuenda est inconvenientia, ut major alterius minoris sit Vasallus, Hotom. *illustr. qvæst. 35.* Herm. Vult. *lib. 1. de feud. cap. 4. n. 4.* Zas. *de feud. part. 5. n. 73.* Rosenth. *cap. 3. concl. 5. lit. C.* Gerlac. Buxdorff. *ad*
13 *Aur. Bull. concl. 77.* † Et differunt officia ac servitia, qvæ Vasallus Domino feudi debet, toto genere ab iis, ad qvæ subjectus Principi aut Magistratui est obstrictus, prout expeditum.

Sed concernunt hæc solam Vasalli personam, qvam Seniori subjectam haud esse, ultrò largior, eoq; prædicta collimant: † At
14 qvoad res feudales seu ipsum Feudum, ullam Vasallo majestatem tribuere non ausim; cùm nemo inficias procul dubio ibit, prædium feudale à Domino recognosci, qvem & ratione rei feudalis Vasallus superiorem suum veneratur, eiqve obedientiam & servi-
15 tia debet. † Non ergò Vasallus potestatem habet absolutam ac supremam, ac per conseqvens nec Majestatem, secundum dicta *Sect. praced.* Idq; eo minus, qvod si in subditos suos sæviat, feudo privari qveat, Rosenth. *de feud. cap. 10. concl. 33. n. 45.* † Sunt 16
etenim subditi Vasallorum ex parte subditi Senioris, qvi rei infeudatæ semper retinet proprietatem solo usufructu ad Vasallum transeunte, *tit. 23. FF. 2.* Herm. Vult. *de feud. cap. 5. n. 10.* Wesemb. *de feud. cap. 7.* Sonsbec. *de feud. part. 8. n. 27.* Zas. *in Epit. feud. part. 4. num. 21.* Borch. *de feud. cap. 6. n. 34.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 3. cap. 1. n. 7.* Conrad. Rittershus. *lib. 1. part. feudal. cap. 7. qvæst. 3.*
† Seniorem præterea competen- 17
tem haberi judicem, qvando de feudo exoritur contentio inter Pares curiæ, juris est manifesti, *tit. 55. §. pen. FF. 2.* Duar. *de feud. cap. 20. n. 2.* Vult. *de feud. cap. 2. n. 10.* Borch. *de feud. cap. 10. n. 17.* Rittershus. *in part. feud. lib. 2. cap. 9. qvæst. 2.* qvod vel ipsum Superioritatem aliqvam innuit, ut non immeritò Vasallis denegetur majestas; maximè cum apud Dd. sit tralatitium, qvando Princeps supremus confert alicui beneficium cum omnimodâ jurisdictione omnibusq; pertinentiis, ipsum jura Superioritatis neqvaqvam transtulisse censeri, Christoph. Besold. de *appellat. cap. 2. fol. 59* ubi plures cumulat.

Hocq;

Hocq; dubium forſan minus
18 habet † in feudis, ſubjectione
haud exiguâ affectis: veluti Belgium, ante hæc tempora Feudi titulo Alberto Archiduci ejusqve conjugi conceſſum, eas habebat conditiones, qvæ ſubjectionem inducebant arctiſſimam, Eman. Metteran. *hiſt. Belg. libr. 21. fol. 83.* Et in Comitatu Hohenbergenſi aliisq; ditionibus, Carolo Auſtriaco, Burgoviæ Marchioni, feudi nomine datis, incluta Domus Auſtriaca reſervabat ſibi provocationes extremas, extraordinarias collationes, aliaq; ſummi Imperii jura, Chriſtoph. Beſold. *in diſc. de*
19 *ſtat. Reipubl. ſubalt. cap. 1. pag. 71.* †
At liberiora ſunt qvædam feuda, & qvidem Vaſalli minus obſtricti, qvi ab alio Regnum vel ditionem ſuam recognoſcentes, licet Feudarii ſint, utile tamen habent dominium reſpectu territorii univerſi; in juribus verò ſingulorum fruuntur plenitudine poteſtatis, ac directè poſſident jurisdictionem, Tob. Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisdict. Imper. Roman. cap. 4. n. 45. & ſeqq.* ubi ad hanc rem allegat Bald. *in proœm. ff. n. 23. verſ. item nota.* Fulv. Pacian. *conſil. 149. n. 20.* Natta *conſil. 487. n. 9.* Octav. Ca-
20 cheran. *conſil. 9. n. 2.* † Prout eſt
feudum Ducatus Mediolani, cujus inveſtitura habet, qvod facere inibi Dux poſſit ea, qvæ Romanis Imperatoribus ac Regibus de plenitudine poteſtatis gerere licet, Henr. à Roſenth. *de feud. cap. 5. concl. 13.* Marta *lib. 1. de jurisdict.*
cap. 33. n. 37. † Regemq; Neapo- 21
litanum ac Principes Italiæ pleroſq;, ſolo inaugurationis jure recognoſcere Pontificem vel Imperatorem, cæterasq; provincias ſibi ſubjectas ſuo arbitrio moderari, ſcribit Nicol. Betſius, *de pact.*
famil. illuſtr. cap. ult. fol. 638. † Et 22
licet Dux Ferrariæ Eccleſiam recognoverit qvondam in Superiorem; attamen recognitio hæc facta fuit duntaxat qvoad dominium univerſale totius Regni vel Ducatus, & qvoad feudalem ſuperioritatem, non qvoad particularem jurisdictionem in ſubditos, & qvoad Leges condendas, aliaq; jus ſingulare concernentia, Andr. Knichen. *de jur. territ. ca. 1. n. 371.* Beſold. *de appellat. cap. 4. ſect. 5.*
† De horum Vaſallorum jure, 23
& num Majeſtas eis ſit aſſignanda, ſi qvæſtio moveatur, deciſio ex inveſtiturarum literis, & libertatum inſtrumentis peti poteſt, Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. belli*
cap. 3. † Exiſtimaverim tamen ni- 24
hil majeſtatis ex præſumtâ hâc feudorum libertate Vaſallis attribuendum fore; cùm nulla repariantur feuda adeò libera, ut Vaſal-

ſalli fidelitatem non debeant Dominis præſtare: qvo ipſo eos recognoſcunt Superiores, contra naturam Majeſtatis, qvæ nullam prorſus agnoſcit ſuperioritatem, ut diximus *Sect. præced.*

SECTIO IV.

Vera competit Majeſtas Regibus Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sveciæ &c. Ut & Pontifici Romano: Non etiam Duci Venetorum.

SUMMARIA.

1. *Principes Vaſalli in feudis Regalibus de Majeſtate neqveunt gloriari.*
2. *Tribuitur qvandoq; titulus Majeſtatis iis, qvi nihil de abſolutâ participant poteſtate.*
3. *Vocula Majeſtatis qvandoq; ſumitur impropriè & abuſivè.*
4. *Princeps Majeſtatem habens, reſpectu alterius Provinciæ ſuperiorem poteſt recognoſcere.*
5. *Declaratur id exemplo Regis Angliæ, & Caroli V. Imp. n. 6.*
7. *Rex Daniæ, Holſatiæ Ducatum ab Imperio agnoſcit.*
8. *Nil detrahitur Maieſtati, ſi Proceres Regni de eâ participent.*
9. *Plerisq; in Regnis Proceres aliqvid Imperii obtinent.*
10. *Vera competit Majeſtas Regibus Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Svéciæ, &c.*
11. *Neminem hi Reges agnoſcunt Superiorem.*
12. *Reges Gallor. & Hiſpan. qvatenus Pontificem Romanum ſuperiorem recognoſcant? n. 13.*
14. *Majeſtas eſt forma Regni.*
15. *Legatus Regis Daniæ in Comitiis reprehenſus.*
16. *In Receſſibus Imperii, exteris Regibus non Majeſtas, ſed dignitas Regia attribuitur.*
17. *Pontifex Romanus habet Maieſtatem. n. 19.*
18. *In Pontificem committitur crimen læſæ Majeſtatis.*
20. *Papa non ſaltem eſt Pontifex ſpiritualis, ſed & Princeps potentiſſimus.*
21. *Auguſtana Confeſſio & Proteſtantes Theologi non denegant Papæ ſummam poteſtatem. n. 22.*
23. *Pontificis Majeſtas extra ejusdem ditiones non extendenda. n. 24.*
25. *Reipubl. Venetorum verè tribuitur Majeſtas.*

26. Non etiam soli Venetorum Duci.
27. Duces Venetorum ad crucem condemnati.
28. Peculiaris locus Ducis Venetorum suppliciis destinatus.
29. Reipubl. Venetæ status est mixtus.
30. In qvo tamen prævalet Aristocratia.

1 NEutiqvam ergò Principes, aliorum Vasalli in feudis Regalibus, de Majestate gloriari possunt, qvantumvis jus Clientelare huic non præjudicet, nimirum qvia per clientelam alterius potestati qvis subjectus haud fit, sed qvam antea habebat, post susceptum patrocinium retinet potestatem absolutam, ex qvâ de Majestate judicandum, *Section. 2.* Monitum
2 tamen hic velim (1) † titulum Majestatis qvandoqve tribui iis, qvi nihil de absolutâ participāt potestate: sed impropriè saltem, & qvatenus per Majestatem honor ac reverentia personę indigitatur, Tholosan. *lib. 8. de Republ. cap. 4.* Lips. *lib. 2. polit. cap. 16.* Henr. Bocer.
3 *claß. 4. disp. 10. de Regal. in pr.* † Dupliciter enim sumitur vocabulum Majestatis: vel *impropriè* in largâ & abusivâ notione, pro honore & dignitate, *l. pen. ibi: Prætor salvâ Majestate imperii sui. ff. de just. & jur. l. si familiæ, ibi: contemta Majestas Prætoris vindicatur. ff. de jurisd.* Dom. Arum. *de Comit. cap. 3. n. 51. pag. 94.* vel *propriè* & *strictè* pro absolutâ potestate, de qvâ specie Majestatis hic duntaxat agimus, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 4.* (2) † Haut absurdum esse, ut Princeps, qvi certæ alicujus provinciæ respectu alteri est subjectus, alibi in suo Principatu absolutam teneat potestatem, ac per conseqvens Majestatem; cum & qvis diverso respectu simul in libertate & servitute qveat existere, Andr. Gail *de arest. cap. 6.* Christoph. Besold. *de appellat. cap. 4. n. 6.* Ex qvo factum, † ut Rex Angliæ, cum adhuc Normanniam, Aqvitaniam, Turoniam à Galliarum Rege feudi jure tenebat, in Angliâ, & Hiberniâ retinuerit Majestatem, & absolutum Imperium. † Ut & Carolus V. Imperator in Hispaniâ, qvantumvis Flandriam, Atrebaten & Hennegoviam à Gallo; Mediolanum & Burgundicum Comitatum, aliasq; inferioris Germaniæ provincias ab Imperio; Neapolitanum verò, Siciliæ, Corsicæ & Sardiniæ Regnum à Pontifice in feudum recognoverit. † Nec Daniæ Regi propterea, qvod Holsatiæ Ducatum ab Imperio agnoscat, Majestatem in

in Daniâ denegandam qvisqvam existimet, Andr. Knich. *de invest. pact. cap. 5. n. 112. & 132.* Dan. Otto *de majest. Imp. & imperant. cap. 2. n. 38.* Christ. Besold. *in discurs. de statu Reipubl. subalt. cap. 2. pag. 71. & 72.* (3)
8 Sciendum & hoc, † qvod Majestati nihil detrahatur, si Proceres Regni de hâc participent. Manet enim Majestas sive penes unum, sive plures resideat, prout Status est aristocraticus, vel democraticus, Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10. n. 45.*
9 † Videmus hinc, plerisq; in Regnis etiam Proceribus aliqvid imperii fuisse concessum, qvo ipso tamen Superioris Majestas non evertitur, licet in consortium ejus alii recipiantur, Gold. *dict. cap. 13. n. 2.* Dom. Arum. *de Comit. cap. 3. n. 26.* Bonfin. *de reb. Ungar. lib. 9. in fin. & lib. 10. in pr. decad. 4.* Thuan. *lib. 56. histor.*

10 Ex qvo manifestum, † Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Ungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sveciæ Regibus veram competere Majestatem, Jacob. de Belvis *in cap. 1. qvis dicat. Dux, Marchio &c.* Curt. jun. *consil. 1. n. 30.* Etsi enim horum potestas certis conditionibus legibusqve fundamentalibus fuerit circumscripta atq; limitata, prout diximus *supr. cap. 1. sect. 3.* haud tamen propterea Majestas eis deneganda erit:
11 † qvippe qvia Superiorem neminem agnoscunt, adeoq; summam & absolutam in Imperiis suis habent potestatem, ac per consequens etiam Majestatem, *supr. sect. 1. & 2.*
† Nec qvicqvam obest, qvod Reges Gallorum & Hispanorum multis in rebus superiorē Pontificem Romanū agnoscant, Alber. Gentil. *lib. 1. de legat. cap. 4. & in Regal. disp. 1. fol. 8.* Christoph. Besold. *in dissert. de Majest. sect. 2. cap. 1. n. 3.* Frider. Balduin. *in disput. de hæreticis. c. 2. th. 51.* Waremund. ab Erenberg *de Regn. subsid. cap. 2. n. 16. & 21.* 12
† cùm id non nisi certarum provinciarum respectu verum sit; in reliqvis verò nihil prorsus Pontifici Reges prædicti acceptum referant, sed pleno jure ac potestate Imperia sua teneant: prout de Majestate Regis sui Joh. Bodin. *lib. 1. cap. 8. de Republ.* latiùs demonstrat: & Regem Hispaniarum summoperè hoc nomine sublimatum cupit Fer. Vasqvius *in præfat. controvers.* ac utriusqve tuetur Majestatem Martin. Navarrus *tom. 3. in c. novit. notab. 3. n. 29.* Nec aliis hæc deneganda est Regibus: 13
† Liberi enim Regni atq; Regis Majestas est ipsa forma, per qvam Rex est & regnat, & aliter si constituatur, ei ad instar Schacchorum Regis sine re nomē erit relictum, inqvit Arum. *dict. cap. 3. n. 27.* 14
† Annon ergò Legatum 15

tum Regis Daniæ in Comitiis Ratisbonensibus dicentem, se loco & nomine Regiæ Danorum Majestatis, votum dare, injustè reprehensum existimaveris à Directore, nullam eo in loco Majestatem præter Cæsaream agnosci regerente? Goldast. *in Bohem. lib. 3. n.6.* Utiqve sanè, si Director sermonem suum non restrinxisset ad Imperium Romanum: in qvo soli Imperatori competit Maje-
16 stas, † cujus intuitu Regibus aliis in Recessibus Imperii non Regia Majestas, sed dignitas saltem, Königliche Würde tribuitur, *Recess. Imper. de anno 1526. §.* weiter als Königliche Würde/ rc. & *de Anno 1527. in prin.* Qvibus tamen in Regnis ac Imperiis suis, veram deberi Majestatem non negamus, qvin potiùs certò asserimus.

17 At qvid † de Pontifice Romano habendum? Negare certè non possumus, ipsum neminem in terris suis recognoscere Superiorem; Qvidni ergò ei summam legibusqve solutam potestatem & propterea Majestatem attribueremus? cum Peregrin. *libr. 1. de jur. & privil. Fisci, cap. 2. n. 2.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 2.* Christ. Besold. *in dissert. de Majest. cap. 2. n. 2. in fin.* Jacobo Arminio *in Coroll. disput. theolog. publ. 21. fol. 203.* eamqve sententiam communem dicit Afflict. *in cap. 1. n. 2. quæ sint Regalia. tit. 53. FF. 2.* inqve † ipsum crimen læsæ Majestatis committi, asserit Hier. Gigas *in tract. de crim. læs. majest. lib. 1. rubr. qual. & à qvib. crim. n. 2.* Goldast. *dict. loco.* 18
Non eqvidem me fugit, multos ex JCtis & Politicis nostris Pontifici Majestatem suam detractum ire, inter qvos etiam est Marqv. Freh. *in comm. ad donat. Otton. III. Imper.* Joach. Cluten *in syllog. rer. qvotid. concl. 6.* Bernh. Zieritz. *in tract. de Princip. inter se prærogat.* Joh. Wolff. *apud Dom. Arum. vol. 2. jur. publ. disc. 30.* † nimirum qvod 19
Papæ, ut Servo Servorum Dei, & Cardinalibus ac Episcopis ut Ecclesiæ ministris, regimen gerere haut conveniat. Sed profectò nec rectâ ratione utuntur, nec verâ collectione nituntur. Utut enim ipsis, Papam, Cardinales & Prælatos Ecclesiæ à foro ad polum avocantibus annueremus, vel saltem commoti plurimorum admonitionibꝰ, invectivis & qverelis, qvas bona ex parte congessit Goldast. *in Polit. imperialib.* attamen non jam de eo qvid fieri debeat, sed qvid jam factum, & Constitutionibus Imperii probatum fuerit, agimus. † Qvin & Pa- 20
pa Romanus non tantùm est Pontifex spiritualis, sed etiam Princeps potentissimus in S. Petri Patrimo-

trimonio. Licet ergò in spiritualibus non agnoscatur pro Ecclesię Monarchâ, id qvod contendunt nostrates Politici, qvodq; ipsemet ultrò largior: in temporalibus attamen Majestatem ei denegare haut possumus; qvia scilicet in Patrimonio Petri summam tenet
21 potestatem: qvam † nec Augustana Confessio Pontifici denegat, modò ea cum ecclesiastica potestate non confundatur, *art. ult. §. pen. & ult. Aug. Confeß. & in Artic. Schmalcald. in subscript. Philip.* Cumqve nulla sit potestas Monarchica in terris, nisi à Deo, teste Apost. 13. *ad Roman.* qvis negare ausit, Papæ potestatem civilem esse à Deo ordinatam, eoq; nomine comiter observandam, Goldast. *dict.*
22 *loc.* † Qvæ & ipsissima mens fuit Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Caspar. Hedionis, Martini Frechti, aliorumq; Theologorum Protestantium *in Responsis de concordia Ecclesiæ ineundâ, ad Franciscum I. Galliæ Regem anno 1534. perscriptis.* ut videre est *in libro sentent. Philippi Melanchthonis, &c. de pace Ecclesiæ, ad Virum Nobiliß. Guilielm. Bellajum Langæum, &c.* apud Goldast. *in polit. Imp. part. 28.*

23 Cæterùm † extra ditiones Pontificis, ejusdem Majestatem extensam nolumus, ne ipsum forsan omnium Christianorum constituamus dominum, *c. cuncta per mundum. caus. 9. qvæst. 3.* à qvo omnia dependeant Regna, secundum Bartol. *in extravag. ad reprimendum. super verb. totius Orbis.* † Qvod 24
certè absurdum foret, cum nulla Respublica vel Imperium, salvo Majestatis jure, Pontificem superiorem agnoscere qveat, Warem. ab Erenberg *de Regni subsid. cap. 2. n. 16.* Herman. Kirchner. *de Republ. disput. 2. coroll. 1. lit. C.* Daniel Otto *de majest. Imp. & Imp. cap. 2. pag. 27.*

Reipublicæ qvoqve † Venetorum Majestatem tribuunt Bald. 25
ad l. 1. ff. de rer. divis. Bartol. *in l. hostes. ff. de capt. & postl. reverf.* Alber. de Rosate *in l. 1. C. de summ. Trinit.* Gigas *in tract. de crim. læs. Maj. Rubr. qvot. sit. majest. n. 16.* Qvod licet concesserim, qvia scilicet Respublica Venetorum neminem recognoscit Superiorem, adeoq; & summam habet potestatem; ipsum † tamen Venetorum Du- 26
cem per se Majestate præditum, dicere non ausim. Etenim pro summo labore honor & dignitas Regia ipsi defertur: Ornatus namqve corporis regius est: Vestis purpurea vel aurea, velamen linteum pro Regio diademate, & supra capitium purpureum limbo aureo ornatum, cujus pars, qvæ occiput tegit, in cornu formam assurgit, sedet Princeps, reliqvi coram eo

 stant

ſtant capite detecto, literæ publi-
cæ ſub ipſius nomine prodeunt, &
in ſumma ubiq; eſt ſpecies regia,
Caſpar. Contaren. *lib. 2. de Magiſtr.*
27 *& Republ. Venetor. pag. 19.* † Sed in
eo ſolo Majeſtatem reſidere tan-
tum abeſt, ut etiam à Concilio ad
crucem condemnari qveat: cu-
jus rei exempla refert Joh. Bodin.
lib. 2. de Republ. cap. 1. & Ducis ali-
cujus Venetorum ſuſpenſi effigi-
em denigratam ipſemet vidi Ve-
28 netiis in Camera Concilii. † Vulgò
qvoq; in foro D. Marci ante por-
tam Palatii Ducalis, locus peculi-
aris Ducum ſuppliciis deſtinatus
oſtenditur: ex qvo ſanè parum

Majeſtatis in Ducem ipſum re-
dundat. Aliàs ſanè † mixtum Rei- 29
publicæ Venetæ ſtatû Majeſtas in
pluribus reſidens prodit: *Conciliũ
namq; magnum,* inqvit Contaren.
*penes qvod ſummum Reipublicæ jus
eſt, vicẽ refert popularis ſtatus, Dux,
qvi præſidet, Regiam præ ſe fert gravi-
tatem & dignitatẽ, Collegium Senio-
rum, qvi Sapientes appellantur, qvan-
dam Optimatum ſpeciem, de Republ.
Venet. lib. 1. pag. 9.* † qvamvis prævae- 30
leat Ariſtocratia, per tradita Au-
ctor. *della relatione di tutte le cose
piu eſſentiali della Republica di Ve-
netia.* Alber. de Roſate *in dict. l. 1.
C. de ſum. Trinit.* Bald. *dict. loco.*

SECTIO V.

De Majeſtate Regis Bohemiæ veriorne ſit opinio Melchioris Goldaſti, vel Domin. Arumæi, hâc de re diverſimodè ſentientium ac invicem concertantium.

SUMMARIA.

1. *Non ſine injuria à qvibusdam deprimitur Regia dignitas Bohemiæ Regis, num. 3. 4.*
2. *Regia dignitas non conſiſtit in multitudine Regnorum.*
5. *Imperator & Status Imp. Bohemiæ Regi tribuunt dignitatem Regiam.*
6. *Prærogativa Regis Bohemiæ in celebratione Curiarum Imperialium.*
7. *Rex Bohemiæ immediatè ſeqvitur Imperatorem.*
8. *Rex Bohemiæ præcedit Imperatricem.*
9. *Num Majeſtas competat Regi Bohemiæ?*
10. *Argumenta Goldaſti pro Majeſtate Regis Bohemiæ. n. 12. 13. 15.*
11. *Majeſtas nihil aliud, qvàm ſumma poteſtas.*
14. *Notatur titulus:* die Röm. Keyſerl. auch zu Ungarn und Böheimb Königl. Majeſt.
16. *Argumenta Dom. Arumæi contra ſententiam Goldaſti.*

NImis audacter & non insigni absq; injuriâ, Regis Bohemiæ
1 deprimunt dignitatem, † qvi non nisi impropriè ipsum dici Regem autumant, propterea qvod competente careat Provinciâ, Joh. Baptista Castellionæus *in c. scitote. 6. qvæst. 3.* Vincent. Cabot. *lib. 1. variar. jur. disputat. cap.12.* & Thom. Lansius *in dissertat. de Lege Regia*
2 *concl.52.* † qvasi verò in ditionum, provinciarum & Regnorum multitudine, terrarumq; ambitu vera contineretur Regia dignitas, atq; à potentiæ consideratione digni-
3 tatis prærogativa dependeret. † Ut non immeritò eos redarguerint Spiegel, *in Lex. jur. verb. Rex.* Goldast. *in Seniore sive de Majoratu, lib. 1. c. 17. n. 5.* & *in Bohem. lib. 3. c. 13. n. 10.* Richard. Dieter, *in dissert. de summ. Imper. potest. concl. 23.* Paul. Busius
4 *lib. 2. de Republ. cap. 1. n. 8.* † Et rectiùs sensit ipsemet Castellionæus, Regem Bohemiæ abundare strenuis militibus, reditibusqve præstare plerisq; Regibus, qvi pluribus dominentur Civitatibus, fassus in *dict. c. scitote*, ubi allegat Hostiensem *in c. constitutus 1. de testibus & attest.* Nec enim Regi Bohemiæ vera dignitas Regia denegan-
da, † qvam ei attribuit Imperator 5
unà cum Proceribus Imperii *in Recessibus de an. 1527. §.* Und als die/ Ibi: Von wegen Königlicher Würde zu Böheimb und Hungarn/ etc. Qvin & illud Regiæ dignitatis decus obtinet Rex Bohemiæ ex pragmaticâ Aureæ Bullæ sanctione,
† qvod in celebratione Curiarum 6
Imperialium, in omnibus ac singulis actibus qvemcunqve Regem alium, qvâcunq; etiam singulari dignitatis prærogativâ fulgentem, qvem qvovis casu seu causâ veni-

re

re vel adesse forsan contingeret, immutabiliter antecedat, *tit. 6. Aur. Bull.*
7 † Qvodqve Imperatorem vel Regem Romanorum immediatè, nullo interveniente seqvatur, *tit. 22. in fin. Aur. Bull.*
8 ipsamqve † Augustam Imperatricem præcedat, *tit. 26. §. ult. Aur. Bull.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. c. 8. concl. 84.* Reinkingk *lib. 1. de Regim. secul. & ecclesiast. class. 4. cap. 3. n. 13. & 23.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 10.* Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 20.*

9 At num etiam † Majestas Regi Bohemiæ competat? qvæstio non usq; adeò expedita est, & multùm disputata à Melchiore Goldasto *in Bohem. lib. 3. c. 13.* & Dom. Arum. *de Comit. Imper. c. 3. n. 47. & multis seqq.* ab invicem dissentientibus; Illo Majestatem Regi Bohemiæ attribuente: hoc verò eam ipsi denegante, neutroq; rationibus & fundamentis destituto.

10 Pro † vindicatione enim Regiæ Majestatis in Regno Bohemiæ, dicit (1) Goldastus, Majestatem appellari à majore potestate, *supr. Sect. 1.* qvæ à Jureconsultis qvoq; tribuitur majorum Magistratuum dignitati, ut *in l. pen. ff. de just. & jur. & l. 1. ff. de jurisdict.* Neqve aliud
11 qvid esse † Majestatem, qvâm summam potestatem: qvam ipsam Regem Bohemiæ obtinere, probat autoritate Lans. *dict. disput. de Leg. Regiâ concl. 55.* Busii *ad l. 1. in pr. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* Hansmanni *in resolut. de re monet. reg. 7.* (2) Regesq; Bohemiæ † in 12
possessione Majestatis continuâ, & non duntaxat centum annorum, sed aliqvot Seculorum præscriptione munitâ reperiri, ex eo probat Goldast. qvod Ottocaro Regiam dignitatem contulerit Philippus Cæsar, eamqve confirmaverit Fridericus II. Imperator.
(3) Hincq; provocat † ad diplo- 13
mata, qvibus Reges Bohemiæ Majestatem sibi optimo jure arrogavêre, ut Wenceslaus Rex in diplomate *de anno 1276. Majestatis nostræ laudes attollimus,* ex Pontano *in Bohem. pia. lib. 5.* Wenceslaus II. *Solium Majestatis nostræ extollamus,* ex eodem Pontan. *dict. lib. 5.* Johannes Rex Bohemiæ & Poloniæ, *sub dato 1325.: Ut Ecclesiæ, qvas nostræ ambit Majestatis dominium, &c.* Uladislaus Alberti II. Imperatoris filius, *sub dato Viennæ 1455. Ladislaus Rex Ungariæ & Bohemiæ &c. notum facimus universis, Majestatem nostram desiderare.* Et Georgius Rex *sub dato Pragæ anno 1459. Nostræ Majestati ex parte venerabilis Wenceslai &c.* ex Pontano *dict. lib. 5.* (4) † ac demùm intentionem 14
suam firmat formula Cancellariæ Cæsareæ ex Europæo illo Germaniæ,

niæ, Hungariæ & Bohemiæ trinubio nata: Die Römische Käyserliche/auch zu Ungarn und Böheimb Königliche Majestet. Qvalis etiam formula in concessione gratiarum ac privilegiorum solet usurpari: Aus Römischer Käyserlicher/ auch Hungarischer und Böhemischer Königlichen Macht und
15 Vollkommenheit. † Ex qvibus apparere ait Goldastus, eandem competere Majestatem Regi Bohemiæ, qvam vel catholicus Hispaniæ, vel Christianissimus Galliæ, vel alius qvivis in Orbe Christiano Rex habet, licet inferiorem Papali & Imperiali, *dict. lib. 3. cap. 15. n. 7.*

16 At verò † in injuriam Imperatoris, Goldastum Regi Bohemiæ Majestatem tribuere, ait Domin. Arum. *dict. cap. 3. n. 47.* propterea, qvod una & sola sit Imperatoris Majestas in Imperio, adeoq; & in Bohemiâ Imperii membro, ipsomet Goldasto fatente, *dict. cap. 13. n. 6. vers. Sed homines imperiti non vident, id fieri respectu Imperatoriæ Majestatis, quæ consortem suæ Supremitatis in Imperio Christiano non*
17 *patitur*, &c. † Est siqvidem Majestas Imperatoria summa in Imperio, cujus intuitu Regi Bohemiæ in Recessibus Imperii non Regia Majestas, sed dignitas saltem, Königliche Würde tribuitur, ut *in Recess. Ratisbonens. de anno 1471. §. 46. §. 54. & §. 55. Recess. Spirens. de anno 1526. §.* Weiter als Königliche Würde. & *Recess. Ratisbon. de anno 1527. §.* Und als die. *vers.* Von wegen Königl. Würde zu Böheimb und Ungarn. & §. des andern Articuls. *vers.* die verordnete Königliche Würde tragen gut wissen. Christoph. Besold. *in dissertat. de Majestat. sect. 1. cap. 4. n. 8.* Reinkingk. *lib. 1. de Regim. secular. & ecclesiast. class. 3. cap. 11. n. 13.*

Concertant ita de Majestate Regis Bohemiæ, Melchior Goldastus & Domin. Arumæus. † At 18
contrarii invicem non sunt, sed sano sensu utriusq; subsistere potest opinio, si eam ad distinctionis metam, *Sect. præced. n. 2. & 3.* traditam, revocaverimus. Diximus enim dupliciter sumi voculam Majestatis, † vel in largâ no- 19
tione, pro honore & dignitate Regiâ per *l. pen. ff. de just. & jur. & l. si familiæ. ff. de jurisdict.* vel strictè ac propriè, pro absolutâ & summâ potestate in Imperio. Priori significationi si inhærere velis cum Goldasto, rectè omninò senties, † nec Regiam dignitatem at- 20
qve honorem Bohemiæ Regis contra Recess. Imper. *de anno 1527.* & sanctionem Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris *in tit. 6. tit. 22. & tit. 26.* qvisqvam deprime-

21 re audebit. † At posteriori in significatu si Majestatem accipias, non possum non assentiri Domin. Arumæo, soli Imperatori Maje-
22 statem vindicanti: † Etsi enim Rex Bohemiæ nec legibus aut institutis, vel constitutionibus Germanorum regatur, & ab hâc natione excludatur, Landrecht *libr. 3. art. 57. & lib. 1.* Lehenrecht *cap. 29. §. 1.* Goldast. *part. 2.* Reichssatzungen/*fol. 63.* nec ad Comitia & conventus Imperii ordinarios vocetur, Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 41. lit. d.* Nec in Circulis illis, in qvos Imperium digestum atq; partitum est, comprehendatur, Marqvard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 2.* neq; contributionibus aliisq; Imperii oneribus sit obnoxius, *Recess. Imp. de anno 1500. §.* Wie man
23 mit den Königen. † Regnum tamen Bohemiæ Imperii membrum est, ab eoq; dependet, Carol. IV. *in constit.* apud Goldast. *tom. 2. fol.*
24 *94.* hocq; nomine † Rex Bohemiæ Superioritati Imperatoris est subjectus, Freher. *dict. loc.* assentiente ipsomet Goldasto *in Bohem. lib. 3. cap. 3.* & Elector Imperii, Goldast. *dict. libr. 3. cap. 4. 5. 6.* Pincerna Imperii hereditarius, Goldast. *dict. lib. 3. cap. 8.* Vasallus Imperii, Par Curiæ, homagio obnoxius, Goldast *dict. lib. 3. cap. 14.* Et crimen læsæ Majestatis in Imperatorem committere, Goldast. *dict. lib. 3. cap. 15.* atq; in Camerâ conveniri potest, Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. th. 78. in fin.* † Ottocarus itaq; bellico- 25
sus, Bohemiæ Rex, qvia imperata facere renuerat, à Rudolpho I. Habspurgensi compulsus est, ut missis Austriacis, qvas invaserat, provinciis, de Regno Bohemiæ, eiq; subjectis ditionibus, Silesiâ, Lusatiâ atq; Moraviâ, faceret homagium, & juramentum solenne præstaret, ut refert ex Lazio 1. *comm. Geneal. Austriac. c. 11.* Christoph. Besold. *in discurs. de statu Reipubl. subalter. c. 7. pag. 187.* Qvo jure itaq; Bohemiæ Regi Majestatem competere dicemus? † cum 26
hæc Superiorem nullum præter DEUM & ensem respiciat, cæterosq; suis legibus constringat, ea verò nullis obligetur, Johan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8.* Tob. Paurmeist. *lib. 1. de jurisdict. cap. 3.* prout fusius demonstratum dedimus *Supr. sect. 1. & 2.*

Manifestum hinc est, Goldasti argumenta, Majestatem sic propriè & strictè sumtam, parùm vel planè non probare. (1) Siqvidem
† nec Goldasto nec Lansio, Busio 27
& Hanfmanno largimur hoc, qvod præsupponunt, Bohemiæ scilicet Regi summam competere po-

potestatem in Regno Bohemiæ:
Contrarium enim jam abundè
probavimus ex eo, qvod Bohe-
mia feudum sit Imperio subje-
ctum, ut sic Regi Vasallo contra
Leges feudales perpetuum, sum-
mum & absolutum Imperium
28 haut sit concedendum. † Nec
Goldastum seriò id asseverasse
crediderim, qvem subjectio Vasal-
latica latere haud potuit, multis
autoritatibus ab ipsomet stabili-
ta, *in Bohem. lib. 3. c. 3. sub tit. Rex
Bohemiæ est Princeps, membrum &
Status Imperii: eoq; nomine Superio-
ritati Imperatoris subjectus* &c. & *c.
14. tit: Bohemia est Imperii feudum:
Rex Bohemiæ est Imperatoris Vasal-
lus, Par Curiæ, homagio obnoxius.*
Gewold. *de S. Rom. Imper. Septemv.
cap. 9.* Hagec. *in Chron. Bohem. part.
1. anno 1318.* Boregk. *in Chron. Bo-
29 hem. part. 1. fol. 290.* † Qvod verò
(2) Goldast. ait, Philippum Cæsa-
rem Ottocaro Regiam dignita-
tem contulisse, eamq; confirmâs-
se Fridericum II. Imperatorem, id
eqvidem non negamus; Sed de
Majestate verâ, non dignitate Re-
giâ loqvitur Arumæus, hancq; Bo-
hemo, illam non itidem concedit;
qvam nec ulla temporis præscri-
ptio Regi subjecto tribuere valet;
qvia in uno eodemq; subjecto Ma-
jestas & subjectio uno ac eodem
respectu concurrere neqveunt,
Supr. sect. 2. Arum. *dict. c. 3. n. 51.* † 30
Sive ergò de verâ & propriè acce-
ptâ; sive de Majestate in largâ no-
tione loqvitur Goldast. Si illud, nō
certè exemplo Ottocari, intentio
ejus probatur: Si verò hoc, Arum.
non adversatur, qvippe cui Regi-
am dignitatem Bohemiæ Regis
deprimere nunqvam animus fuit.
(3) † Neq; diplomata Regum Bo- 31
hemiæ, ad qvæ provocat Goldast.
veram implicant Majestatem, sed
de tali sunt exaudienda Majesta-
te, qvæ ipsis competere potest: ex-
emplo Prætoris, cujus Majestas
contemni dicitur, *l. si familia. ff. de
jurisdict.* ejusdemq; Imperio tri-
buitur Majestas, *l. ult. ff. de just. &
jur.* cum tamen in Republicâ Ro-
manâ soli Principi ea competi-
erit, *l. 1. l. princeps. ff. de legib.* † 32
nimirum vocula Majestatis, uti
qvondam in personâ Prætoris sal-
tem abusivè de honore & reve-
rentiâ ipsi debitâ, ita in Regum
Bohemiæ diplomatibus de Regiâ
dignitate accipi debet. Qvod † de- 33
niq; (4) formulam Cancellariæ
Cæsareæ attinet (die Römische
Käyserliche/ auch zu Ungarn und
Böheimb Königl. Maj.) qvâ & Re-
gi Bohemiæ Majestas tribuitur: Ea
non nisi in personâ Cæsaris, qvi si-
mul est Rex Bohemiæ, subsistit;
qvo in casu, cùm scilicet utriusq;
Coronæ dignitas in personâ Cæ-

 saris

ſaris concurrit, concomitantia ſuperioris Cæſareæ Majeſtatis, alium titulum non patitur, reſpuens ſcilicet omnem ſubjectionem. Ex qvo tamen ad Regem Bohemiæ, qvi Cæſar non eſt, nihil prorſus infertur, Arum. *dict. cap. 3. pag. 95.*

34 † Vel dicimus, in perſonâ qvidem Cæſaris vocabulum Majeſtatis ſummam indigitare poteſtatem, adeoq; veram ac propriam Majeſtatem: Sed in perſona Regis Bohemiæ non niſi Regiam dignitatem per id ſignificari, *arg. l. pen. ff. de juſt. & jur. l. ſi familiæ. ff. de jurisdict.*

Hâc igitur ſtante Majeſtatis di-
35 ſtinctione, † utraq; opinio, Goldaſti & Arumæi optimè ſubſiſtit, & debetur omninò Regi Bohemiæ Majeſtatis titulus, ſi per eam ſplendorem ac dignitatem Regiam in largâ Majeſtatis uſurpatione intelligamus; qvantumvis ſumma & abſoluta poteſtas, qvæ veram ſola conſtituit Majeſtatem, tutò ei adſcribi neqveat. † Neq; a- 36
liam ipſiusmet Goldaſti fuiſſe mentem, ejusdem verba produnt clariſſima *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 4. verſ. Majeſtatem nos in largâ & vulgatâ notione intelligimus, & Regi Bohemiæ competere aſſerimus,* & *n. 7. verſ. Cæteris autem Regibus Majeſtas tribuitur vel communicativè, vel κατ' ὁμωνυμίαν, h. e. impropriè & abuſivè: Eandem habet Rex Bohemiæ* &c.

SECTIO VI.

Summa Imperatori Romano competit Majeſtas: de qvâ hodiè participant Proceres & Status Imperii.

SUMMARIA.

1. De poteſtate Imper. dubitare, crimen ſacrilegii reputatur.
2. Imperatori Romano ſumma competit poteſtas & majeſtas. n. 3.
4. Imperator Rom. apud alios Reges, Legatos reſidentes non habet.
5. Imperatoris Rom. Legatus apud Turcam ſedendo ſe explicat.
6. Turca filius Imp. Romani cupit audiri.
7. Falsò Ungersdorfferus jus Pontifici in Imp. tribuit. n. 8.
9. Notatur Goldaſtus.
10. Imperator, non à Pontifice, ſed ab Electoribus Imperium accipit. n. 11. 12. 13.
14. Imperatoria Majeſtas dicitur Sacra ſive ſacroſancta. n. 15.
16. Quæ appellatio pro impiâ & profanâ neutiqvam eſt habenda. n. 17.
18. Quo ſenſu Imperator dicatur Divus?
19. Num Capitulatio officiat juri Majeſtatis? n. 28.

20. Impe-

NEminem, opinor, existere, qvi Cæsari nostro omnium potentissimo & invictissimo Majestatem denegare ausit: † de cujus potestate saltem dubitare, crimen sacrilegii reputatur, *l. 2. C. de crim. sacrileg.* Restaurus *in tract. de Imper. quæst. 110. n. 299.* Vasq. *illustr. qvæst. cap. 25. n. 4.* Etenim si aliis Regibus ac Principibus, haut Superiorem recognoscentibus, Majestatem à Politicis attribui videamus; † qvis tam insanæ mentis esset, qvi non Imperatori nostro eandem competere existimaverit: cùm is Principes reliqvos ac Reges potentiâ & dignitate longè antecedat. † Verè siqvidem scripsit Tertullianus *in Apolog. contra gentes*: *Sciunt Imperatores, qvis illis dederit Imperium: Sentiunt, Deum esse solum, in cujus potestate sunt, à qvo sunt secundi, post quem primi, ante omnes & super omnes homines.* Unde Chrysostomus *in homil. 2. ad Pop. Antiochiens.* Imperatorem vocat summitatem & caput mundi, qvi parem super terrâ nullum habet. † Eaq; præeminentia facit, qvod Imperator apud alios Reges, Legatos residentes non habeat, ipsi verò apud eundem, Henning. Arnis. *lib. 1. de jurib. Majest. cap. 2. n. 9.* Cumq; a-

1 2 3 4

liorum Regum & Principum Legati, apud Turcam in pedes erecti, mandata sua exponere con-
5 sveverint, † solus Imperatoris Romani Legatus sedendo se explicat. Argutè hinc Vngnadius Legatus à Cæsare ad Turcam missus, cum paulisper coram Sultano stetisset, non delato sibi sessionis honore, pallium suum terræ injecit, eiq; insidens, ea qvæ in mandatis habebat, exposuit, iterumq; consurgens, pallium reliqvit, & à Turcis cur id faceret interrogatus? respondit: *Cæsaris Legatum sellam sibi portare haut solere.* Christoph. Warsewic. *in orat. de legation. &*
6 *legat.* † Qvin & Imperatori nostro ipsemet Turca primas defert, ejusq; filius (qvi patri, Romanorum Imperatori reverentiam debet) audiri cupit, ut patet ex fœdere inter utrumqve inito, apud Thuan. *histor. lib. 136. pag. 1113.*

Nec qvicqvam fidei tribuen-
7 dum † Ungersdorffero, in der Erinnerung von den Calvinisten / asserenti *pag. 28.* der Pabst sey ursach / daß alle Catholische Könige / aus Spanien und Franckreich / unangesehen sie weder an Adel / noch an Macht dem Keyser etwas bevor gehen / dennoch ihn ehren / uñ den vorzug haben lassen: qvasi scilicet Imperator Pontificem recognosceret superiorem, ab eoq; in Coronatione Imperium accepisset. † 8
Ex qvo cum *Anno Christi 1521.* Caroli V. & Galliæ Regis Legati convenissent Caleti, Mercurino Caroli V. Cancellario ideò præcedentiæ qvæstionem movere ausus est Gallus, qvod Carolus nondum à Pontifice unctionem accepisset, proindeq; Gallo Regi uncto cedere deberet, ex Chassan. Dom. Arum. *tom. 2. de jur. publ. disc. 1. ad fin.* † Et ab hoc non omni ex parte 9
videtur alienus Mel. Goldast. contra Supremitatem Majestatis ita scribens: *Si hæc ratiocinatio qvidqvam ponderis habere debet, nec ipse qvidem Sacratissimus Imperator, nec Christianissimus Gallorum, aut Catholicus Hispanorum Rex Majestatem habere censendi sunt, qvod in multis rebus Superiorem Pontificem Romanum agnoscant, sediq; Apostolicæ subjecti vivant, qvod est procul dubio contra jus Supremitatis sive Majestatis illius, quam definiunt, à nemine pendentem, nisi solo DEO, in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 2.* † Sed lis 10
hæc jamdudum sopita est, qvam temerè resuscitare haut licet. Nec enim Goldastum latet, Cæsareis Constitutionibus non semel provisum, qvod electus ab omnibus vel majore Electorum parte, dicatur, sit & habeatur Imperator, etiamsi non assentiatur Pontifex.

† Ut

11 † Ut enim Henricorum, Fridericorum, cæterorumq; Imperatorum omittamus, extat hâc de re decretum Ludovici Bavari recentius apud Albert. Crantz. *lib. 9. c. 15. in Saxon.* Münster. *in Cosmograph. lib. 3. de German. pap. 476.* Frider. Hortled. *de caus. belli german. Caroli V. lib. 1. cap. 47. pag. 512.* Hieron. Balb. *de coronat. pag. 39.* Cuspinian. *in vit. Ludov. Bav.* Avent. *lib. 7. annal.* Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 124.* Georg. Kölderern ab Höch apud Frider. Achill. Ducem Würtemb. *de principat. inter provinc. Europ. in Orat. contra Ital. pag. 618.*

12 † Ipsimet qvoq; Electores *anno 1338.* in Comitiis Electoralibus Rhemensibus decreverunt, statim post electionem, Regem Romanorum fore appellandum Imperatorem, Georg. Sigism. Seld. Vice-Cancell. Imper. *ad Imper. Ferdin. I. in consil.* Von Ihr Kayserl. Majest. Wahl und Hoheit.

13 † Qvin & Carolus IV. Imp. hæc omnia disertè confirmavit *in Aur. Bull. tit. 2.* §. Und dieweil dieses / so hernach geschrieben. prout fusius demonstravimus *Suprà cap. 2. sect. 6. 7. & 9.* qvæ hîc repetere, & crambem bis coctam reponere tædiosum foret.

14 Cæterùm † ne qvisqvam de præeminentiâ Cæsareæ Majestatis dubitet, notâ peculiari ea fuit insignita. Appellitatur nempe Sacra sive Sacrosancta Imperatoria Majestas ad differentiam ejus, qva Regibus tribui cœpit, Brisson. *de Verb. quæ ad jus pertinent, significat. lib. 7. verb. Sacra.* Christ. Besold. *in dissertat. de Majest. sect. 1. c. 1. n. 2.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 1. n. 31.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 6.* Unde Martialis *de Domitiano Imp.* scribit:

Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.

† Qvam in rem ita inqvit Theodoricus à Nihem. Episc. Verdens. *in Nemor. union. tract. 6. Labyrinth. cap. 32.* Rupertum Cæsarem compellans: *Scio, ut leges tuæ dicunt, qvod Romanus Princeps dicitur communis omnibus post Deum, & qvod per ejus Majestatem juratur, quæ secundùm DEUM generi humano est diligenda & colenda. Nam Imperatori, cum Augusti nomen accepit, tanqvam præsenti & temporali Deo, fidelis est præstanda devotio, impendendusq; pervigil famulatus, qui DEO regnat auctore,* Jul. Cæs. Bulinger *in Imper. Roman. lib. 1. c. 10. & seqq.* 15

† Non siqvidem iis videtur annuendum, qvi divinas ejusmodi Imperatorum appellationes, ut adulatorias, profanas atqve impias exsecrantur, cum Filesaco Theologo Sorbonico *in tract. de idololatr. polit.* Marq. Freher. *in comm.* 16

ad

ad donat. Constantini fol. 86. Christ.
Besoldo *in dissertat. de Majest. sect.*
17 *1. cap. 2. n. 4. in fin.* † qvippe qvod
eas consvetudine loqvendi &
phrasi S. Scripturæ probatas, Theologis
etiam placere videamus,
Joh. Drusius *ad loca Genes. & Exod.*
18 modò sano sensu accipiantur. †
Nec enim Deus ideò dicitur Imperator,
ut qvod Dei viventis proprium
est, impiè sibi velit arrogare,
ut sinistrè colligit Bodinus *libr.
1. de Republ. cap. ult. n. 113. & lib. 2.
cap. 6. n. 223.* sed ut officii sui admoneatur,
esse nimirum se Dei
ministrum, ac proptereà ejus clementiam,
justitiam & beneficentiam
seqvi obstrictum, Bornit. *de
Majestate polit. cap. 4.* Goldast. *dict.
cap. 13. n. 6. pag. 361.* Waremund.
ab Erenberg *in verisimil. de Regni
sul. sid. cap. 8. n. 2.*

19 At † nonnè Capitulatio Cæsarea
officit jure Majestatis, qvod est
παμβασιλικὸν, & nihil supra se
unqvam cernit, neq; hominē, neq;
legem, *Supr. sect. 1. & 2.* Gevvold.
de S. Rom. Imp. Elector. cap. 1. Alber.
Gentil. *in Regal. disputat. 3. fol. 9.*
Christoph. Besold. *in dissert. de
Majest. cap. 2. n. 5.* Joh. Gerhard.
*locor. theolog. tom. 6. de Magistr. polit.
n. 33.* adeoq; nec Legem Regiam
Principis potestatem haud pa-
20 rum constringentem? † Etenim
certis limitibus & conditionibus
Imperatoriam potestatem circum
scriptum esse, nemo negaverit,
singula qvæqve Capitulationis
membra perpendens. Ut enim
pauca ex prædictis repetere liceat,
prohibet Capitulatio, absq; consensu
Septem Virûm Electorum
de rebus Imperii cum exteris Principibus
fœdus inire, *Suprà c. 6.* Joh.
Sleidan. *lib. 1. histor. pag. 30.* Thuan.
lib. 2. histor. fol. 27. † nec non in- 21
consultis Proceribus de rebus Imperii
intra vel extra Imperii fines
Bellum suscipere, *Supr. cap. 4.* Sleidan.
& Thuan. *dict. loc.* qvæ tamen
potestas infallibile est signum
Majestatis, *l. 3. vers. ea lege. ff. ad
Lege. Jul. Majest.* Regner. Sixtin. *in
tract. de Regal. lib. 2. cap. 1. n. 20.*
Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl.
lib. 1. cap. 20.* Tob. Paurmeist.
*de jurisdict. Imper. Roman. lib.
1. cap. 5. n. 31.* Henr. Bocer. *de Regal.
cap. 2. n. 14.* Petr. Heig. *lib. 1.
qvæst. 18. n. 6.* † Pariter & Capitu- 22
latio consensum Electorum reqvirit
ad indictionem & exactionem
teloniorū atqve vectigalium, nec
soli Imperatori hanc permittit
potestatem, *Supr. cap. 8.* Bocer. *dict.
cap. 2. num. 184.* Paurmeist. *dict.
lib. 1. cap. 4. n. 7.* Gerlac. Buxdorff.
ad Aur. Bull. concl. 91. juxta *Recess.
Imper. de anno 1576. §.* Weiters jenn
wir auch. *cum duob. seqq.* Ibi: Auch
ohne bewilligung unserer unnd des

hei-

23 heiligen Reichs Churfürsten. † Qvin & Leges ferre universales absqve consensu Procerum, prohibetur Imperator in Capitulatione Cæsareâ, *Sup. cap. 3.* qvod ipsum tamen supremæ Majestatis proprium est, Paurmeist. *dict. cap. 4. n. 6. & 7.* Andr. Knichen *de non prov. Sax. privil. verb. Electorum. cap. 5. n. 82.* Henning. Arnis. *de jurib. Majest. lib. 1. cap. 3.* Ant. Coler. *de jur. Imp. Roman. sect. 18.* Joach. Cluten *in syllog. rer. qvotid. concl. 21.* & qvæ sunt alia Capitulationis membra, qvibus potestas Imperatoria haud parum fuit constricta.

24 Et † qvo minùs summa atq; absoluta Imperatori attribuatur potestas, opponit seriem Comitiorum Tob. Paurm. *de jurisd. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 20.* in qvibus omnem potestatē in duos semisses, pro partibus tamen indivisis distributam videmus: qvorum unum Cæsar, reliqvum Ordines

25 obtinent universi. † Ex qvo fit, ut in Comitiis omnia consensu & voluntate Procerum ac Statuum Imperii peragantur & decernantur: Mit einmütigen/ zeitigē Rath und Willen/ auch zugeben und annehmen der Churfürsten/ Fürsten/ geistlichen und weltlichen/ Prælaten/ Grafen/ Freyhen/ Herren und anderer Stände des H. Römischen Reichs/ ꝛc. *In Recess. Imp. de anno 1500.* Wir Keyser Maximilian haben uns mit des heiligen Reichs-Ständen/ unnd sie mit uns/ nachfolgender Artickul und Meynung/ als ein Christlich *Corpus* und Versamlung/ gegen und miteinander vereiniget/ verpflichtet und vertragen/ *in Recess. Colon. de anno 1512.* † in tantum, ut si inter Cæsarem 26 & Ordines vel majorem eorum partem res coire neqveat, nihil actum judicetur: neq; Imperator ex plenitudine potestatis, neqve Ordines invito illo qvicqvam statuere possint, Goldast. *in Replicat. pro Imperio contra Gretser. cap. 11. pag. 105.* Tob. Paurmeist. *dict. cap. 2. n. 50. n. 63. & seqq.* ubi respondet objectionibus Auctoris der nothwendigen erinnerung wider die Donawertische *information.* † Qvicqvid 27 prætereà in Comitiis statuitur, hoc non nisi in vim contractus inter Cæsarem & Ordines initi valet; juxta *Decret. August. de anno 1500.* §. Und wir Churfürsten. Ibi: und sich auch ders mit uns und wir mit seiner Königl. Gnadē in Contractsweise verpflichtet unnd verschrieben haben/ ꝛc. qvale ergò in contractibus alterutrius contrahentium est arbitrium; talis qvoqve & non alia est Imperatoris in Comitiis potestas. Contrahentiū verò arbitrium ita est temperatum, ut alter alterum invitum obligare

ligare haut posſit, ſed utriusq; re-
qviratur conſenſus. Ergò nec ſo-
lus Imperator invitis Ordinibus
qvidqvam ſtatuere valet, ſed pa-
rem & æqvalem cum Statibus Im-
perii, conjunctim conſideratis,
obtinet autoritatem & poteſtatē.

28 Abſolutam igitur † qvia hodiè
Imperator poteſtatem non habet,
ſed certis legibus in Capitulatio-
ne conſtrictam, & Procerum ac
Statuum Imperii conſenſu & vo-
luntate temperatam, nec Majeſta-
tem hodiè Imperatori competere
dixeris: qvia hæc nihil aliud eſt,
qvam ſumma & abſoluta in cives
ac ſubditos, legibusq; ſoluta po-
29 teſtas, *Supr. ſect. 1. & 2.* † Sed erras,
qvicunq; etiam ſis, ita ſi ſenſeris.
Vera enim ſi hæc eſſet collectio,
nulli omninò Principi in terrarū
orbe univerſo Majeſtas foret as-
ſcribenda; cum nullus ferè in to-
to Orbe Chriſtiano exiſtat hodiè
Princeps ſive Rex, cujus poteſtatē
non comprimat inita cum Ordi-
nibus certa pactio, qviq; Capitu-
lationum nexu haut cōſtringatur,
Arniſ. *de Majeſt. cap. 6.* Melch. Gol-
daſt. *in Bohem. lib. 3. cap. 13. n. 5.* Wa-
remund. ab Erenberg *de Regni ſub-
ſid. cap. 11. n. 40.* Chriſtoph. Beſold.
de appellat. cap. 1. Frider. Hortleder.
in diſc. de Lege Regiâ German. apud
Goldaſt. *in polit. Imper. part. 12.*
30 † Vel ſaltem nulli in Republicæ
in ſtatu Ariſtocratico & Demo-
cratico, ubi penes plures vel om-
nes reſidet poteſtas, competeret
jus Majeſtatis: At utrumq; falſum
eſſe, fatebitur qvivis, in politicis
mediocriter ſaltem verſatus: ac
profluit hic error ex ignorantiâ
naturæ Majeſtatis, † qvæ non u- 31
nius, ſed abſoluta in genere defi-
nienda eſt poteſtas, ac poteſt hæc
eſſe ſumma & abſoluta, ut maxi-
mè penes plures in Republicâ pro
indiviſo reſideat perſonas. Nimi-
rum omnibus Regnis & Rebus-
publicis liberis pleniſſima com-
petunt Majeſtatis jura, qvæ in
Principum ſuorum electione in-
terdum indefinitè, qvandoqve et-
iam definitè, certis ſcilicet condi-
tionibus, & ex parte Proceribus
Regni reſervatis, prout utilitas
publica & ſtatus Regni expoſcit,
cōnferri ſolent. † Si indefinitè fu- 32
erint tranſlata, ſolus Princeps ha-
bet Majeſtatem, Statusq; Reipu-
blicæ purè eſt Monarchicus. Si
verò electus definitas & certas Ma-
jeſtatis particulas acceperit, Ma-
jeſtatem nihilominus habet; qvia
major vel minor poteſtas non fa-
cit Majeſtatis diverſas ſpecies: at-
tamen & Proceres de hâc tum qvid
participant, pro ratione Status a-
riſtocraticè mixti: ſive enim unus
ſaltem, ſive plures conjunctim
ſummam teneant poteſtatem,
ma-

majestas inde exurgit integra. Domin. Arum. *de Comit. Imper. cap. 3. n. 20. & multis seqq.*

33 Verissimum itaq; manet,† summam etiamnum hodiè competere Majestatem Imperatori, qvantumvis potestas non penes ipsum resideat solum, sed & de hâc Proceres simul participent, ex Lege Regiâ sive Cæsareâ Capitulatione. Ast, inqvies, hâc ratione Proceres & Status Imperii in consortium Majestatis erunt recepti?† Ita omninò dicendum cum Bernh. Zieritz. *in tract. de Princ. prærogat.* Etenim qvantum Imperatori potestatis per Capitulationem decedit, tantum econtrà Statibus Imperii accedit, ita ut hi conjunctim cum Cæsare absolutam teneant potestatem, ac per conseqvens Majestatem. † Ex qvò verissimè scripsit Erasmus Roterodamus Cardinali Campegio: *Magnam qvidem esse Caroli V. Cæsaris potentiam, sed hoc nomen non ab omnibus agnosci: Germanos verò, qvi agnoscerent, illud sic agnoscere, ut imperent veriùs, qvàm pareant,* Johan. Sleidan. *lib. 7. histor.* Wolff. *in lect. rer. memorabil. cent. 16. pag. 330.* & ipsemet Carolus V. sæpius est professus: *Se aliis in Regnis mancipiis & servis, at in Germaniâ liberis & Regibus imperare,* Herman. Kirchner. *de Republ. disp. 12. coroll. 8.* † Hocq; ipsum est, qvod Sleidan. *in Orat. ad Proceres Imperii p. 80.* consignavit: *Qvot in Germaniâ sunt Principes ac Civitates, totidem videntur esse Reges & Capita.* Nimirum qvia & ipsi participes sunt facti Majestatis.

34 (line beginning "tium Majestatis erunt recepti?† Ita") · 35 (line beginning "Majestatem. † Ex qvò") · 36 (line ending "† Hocq;")

37 Nec infringit † assertionem hanc Dan. Otto *in disc. de Majest. Imper. & imperant. pag. 40.* ex eo, qvod sola Regaliū usurpatio haut conferat summam potestatem ac Majestatem; qvippe qvod & inferioris generis hominibus concedantur qvandoq; Regalia. Verum siqvidem hoc est in concessione Regalium absq; communicatione, qvia per concessionem, exercitium tantummodò transfertur, ipso Regalium jure ac per conseqvens Majestate Superiori reservatâ, prout diximus *Supr. sect. 2.* † At cum Proceribus Imperii proprio jure fuerint communicata Majestatis jura, eaq; ipsi non alterius beneficio & concessione, sed ex propriâ teneant reservatione, utiqve à consortio Majestatis haud excludendi erunt. 38

39 Et licet porrò objiciat † Daniel Otto *dict. loc. p. 39.* Status Imperii subditos esse, Vasallos & fiduciarios Cæsaris, ejusq; jurisdictioni immediatè subjectos, juxta *Ordin. Camer. part. 2. tit. 27.* Andr. Gail *lib. 1.*

observ.30. Andr. Knich. *de subl. territ. jur. cap.1.n.187.* à qvo investituram & possessionem provinciarũ suarum petant, & à qvibus Cæsar juramentũ subjectionis, die Erb- und Landeshuldigungspflicht exigat; cuiq; se Status subjectissimos profiteantur, Regn. Sixtin. *de Regal. lib.1. cap.4.* attamẽ consortium Majestatis, in qvod recepti sunt Proceres Imperii, neutiqvam inde

40 evellitur. † Siqvidem, ut diximus *Supr. cap.1. sect.12.* dupliciter consideranda est potestas Statuum Imperii: Vel *conjunctim* in totius Imperii administratione: qvo intuitu unà cum Imperatore de rebus Imperii jus statuendi, sessuræ, ac dicendæ sententiæ, tanqvam Optimates Reipublicæ in Comitiis habent, Matth. Stephan. *de jurisd. libr.2. part.1. cap.7. n.1.* Tob. Paurm. *de jurisdict. Imp. Roman. lib.2. cap.2. n.20.* atq; ita conjunctim considerati, ceu membra Imperii unà cum Cæsare potestatem ac Majestatem tenent, atq; pro subditis habendi

41 non sunt: † Vel *disjunctim* in administratione suarum provinciarum, qvam potestatem recentiores vocant Superioritatem, sive jus territorii Principum, vel jûs Superius, die Landesfürstliche oder Landes Obrigkeit/ Carol. Sigon. *de Regno Ital. lib.7.* Thom. Michaël *de jurisdict. concl.44.* Christ. Besold. *de jurisdict. Imper. Roman. qvæst.18.* qvo respectu nec potestatem Imperium administrandi, nec Majestatem habent, sed saltem Domini sunt suarum ditionum ac provinciarum; & Subditi atq; Vasalli Imperii: Eoq; intuitu subjectionem & defectum Majestatis, Danieli Ottoni facilè largimur:

† qvò in eo lapsum putamus, qvod 42 Status Imperii subditos dicat solius Imperatoris; qvi tamen toti Imperio sunt subjecti, ac propterea Imperii totius subditi, secundum formulam homagii: dem Röm. Keyser und dem Reich/ treu/ hold und gehorsam zu seyn/ War. ab Erenberg *lib.2. de fœder. cap.1. n.*

161. † ac passim dicuntur Status 43 Imperii, Unsere und des Reichs Unterthanen/ *Recess. Imp. de an.1521 in pr. & paulò post:* Darauff befehlen wir/ ꝛc. Bey den Eyden und Pflichten/ die Ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan. *Recess. Imp. de an.1530. ibi:* Als wie einem jeden Unsere und des Reichs Ungnade. *Reform. Polit. de an.1530. tit.* Von Ziegeunern/ Ibi: Bey den Pflichten/ damit sie dem H. Reich verwandt. & *in Reform. Polit. de an. 1548. tit.* Von den Ziegeunern. nec non in *diplomate Principum Imperii de anno 1200.* apud Goldast. *tom. un. Constit. Imper. pag. 288.* §. 2.

SECTIO VII.

Monarchiæ vocabulum qvot modis accipiatur: Qvisq; Status Imperii propriè dicatur Monarchicus: & qvomodo differat ab ipsâ gubernatione?

SUMMARIA.

1. *Monarchia tripliciter accipitur.*
2. *Primò denotatur per Monarchiam universale Orbis Imperium.*
3. *Nunqvam extitit talis Monarchia. n. 4.5.*
6. *Populus Romanus nunquam totum possedit mundum. n. 7.*
8. *Innumeræ gentes Romano Imperio nunqvam subditæ.*
9. *Secunda Monarchiæ acceptione qvatuor veniunt Monarchiæ ex visione Danielis. n. 10.*
11. *Qvatuor duntaxat extiterunt Monarchiæ theologicè considerata.*
12. *Vetus Romanum Imperium hodiè est penes Germanos.*
13. *Tertia Monarchiæ acceptio est politica.*
14. *Status Reipubl. vel ex quanto, vel quali consideratur. n. 15. 16.*
17. *Qvisnam Status Monarchicus, Aristocraticus, vel Democraticus?*
18. *Ex potestate & Majestate Imperantis de Statu Reipublicæ judicandum. num. 19. 20.*
21. *Modus gubernationis ab ipso Reipubl. statu differt. n. 22.*
23. *Notatur Limnæus dissentiens.*

PRiusqvam de Monarchia Imperii Romani disseramus, nosse oportet proprietatem hujus vocabuli, cujus intellectus verum modernæ Reipublicæ Romano-Germanicæ statum suppeditabit.
1 † In triplici verò sensu Monarchiam accipi, ex politicis didicimus.
2 *PRIMO* namqve † vocabulo Monarchiæ venit universale Orbis Imperium, à qvo cætera accipere debent Regna Leges. Hanc de Monarchiâ sententiam genuit otiosa curiosorum qvorundam phantasia vel arrogantia Tyrannorum: Nemo siqvidem talem 3 Monarchiam, vel divinitùs ordinatam, vel per consensum inter homines constitutam vel extitisse, vel existere posse unqvam probabit, Chassan. *in Catal. glor. mund. part. 2. consid. 32.* Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9. n. 129.* Oldrad. *consil. 69. n. 6.* † Licitum enim bellum defi- 4

 nire,

nire, inqvit Costal. *in l.5. ff. de just. & jur.* qvod solus indixerit populus Romanus, furiosum est, qvasi reliqvis populis non liceat idem; vel qvasi justior Romanorū causa in cæteris Nationibus vincendis, qvàm reliqvarum Nationum in servitute à cervicibus suis depellendâ esse potuerit.
5 † Et unde Imperatori totius Orbis dominium, nisi à populo Romano, qvi jus suum in ipsum transtulit, *l. 1. ff. de constit. Princip.* vel justo ex bello, *l. postliminium 19. l. 24. ff. de capt. & postl. reverf.* vel ex spontaneâ aliorum subjectione.
6 † Ast nunqvam populus Romanus totum possedit mundum: nunqvam nec hic, nec Imperator illum bello totum subegit: nec omnes se, suaq; subjecerunt Reges.
7 † Qvid, qvod ipsimet Romani liberos agnoscant populos Regesq;, *dict. l. 19. in pr. l. 7. in pr. & §. 1. ff. de capt. & postl. reverf. l. 4. C. de comm. & mercat.* qvodqve se hostes habere non infitentur, *l. 3. §. 1. ff. de V. S. l. 1. §. 1. ff. ad Leg. Jul. Majest. l. 16. 17. & 21. ff. de capt. & postl. reverf.* Etsi enim vix alia fuerit antè Respublica, cujus Imperium amplioribus fuit circumscriptum finibus, qvàm Romanorū;
8 † constat tamen, gentes innumeras potissimùm ultra Euphratem Romano Imperio nunqvam subditas, sed multas fœderatas fuisse Romanis jure æqvali, multas iisdem formidabiles, cum qvibus pacem fecisse, gavisi fuerunt, vel inimicitias sine victoriâ aluerint, Lips. *de magnit. Rom. lib. 1. cap. 3. p. 18.* Tob. Paurm. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. n. 21.* Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 2. cap. 8. n. 7. & seqq.* Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 3. coroll. 1.* qvâ de re plura diximus *Supr. cap. 7. sect. 4.*

SECUNDO denotantur hâc voculâ † qvatuor Monarchiæ, à Propheta Daniele *cap. 2. & 7.* præfiguratæ, puta Assyriaca, Persica, Græca, & Romana. 9
Qvo in sensu Theologi Monarchiam accipiunt non pro absoluto unius Imperio in Subditos; sed pro latissimâ unius Reipublicæ jurisdictione in totum mundum, vel maximas ejusdem partes, qvæ scilicet potentiâ, authoritate, Subjectorumqve & Clientum multitudine, omnia alia superat Imperia, cuiq; Status populi DEI Ecclesiæqve magis, qvàm aliis est obnoxius. † Qvemadmodum enim lucidissimum 10
Solis lumen præ omnibus aliis stellis solum lucere existimatur, qvamvis cæteræ stellæ suo non destituantur lumine; Ita & Imperia potentissima, qvæ magnitudine splendoreq; alia obfuscant, respectu reliqvorum μοναρχεῖν, h. e. non immeritò sola imperare censen-

ſentur, Herm. Kirchner. *diſp. polit. 5. th. 7.* Atq; ita ſi conſideremus
11 theologicè Monarchias, † non niſi qvatuor extitiſſe, ultimamq́; & qvartam in Romano Imperio apud Germanos etiamnum durare Monarchiam, ſecundum vaticinium Danielis *dict. cap. 2. & 7.* conveniunt Theologi & Politici ferè omnes, Dionyſ. Halicarn. *lib. 1.* Chriſt. Helvic. apud Goldaſt. *in polit. Imper. fol. 474.* Henning. Arniſ. *lib. 2. relect. polit. cap. 2. sect. 3. n. 2.* Georg. Martin. Bartenſteinenſis *de poteſt. Impp. legib. ſolutâ adverſus Gothofr. Anton.* apud Goldaſt. *in polit. Imper. part. 13. diſc. 3. p. 631.* Joach. Cluten *in ſyllog. rerum qvotidian. concl. 2.* Chriſtoph. Beſold. *de*
12 *juriſdict. Imper. Roman. qvæſt. 2.* † Vetus enim Romanum Imperium etiamnum hodiè eſt penes Germanos, qvorum Reges verè dicuntur Romani Imperatores, qvippe in qvorum ſucceſſerunt jura, Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ. diſc. 2.* Qvamvis hodiè Romanum Imperium adeò ſit extenuatum, ut id Romanenſes magni nominis appellitent umbram, Arum. *dict. diſc. 2.* Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 6.* & Aqvila ita deplumata, ut cæteris animalibus ſit contemptui, Albert. Crantz. *lib. 10. Saxon. cap. 8.* de qvâ imbecillitate nos admonuit Dan. Propheta *cap. 2.* hiſce verbis: *Imperium illud ex parte fragile, ex parte validum fore.* Sed relinqvamus hæc Theologis.

TERTIO vocatur † propriè Monarchia à Politicis ea Reipublicæ ſpecies, ubi unus aliqvis imperat ſolus, qvi omnem in Republicâ habet poteſtatem, qviqve legibus eſt ſolutus, & qvi nec intra, nec extra ſuum territorium, dominum vel parem agnoſcit, Beſold. *dict. qvæſt. 2.* Goldaſt. *dict. part. 13.* Kirchner. *de Republ. diſp. 3. th. 7.* 13

Hocq́ve modo accepta Monarchia ſemper habet reſpectum ad Reipublicæ ſtatum: † qvi conſideratur bifariam: vel ex qvantitate, vel qvalitate Reipublicæ. Eſt enim omnis Civitas ex qvali & qvanto, Ariſtotel. *lib. 4. polit. 12.* Status ἐκ τοῦ ποσοῦ magnitudinem Reipublicæ complectitur; qvæ vel *externa*, & conſiſtit in multitudine provinciarum, longitudine finium, copiâ & freqventiâ Civitatum atq; urbium, abundantiâ agrorum, opum &c. qvo reſpectu Bodinus Hiſpaniarum Regis potentiam omnibus aliis præfert Imperiis, *in method. hiſtor. cap. 7.* 14
† Vel *interna*, & comprehendit jura Imperii, Superioritatis, magnificentiam & ſplendorem interiorem Sceptri & trabeæ. Unde fit, ut licet Respublica externâ 15

ternâ magnitudine ſit minor, in-
ternâ tamen magnitudine aliis
prædominetur. Kirchn. *dict. diſp.*
16 *5. th. 5.* † Status verò ἐκ τοῦ ποιοῦ in
jure Imperii, ſive ſummâ Imperii
poteſtate conſiſtit. Reſidet ſiqvi-
dem Majeſtas perſonalis, geriturqve res populi ſive ab uno, ſive à
17 multis: † Eoq; nomine aut Monarchicus, aut Polyarchicus eſt
Status: qvi iterum vel ſimplex, vel
mixtus exiſtit: In illo aut pauci
Optimates, aut verò populus, ejusvè major pars imperat; Ibi Ariſtocratia, hîc Democratia cenſetur; in ſtatu mixto Regis Optimatum & populi implicata vis eſt,
Nicol. Machiavell. *diſſ. 1. cap. 2.*

18 Solus † autem ſtatus ἐκ τοῦ ποιοῦ
formam Reipublicæ diſtingvit. In
eo ſiqvidem Majeſtas imperantium conſiſtit, qvæ non ditionum,
Provinciarum, Principatuum, Ducatuum, Regnorum multitudine, non latifundiis & terrarum
ambitu continetur, Bernhar. Zieritz. *in comm. de Princ. int. ipſ. dign.*
19 *prærog.* † Meritoq; Vasqvius cum
ſuo Principe repulſam tulit, qvod
in Concilio Tridentino Galliarum Regi propter majorem potentiam de Seſſione moverit controverſiam: Licet enim Regis ditio unius ſcopuli terminis finiatur, ſicut de Regno Ulyſſis Poëtæ
fabulantur, majeſtatem tamen ſibi aſſumit talem, qvalem aſſumſit
Alexander Magnus, ſi nullum recognoſcat Superiorem. Hinc Eumenes fractis opibus, licet nihil
præter arcem, in qvâ obſidebatur,
ſuum dicere poterat, cum tamen
de pace ageretur cum Antigono,
Aſiæ Rege, qvi ut potentiâ, ſic etiam Majeſtate ſuperior videri vellet, Legatis Antigoni reſpondit:
*Superiorem ſe neminem accepturum,
qvamdiu gladium exertum manu teneret*, Arum. *tom. 1. jur. publ. diſcur.*

Non igitur † in dijudicando 10
alicujus Reipublicæ ſtatu ad multitudinem provinciarum & magnitudinem potentiæ, ſed ſolummodò ad ejusdem qvalitatem, utrum ſcilicet penes unum, vel plures reſideat Majeſtas, reſpiciendum erit. Qvin nec modus gubernationis qvicqvam ad hanc rem
facit, qvippe † qvæ multum ab 21
ipſo ſtatu, jureqve Imperii differt;
de qvo ſic loqvitur Bodinus: *Illud
admonendi ſumus, Reipublicæ Statum ab imperandi ratione plurimùm
diſtare: qvod antea nemo, qvantum
intelligere potuimus, animadvertit.
Nam Reipublicæ Status Regalis eſſe
poteſt, gubernatio tamen popularis
futura eſt, ſi Rex omnia Imperia, Sacerdotia, curationes, omnibus ex æqvo diſtribuat: Si verò Princeps Imperia, honores, Magiſtratus patritiis
vel divitibus, vel fortibus, vel ſtudio-*

ſis

ſis tantùm impertiat, Regia erit poteſtas, & qvidem ſimplex ac pura; *Sed ariſtocraticâ ratione temperata. Ita qvoq; Optimates pauci Rempublicam populari modo regere poſſunt, ſi cives omnium Magiſtratuum fecerint participes: aut ariſtocraticè, ſi paucis qvibusdam, qvi aut virtute, aut ſenſu, aut Nobilitate cæteris præſtent, lib. 2. de Republ. cap. 2. pag. 295.* Ubi
22 notandum, † qvod dum dicit, Statum Regalem ſive Monarchicum ariſtocraticè gubernari poſſe, ſoli Monarchæ jura Majeſtatis ex aſſe tribuit, Optimatibus omni ex parte excluſis, qvos duntaxat ad externum gubernandi modum adhiberi cenſet, Chriſtoph. Beſold. *polit. l. 1. cap. 5.* Goth. Anton. *in diſput. anti-Vult. de poteſt. Imper. & hodierno Imper. ſtatu,* apud Goldaſt. *in polit. Imper. part. 13.* Herm. Kirchn. *in Orat. de ſtatu Monarch. & de Republ. diſp. 3. th. 6.* † Impro- 23
bat eqvidem Johan. Limn. *lib. 1. jur. publ. cap. 10.* hanc Bodini diſtinctionem ex Fabio Albergate Italo, *in diſcurſ. polit. Bodino oppoſitis lib. 2. cap. 10. pag. 285.* Sed absq; fundamento.

SECTIO IIX.

Status Imperii Romano-Germanici modernus verè ac purè Monarchicus non eſt.

SUMMARIA.

1. *Qvisnam ſtatus controverſiæ de ſtatu Imperii Romano-Germanici moderno?*
2. *Pro Monarchia Imperii Romani, multi diſputant Politici.*
3. *Recenſentur eorum argumenta. n. 5.*
4. *Imperator Caput & Dominus Imperii.*
6. *Imperium noſtrum qvarta Monarchia, à Daniele præfigurata.*
7. *Imperator noſter à populis univerſi Orbis ſalutatur Monarcha.*
8. *Status Imperii modernus purè monarchicus non eſt. n. 40.*
9. *Argumenta hujus ſententiæ.*
10. *Solus Imperator hodiè non tenet jura Majeſtatis. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16.*
17. *Rejicitur diſtinctio Arumæi inter ipſam Majeſtatem, ejusdemq; jura.*
18. *Jura Majeſtatis haut ſeparari poſſunt ab ipſâ Majeſtate. n. 19.*

20. Status Imperii ipsius Majestatis sunt participes.
21. Autoritate totius Imperii exercet Imp. jura Majestatis, contra Reinkingium.
22. In statu Monarchico Princeps non agnoscit parem.
23. In solius Cæsaris personâ non residet summa potestas exclusis Proceribus. num. 24. 25.
26. Convenitur Imp. coram Comite Palatino. n. 27.
28. Imperator est Administrator Imperii.
29. Notatur Reinking, qvi ab Imperatore proprio nomine Imperium administrari ait. n. 30.
31. Negavit Monarchiam Imperii Elector Moguntinus.
32. Nec non Mauritius Elector Saxon.
33. Et Henricus Galliarum Rex.
34. Qvomodo hæc testimonia infringere conetur Reinking.
35. Refellitur responsio Reinkingii.
36. Aliter testimonia hæc declinat Hortleder.
37. Monarchia qvandoq; accipitur pro tyrannide. n. 38.
39. Effatum Moguntini non admittit explicationem Hortlederi.

DIximus hactenus de naturâ & qvalitate Majestatis, nec non Monarchiæ ac status Monarchici: qvibus perpensis, 1 † videbimus jam, qvalis sit status Imperii hodierni, non theologicè, sed politicè; non ἐκ τοῦ ποσοῦ, sed ἐκ τοῦ ποιοῦ; non gubernationis, sed Majestatis respectu consideratus? qvam qvæstionem Sabbathinam & verè Magistralem vocat Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10. n. 11.* 2 † & qvidem pro Monarchiâ desudant magni nominis Viri, Herm. Kirchn. *in Orat. 15. & de Republ. disp. 2. th. 3.* Frid. Hortl. *de caus. Belli german. lib. 1. cap. 18. & lib. 3. cap. 30.* Domin. Arum. *tom. jur. public. disc. 2.* Reinkingk *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 2. cap. 2.* Anton. Coler. *tom. 2. disp. de jur. publ. Hanov. impress.* Reinhard. König. apud Goldast. *in polit. Imp. part. 13.* aliiq; citati ab Arnis. *de Republic. cap. 6.* Qvorum argumenta si penitiùs inspiciantur, eò collimant, (1) † qvod Imperator etiamnum 3 hodiè summam & absolutam in Imperio habeat Majestatem; uti vel saltem ex clausulâ illâ, Rescriptis & Recessibus Imperii apponi solitâ liqvet: Aus Röm. Keyserl. Macht und Vollkommenheit. *Præfat. Aur. Bull. §.* So haben wir. ibi: Mit

Mit vorgehender zeitiger Betrachtung unnd aus Vollkommenheit Keyserl. Gewalts. *Decret. Spirens. de anno 1544.* §. Als wir aber. verb. Von Obrigkeit wegen und aus unser Keyserl. Macht/ Vollkommenheit gesetzt und geordnet: Entschliessen/ meynen/ setzen und ordnen auch darauff/ als Röm. Keyser/ von obberührter unser Keyserlichen Macht/ Vollkommenheit/ hiermit rc. & *ex actis Comitiorum de anno 1546. 1547.* Auct. der nothwendigen Erinnerung. *part. 1. fol.*
4 *239. & fol. 240.* (2) † Ex qvo dicitur caput & Dominus clementissimus, *Recess. Imp. Aug. de anno 1525.* cui post DEUM omnes Imperii Status teneantur reddere rationem, *Recess. Imp. de anno 1529.* §. Und seiner Maj. gedencke zuverantworten. Ejusqve sint Vasalli & Subditi, Reinking *dict. loc. n. 94.* Qvâ stante potestate, Imperium denegare Cæsari monarchicum, haut certè admittunt principia politica. (3)
5 † Nec enim si aliter diceretur, vix ullum invenire possemus Monarcham in Orbe Christiano; cum neq; Princeps, neq; Rex sit, cujus non potestatem perinde atq; Cæsaris comprimat hodiè inita cum Ordinibus pactio, Hortled. *in disc. de Lege Regiâ German.* apud Goldast. *part. 12.* Waremund. ab Erenberg *de Regn. subsid. cap. 11. n. 40.* Steph. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyran. qvæst. 3.* (4) Et diximus *Sect. præced.* † Imperium nostrum qvartam esse Monarchiam, à Daniele præfiguratam, consentientibus Theologis ex vaticinio *Dan. cap. 2. & 7.* Arnis. *lib. 2. relect. polit. cap. 2. sect. 3. n. 2.* Qvod si verum, utiq; & Imperator ceu caput Imperii erit Monarcha. (5) Idqve eò magis, † 7
qvia ab omnibus ferè Regibus ac populis universi Orbis talis habetur & salutatur: qvâ de causâ etiam omnes, qvotqvot in universo terrarum sunt orbe, Reges antestat & præcedit, Bernhard. Zieritz. *in comm. de Princip. inter ipsos dignit. prærog.* Petr. de Andlo *de Imper. Roman. libr. 2. cap. 8.* Domin. Arum. *dict. discurs. 2.*

Non certè de nihilo hæc sunt fundamenta: † at non talia, qvi- 8
bus assentiri cogamur, ex principiis politicis edocti, statum Imperii Romano-Germanici, qvalis hodiè existit, verè ac purè Monarchicum haud esse. (1) Præsupponimus enim ex suprà dictis *Sect. præced.* † In statu purè monarchi- 9
co jura Majestatis sive potestatem summam penes solum Principem residere, nec qvicqvam de hâc Optimates participare, Nicol. Machiav. *disc. 1. cap. 2.* Arnold. Clapmar.

mar. *de arcan. Rerumpub. lib.6. cap.*
15. vel ipso vocabulo Monarchæ
10 id indigitante. † Atqvi solum Im-
peratorem hodiè jura tenere Ma-
jestatis, eaqve exercere, tantum
abest, ut plerisqve in causis bona
atqve jura Imperii concernenti-
bus, adsensum ArchiPrincipum
Electorum & Procerum Imperii
adhibere necesse habeat ex Capi-
tulatione Regiâ, ceu perpetuâ
Imperii Lege fundamentali, pro-
ut *tot. hoc tract. & h. cap. 13. Sect.6.*
11 probatum dedimus. † Neq; enim
Cæsar de rebus Imperii cum exte-
ris Principibus sine voluntate &
assensu Septem Virûm fœdus ini-
re potest, Thuan. *lib.2. histor. fol.27.*
12 † nec de rebus Imperii inconsultis
Proceribus intra vel extra fines
Imperii bellum suscipere, Johan.
Sleidan. *lib.1. de statu Religion. pag.*
29. Tob. Paurmeist. *lib. 2. de jurisd.*
13 *cap.2. n. 19. pag. 439.* † nec Leges u-
niversales promulgare, ex clau-
sula usitatissimâ, omnibusqve ac
singulis Imperii Recessibꝰ apposi-
ta: Mit einmütigen zeitigen Rath
der Stände/ ꝛc. Vel: Daß wir uns
mit einander vereiniget/ unnd be-
schlossen/ ordnet unnd gesetzet ha-
ben. Vel: haben wir uns mit den
Ständen unnd sie sich hinwieder-
umb mit uns verglichen/ ꝛc. Vel:
Mit einmütigen zeitigen Rath und
Willen/ auch Zugebung unnd an-
nehmung der Stände/ ꝛc. *Recess.*
Imper. Wormat. de anno 1495. Au-
gustan. de anno 1500. Trevir. & Co-
lon. de anno 1512. Johan. Limn. *de*
jur. publ. lib.1. cap.10. num.32. Joach.
Cluten *in syllog. rer. qvotid. con-*
clus. 21. Anton. Coler. *de jur. Imp.*
germ. sect. 18. † nec sine consensu 14
Electorum vectigalia erigere,
Henr. Bocer. *de Regal. cap.2. n.184.*
Paurmeist. *de jurisdict. lib. 1. cap. 4.*
n. 7. Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad*
Aur. Bull. concl. 91. † nec privilegia 15
dare: aut si dederit, confirmatio-
ne opus erit, veluti Imper. Caro-
lus IV. cum *anno 1355.* constitutio-
nem tulisset *de incorporatione Du-*
catuum Poloniæ ac Silesiæ &c. qvod
perpetuò Bohemiæ Regno debe-
rent esse indivisibiliter couniti,
paulò post in cõventu Norinber-
gensi *eodẽ anno* super eâ re Electo-
rum obtinere confirmationem o-
pus habuit, apud Goldast. *tom. u-*
nic. Const. Imper. pag. 350. Hinc &
Imper. Otto I. affirmat: *Se privi-*
legia dedisse cum scitu & consilio
Principum Imperii, in *Constit. de lo-*
catione & privilegio Cameræ Imper.
Magdeburg. in pr. apud Goldast.
tom. 1. Const. Imper. pag. 216.

Probant sanè hæc luculenter,
† præcipua Majestatis jura haud 16
penes solum Imperatorem resi-
dere,

dere, ſed in horum conſortium,
Proceres Imperii fuiſſe receptos.
Qvod ipſum naturæ & qvalitati
Status monarchici omnium ferè
Politicorum adſenſu è diametro
17 adverſatur. † Neq; hîc diſtingve-
re licet cum Arum. *dict. diſcurſ. 2.*
inter ipſam Majeſtatem, & jura
ejusdem, ita ut illa penes ſolum
ſit Imperatorem, ac proindè Sta-
tus Imperii monarchicus: Jurium
verò Majeſtatis Proceres ſaltem
18 ſint participes. † Siqvidem jura
Majeſtatis ab ipsâ Majeſtate non
magis ſeparari poſſunt, qvàm ra-
dii Solis ab ipſo Sole, Paurmeiſt.
de jurisdict. Imp. Roman. lib. 1. cap. 2.
n. 1. ut ſine qvibus ſumma Maje-
ſtas ſimulacri umbratici nomine
verius indigitatur; qvæq; penitùs
eviſcerans homicida ſuæ dignita-
tis eſt, Gerlac. Buxdorff. *ad præfat.*
Aur. Bull. concl. 2. in fin. Unde vul-
gatum illud Dd. *Reſervata hæc oſ-*
ſibus Imperatorum ita adhærere, ut
ea nullus à Sceptro Cæſareo divellere,
ullové tempore præſcribere valeat,
Thom. Mich. *de jurisdict. concl. 8.*
19 Fieri ergò non poteſt, † ut jura
Majeſtatis exerceant Status Im-
perii ſimul cum Imperatore, & ni-
hilominus hic ſolus teneat Maje-
ſtatem. Sed ubi Majeſtas, ibi &
jura ſunt Majeſtatis, & qvi pro-
prio jure ac nomine jura exer-
cent Majeſtatis, iis & ipſam com-
petere Majeſtatem, neceſſe eſt,
prout fuſiùs à nobis demonſtratū
Supr. ſect. 2. † Qvin & Status Impe- 20
rii ipſius Majeſtatis participes fa-
ctos fuiſſe, probatum dedimus
Sect. 6. idq; vel inde manifeſtum
eſt, qvia in conſortium ſummæ
poteſtatis recepti fuêre, innuente
Receſſuum Imperii clauſulâ: **ha-**
ben wir uns mit den Ständen/und
Sie sich hinwiederumb mit uns
verglichen/ Tob. Paurm. *de jurisd.*
Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. Atqvi nil ali-
ud eſt Majeſtas, qvàm ſumma Im-
perii poteſtas, Bodin. *lib. 1. de Re-*
publ. cap. 8. in pr. Paurmeiſt. *lib. 1. de*
jurisd. Imper. Roman. cap. 3. Chriſt.
Beſold. *lib. 1. de Republ. cap. 2.* † Ma- 21
joris momenti non eſt inſtantia
Reinkingii *dict. cap. 2. n. 46. & 133.*
conſentientibus licet Statibus,
ipſum tamen Imperatorem bella
ſuſcipere, vectigalia indicere, a-
liaq; jura Majeſtatis exercere: Ad-
vertere namq; debuiſſet, nomine
& autoritate totius Imperii omni-
umq; Statuum fieri, qvicqvid a-
gat Imperator in exercitio jurium
Majeſtatis, benè monente Johan.
Limnæo *lib. 1. jur. publ. cap. 10. n. 29.*
& 31.

(2) Ex qvo porrò aliud contra
Statum monarchicum profluit
fundamentum, † qvippe in qvo 22

Princeps summam tenet potesta-
tem; adeoq; nec superiorem, nec
parem in Imperio recognoscit,
Bodin. *dict. loc.* Vix autem qvis-
qvam negaverit, pares non esse
Status Imperii conjunctim con-
sideratos ipsi Imperatori, qvi pro-
bè pensitat summam Imperii po-
testatē in duos semisses divisam,
qvorum unum Cæsar habet, alte-
rum Imperii Ordines universi,
prout diximus *Supr. sect. 6. n. 24.*
ex Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Im-
per. Roman. lib. 2. cap. 2.* Unde con-
tra Recessus Legesq; Imperii non
prævalet Cæsaris potestas, ut pas-
23 sim fatentur politici: † nec alia
est, qvàm in conventionibus con-
trahentium, qvorum alter alte-
rum obligare, eiqve præjudicare
neqvit, sed utriusqve reqviritur
consensus, Bernh. Bertram *de Co-
mit. th. 74.* Joh. Limn. *dict. cap. 10.
n. 33.* Nimirum in solius Cæsaris
persona, Proceribus exclusis, sum-
ma & absoluta haut residet pote-
stas, contra naturam Status mo-
narchici, Christ. Besold. *lib. 1. polit.*
24 *cap. 8.* † Hocq; ipsum innuit Auct.
Des wolmeynenden *discurs*, War-
umb die Catholischen in Teutsch-
land sich von den Jesuiten uñ Spa-
niern absondern sollen / *pag. 174.
vers. in deliberatione.* Ita inqviens:
Darumb muß man ie so gar hart
nicht auff eine *absolutam potesta-
tem*, und als wann Keyserl. Maj.
alles ohne einig zuthun der Chur-
fürsten und anderer Stände/allein
zu verordnen bemächtiget / gehen
und dringen. Et *pag. 176. in pr.* Zu
mehrer erwegung auch die Teutsche
Keyser in undencklichen Zeiten/ ih-
nen selbsten/ solche *absolutam pote-
statem* nicht *arrogiret* oder zugemes-
sen. † Et Trajan. Boccal. *in thesaur.* 25
polit. lib. 2. disc. 1. Und hat der Rö-
mische Keyser in Teutschland kein
absolutum Imperium, sondern regie-
ret solches mehrertheil durch die
Reichstäge/ Christoph. Besold. *de
jurisdict. Imp. Rom. qvæst. 10. & polit.
lib. 1. cap. 8.* Petr. Syring. *de pace Re-
lig. th. 14.* Joach. Cluten *in syllog.
rer. qvotidian. concl. 16.* Gothof. An-
ton. *de potest. legib. solut. & hodier.
Imper. Statu, adversus Vultej. apud
Goldast. in polit. Imp. part. 13.*

(3) Notissimum est, † qvod Im- 26
perator conveniri qveat coram
Comite Palatino *ex tit. 5. Aur. Bull.*
ubi Buxdorff. *conclus. 66.* & Dom.
Arum. *disc. 3.* Qvo ipso satis evin-
ci autumat Joh. Bodin. *lib. 2. de Re-
publ. cap. 6.* Imperatorem supremā
potestatem non habere: nec pro-
inde statum Imperii modernum
esse Monarchicum. Regerit eqvi-
dem Arum. *dict. loc.* conveniri Cæ-
sarem coram Comite Palatino,
non ut superiore aut æqvali; sed
qvia ipsemet depositâ qvodam-
mo-

modo Imperatoriâ Majeſtate, co-
gnitioni Comitis Palatini, qvan-
tumvis inferioris, ſeſe ſubmiſerit:
id qvod dignitati ejusdem officе-
27 re haut posſit. † Sed reſpondemus,
non id in controverſiâ eſſe, an Ju-
dex ſit ſuperior, ſed num aliqvid
ſuperius ſit eo, de qvo judicatur,
excepto Deo, ex cujus ſibi con-
ceſsâ poteſtate jus dicat Judex: Il-
lud verò ſunt Status Imperii atq;
Leges fundamentales, qvæ Pala-
tinum conſtituunt Judicem, &
Monarchiæ naturam convellunt.
Neqve in arbitrio eſt Imperatoris,
an ſeſe ſubmittere velit, nec ne,
ſed id facere neceſſe habet, *dict.
tit. 5. Aur. Bull.*

28 (4) † Non parùm qvoq; impe-
dit Statum monarchicum, qvod
Imperator dicatur Imperii Admi-
niſtrator in *Receſſ. Imper. Auguſt.
de anno 1559. in pr.* Ibi: Die *Admi-
niſtration* un̄ Verwaltung des Rö-
miſchen Reichs ferner nicht behal-
ten. Et paulò poſt: Und uns mit
der Würde der *adminiſtration* unnd
Verwaltung des heiligen Reichs/
auch anhangender *dignitet*, Hoheit/
Regierung/ Titul/ Scepter unnd
Kron des Römiſchen Keyſerthums
im Namen des Allmächtigen bela-
den. Qvod certè qvalitati Monar-
chiæ minùs convenit. Fruſtrà ex-
29 cipiente † Reinkingio *dict. lib. 1. de
regim. ſecul. & eccleſ. claſſ. 2. cap. 2.
n. 188.* eſſe qvidem Imperatorem
adminiſtratorem, ſed adminiſtra-
re Imperium proprio nomine.
† Id qvod contra naturam & pro- 30
prietatem eſt adminiſtrationis,
qvæ non niſi alieno nomine per-
agitur, teſte Accurſ. *in Rubr. Cod.
de adminiſtr. Rerumpubl. lib. 11.* Nec
aliter ſenſit Frider. Imper. Ordi-
nibus Italiæ ita dicens: *Imperii
Romani, cujus ad nos adminiſtratio:
penes vos verò, qvi Optimates Regni
eſtis, auctoritas reſidet*, apud Carol.
Sigon. *lib. 12. de Regno Ital. pag. 296.*
& apud Goldaſt. *tom. ult. Conſtit.
Imper. pag. 334.* Johan. Limn. *dict.
cap. 10. n. 37.*

(5) Sed qvid multis? † Poſtqvam 31
Elector Moguntinus, Imperii Ar-
chicancellarius, qvem ſtatus Rei-
publicæ Romanæ modernus late-
re non potuit, *in Oratione ſuâ* con-
tra Monarchiam verba fecerit,
de Franciſco Galliarum Rege ita
inqviens: *Animi fortitudinem ei
tribuunt, ſed ad Monarchiam illa
ſpectat, nobis autem imprimis eſt A-
riſtocratia retinenda*, apud Sleidan.
lib. 1. comm. pag. 16. † Qvò & reſpe- 32
xit Mauritius Elector, Carolum
V. Imperatorem incuſans, qvaſi
aliqvot per annos totus in eo fu-
iſſet, qvo ſuppresſis Germaniæ
Principibus, evaderet Monarcha,
apud eundem Sleidan. *lib. 24. hiſt.*
† & Henricus Galliarum Rex, *in* 33
ſcripto

scripto anno 1552. publicè divulgato: Doraus nichts gewissers folgen könte/ denn daß eine Monarchia dem Keyser und dem Hause Oesterreich erbauet würde/ apud Frider. Hortl. *de bello german. lib.5. cap.3. n.7.* cujus etiam meminit Sleidan. *dict. lib. 24. pag. 699.*

34 Nisi forsan cum † Reinking. *dict. cap.2. n.194.* hæc omnia admodum administrationis & Regiminis restringas, qvem rationibus aristocraticis rectè & prudentissimè temperatum ait, licet ipse Status sit monarchicus & maneat: Certum siqvidem est, differre statum Reipublicæ, & modum seu

35 formam gubernandi. † Ast vereor, ne Reinkingius absq; fundamento loqvatur. Etsi enim distinctionem Bodinianam inter statum & modum gubernandi, *Sect. præced.* probaverim; attamen, ut verba Electoris Moguntini, nec non Mauritii Electoris & Regis Galliarum de solâ gubernatione interpretemur, generalitas non admittit, neqve urgens aliqva ratio ad hunc nos cogit intellectum, si dicamus, qvod res est, Statum Imperii nostri purè monarchicum non esse. Aliter hæc declinare co-

36 natur Frider. Hortled. *dict. cap.3.* non intelligens ea de Monarchiâ legitimâ, sed illegitimâ sive Tyrannide, qvam Lambertus Schaffnaburgensis impropriè vocat Monarchiam *in lib. de reb. gest. Germ. tom.1. veter. Germ. scriptor.* Qvàm longè verò hæc differat à Monarchiâ propriè sic dictâ, omnibus notissimum est, Steph. jun. Brut. *in vindic. contra Tyrann. qvæst. 3.* Herm. Kirchn. *orat. 15.* Clapmar. *de arcan. Rerump. lib.3. cap. 2.* † Ast 37 licet hanc explicationem in verbis Mauritii Electoris, & præsertim Henrici Galliarum Regis admiserim, contextu præcedentium & seqventium eam innuente: dz sie mit unträglicher Tyrañey uñ *servitut* vom Keyser unterdruckt/ und in eine ewige Dienstbarkeit geführet würden. Et hoc qværi, ait, ut cõstituatur Monarchia, dem Keyser uñ dem Hause Oesterreich/ alles mit verlust Teutscher *Nation* Freyheit/ und vieler Leute Untergãng/ 2c. † veluti qvoq; in tali si- 38 gnificatu abusivo Monarchię verbum usurpatur à Francisco I. Galliarum Rege, apud Freher. *tom.3. German. scriptor. fol. 295.* & Hortl. *de caus. belli german. lib.1. cap.18.* nec non à Johanne Friderico Saxone, & Philippo Landgravio *in responsione ad proscriptionem Cæsaream*, apud Hortled. *de bello germ. lib.3. cap.30.* † Attamen effatum 39 Moguntini hunc intellectum planè respuit: *tùm* qvod propriè Monarchiæ voculam usurpasse præsumatur:

ſumatur: ſiqvidem à propriâ verborum ſignificatione recedi haut oportet, niſi loqventem aliud ſenſiſſe manifeſtum ſit, *l.64. in pr. ff. de legat.3. tùm* qvia in Gallo deprædicat animi fortitudinem, qvæ ſanè virtus eſt, nec vitio tyrannidis convenit: *tùm* qvod expreſsè Monarchiam Ariſtocratiæ opponat; ex qvo ſanè de verâ ac propriâ Monarchiâ ipſum fuiſſe locutum, ulteriùs dubitandum non eſt, Johan. Limn. *de jur. publ. lib.1. cap.10. n.15. & ſeqq.*

Ex hisce firmiter, opinor, inferendum, † ſtatum Impe- 40
rii Romano-germanici modernum haut eſſe Monarchicum, aſſentientibus iis, qvi nec cuiqvam blandiri, nec jura alterius deprimere cupiunt. Deſtitutâ præſertim opinione cõtrariâ ſolidiori fundamento. Nam qvæ *ſuprà* adducta fuêre, ex jam dictis facillimè revelluntur, eorumqve reſolutiones tangemus fuſiùs *infrà Sect. 10.*

SECTIO IX.

Eſt tamen Status Imperii Romano-germanici hodiè monarchicus, ſed ariſtocraticè mixtus.

SUMMARIA.

1. *Bodinus Statum Imperii Romano-germanici ariſtocraticum aſſerit.*
2. *Qvâ in re ſuos habet aſſeclas, n.3.*
4. *Refellitur aſſertio Bodini, n.7.8.*
5. *In Ariſtocratiâ æqvalis eſt Optimatum poteſtas.*
6. *Imperatori Romano multa jura ſpecialiter ſunt reſervata, de qvibus non participant Status Imperii. n.12. 13.*
9. *Explicatur effatum Moguntini de Ariſtocratiâ Imperii.*
10. *Status Imperii modernus ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ commixtus.*
11. *Prævalet tamen Monarchia in hâc mixturâ.*
14. *Status Imperii monarchicus ariſtocraticè mixtus.*
15. *Negant qvidam ſtatum Reipublicæ mixtum dari poſſe.*
16. *Horum ſententia refellitur, n.22.*
17. *Reſpublica Athenienſium temperamentum paſſa eſt.*
18. *Lacedæmoniorum Reſpublica ex tribus formis conflata, n.19.*
20. *Mixtura Reipubl. veteris Romanæ.*
21. *Venetorum Reſpublica ex Regno & Conſulatu mixta.*

23. Respondetur ad objectiones contrarias, n. 26. 27.
24. Contraria etiam ingrediuntur mixturam.
25. In Regnis non audiuntur Regulæ Logicorum.
28. Qvomodo Majestas divisa consideretur? n.29.30.
31. Jus indivisum, & tamen dividi dicitur.

VErior itaqve stat sententia:
Statum Imperii Romano-ger-
manici modernum haut purè mo-
narchicum haberi, *Sect. præced.*
1 † Num ergò erit Aristocraticus?
Ita vult Bodinus, Imperium scili-
cet nostrum esse puram Aristo-
cratiam, qvæ septem Electoribus,
trecentis Principibus, ac Civita-
tum Imperialium Legatis coale-
scat, qvibus Princeps unus præsit,
ut Concilii jussa exeqvatur, aut
Magistratum abdicare cogatur,
libr. 2. de Republ. cap. 1. pag. 291. &
2 *cap. 6. pag. 348.* † Nec solus ita
sentit, sed asseclam habet Tile-
man. *vol. 1. disp. 2. th. 48.* qvi statum
Imperii aristocraticum ab ætate
3 Caroli Magni derivat. † In qvorũ
sententiam etiam scripsit Pierre
Matthieu *tom 1. liur. 3. narrat. 2.*
de l' histoire de Henry IV. Le tiltre de
l' Empereur n' est gueres plus à præ-
sent qve celuy d' un Duc de Venice.

4 At nimis † audacter id asserit
Bodin. qvasi in manu haberet o-
mnium rerum politicarum facul-
tatem, secundum Tob. Paurmeist.
de jurisd. Imper. Roman. lib. 2. n. 34.
cui tamen mater fuisse videtur
ignorantia Germani Imperii, pro-
ut loqvitur Rudolph. Maximil. a-
pud Frider. Achill. *in orat. contra*
Galliam. † Nec enim qvisqvam 5
dixerit Imperium aristocraticum,
ubi non æqva inter optimates fa-
cta est Majestatis vel potestatis
summæ partitio, fatente ipsomet
Bodino *lib. 2. de Republ. cap. 1. in pr.*
Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 1.*
Tantum verò abest, parem & æ-
qvalem existere potestatem Im-
peratoris & Procerum Imperii, ut
illi soli tantum competat potesta-
tis, qvantum hi omnes conjun-
ctim tenent, veluti demonstravi-
mq *Supr. sect. 6. n. 24.* Qvin & mul- 6
ta Imperatori sint reservata jura,
qvæ Status exercere neqveant,
Christ. Besold. *lib. 1. polit. cap. 8.* ut
vel propterea status Imperii no-
stri Aristocratiæ haut conveniat.
In qvâ † ergò locandi erunt tribu 7
Bodiniani isti, qvi Imperii Germa-
nici statum fingunt aristocraticũ,
qviq; Imperatorem nostrum Au-
gustissimum Ducem Venetorum
vix parem, imò inferiorem con-
stituunt, cum suo Patrono Bodi-
no *lib. 4. de Republ. cap. 1. fol. 391.*
Qvondam Romę tantá veneratio-
ne & Religione Impp. statuæ cole-
bantur,

bantur, ut ne conflare qvidem eas
ac vendere ſine capitis periculo,
& citra Majeſtatis crimen licue-
8 rit: † At hi non Imperatoris ſta-
tuæ inferunt injuriam, ſed ipſum-
met Imperatorem, ipſummet Im-
perium, qvod ſacroſanctum nobis
eſſe debet, furialiter adoriuntur,
inqvit Rudolph. Maximil. *dict. o-
rat. contra Galliam*. Neq; aſſertio-
nis ſuæ unicum probabile qveunt
9 proferre argumentū, niſi † qvod
forſan Albertus, Moguntinenſis
Archiepiſcopus in rejectione
Franciſci Galliarum Regis, Cæſa-
ream dignitatem ambientis, Ari-
ſtocratiam retinendam dixerit,
apud Sleidan. *lib. de ſtatu Religion.
pag. 19*. Aſt ſenſu minimè Bodinia-
no: Procul dubio enim per Ari-
ſtocratiam intellectum voluit
temperamentum iſtud Ordinum,
qvo abſoluta Cæſaris poteſtas,
veluti frenis ſiſtitur ac retinacu-
lis, qvôq; Monarchia pura Impe-
ratori denegatur, prout ex utrius-
qve vocabuli oppoſitione mani-
feſtum redditur.

Qvalis ergô Imperii noſtri ſta-
tus: Dicant alii qvicqvid velint,
10 † ego mihi nunqvam perſvaderi
patiar, faciem Imperii hodiernam
ſtatum ſimplicem, vel monarchi-
cum, vel ariſtocraticum repræſen-
tare, ex principiis politicis ita edo
ctus: qvin potiùs ex utrâq; , tam
Monarchiâ, qvàm Ariſtocratiâ Im-
perium Romano germanicū com-
mixtum, exiſtimaverim, cum Jo-
ach. Clut. *in ſyllog. rer. qvotid. concl.
16*. Keckerm. *diſp. pract. ſin. probl. 17*.
Velſt. *decad. 7. th. 6*. Chriſt. Beſold.
lib. 1. polit. cap. 8. Joh. Limn. *de jur.
publ. lib. 1. c. 10. n. 12*. Arnold. Clapm.
de arc. Rerumpubl. lib. 5. cap. 20. Hu-
raldo *lib. 1. de offic. Reipubl. cap. 3*.
† Non ut Ariſtocratia prævaleat, 11
ſecundum Limn. *dict. loco*. ſed ut
Monarchiæ lumen clariùs appa-
reat. Etenim Imperator in illis i-
pſis juribus Majeſtatis, de qvibus
Proceres participant, integrū re-
tinet Semiſſem, ceu caput Impe-
rii, Tob. Paurmeiſt. *de jurisd. Im-
per. Roman. lib. 2. cap. 2. Supr. ſect. 6.
n. 24*. † Ac præterea jura qvædam 12
Majeſtatis Imperatoris propria
ſunt, qvæ ſolus ipſe peragere pot-
eſt, nihil de hisce participantibus
Imperii Proceribus, puta: Princi-
pibus exteris milites in Imperio
conſcribendi concedere licentiā:
Adverſus non Subditos Imperii
proceſſus decernere: De feudis
majoribus, ſeſſioneq; inter Status
cognoſcere, ut refert Denaiſius *in
jur. Camer. §. Cæſaris in Imperio emi-
nentia. & aliqvot ſeqq*. Beſold. *dict.
cap. 8*. † Unde paſſim *in Imperii Re-* 13
ceſſibus mentionem fieri videmus
der Keyſerl. Hoheit/ Freyheit und
Reſervaten, Rec. Imp. de anno 1542.

§. Hierumb der Keyserl. Macht
14 und Vollkommenheit/ ꝛc. † Qvis ergò hinc negaverit, prædominari Imperatoris potestatem ac præeminentiam, atq; sic statum Imperii magis ad Monarchiam inclinare, ita ut sit status monarchicus aristocraticè mixtus, Lips. 2. *polit.* 2. Keckerman. *lib.* 2. *syst. polit. cap.* 4. Goth. Anton. *in disp. Anti-Vult. de potest. Imper. & statu hodierno Imper.* apud Goldast. *in polit. Imper. part.* 13.

Ex qvo tamen aliud incurrimus dubium,
15 † *an Status Reipublicæ mixtus unqvam dari & existere possit?* ubi dissentientem habemus Johan. Bodin. ita dicentem: *Hæc nostra conclusio est, nullam unqvam Rempublicam ex duabus, multò minus ex tribus speciebus constitui, ac ne opinione qvidem fingi posse, lib.* 2. *de Republ. cap.* 1. cum qvo transeunt Petr. Gregor. Tholosan. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 1. Bornit. *de Majest. cap.* 11. & 13. Casus *in Sphær. civitat. lib.* 3. *cap.* 5. *quæst.* 1. Timpl. 5. *polit. quæst.* 7. Dan. Otto *de Majest. Imp. & Imperant. cap.* 2. Otto Meland. *in Ideâ Stud. polit. pag.* 73. Zachar. Friedenreich *pol.* 18. & 29.

Sed jamdudum horum sententia est explosa:
16 † Statum enim tùm monarchicum, tùm popularem aristocraticè per Magistratus & officia posse temperari; & vicissim Aristocraticum statum, saluberrimè suscipere temperamentum monarchicum, exempla sufficienter probant. Ita namq; † Atheniensium qvondam Rempublicam temperamentum passam fuisse, auctor est Plato *lib.* 2. *polit.* 6. † Lacedæmoniorum qvoqve Rempublicam à Lycurgo institutam, ex tribus formis fuisse conflatam, docent Machiavell. *lib.* 1. *disc. in Liv. cap.* 2. Sigon. *de Republ. Spart.* Plato *lib.* 3. & 4. *de legib.* Administrationem enim Reipublicę Lycurgus per ordines divisit, Regibus potestatem bellorum, Magistratibus judicia annuasq; successiones, Senatui custodiam legum, populo eligendi Senatum vel creandi qvos velit, Magistratui potestatem permisit, fundos omnium æqvaliter inter omnes divisit. † Et de hâc Lacedæmoniorum Republicâ refert Polyb. *lib.* 6. eam ex tribus formis ita fuisse constitutam & dispositam, ut nemo unqvam, ne ex illis qvidem, qvi sunt Incolæ, constanter edicere potuerit, an tota illa Respublica vel Monarchia, vel Aristocratia, vel Democratia fuerit. † Præterea Reipublicæ qvoqve veteris Romæ mixturam referunt Dion. Halicarnass. *lib.* 7. & 8. Cicer. *de legib.* Polyb. *lib.* 6. *cap.* 5. *de re milit. ac domest. Rom. disciplin.* † Ita qvoq; Rem-

(margin: 17, 18, 19, 20, 21)

Rempublicam Venetorum ex Regno & Consulatu constare, testes sunt Casp. Contar. *de Republ. Venetor.* Steph. Jun. Brut. *de jur. Magistr. in subdit. in repet. ad qvæst. 6.*
22 Qvis non ergò † mixtam dari Rempublicam, fatebitur cum Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 3. coroll. ult. & disp. 5. th. 1.* Velstenio *decad. polit. qvæst. 7. qvæst. 5.* Thom. Moro *in Utop.* Machiavell. *lib. 1. disc. cap. 2,* Reinhard. König *part. 1. theatr. polit. cap. 9.* Keckerman. *lib. 2. Syst. polit. cap. 4. & 5.* Schönborn. *lib. 1. polit. 8. n. 16.* Arnis. *lib. 1. polit. c. 8.* Christoph. Besold. *lib. 1. polit. 8.* Arnoldo Clapmaro *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 20.*

Nec facessunt negotium, qvæ â Bodino & asseclis contra statum Reipublicæ mixtum objiciuntur.
23 (1) qvod nempe † contraria inter sese haut misceantur; tres verò Rerumpublicarum species, videlicet Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam esse contrarias, vel inde apparet, qvòd contrarium sit, supremam & absolutam imperandi potestatem esse penes unum, & eandem qvoqve esse penes plures: Nam suprema est potestas, qvæ nec parem, nec superiorem qvocunq; modo agnoscit
24 potestatem. † Respondemus siqvidem negando, qvod contraria non ingrediantur mixturam. Nam elementa etiamsi inter sese qvàm maximè sint contraria, reverâ tamen miscentur: ac notandum prætereà, † qvod tradit Wa- 25
remund. ab Erenb. *in medit. pro fœder.* in Regnis non habere locum definitiones & regulas Logicorum.

(2) † Nullum accidens, ajunt 26
porrò, constituit vel mutat rei essentiam: Ergò nec mixtura, qvæ est accidens, statum Reipublicæ constituere & alterare valet. † 27
Resp. Concedimus hoc lubentes, neq; ex ejusmodi mixturâ nova exoritur Status essentia, specie diversa; Sed â principaliore parte, qvæ in mixturâ prævalet & præponderat, fieri solet denominatio, ita ut si majora & potiora sint jura apud unum, Monarchia, eaqve temperata; si apud plures & Optimates, Aristocratia; si apud populum, Democratia sit & dicatur.

(3) Pergunt ulteriùs, † Majesta- 28
tem esse individuam adeoq; nec jura Majestatis dividi posse. Resp. Sed distingvendum cum Metaphysicis inter indivisibilia & indivisa: qvorum illa ob simplicitatem respuunt divisionem: hæc qvia sunt ex partibus conflata, licet qvà sunt, unum sint, h. e. indivisa, attamen divisio illis non repugnat. † Et si planè non divide- 29
retur.

retur Majeſtas, aut ſaltem pro di-
viſo conſideretur, qvomodo qvæ-
ſo in Ariſtocratiâ & Democratiâ
Majeſtas poterit reſidere in plu-
ribus? Dices, Majeſtatem tùm nō
penes qvemlibet in ſolidum con-
ſiderari; ſed omnes Imperii parti-
cipes ſimul & conjunctim impe-
rare, ſingulos verò obedire, Bo-
30 din. *lib. 2. de Republ. cap. 6.* † At i-
dem, ajo, accidere in ſtatu mix-
to, nec ulla dabitur differentia,
niſi qvod æqvali modo & portio-
ne, aut major pars, aut Optimates
ſaltem in Democratico & Ariſto-
cratico ſtatu imperent. In ſtatu
verò mixto poteſtas haut eſt ęqva-
lis; ſæpè enim unus plus poteſta-
tis habet, qvàm reliqvi omnes; ni-
hilominus tamen unum conjun-
ctim repræſentare videntur, per-
inde ut in Ariſtocratiâ & Demo-
cratiâ. † Ac demum, nonnè jus eſt 31
individuum, qvod tamen diſertè
dividi dicitur *in l. 9. §. 12. ff. de hered.
inſt.* Nempe, non ut hereditas jam
conſtituta in alicujus perſonâ di-
vidatur; ſed qvod teſtator inſti-
tuendo plures heredes efficiat, ut
in ſingulorum perſonâ diviſum
ac diverſum jus exiſtat, & tamen
in genere unica hereditas, unicū
jus hereditatis, Reinh. Bachov. *in
not. ad diſput. Treutl. 14. th. 1. vol. 1.*
Qvod ſi ergô Lex 12. tabb. hoc
modo ipſum jus dividit, certo ſci-
licet reſpectu: qvidni etiam Leges
fundamentales jus Majeſtatis cer-
to modo inter Status Imperii di-
videre poſſent?

SECTIO X.

Etiamnum hodiè Imperator Romanus jure habetur ac ſalutatur Monarcha.

SUMMARIA.

1. Status Imperii modernus nec purè monarchicus eſt, nec ariſtocraticus.
2. Sed ſaltem ariſtocraticè mixtus.
3. Imperator Romanus jure ſalutatur Monarcha. n. 7. 24.
4. Imperium noſtrum qvarta Monarchia à Daniele præfigurata. n. 23.
5. Theologicè conſiderata Monarchia qvænam dicatur?
6. Mixtura formam Reipubl. monarchicam non tollit.
8. Mixtum Imperium à potentiori parte appellitatur vel monarchicum, vel ariſtocraticum.
9. Imperator Romanus ab aliis etiam Regibus ſalutatur Monarcha.
10. Primas hasce Imperatori non invident Turcæ. n. 11.

12. Fa-

STatum Imperii Romano-Germanici modernum esse monarchicum, sed aristocraticè mixtum, diximus & probatum dedimus *Sect. praeced.* † Fallunt ergò
1 qvi puram Imperii nostri Monarchiam jactitant, *Supr. sect. 8.* Fallunt etiam, qvi illam planè respuunt, ad veram inclinantes Aristocratiam, *Sect. praeced. in pr.* Tu-
2 tiùs verò † nobiscum mediam ambulant viam, qvi temperamentum aristocraticum in Monarchiâ admittunt. Statum monarchicum hoc ipso erigentes potiùs, qvàm destruentes, nec titulum Monarchae Imperatori denegantes:
3 † Qvem talem jure venerandum arbitramur, sive theologicè, sive politicè rem pensitaveris. Etenim
4 † Imperium nostrum qvartam esse Monarchiam, à Daniele praefiguratam diximus *Supr. sect. 7. n. 11.* in qvo consentientes habemus Henn. Arnis. *lib. 2. relect. polit. cap. 2. sect. 3. n. 2.* Christ. Helv. apud Goldast. *in polit. Imper. fol. 474.* Joach. Cluten *in Syllog. rer. qvotid. concl. 2.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10.* Christoph. Besold. *de jurisd. Imper. Rom. qvaest. 2.* † Theologi siqvidem 5
Monarchiam accipiunt non pro absoluto unius Imperio in subditos, sed pro latissimâ unius Reipubl. jurisdictione in totum mundum, vel maximas ejusdē partes, ex vaticinio *Dan. 2. & 7.* Theologico itaq; in sensu cum jure dicatur Imperium Romanum etiamnum hodiè Monarchicum: qvâ injuriâ Monarchae titulum Imperatori detractum ibimus?

Politicè verò si statum Imperii nostri consideraveris, † non certè 6
impedit temperamentum aristocraticum, qvo minus titulum Monarchae Imperatori vindicemus. Nec enim mixtura formam Reipublicae monarchicam tollit, ut maximè temperet: & deflexisse qvidem à Naturae suae regulâ Reipublicę dicitur forma, non tamen

men eam exuiſſe penitùs, hincq;
genus & nomen partis, qvæ plus
poteſt, ferè ſeqvitur, Lipſ. *polit. 2.*
7 *cap.2.* † Ac licet hodiernus Impe-
rii ſtatus merè monarchicus non
eſt, præeminet tamen Monarchia
& Majeſtas Imperatoris, ita ut
Monarchæ titulus ipſi meritò tri-
buatur, Gothof. Anton. *in diſp. an-
ti-Vultej. de poteſt. Imper. & hodier-
no Imper. ſtatu.* apud Goldaſt. *in po-
lit. Imper. part. 13.* Andr. Knichen.
*de Saxon. non prov. jure: verb. Du-
cum Saxoniæ cap.1. n.1. usq; ad n.39.*
Petr. Heig. *lib.1. qvæſt.2. n.21. & ſeqq.*
8 † Qvamvis & ipſum Imperium a-
riſtocraticè mixtum à potentiori
parte non malè appellaveris mo-
narchicum. Qvemadmodū enim
Vinum generoſius, aqvâ ſi paulu-
lùm diluatur, neq; virtutem, ne-
qve nomen amittit: Ita, inqvi-
unt, Monarchia, ſi Ariſtocratiâ
temperetur, nomine non cadit
ſuo, nec virtute; qvia ſcilicet di-
gnius ad ſe trahit minus dignum,
*arg. §. ſi qvis in alienâ. Inſt. de Rer. di-
viſ.* ex qvo non rarò Monarcha &
Rex vocatur, qvi non niſi ſtatûs
mixti Princeps eſt, Chriſt. Beſold.
lib.1 polit. cap.8.

9 Videmus hinc, jure † Impera-
torem noſtrum ab aliis Regibus
& populis Monarcham ac ſummū
Principem ſalutari & haberi, Do-
min. Arum. *tom. 1. jur. publ. diſc. 1.*
Hinc Alphonſus Arragoniæ &
Neapoleos Rex ſapientiſſimus,
Fridericum III. Imperatorē, Nea-
polin aliqvando venientem, nul-
lo non honoris cultu eſt proſecu-
tus; & cum ab aulicis eo nomine
reprehenderetur, iis ita reſpon-
dit: *Veſtrum non eſt de Regibus judi-
care. Nos Reges omnes debemus re-
verentiam Imperatori, inqvam
ſummo Regi, ille eſt caput & Dux Re-
gum,* Chriſtoph. Beſold. *de jurisd.
Imper. Roman. qvæſt. 6. in fin.* Qvin
† nec Germanorum jurati & ca- 10
pitales hoſtes Turcæ primas haſce
Imperatori invident, Herman.
Kirchner. *de Legat. offic. & dignit.
lib.2. cap.5. n.62.* iis namq; formali-
bus Turca ad Imperatorem fertur
ſcripſiſſe: *In fide JESU Nazareni in-
ter cæteros Summo.* Goldaſt. *in le-
gat. Ibrahimi Strocæ anno 1562. in Co-
mit. Francofurt.* † Atq; hinc fa- 11
ctum, ut in celebritate circumci-
ſionis Machumetis *III.* qvæ dura-
vit totis 40. diebus & noctibus
continuis, præſentibus Conſtan-
tinopoli Maximorum propè toti-
us Orbis Principum Legatis, Ru-
dolphi *II.* Chriſtianorum Imper.
Auguſti Legati loco ſpectaverint
primo, Franciſc. Carol. Sax. apud
Frider. Achill. *in Orat. pro German.
p.106.*

Probant ſanè hæc luculenter,
theologicè pariter & politicè Im-
perato-

peratorem salutari Monarcham, non qvod Imperii status sit purè monarchicus; sed qvia Monarchia prævalet, temperamento a-
12 ristocratico. † Qvàm multùm enim facies Imperii moderni à purâ distet Monarchiâ, ad oculum, opinor, *Sect. 8.* demonstravimus. Restat saltem, ut speciatim resolvamus dubia, qvibus errorem suum puram jactantes Monarchiã, colorare nituntur, *Supr. sect. 8. n. 3.*
13 *& seqq.* Qvod ergò † (1) clausulam illam (Aus Römischer Keyserlicher Macht / Gewalt unnd Vollkommenheit) in Rescriptis Impp. & Recessibus usitatissimam attinet: ei reponimus hanc clausulam (und haben wir uns mit den Ständen / und sie sich hinwiederumb mit uns verglichen) non minus in Imperii Recessibus consvetam, qvâ potestas Imperatoria non parùm limitata probatur, ut vix ac ne vix eam dixeris absolutam: Etsi enim in *Reformatione Friderici III. Imp. de anno 1442. Ordinatione Cameræ antiqviori*, & in *Constitutione Maximiliani I. de pace publicâ de anno 1495.* in consilium duntaxat videantur adhibiti Pro-
14 ceres & Status Imperii; † attamen in legibus novissimis horum consensus disertè notatur, ut *in Recess. de anno 1500. 1521. & aliis*, qvi propterea forma dicitur substantialis decretorum Comitialium, à Tob. Paurmeistero *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. n. 84.*
† Qvò & respicit Autor Autonomiæ, Franciscus Burkhardus, ita scribens: Daß der Punct / darvon *deliberiret* werden sol / *proponiret*, berathschlaget / *referiret*, *correferiret*, und durch die jenigen / denen es gebühret Reichssatzungen zu machen / das ist / durch die Keyserl. und Königl. Maj. auch Churfürsten / Fürsten und Stände des Reichs / beschlossen und verabschiedet werde / *part. 3 cap. 37.* Lazar. à Schwendi *in consil. ad Imp. Maximil. II. scripto:* Von Regierung des heiligen Reichs und Freystellung der *Religion. p. 122.* † Ne ergò clausulæ hæ 16
sibi invicem contrarientur, dicimus, locutione istâ vulgatâ (Aus Keyserlicher Macht / Gewalt und Vollkommenheit) eam denotari potestatem, qvæ ex Capitulatione & legibus fundamentalibus Cæsari competat, nimirum aristocraticè temperatam, Procerumq; consensu & autoritate limitatam.
† Nec enim Virtus, notante Fulv. 17
Pacian. *consil. 149. n. 2.* posita est in nomine, sed in plenitudine autoritatis; nec curandum de nomine, ubi habemus effectum. Nam & Regulus sacrificulus post ejectos Reges ad servandum nomen Regium, qvia faceret sacra, à Re-

gibus aliàs facta, ita dicebatur, omni tamen potestate regiâ destituebatur. Et teste Eginhardo, gens Merovingiorum nihil in se clarum præter inane Regis nomen præferebat, Arnis. *de Majest. cap. 1.*

18. † Qvin etsi Imperator hâc locutione & clausulâ plenariæ potestatis insolenti qvandoq; fuerit usus; tantum tamen abest, omnimodam ipsi competere potestatem, ut & Ordines Imperii apertè protestati sint, sese eam, qvam per se constituisset Imperator partem Decreti vel Recessus non agnoscere, *dict. Decret. Spirens. de Anno 1544.* §. Vnd wir Churfürsten. Ibi: Daß alle und iede obgeschriebene Puncten unnd Articuln (ausserhalb obgemelte *articul* von Religions Frieden unnd Recht/ so die Römische Keyserliche Majest. unser allergnädigster Herr/ aus Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit gesetzt) mit guten Wissen/ Willen und Rath fürgenommen und beschlossen seyn/ willigen auch/ dieselbe also mit unsern Wissen/ Willen und Rath beschlossene Articul sampt uñ sonderlich in Krafft dieses Abschiedes &c. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Roman, lib. 2. cap. 2. n. 65.*

19 (2) Illud verò † pro statu Monarchico parûm facit, qvod Imperator dicatur clementissimus, cujus Vasalli ac Subditi sint Proceres Imperii, eiqve reddere teneantur rationem, Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 2. cap. 2.* Resp. *Vel* enim dicimus, ex titulorum splendore neqve de Majestate, neq; de Monarchiâ verè dijudicandum, Ammiral. *1. discurs. 1.* nec vis facienda in nomine, sed in Regiminis qvalitate, Bald. *in cons. 328.* & plerumq; qvò plus alicui servatur honoris, eò plus adimitur potestatis, Arnis. *lib. 2. relect. polit. 6. Sect. ult. n. 9.*

† *Vel* indigitat hic titulus non aliam, qvàm aristocraticè temperatam potestatem, cui non minus clementia & subjectio ascribenda est: qvamvis Proceres & Status, non tàm solius Imperatoris, qvàm totius Imperii dicantur Subditi & Vasalli, prout ex *Recess. Imper. de anno 1521. 1530. & 1548.* probatum dedimus *Suprà sect. 6. in fin.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 10. n. 10.* 20

Qvod autem (3) ajunt, † hâc ratione vix reperiri in Orbe Christiano puram Monarchiam, qvia scilicet non facilè Princeps existat, cujus potestas certâ cum Ordinibus initâ pactione haut sit limitata. Hoc certè mihi dictu absurdum non videtur, cùm & pu- 21

puram Ariſtocratiam & Democratiam hodiè dari difficile foret. Nam ſæpiſſimè partem aliqvam Imperii habet unus, partem populus; partem Senatus; vel Senatus & populus; vel Princeps & Senatus; vel Princeps & populus, de qvâ mixtione vid. Liv. *lib. 6.* Arnold. Clapmar. *de arcan.*
22 *Rerumpubl. libr. 5. cap. 20.* † ut tamen pauxillum aqvæ Vino generoſo admixtum, vino neq; virtutem omnem, neq; nomen adimit, Lipſ. *polit. 8. cap. 14.* ita nec nomen, nec vim omnem temperamento amittit ſtatus Reipublicæ vel Imperii, prævalente nominatione ejus qvod potentius eſt.

23 (4) † Porrò qvartam eſſe Monarchiam Imperium Romano-german. ſi theologicè & ex viſione *Dan. 2. & 7.* de Monarchiis loqvamur, tantum abeſt à nobis negari, ut id ipſum etiam ultrò conceſſerimus, *Suprà ſect. 7. n. 11. & h. ſect. 10. n. 4.* Sed ad ſtatum Monarchicum purum politicè conſideratũ, de qvo nobis hic ſermo eſt, nil inde inferre licet, per tradita *dict. ſect. 7. & ſect. 8.*

24 (5) Deniq; † nullatenus averſamur titulum Monarchæ, qvin potiùs hunc Cæſari competere, ac jure Imperatorem etiamnum hodiè Monarcham ſalutari, ipſimet *hâc ſectione* propugnavimus. Sed per id nihil detrahitur temperamento ariſtocratico, qvo Monarchiâ ſtatus moderni commixtam diximus & probavimus, *Supr. ſect. 8.* ſecundum tradita *hâc ſect. 10. n. 7.* Addimus & hoc: † Imperatorem noſtrum alios Reges & Principes antecedere, non qvia Imperium noſtrum monarchicum; aut qvia totius mundi Dominus; aut qvia triplex Corona capiti ejus imponitur: ſed qvia Imperium noſtrum omnia ſuperat Regna antiqvitate: qvo autem qvid antiqvius, eò eſt nobilius. Unde Campani Samnites, facilè ſe priores eſſe paſſuros, ajunt, qvod priores amici Romanis facti eſſent, ut ſicut vetuſtate, ita & gradu honoris præcederent, Liv. *lib. 7.* Nec Regnum aliud amplitudini Romanæ comparandum, à qvâ Imperium hodiè, licet ſive fato, ſive injuriâ temporis, ſive etiam per tot barbarorum incurſiones, qvodammodò defecerit, dignitas tamen ſemel acqviſita non unà periit. 25

CAP. XIV.

Resistiné possit Imperatori, si qvid contra Capitulationem agat?

SUMMARIA.

1. Lotharius renunciavit spontè Imperio.
2. Ut & Carolus V. Imperator.
3. Non ad manus Pontificis, sed Electorum renunciatio Imperii fieri debet. n. 4.
5. Electoribus competit jus deponendi Imperatorem.
6. De qvo jure nihil participant reliqvi Imperii Status.
7. Causa depositionis qvænam?
8. Num Regi aut Principi à subditis resistendum. n. 9. 10.
11. Affirmativa sententia vulgo arridet. n. 13. 14.
12. Gregorius VII. hoc nomine abduxit Romanos ab obedientiâ Henrici IV.
15. Periculosa & damnosa est hæc assertio. n. 19.
16. Nunqvam non fingere possunt subditi causam resistendi suo Principi, eumqꝫ deponendi. n. 17. 18.
20. Causam rebellionis hæc doctrina præbet.
21. Jesuitarum doctrina sangvinolenta in Reges ac Principes.
22. Non inordinatè contra Magistratum procedendum. n. 23. 24.
25. Qvâ tamen in re considerandæ rerum circumstantiæ.

SIcuti morte Imperatoris, ita etiam liberâ renunciatione ac depositione sceptri vacare contingit Imperium. Ab-
1 dicare † enim Imperio se posse Impp. probat præter aliorum exempla factum Lotharii, qvi cum Ludovicum fratrem Imperii consortem ascivisset, anno post in Prumiense Cœnobium à se constructum, amplissimisqꝫ possessionibus dotatum, *anno Christi 805.* spontè concessit, Thuan. *lib. 16. hi-*
2 *stor. pag. 326.* † qvo confirmatus Imp. Carolus V. ætate ac perpetuâ corporis imbecillitate gravatus, renunciavit juribus Imperii, *Recess. Imp. August. de anno 1559. in pr.* Ibi: Aus mercklichen/ grossen/ tapffern und treffliche Ursachen/ sonderlich aber von wegen obligenden Alters/ und immerwährender schwachheit/ Melch. Goldast. *in polit. Imper. part. 7. disc. 1.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 2. cap. 11. n. 11.* † non 3
ad manus Pontificis, sed Electorum, à qvibus dignitas Imperatoria in eum fuerat collata, Thuan. *histor.*

4 *histor. lib. 21.* † Licet enim Pontifex
relicto à Cæsare Imperio, illud ad
se reverti, & sibi tradi debere con-
tendat, ut ex gravissimâ inter
Paulum IV. Pontificem, & Ferdi-
nandum I. Imper. agitatâ contro-
versiâ liqvet, apud Thuan. *lib. 21.*
hist. Joh. Wolff. *tom. 2. rer. memo-*
rab. pag. 814. nullo tamen nititur
fundamento, postqvam non hic,
sed Electores in Imperatorem fa-
sces Imperii transtulerunt. Qvare
iis vicissim renunciationem fieri
necesse est.

Præter hanc resignationem ca-
dit qvoq; Imperator titulo ac po-
5 testate, † remotus ab Imperio per
Electores: qvibus eqvidem jus de-
ponendi Imperatorem denegat
Bald. *in l. Barbarius, ff. de offic. Præ-*
tor. nempe qvod post electionem
functi sint suo officio, dataq; illis
sit tantùm potestas eligendi, non
deponendi Cæsarem; at nihil effi-
cit, nec qvicqvam per id detrahit
6 potestati Electorum, † ad qvos so-
los, reliqvis Imperii Statibus ex-
clusis, remotio Imperatoris spe-
ctat, Bernh. Bertr. *de Comit. th. 11.*
Joh. Limn. *dict. cap. 11. n. 23.* Rectè
enim Moguntinus contra Henri-
cum Imperatorem declamans:
Qvem meritũ investivimus, inqvit,
qvare immeritum non devestiamus?
Arnis. *lib. 1. de jur. Majest. cap. 6. n.*
7 *ult.* † Immeritum dico, qvi non
saltem de Republicâ benè mereri
haud studet, sed & eam pessunda-
re satagit: cujus conatibus, si le-
niora nihil proficiant, ipsâ etiam
manu obviandum est, ne qvid Im-
perium detrimenti capiat, Frider.
Hortl. *in disc. de Lege Regiâ Germ.*
apud Goldast. *in polit. Imper. part.*
12. & Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ.*
disc. 26.

Qvo ipso † subministratum exi- 8
stimaveris remedium contra Im-
peratorem, qvem nec Capitula-
tio, nec jusjurandum reflectit ac
reprimit, qvo minus Ecclesiam af-
fligat, Rempublicam laceret & e-
vertat, libertati vim fraudemqve
faciat: ac multa forsan hanc in
sententiam argumenta suppedi-
tant scripta Johan. Sleidani, Hort-
led. *dict. loc.* Attamen non usqve
adeò expeditum est: † *Num subdi-* 9
ti Regem legitimũ, si degeneret & im-
probè præsit Reipublicæ, licitâ legiti-
mâve potestate, pro jure suo judicare,
adeoq; Principi resistere, ipsumq; à
solio pellere possint? Qvæ sanè res
† multùm hanc qvæstionem dubi- 10
am reddit, uti videre est apud Ste-
phan. Jun. Brut. *in vindic. contra*
Tyrann. Johan. Molan. *lib. 4. de fide*
hæred. servand. c. 5. 12. & seqq. Franc.
Hotom. *in tract. de jure Magistr. in*
subdit. Christ. Besold. *in differt. de*
Majest. cap. 8. Henning. Arnis. *de*
jur. Majest. libr. 1. cap. 6. Theodor.

Reinking *lib. 1. de Regim. secul. & ecclesiast. classi. cap. 5.* Althus. *in polit. cap. 38.* David Pare. *in comm. ad Rom. cap. 13.* & *in tract. de jure Regum & Princip. pro Serenissimo Jacobo Magno Britanniæ Rege*, nec non in *Apolog. contra Ungersdorff.* Johan. Brent. *in lib. de administr. piè Republ. ac Subd. erga Magist. justa obedient.* D. Mart. Luther. *in lib. de seculari potest. in libr. de sedit. Rust. Svev.* It. in *exhortat. ad præcav. sedit.* Urb. Reg. *in tract.* Von der Leibeigenschafft. Auct. *lib. gallici, cui titulus: Vive description de la Tyrannie & des Tyrans, avec les moyens de se garentir de lour joug.* Joh. Jessen. à Jessen. *in orat. de vind. cõtra Tyrann.* Wilhel. Schickard *in tract. de jur. Regio Hebr. cap. 2. theor. 7.* Georg. Dedeken. *in thesaur. consil. & decis. vol. 2. sect. 1. & seq.*

11 Nunqvam † certè non arridet vulgo affirmativa opinio, in cujus ore nil ferè vulgariùs: *Fidelis herus, fidelis servus.* qvod Stephan. Jun. Brut. *in vind. contr. tyrann. quæst. 1.* totidem exprimit verbis: *Bene imperanti benè obtemperandum.* & Althus. *cap. 14. polit. Populus obligatus est conditionaliter ad obtemperandum Magistratui, si nimirum justè & piè est imperaturus.* Unde illud gallicum: *Le Seigneur, qvi abuse de sa justice, en doit estre privè:* Papon.
12 *libr. 13. arrest. tit. 2. art. 2.* † Qvò & inclinat Gregorius VII. *in oratione*, qvâ abduxit Romanos ab obedientiâ Henrici IV. *Quemadmodum*, inqvit, *militem ignavum Imperator exautorare potest: ita militi Ducem injustum deserere licet*, Aventin. *lib. 5. annal. Bojor.* † Nec 13
abnuit Auct. *libel. de offic. Magistr. In contractibus licet à conventione alteri contrahentium resilire, qvando alter in complendis conditionibus deficit. Atqvi Regna & Principatus dantur per contractus. Ergò si ab articulis contractûs recedant Principes, non debet obligatio nocere subditis, tanqvam parti immeritò læsæ; cùm suo peccato nemo lætari debeat, nec alterius injuria verti in detrimentum partis innoxiæ:* † Hujusq; senten- 14
tiæ sunt defensores Stephan. Jun. Brut. *dict. loc.* Buchanan. *in Dialogo de jure Regni Scot.* Hotom. *in Franco-gall. & lib. de jur. Regn. Gall.* Peregr. Rossæ. *de justâ Reipubl. in Princ. potest.* Althus. *dict. loc.* Lamb. Dan. *in polit. christ. cap. 3. quæst. 4. lib. 6. polit.* Bellarm. *lib. 5. de Pontif. cap. 8.* Hœnon. *disput. 2. & 9. polit.* qvi omnes ferè jus abdicandi Principem subditis tribuunt, etiamsi is summam & absolutam ex successione habeat potestatem, jusqve Majestatis plenissimum.

Qvâ † tamen doctrinâ nil fal- 15
sius, nihil Principibus funestius, nihilqve Reipublicæ detrimento-

sius.

sius. Qvotus enim qvisq; Princeps tàm perfectus, qvi non aliqvid agat, qvod contra officium & fidelitatem possit torqveri: ubi statim publicæ qvietis exorietur osor, & alteri illatam injuriam clamitabit, alteriusvè neglectum patrocinium: nec poterit deesse causa ei, qvi tàm amplum aliqvam qværendi campum sibi apertum ha-
16 bet. † Ptolomæum etenim ejecerunt Ægyptii, qvod nimis studiosè Regis & amici Romanorū nomen affectaret, Dion. *lib.9.* Qvid Childerico Galliarum Regi vitio datum fuit, nisi qvod esset inutilis, *c. alius. 15. q. 6.* Qvid Henrico VI. Anglorum Regi, nisi qvod tantæ molis esset incapax. Friderici II. excommunicationis causam & eam scripsit Innocentius, qvod amicitiam contraxisset cum Saracenis, Carol. Sigon. *lib. 18. histor.*
17 *Ital.* † Et nullus ferè ex 33. fuit articulis, ob qvos abdicatus fertur Richardus II. in qvem non qvivis impingat Princeps: nec qvisqvam non est obnoxius aliqvibus eorum vitiorum, qvibus Bucherius Henricum III. abdicationem meruisse, scribit Arnis. *de Majestat. cap. 6. n. 2.* Cumqve nec jus divinum, nec naturale subditis ullam in Principis personam tribuat potestatem: qvippe qvi nunqvam concutitur, qvin ejus ruina trahat secum totius Reipublicæ perniciem; † nescio, annon rectè 18
Valentinianus Imperator militibus socium Imperii à se flagitantibus responderit: *Ut me ad imperium vobis eligeretis, in vestrâ situm erat potestate: at postqvam me jam elegistis, qvod petitis, in meo est arbitrio, non vestro: Vobis tanqvam Subditis competit parere, mihi verò, qvæ facienda sunt cogitare,* Niceph. *lib. 11. cap. 1.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. qvæst. 3. art. 14. n. 90.* Dec. *cons. 410. n. 20. lib. 2.*

Hancqve ob causam † non im- 19
meritò forsàn doctrina, jus abdicandi Principem subditis tribuens, inter dogmata Wicleffi *in Syn. Const. sess. 8. & 15.* fuit damnata, qvod nempe sit hæretica, scandalosa, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones ac perjuria det vias, Henn. Arnis. *in tract. de autor. Princip. in popul. semp. inviolat. cap. 2. n. 1.* Et paradoxon, qvod Johannes Parvus ad excusandam cædem Ducis Aureliorum, à Burgundo perpetratam, propugnaverat, in Franciâ rejectum est, propterea qvod aperiretur via ad Regum & Principum homicidia, ad violationem fidei & juramenti, si liceret impunè eos propriâ autoritate enecare, aut in eos fraudes moliri: † Da- 20
retur etiam occasio subditis rebellan-

bellandi & contemnendi Principes, Gerson *in censu Error. assertor. per Johan. Parv. circa precept. Non occides.* Ut profectò mirer, qvod Barclaius pium & animosum vocaverit factum, qvo Hispani sustulerunt Principem Auraniæ, subornato in ejus jugulum juvene audaci, *libr. 3. cap. ult. de jur. Regn.* † Sed nimirum Catholici,
21 præsertim verò Jesuitæ, sui gregis homines qvandoqve in Reges ac Principes ita subornare soliti fuêre. Cujus rei exemplum præbet latrocinium in personâ Henrici Magni, Galliarum Regis perpetratum, de qvo Auct. *Mercur. Gall.* homo Catholicus ita scribit *fol. 313. A ceux, qvi demandoient qui l' avoit meu à cest attentat, il respondit: Les sermons, que i' ay ouys &c.* & *fol. 325. Ravaillac en toutes ses responses aux demandes sur le parricide, s' aidoiet subtilement des maximes de Mariana Jesuite & autres, qvi ont escrit, qu' il estoit permis, de tuer les Roys &c.* Hinc & Thuanus in poëmatibus sacris canit:

Scilicet has artes nuper gens gnara nocendi
Exitio invexit Gallia nata tuo.
Hesperia fuscis gens emissaria ab oris, &c.
Sunt tamen & cur sunt? Qvi nunc qvoq; crimine in isto
Obtendunt, causam Religionis agi.

At † rectius Dionysius Carthus. 22
libr. de Regim. polit. art. 19. postqvã toti Civitatum communitati concessisset facultatem resistendi Tyranno, hanc subjungit cautelam: *Nec tamen ob hoc deberent se à Principe suo omninò avertere, nec contra eum inordinatè procedere.* Et Æneas Sylv. *de ort. & autor. Imp. Rom. cap. 19. Tolerandum,* inqvit, *est patienter qvicqvid Princeps facit iniqvè, expectandaq; est vel Successoris emenda, vel superni correctio judicis, qvia violentias atq; injurias non sinit esse perpetuas.* † Nec non Petr. Greg. 23
Tholos. *Potiùs,* inqvit, *relinqvendi sunt malè regnantes judicio Dei, qvàm polluendæ manus sacrilegio & parricidio per Subditum. Non caret Deus modis, qvibus possit, qvando voluerit, hujusmodi malos Principes tollere vel emendare, lib. 26. de Republ. cap. 5. n. 25.* † Qvod & placet 24
D. Luthero, non uno in loco inculcanti, præcipuè verò in *lib. de potest. & offic. Magistr. part. 3. §.* So sprichst du dann/ ubi ait: Obrigkeiten sol man nicht widerstehen mit gewalt/ sondern mit Erkäntnüß der Warheit. Kehret sie sich daran/ ist es gut/ wo nicht/ bistu entschuldiget/ unnd leidest unrecht umb Gottes willen. Eamq; in sententiam scripsit M. Britanniæ Rex in *præfat. Apolog. Maledictus, qui maledicit uncto Domini, pereatq; interitu*

Core,

Core, qui peccavit in contradictione Core. Lips. *lib. 6. polit. 5.*

25 † Non tamen nunqvam populo resistendi competere facultatem asserere ausim: cùm nec omnibus indifferenter Magistratibus data sit æqvalis ac summa in subditos potestas. Qvid enim si conditionatum esset Principis Imperium, Ordinesq; in sollicitudinem recepti? Qvid itidem, si Magistratus summum tenens jus Majestatis tyrannicè ageret in subditos? Nemo sanè nullum se eximendi remedium subditis præstò esse existimaverit. Qvæ omnia, priusqvam ad statum nostri Imperii, per Capitulationem conditionati, fiat accommodatio, distinctè erunt discutienda.

SECTIO I.

Magistratui absoluto resistere, eumq; à gubernaculo removere haut fas est Subditis, qvâcunq; etiam injuriâ oppressis: contra Bellarm. Buchan. Bucher. Rossæum, Vasqv: &c.

SUMMARIA.

1. Ex quorundam sententiâ omnes Principes ex fœdere & pacto ad Solium perveniunt.
2. Fœdus inter Davidem & Israëlitas, nec non Joam & populum ictum.
3. Refellitur horum assertio. n. 4. 5.
6. Principes Imperii absoluti num Regno privare liceat?
7. Verior sententia negativa.
8. Probata ex jure divino: n. 10. 11. 15. 16. 17. 18.
9. Sine discrimine inter Magistratum Christianum & infidelem.
12. Christus Imp. Tiberio tributa dare jussit.
13. Instantia, quod DEO magis parendum, qvàm Regi.
14. Resolvitur hæc instantia.
19. Probatio ex jure naturali desumta, n. 21. 22.
20. Princeps in Repul. est instar Patris.
23. Objectio prima.
24. Responsiones ad hanc objectionem, n. 26. 27. 29.
25. Cardinales constituentes Pontificem superiores eo non sunt.
28. Notantur Vasq. & Hononius.
30. Objectio Rossæi secunda.
31. Responsiones ad hanc objectionem, n. 32.

33. Objectio Vasqvii tertia.
34. Refellitur hæc objectio, n. 35. 36.
37. Objectio Bucher. quarta.
38. Responsiones ad objectionem. n. 39. 40.

1 OMnes indifferenter Principes adire gubernacula sua ex fœdere vel pacto, contendunt Steph. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyran. quæst. 3.* Althus. *polit. 15. & 16.* Hœnon. *disp. 2. polit. n. 1. & seqq.* qvod vel cum ipso Deo, vel cum populo pepigerint: qvod posterius Legem fundamentalem appellitat

2 Danæus *lib. 6. polit. aphor. 1.* † qvale inter Davidem & Israëlitas, *2. Samuel. 5. 1. Paral. 2.* nec non inter Joam & populum, interventu & consilio Jojadæ, *2. Paral. 23. 2. Reg. 11.* ictum ajunt Brut. & Alth. *dict. locis.* Hocq; fœdus sic explicat Hœnon. *dict. disp. 2.* ut subditi repromittant Magistratibus omnia honesta, si scilicet justè, piè, & non tyrannicè sint imperaturi: ex qvo si conditio hæc minus impleatur, solutus esset populus, irritusqve contractus, & obligatio ipso jure nulla.

3 † Sed erroris insimulat eos Henning. Arnis. *in tract. de autor. Princ. in popul.* multisq; hunc detegit errorem atq; refellit. Nec enim Reges Judæ & Israelitarum ex pacto & fœdere ad gubernacula adspirasse, conjecturare licet ex *lib. 1. Sam. 8.* ubi populus Regem absolutum, qvalem omnes in circuitu gentes habebant, primitùs petiit & acceptavit: neq; de ullo inter Saulum & populum inito fœdere apparet, *1. Sam. 12.* † Ac 4
certè, si Israelitæ Reges suos non nisi ex pacto & fœdere ad Sceptrū admisissent, minus tamen ritè ad universum jus Regium, aliosqve populos & Reges inde inferendū esset, Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 8.*
† Opponimus enim ipsis Regnum 5
primum Romanorum, & Romulum Leges suâ autoritate perferētem, omniaq; suâ manu gerentem, *l. 2. ff. de orig. jur.* ac prout libitum erat, imperantem, Tacit. 3. *annal.* Opponimus absolutum Neronis dominatum, Senec. *libr. 1. de clement.* Opponimus deniq; regimen Trajani, Plin. *in Paneg.* Qvæ si perpendantur, non utiqvè conditionatam semper Regum ac Principum existere potestatem, fateri necesse est.

Absolutum igitur si teneant Imperium Principes, injustam verò agant dominationem, injuriâq; subditos opprimant: † annon re- 6
sistere, in ordinem eos cogere, & pertinaces Imperio vel Regno privare licebit? Multum fuit hæc dis-

disceptata qvæstio inter Politicos atq; Theologos, qvorum omnium ac singulorum congerere fundamenta, nimis tædiosum foret, præsertim si Bellarmini *lib. 5. de Pontif. cap. 8.* Buchanan. *de jur. Regn. apud Scot.* Bucher. *lib. 1. de abdicat. Henr. III. Regis Gall. cap. 10.* Peregr. Rossæi *de potest. Respubl. lib. 1. c. 1.* Fern. Vasq. *lib. 1. contr. 47.* Hœnon. *disp. 2. & 9. polit.* aliorumq; spinas runcare vellemus, qvi populum contra Principem, licet absolutũ, animare & armare non verentur:

7 † Qvibus tamen piè & justè obloqvuntur Matthes. *in libell.* Wie sich ein Christ in Verfolgung ꝛc. Beza *in annot. ad c. 13. Roman.* Junius *de translat. Imper. lib. 1. c. 2.* Lips. *6. polit. 5.* Joh. Gerh. *in consilio*: Ob alle und iede Unterthanen in einer iedwedern Policey ihrer Obrigkeit ohne unterscheid also zum Gehorsam *obligirt*, daß sie wider dieselbe in einem Tyrannischẽ fürnehmen und bedrengung in Religionssachẽ/ ohne verletzung ihrer Gewissen/ zu keinen *defensiones*-Mitteln schreiten können/ apud Dom. Arum. *de jur. publ. vol. 4. discurs. 18.* Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 5. num. 6.* Pfeffing. *in* Trostbüchlein *anno 1551. 1559.* Corset. *de potest. Reg. part. 1. q. 3.* Alber. Gentil. *in disp. de potest. Princip. absolut.* Petr. Greg. Tholos. *de Republ. lib. 26. cap. 5. n. 25.* Henn. Arnis. *in tract. de autor. Princip. in popul. semper inviolabili, per tot.*

Horum † castra ut seqvamur, 8
Leges pariter divinæ atq; naturales nos cogunt atq; impellunt. Nam qvi Regis sui potestati repugnat, Dei institutioni resistit, ipsius Dei est præceptio, tradita ab Apostolo Paulo *in epist. ad Roman. cap. 13. vers. 2.* Petro *epist. 1. cap. 2. vers. 13.* Salomone *lib. Sap. 6. vers.*
4. qvæ qvia est generalis, † non di- 9
stingvere licet inter Magistratus Christianos & infideles: Etsi enim per assumptionẽ falsæ & ethnicæ Religionis, felonia & crimen læsæ Majestatis divinæ committatur, ut disputat Brutus *in Vindic. contr. Tyrann.* non tamen subditis jus crimen hoc vindicandi concessum est, sed soli Deo reservatũ: cum & aliàs feloniam committens Vasallus à nemine judicetur, nisi à Domino, in qvem peccavit, Arnis. *dict. tract. de autor. Princip. in*
subd. cap. 2. n. 4. † Qvin & Jerem. 10
cap. 29. & D. Paul. *1. Timoth. 2.* pro salute Principis ac Reipublicæ ethnicæ preces effundere, eiq; honorẽ & tributa exsolvere jubent. Tantum scilicet abest, ut subditis occasionẽ & ansam propter idololatriam deficiendi à Magistratu porrigere voluerint: Neq; Naaman Regis Syriæ 4. *Reg. 5.* nec Eunuchus baptizatus à Philipppo,

Reginæ Candaces Imperio sese subduxit, *Actor. 8.* Wolffgang. Muscul. & Johann. Matthes. *in consil. inter consil. Bidenbach. decis. 1.*
11 *cons. 6. dec. 2. cons. 5.* † Minus verò ritè præceptum divinum de non resistendo Magistratui ad bonos saltem Principes restringere, fas est; obloqvente D. Petro *1. epist. 2. vers. 18.* qvi non tantùm bonis & modestis, sed etiam discolis Dominis obtemperare jubet servos. Nec convenit restrictio hæc admonitioni divinæ de diligendis
12 inimicis, *Matth. 5.* † Qvin & ipsemet Christus Imperatori Tiberio, qvi fuit parricida, adulter, scortator, idololatra, õnisq; flagitii artifex, honorem & tributa dare prohibere noluit, qvin potiùs præcepit, *Matth. 22.* D. Luther. *in libell. de offic. Magistr. p. 3. §.* So sprichstu.
13 At † instant, parendum Deo magis esse, qvàm Imperatori vel Regi, *1. Maccab. 7. vers. 30. Act. Apost. cap. 4. vers. 19. & cap. 5. vers. 29.* qvibus obtemperandum esse concedunt usq; ad aram & Religionem vel conscientiam. Rectè omni-
14 nò; † sed aliud est Imperatori aut Regi, impia præcipienti, vel iniqva etiam per subditos exeqvi volenti, non obtemperare: aliud Domino ac Principi resistere ac vim intentare. Illud subditis licet, qvin & facere convenit; hoc non item, Goldast. *in Bohem. dict. cap. 5. n. 6. pag. 144.* Qvâ de re accommodatè loqvitur Augustinus *in Psalm. 124. ad verb. qvoniam non derelinqvis &c. Julianus,* inqvit, *infidelis extitit Imperator, nonné extitit Apostata iniqvus, idololatra? attamen milites fideles & Christiani servierunt ipsi. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qvi in cœlo erat. Qvando volebat, ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi DEUM; qvando autem dicebat, Producite aciem: Ite contra illam gentem, statim obtemperabant. Distingvebant Dominum æternum à Domino temporali, & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali &c.*

Hujusq; præcepti divini haud immemores fuêre † Subditi Da- 15
vidis, nec non ipsemet Rex David, insignis obedientiæ, malo etiam Principi debitæ, exemplum præmonstrantes. Isti enim, qvantumvis David gravissimè peccabat, Uriæ legitimam uxorem surriperet, adulterium cum eâ committeret, ac prætereà ignarum fraudis & injuriæ, Uriam perfidè Joabo mactandum mitteret; attamen ipsum proptereà Regem abdicare, aut obseqvium ei denegare haud ausi fuissent. † Neq; Nathan Pro- 16
pheta à Deo peculiari cum mandato missus, pœnam aliqvam tem-

temporalem, subditis exeqvendam, denuntiat, nec Subditos à juramento absolvit, nec contra legitimam potestatem instigat, sed pœnam Deo reservat, *2. Reg. 11. & 12.* Ipsemet qvoq; Rex David Sauli fideli infideliter obediit, & licet potuisset, Sanctum Domini tamẽ vel immodestè tangere formidavit; *Qvis enim,* inqvit, *extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit, 1. Sam. 26.* Licet etiam Saul pietatis limites transilierat, & à Dei præscripto desciverat, David nihilominus ipsum Domini unctum appellitat, *1. Sam. 24. & 31.* Qvam in rem moraliter scripsit Beda, *lib. 4. expos. in Samuel: David nos moralibus instituit disciplinis, ne præpositos nobis, eos maximè, qvi Sacris ordinibus sunt insigniti, injustèq; licet nos persequentes, verbi austerioris ense fœdare, & vel ultimæ superfluæ actionis eorum, qvasi fimbriam vituperando decerpere præ-*
18 *sumamus.* † Pariter nec ipsemet Samuel, licet de mandato Dei reprobasset Saulem, ab obedientiâ ejus propterea sese retrahit, sed cum eodem pergit ascendere ad Deum adorandum, cultuq; non minori, qvàm anteà, eum persequitur, *1. Sam. 15.* ne scilicet subditis suspicionem de Regis indignitate injiceret, qvæ senestrâ ad rebellionem aperire potuisset.

Leges † qvoq; juris naturalis si 19
consulamus, prohibent istæ vim omnem Principi à Subditis inferendam: qvia generale est pactum societatis humanæ, obedire Regibus suis, *c. 2. dist. 8,* nec patitur ordo naturæ, ut inferior dominetur Superiori, minor majori; servus Domino, *c. cum inferior. extr. de major. & obedient. c. inferior. dist. 21.* † Qvin & Princeps in Re- 20
publicâ instar Patris est, cui non minus Subditi, qvàm liberi Parentibus obligantur naturaliter. Nec minus Prætorem qvàm Patrem Edictum de in jus vocando excipit, *l. 2. ff. de in jus vocando.* Qvis enim tantæ est autoritatis, ut nolentem Principem possit coarctare, *Novell. 23.* † Sanè Regum 21
Lacedæmoniorum corpora sacrosancta fuisse habita, tradit *Plutarch.* non aliam ob causam, qvàm ut Religionis metu ab injustâ Subditorum vi redderentur securiora. Qvod idem de tribunis Romanorum scribit Liv. *lib. 6.* de qvibus ita lege fuerat cautum: *Tribunum nemo invitum ut unum è vulgo qvicqvam facere cogito, nec verberato, nec alium verberare jubeto, nec occidito, nec occidere jubeto: Si qvis contra fecerit, Sacer esto,* Cicer. *3. de legib.* Forster. *lib. 1. jurispr. Roman. cap. 21. n. 2.* † ut & de Ædili- 22
bus & Decemviris Liv. *lib. 3.* militem,

Vuuuu 3

tem, qvi Centurioni castigare se volenti restiterit, veteres notaverunt: *Si vitem tenuit, militiam mutat, si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite, punitur*, *l.*
23 *milites* 13. §. † *ff. de re militar.* Qvo ipso parricidium Regis non nisi manu sacrilegâ & inexcusabili scelere à qvoqvam committi, probatur, Helmold. *in hist. Sclav. cap. 28. 29. 30. libr. 1.* Scip. Ammirat. *in vit. Sansev.*

Habent nihilominus Bucher. Bellarm. Buchan. Ross. eorumq; seqvaces, qvibus hanc sententiam impugnant, qvæ qvalia sint, vide-
24 bimus. † Dicunt nimirum (1) Constituentem esse prius atq; superius constituto: Ergò & Subditi constituentes, ipsis Principibus ac Regibus constitutis. Qvod argumentum Zacharias Papa suggessit Francis, cùm de Childerici abdicatione consuleretur; *Princeps*, inqvit, *Populo, cujus beneficio possidet, obnoxius est; Qvæcunq; enim habet, potentiam, honorem, divitias, gloriam, dignitatem à populo accipit, plebi accepta referat necesse est. Regem plebs constituit, eundem & destituere potest.* Aventin. *lib. 3. annal.*

At, *Resp. 1.* Constituentem superius constituto haud esse, qvando in constitutum deponitur omnis, qvæ erat in Constituente, potestas. Prout in translatione summi Imperii, à Populo in Principem factâ cernere licet; pœnitere namq; ipsi post abdicationem haud fas erat, nec qvod semel fuerat amissum, repetere; Zas. *ad l. non ambig. ff. de legib.* Ex qvo etiam Servus, qvi ultrò se dat in servitutem Domino, non tantum superior non fit Domino, qvem supra se constituit; sed ne pedem qvidem ex servitute retrahendi copiam habet, postqvam legi communi Servorum sese semel subjecit. Qvin & † Cardina- 25
les hodiè constituunt Papam, & Clerici Episcopum, qvi tamen nec Pontifice, nec Episcopo sunt superiores. Nimirum qvi constituit aliqvem infra se, in constitutum meritò vendicat sibi Imperium. At qvi constituit aliqvem supra sese, prout faciunt Subditi Regem verum eligentes, eiq; potestatem Regiam tribuentes, hi sanè constituto sunt subjecti & inferiores, Arnis. *in dict. tract. de autor. Princip. in popul. cap. 1. n. 11.*
Resp. 2. † Falsò omninò præsup- 26
ponitur, omnes constitui Reges ac Principes à populo inferiore: siqvidem non pauci jure successionis Sceptra capessunt, prout apud Francos, Turcas, Moschovitas, Tartaros, Hispanos, Anglos & Scotos fieri videmus, Goldast. *in polit. Imper. part. 14. fol. 653.*

Bodin.

Bodin. *de Republ. libr. 1. cap. 8.* Herm. Kirchn. *disp. de Republ. 4. th. 2.* Joh. Ernest. Dux Holsat. apud Frider. Achill. *in Orat. pro Galliâ* Christ. Besold. *in cert. prærog. qvod electioni cum successione est, præmisso tractatui de Success. &*
27 *elect. reg.* † Et qvid si Princeps titulo belli subditum sibi faciat populum invitum atq; nolentem; qvo jure & titulo Gothi, aliiqve Barbari partem Imperii Romani occupavêre, Christ. Besold. *de jurisd. Imper. Roman. qvæst. 6. pag. 16.* Scotos qvoq;, Anglos, Francos, Hispanos, Turcas & Germanos in Italiâ haut alio jure primordia Imperiorum qvæsivisse, qvàm gladio, atq; ita Regna sua non ex populi præscripto, sed ex proprio arbitrio fundasse, notissimum est. Qvod etiam de Hebræis in terrâ Canaan vi incolas ejicientes, Bi-
28 blia sacra testantur, † ut profectò non tutò scripserint Vasq. *libr. 1. controv. cap. 47. n. 1. & 12.* & Hœnon. *disp. 2. polit. n. 6.* omnem potestatem iniqvam & tyrannicam esse, qvæ non habeat initium à
29 consensu populi. † Ne qvicqvam de immediatâ DEI electione dicam, sicuti Imperium à Saulo ablatum, & Davidi datum fuit; qvo nomine etiam Jerobeam, Jehu, aliiq; ad gubernacula aspiravêre. Nimirum hi omnes optimo jure Sceptrà tenent, ut maximè à populo volente ac consentiente constituti non fuerint.

(2) † Ait Rossæus *cap. 2. n. 9. de* 30
just. Reip. aut. Principem tutori esse assimilandum, Sen. *lib. 1. de clement. cap. 4.* ejusq; potestatem in administratione tutoriâ vel curatoriâ consistere, Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imper. Roman. lib. 2. cap. 4. n. 56.* Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. cap. 1. membr. 1. n. 11.* Si ergò Tutor accusatione suspecti potest removeri: qvidni etiam Princeps ob malam & suspectam administrationem? *Resp. 1.* Ast
† Princeps summus non solùm 31
administrator aut curator est Reipublicæ; sed & dominium habet universale, qvod multò ampliorem includit potestatem. Hoc enim si non haberet, utiqve nec transferre posset, *l. observare, §. ult. ff. de off. Proc. & legat.* Nec tantùm administrator appellatur *in c. administr. 23. q. 1.* sed etiam Pater populorum. Hinc Leges Regni qvandoq; patiuntur, ut Principes de rebus Reipublicæ arbitrio suo disponant, modò publicam salutem non lædant, Sveton. *in August. cap. ult. in Tiber. cap. 23.* Albert. Crantz. *libr. 3. Saxon. cap. 13. Resp.*
2. † Ac licet Princeps non nisi 32
tutor Reipublicæ esset, propterea tamen abdicationem Imperii neutu-

neutiqvam metuere haberet; cùm pupillus, qvamdiu impubes & sub tutelâ est, tutorem suspecti neqvent postulare, *l. pietatis 6. in fin. C. de susp. tutor.* §. *impuberes Inst. eod. tit.* Sub perpetuâ verò tutelâ censetur esse Respublica, qvoniam ad legitimam nunqvam adolescit ætatem, ut Majestate, tanqvam gubernatrice summâ carere posit.

33 (3) † Urget Vasq. *lib. 1. controvers. cap. 47. n. 12.* qvod omnis cõcessio, ad meram concedentis utilitatem facta, sit revocabilis, §. *rectè qvoq; Inst. de mandat. l. stipulatio ista.* §. *inter certam. ff. de V. O. l. pen.* ubi Jason. *C. de pact. l. si qvis C. de Episc. & cler. l. filiis matrem. C. de inoff. testam.* Ergò & Regna ac Principatus, ob solam subditorum utilitatem Regibus & Principibus demandati, Luther. *in libello de potest. Magistr. part. 3.* §. *Auffs erste muß er ansehen (tom. 2. Jenens.*

34 *Resp. 1.* † Sed & hîc Vasq. præsupponit, omnia dari Regna à Populo, nec plerunq; jure belli, successionis, vel etiam immediatâ Dei voluntate ea transferri, adver-

35 tit. *Resp. 2.* † Concessio ob causam facta, non revocatur, nisi propter ingratitudinem accipientis, si nimirum non compleverit causam, *l. ult.* ubi gloss. & Salyceт. *C. de revoc. donat.* §. *sciendum Inst. de donat.* At causa, ob qvam Regna traduntur, est eorundẽ administratio ob publicam salutem. Non ergò concessionem populus revocare valebit, priusqvam Princeps ingratus, ac publici boni eversor extiterit. *Resp. 3.* † Qvin 36 nec concessio revocari potest, si de renunciatione revocationis expressè appareat, Bartol. *in l. Titia Sejo.* §. *Imperator. ff. de legat. 2.* Sed populus omne suum jus ac potestatem in manus Imperantis transferens, ipso facto juri suo ac revocationi renuntiare censetur, *arg. cap. qvamvis. de pact. in 6to. c. cum contingat. de jurejur.*

(4) Deniq; † objicit Bucher. 37 qvod Magistratus, injustè & impiè agens, non sit Magistratus, ideoq; non saltem ipsi impunè haud parendum, sed & Imperium auferendum.

Resp. † At petit Bucherius prin- 38 cipium, dum Magistratum injustè agentem Magistratum esse negat. Ecce enim Prætor non nisi ex præscripro justitiæ jus dicere debet; & tamen iniqvè etiam dicendo jus facit; relatione scilicet factâ ad id, qvod eum facere oportuit, *l. pen. ff. de just. & jur.* Et nonnè Magistratus ex mandato divino obligatus est, justitiam subditis dispensare, bonis in laudem, malis verò in terrorem: Attamen si id

id facere negligat, non propterea
desinit defungi autoritate publi-
câ, nec potestatem legitimam per-
dit: cui omnes mortales obedi-
re debent propter DEUM, *cap. 13.*
39 *ad Roman.* † Neqve ecclesiasticus
propter crimen commissum ju-
risdictionem amittit ecclesiasti-
cam, Innocent. *ad c. cum super.*
extr. de offic. deleg. Nec judex de-
legatus ob commissum crimen
procedere prohibetur, Host. *in*
cap. sub literis. de rescript. Ac non-
nè Imp. Justinianus impium
qvoqve parentem vocat paren-
tem *in Nov. 13. §. si verò. in fin.*
Qvin & Patriarcha Jacob impi-
um fratrem fraterno amore &
honore afficit, *Gen. 15. vers. 25.*
† Qvidni ergò degener Princeps 40
subditis suis perpetuò esset sacro-
sanctus? qvippe cui plus qvàm
parenti aut fratri debetur, Bartol.
in extrav. ad reprimendum. Alciat.
ad l. 1. C. de in jus vocand. Nimirum
non desinit esse Magistratus per
id, qvod injustè & impiè agit, ac
judicat: Ipso CHRISTO Salvatore
id indigitante, & Pilato damnanti
insontem dicente: *Non haberes*
in me potestatem, nisi tibi data esset
desuper, Joh. 19. v. 11.

SECTIO II.

Contra injurias à Principe absoluto illatas precibus, supplicationibus, & fugâ consulere sibi possunt Subditi.

SUMMARIA.

1. Nullâ ex causâ Magistratui absoluto resistere licet.
2. Non tamen Subditis tacendum.
3. Sed triplex ipsis præstò est remedium.
4. Primum ad preces confugiant. n. 5.
6. Secundò licet supplicare.
7. Nihil inordinati supplices habent literæ.
8. Tertium remedium est Fuga.
9. Christus Judæorum furores fugiendo elusit.
10. Qvo remedio etiam usi sunt discipuli Christi.
11. Remedium emigrationis in causâ Religionis concessum Subditis. n. 12. 14.
13. Notatur exclamatio Autoris Autonomiæ.

1 NUlla itaq; potest esse causa ju-
sta Magistratui absoluto, in-
justo ac impio rebellandi aut resi-
stendi, Bartol. *in comm. ad extra-*
vag. Henrici VII. Imp. qvi sint re-
belles. Castaldus *de Imper. qvæst. 82.*

Corset. *de potest. Reg. quæst. 3.* Joh. Gerh. *locor. theol. tom. 6. cap. 27. n. 119. & n. 484.* ut sobriè & orthodoxè scripserit Franc. Junius: *Omnes injurias à Magistratu suo potiùs ferunt boni Subditi, qvamvis atrocissimas, qvàm ut in eum invehantur sermone, scripto, opere ad ordinis & pacis publicæ perturbationem. lib. 1. de translat. Imp. c. 2. n. 49.*

2 Nec tamen † prorsus tacendum est subditis & Ordinibus Imperii, si Princeps vel Rex limites rectæ rationis excesserit, sed possunt ipsum rogare, suppliciter obsecrare per DEUM, hominesq; officii sui admonere, ut dicit Petrus Cunerus *in tract. de Christiani officio & qvæ secundum conscientiam ex sacris literis ei debetur obe-*

3 *dientia.* † Et triplex verè prostat remedium Subditis, qvo contra injurias Magistratûs absoluti, se

4 tueri qveant. PRIMÒ † enim licet confugere ad preces, qvò DEus Principis animum regat, & ad metam justitiæ flectat: qvas propterea Christianorum arma vocat Nazianz. *orat. 1. in Julian.* & Concilium Gangrense, *c. qvis alienum. 17. q. 4. Ac qvicqvid*, inqvit, Bernhard. *vobis de Regno vestro, de animâ & coronâ vestrâ facere placet, nos Ecclesiæ filii, matris injurias, contemptum & conculcationem omninò dissimulare non possimus, profectò stabimus & pugnabimus usq; ad mortem, si ita oportuerit pro Matre nostrâ armis, qvibus licet, non scutis & gladiis, sed precibus, fletibusq; ad DEUM.* in *epist 221. ad Ludov. Crass. tom. 2.* † Nec D. Ambrosius adversus Reginæ furorem sese manu aut telo defensabat, sed jejuniis, continuatis vigiliis, sub Altari positus per obsecrationes defensorem sibi atq; Ecclesiæ DEUM parabat: *Si*, inqviebat, *à me peteret, qvod meum est, id est, fundum meum, non refragarer, qvanqvam omnia, qvæ mea sunt, sint pauperum: Verùm ea, qvæ sunt divina, Imperatoriæ potestati haut sunt subjecta. Si patrimonium petit, invadite: Si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? Vultis in mortem? Voluntas est mihi. Non ego me vallabo circumfusione populorum, nec Altaria tenebo, vitam obsecrans, sed pro Altaribus gratis immolabor. Horrebam qvippe animo, cum armatos ad Basilicam Ecclesiæ occupandam missos agnoscerem, nedum populus Basilicam vendicat, aliqva strages fieret, qvæ in perniciem totius veniret Civitatis. Orabam, ne tantæ Urbis, vel potiùs totius Italiæ busto superviverem.* Hactenùs Ambrosius apud Ruffin. *lib. 2. cap. 16.* allegatum ab Arnis. *in tract. de autor. Princip. in popul. cap. 2. p. 45.* 5

SECUNDÒ licet † qvoqve Subditis 6

ditis supplicare: qvo medio Esther & Mardochæus, qvod vi non ausi fuissent, vel etiam seditionibus remorari horruissent, à cervicibus Judæorum periculum averterunt, *Esth. 3. Nullus enim*, inqvit Henn. Arnis. *dict. cap. 2. n. 8. tàm extra pietatem abjectus est Princeps, & ab omni humanitate alienus, qvi subditos sibi suos supplicare vetare velit, sicut Demetrius, qvi collectas in sinum Subditorum supplices literas projecit de ponte in fluvium, hancq; ipsam ob causam paulò post ab iisdem est desertus*, Plutarch. *in Demetr.*

7 † Nec qvicqvam inordinati habent supplices literæ, sed ex jure naturæ profluunt, adeò ut prohibitâ appellatione, non intelligatur impedita supplicatio. Veluti Jonathan salvâ pietate, qvam parenti debebat, intercessit pro innocentiâ Davidis, *1. Reg. 19. vers. 4. & 20. vers. 31.* Cumq; Jeremias Propheta detineretur injuriâ à Rege, intercessit pro eo Ebedmelech eunuchus, & exauditus fuit, *Jerem. 38.* Pariter qvoq; Judæi cum audirent, Petronium Româ mitti à Cajo Imperatore, ut Statuam ejus poneret in templo, nondum Regionem ingresso occurrebant, suppliciter orantes, ne se ad eam adigeret necessitatem, nevè sacratam pollueret Urbem vetitis imaginibus; cumq; iis objiceret: an igitur Bellum geretis cum Imperatore? *Non*, inqviebant, *pugnabimus, sed moriemur potiùs qvàm discedamus à Legibus, simulq; procumbentes nudatis jugulis, paratos se dicebant ad excipiendos gladios.* Qvibus qvidem precibus pertinacibus à Petronio obtinuerunt, ut ad Imperatorem pro innocentiâ eorum scriberet deprecatum, & interveniente Agrippâ, cui Cajus, cùm ab eo magnificè in convivio exceptus esset, nihil denegare receperat, abrogationem iniqvi Edicti obtineret, Joseph. 18. *antiq. cap. 11.*

Deniq; si nec literis supplicibus Subditi contra Principis injuriam obtinere qvid poterunt, restat iis TERTIUM remedium, qvod est † Fuga, qvâ Christiani sibi potiùs consulant, qvàm injustâ vim contra Principem experiantur; 8
exemplo plurimorum Virorum piorum, veluti Mosis, qvi à terrore Pharaonis abiit in terram Midian, *Exod. 2.* Davidis, à facie Saulis sese abdentis in speluncam, *1. Sam. 22.* Obediæ Præfecti aulæ Jesabelis, Prophetas Dei abscondentis, *1. Reg. 18.* Eliæ, furorem Reginæ fugientis, *1. Reg. 17. vers. 19.*
† Qvin & ipsemet Christus non 9
semel Judæorum, Pharisæorum, & Herodis furores fugiendo elusit, *Matth. 2. 12. 13. Joh. 8. & 11.* Idq;

fugæ medium discipulis suis com-
10 mendavit, *Matth. 10. & 24.* † qvo & usi fuerunt à Judæis sibi metuentes, & clam è medio recedentes, *Matth. 26.*

Estq; hoc fugæ seu emigrationis Remedium ceu saluberrimum
11 † in causâ Religionis post Transactionem Passaviensem subditis in Germaniâ concessum, qvo cõscientiis suis consulere possunt, liberè, si Domino de proprietate satisfecerint, emigrantes & aliò se conferentes, *Recess. August. de anno 1555.* §. Wo aber unsere rc. von solcher ihrer Religion wegen rc. Landen mit Weib und Kindern an andere Orth ziehen/und sich niederthun wolten/ denen soll solcher Ab: und Zuzug/ auch verkäuffung ihrer Haab und Güter/gegen ziemlichen billigen abtrag der Leibeigenschafft und Nachstewer/ wie es eines ieden Orts von altershero üblichen herbracht und gehalten worden ist/ unverhindert männiglichen zugelassen und bewilget/ auch an ihren Ehren unnd Pflichten allerdings unentgolten seyn. Petrus Frider. *lib. 1. de mandat. cap. 30.* Petr. Syring. *de pace Religion. concl. 33.* Gerlac. Buxdorff. *ad Aur. Bull. cap. 15. concl. 99.* Bruning. *de var. univers. specieb. concl. 39.* † Qvod ipsum 12
naturali libertati à Romanis magno in pretio habitæ admodum est consentaneum. Non enim multum à specie Servientium differunt, qvibus facultas non competit recedendi, *L. 2. ff. de liber. hom.* † Ut proinde inanis sit verborum 13
strepitus exclamatio Auctor. autonom. Von Freystellung der Religion/ *part. 3. cap. 32.* dicentis: *Si libera manendi vel abeundi facultas concederetur Subdito, infinitas seqvi absurditates: Autoritatem Magistratus tolli. & libidini Subditorum subjici; ansam rebellionis præberi; omniumq; rerum confusionem induci*: qvasi nimirum Magistratus autoritas in eo consistat, ut vel invitum retinere, vel nolentem subditum expellere possit, Petr. Syring. *dict. concl. 34.* † Qvin- 14
imò maluerunt hoc Proceres Imperii indulgere subditis, qvàm arma iis in manus asserere, qvibus perpetuò Rempublicam infestam tenerent, & seditionibus cædibusq; omnia turbarent.

SECTIO III.

Principi tamen Tyranno qvibuscunq; modis resistere licet: Et qvisnam propriè sit Tyrannus?

SUM-

SUMMARIA.

1. *Tyrannidem remediis licitis avertere haut prohibitum.*
2. *Remedia ea qvænam sint?*
3. *Tyranni à Republicâ tutò amoventur. n. 4.*
5. *Tyrannicidis apud Romanos peculiares delati bonores.*
6. *Qvisnam propriè sit Tyrannus?*
7. *Periculosum est de Tyrannis judicium. n. 8. 9.*
10. *Degener Princeps non est Tyrannus. n. 14.*
11. *Notantur exempla Principum, tyrannidis falsò insimulatorum. n. 12. 13.*
15. *Error communis in definiendo Tyranno. n. 16.*
17. *Actio tyrannica non statim facit Tyrannum. n. 18.*
19. *Nunqvam uno impetu degenerat Rex in Tyrannum.*
20. *Henricus IIX. Rex Angliæ, improbissimus licet ac deditus sceleribus, non tamen fuit Tyrannus.*
21. *Qvisnam verè Tyrannus?*

EAq; sunt Remedia illa salutaria, qvibus si usi fuerint Subditi contra injurias & iniqvitates Magistratuum, rectè ac tutò rebus
1 suis censentur prospexisse. † Nec enim vim Magistratui infert, qvi tyrannidi manifestæ opposita & publicâ autoritate sancita remedia, sanctè & necessariò usurpat, prout loqvitur Theod. Beza *in annot. Novi testam. ad Roman. 13.* Qvænam verò sint illa remedia, exprimere dilucidiùs debuisset, inqvit Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 5. n. 6.*
2 *pag. 45.* † Ast non alia, qvàm de qvibus diximus *Sect. praeced.* ab ipso intellecta fuisse putaverim: qvibus contra qvemcunq; Magistratum, tyrannidem etiam manifestam exercentem, tueri se licet.

Qvantùmvis contra Tyrannos nullibi sit resistentia vel abdicatio prohibita. † Hosce enim etiam 3
cum pernicie vitæ suæ à Republica tutò amoveri, JCti pariter & politici docent, Fab. & Angel. *in § jus gent. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Andr. Gail *lib. 2. observ. 61. n. 9.* Luc. de Penna *in l. ult. vers. porrò tyrannum. C. ut armor. usus &c.* Tholos. *de Republic. lib. ult. cap. ult. n. 5.* Henn. Arnis. *de autor. Princip. in popul. cap. 4.* Joh. Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 5.* † Idq; honestum 4
esse, Cicer. *libr. 3. offic.* affirmat: *Qvod, inqvit, potest esse majus scelus qvàm non modò hominem, sed hominem familiarem occidere? Non igitur se obstrinxit scelere, si qvis Tyrannum occidit, qvamvis familiarem? Populo qvidem Romano non videtur, qvi ex omnibus præclaris factis illud existimat pulcherrimum. Vincit igitur utilitas honestatem, imò honestas*

5 *utilitatem seqvitur, &c.* † Et qvidem
apud Romanos Tyrannicidis ho-
nores peculiares lege decernebã-
tur, Joseph. *19. antiqvit. cap. 2.* qvod
& judicio Græcorum fuit rece-
ptum, qvorum Lex erat: *Qvi Ty-
rannum occiderit, Olympionicarum
præmium capito: & qvam volet, sibi
rem à Magistratu deposcito, & Magi-
stratus ei concedito.* Arnis. *de autor.*
6 *princ. in pop. c. 4.* Ast † cùm certũ
haut sit, qvisnam dicatur propriè
Tyrannus, verendum omninò, ne
subditi sub prætextu tyrannidis
contra Principem duntaxat dege-
nerem, impetũ facere conentur:
Cujus rei exempla non pauca no-
7 bis occurrunt. † Etenim Lothario
Imperatori nomen, ac dignitatem
veri Regis denegat Nicolaus Pa-
pa, ob solum adulterium, qvod cũ
Gvaldrada cõmisisse arguebatur,
c. ult. caus. 2. qvæst. 1. Et Henricum
IV. inter cæteras hâc qvoq; de cau
sâ abdicat Hildebrandus, qvod e-
rat suspicio, ipsum Uxorem dimis-
8 surum, Carol. Sigon. 9. *Ital.* † Lu-
dovico Pio detraxerunt Episcopi
coronam, qvod conjugis suæ Ju-
dithæ impuritatem dissimularet,
culmenq; dignitatis Cæsareæ pol-
lueret, Albert. Crantz. *2. Saxon. 25.*
Pariter & Childericum III. Fran-
corum Regem destituerunt Sub-
diti non aliam ob causam, qvàm
qvod esset insufficiens, tantæqve
potestati inutilis, *c. alius. 15. qvæst.*
6. Lupold. Episc. Babeb. *de jur.
Imp. c. 17.* † Et Carolum Crassum 9
deseruerunt Franci propter effæ-
tam virtutem, obq; segnitiem
corporis, ingeniiq; tarditatem,
qvamvis aliàs Princeps fuerat
Christianissimus, DEUM timens,
mandata ejus ex toto corde cu-
stodiens, ecclesiasticis Sanctioni-
bus devotissimè parens, in Elee-
mosynis largus, Orationibus &
Psalmorum melodiis indesinen-
ter deditus, laudibus Dei infati-
gabiliter intentus, Platin. *in Ste-
phan.* 6. Carol. Sigon. *5. hist. Italic.*

Annùm hosce Tyrannos fuisse
autumabimus! Dixeris ita, si erro-
rem velis errare eorum, † qvi in- 10
ter Principem exorbitantem, &
Tyrannum distingvere nesciunt.
Ita namq; Henricum III. Gallo-
rum Regem Bucherius inter Ty-
rannos refert, & abdicandũ cen-
set, qvod esset perjurus, homici-
da, & assassinus, ob cædem Gui-
siorum: qvin & hoc pro nefando
reputat crimine, & abdicatione
puniendum urget, qvod, cum alii
dixerint: *Noster populus, noster
Clerus.* is solitus fuerit dicere:
*Meus populus, meus clerus, libr. 2.
cap. 2. 6. 16.* † Ducem qvoq; Aure- 11
lianum fuisse Tyrannum, ac sine
Regis veniâ jure à Burgundo ne-
cari potuisse, dicit Johan. Parvus

in orat. hâc de re habitâ, qvia per incantationes cujusdã Monachi, annulum & ensem infectum pro necando Rege sibi comparârit. qvia inierit fœdus cum Duce Lancastriæ, qvi contra Regem suum Richardum conspiraverat: qvia Reginam & liberos Regios conatus fuerit in suam deducere tutelam: qvia conatus fuerit pomum intoxicatum Delphino dare: qvia Papæ sit blanditus, inq; exigendis pecuniis opem suam præstiterit, qvo ejus favore aditum sibi ad Coronam pararet: qvia militem conscripserit subjectis molestum, & deniq; nova tributa imposuerit subditis Regiis, Parv. *in dict. orat.* Antimach. *libr. 3. theor. 8. in fin.*

12 † Cajo Imperatori Joseph. 19. *antiq. cap. 1.* hæc crimina impingit, qvod cædibus Senatorum & Eqvitum omnia miscuisset, divinos honores sibi arrogasset: Servis licentiam dedisset deferendi Dominos, germanam stuprâsset, leges sibi obstare passus non fuisset: ex qvibus Tyrannidis ipsum insimulare, cædemq; à Chærea perpetratum defendere nititur. Pariter Henricus VI. Rex Anglorum exutus fuit Regno, non aliam ob causam, nisi qvod esset ingenii statarii, & fugitantis molestias bellicas, Gruter. *in Tacit.*

13 Porrò † Richardum II, sub tyrannidis prætextu abdicârunt Angli propterea, qvod clanculùm interfecisset Ducem Glocestrensem: qvod prodigaltier thesauros Regios dissipasset, bonaq; feudalia indignis concessisset: qvod Lancastrenses & Cestrenses cives in bellum produxisset contra Proceres sibi adversantes: qvod cum publico testimonio Ducem Glocestrensem, & Comitem Arundelium à proditione immunes declarasset, nihilominus eos ut proditores damnasset: qvod mulctasset pecuniâ eorundem amicos: qvod deposuisset qvosdam ab officio, qvod conventus Ordinum, seu generale Parlamentum instituerat: qvod lege præclusisset Henrico Lancastrio reditum, & eâ qvoq; teneri voluisset, si qvis pro eo revocando intercessisset, aut aliter se sollicitum habuisset: qvod cum Angli non agnoscerent Superioré præter Deum, ipse confugisset ad auxilia Pontificis Romani: qvod Henricum Lancastrium sine causâ egisset in exilium: qvod Præfectos qvosdam urbium & castrorum lege electos abdicasset: qvod ære alieno gravatus nemini solvisset: qvod tributa multa indixisset: Leges in suo capite & pectore esse dixisset: qvod leges in Parlamento latas acceptare negasset: qvod freqventer in singu-

singulos sæpè annos, nonnunqvã in biennium Præfectos Urbium mutasset: qvod præter Nobiles & Cives, aliis qvoq; in conventibus & officiis publicis locum dedisset: tributum ab Ecclesiasticis exegisset, thesauros Regios sine consensu Parlamenti abduxisset in Hiberniam: qvod dixisset, vitas & bona Subditorum in suâ esse manu: qvod contra chartam magnã jussisset Senes pugnare cum juvenibus, in casibus, qvi nisi Monomachiâ decidi nõ poterant: qvod Archiepiscopum Cantuariensem in exilium egisset sine causâ: qvod Archiepiscopum damnasset indictâ causâ, & qvæ sunt alia in tyrannidem ipsi ab Anglis imputata, referente ex M. Hall. Arnis. *in tract. de autor. Princip. in pop. c. 4. n. 5. & seqq.*

14 † Sed ut maximè Principes ac Reges hi non parùm à boni Principis officio exorbitaverint; hautqvaqvam tamen tyrannidis vitium jure ipsis imputari existimaverim: tantumq; abest, Richardum II. Regem Angliæ Tyranni vituperio notandum & abdicandum fuisse, ut & plurima, qvæ ipsi vitio vertuntur, rectè justèq; dixerit ac fecerit, indeq; honores non minimos meruerit, ut multis demonstrat Arnis. *dict. loc.*

15 Nimirum † in definiendo tyranno tyrannideq; notandâ plurimi errant. Sanè Bartol. *in tract. de Tyrann.* decem ponit notas Tyranni, qvarum sunt præcipuæ: *Si dissidia inter cives alat; Subditos depauperet; & in eorum fortunas ac corpora sæviat.* † Deq; notis Tyranni ita canit Claudianus *de bello Childon.* 16

Instat terribilis vivis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obscænus adulter.
Divitibusq; dies, & nox metuenda maritis.
Qvisqvis vel locuples, pulchrâ vel conjuge notus,
Crimine pulsatur falsò, si crimina desunt,
Accitus conviva perit.

Hascè & similes communiter referunt Tyranni notas Politici, Cas. *in Sphærâ civitat. lib. 5. cap. 10.* Warem. ab Erenberg *de Regni subsid. cap. 11. n. 32. & 33.* Hœnon. *disput. polit. 9. n. 35. & seqq.* Petr. Greg. Tholosan. *libr. 6. de Republ. cap. 18.* Joh. Bodin. *lib. 2. de Republ. c. 4.* Althus. *cap. 14. polit.* Lips. *6. de Republ. cap. 5.* Antimachiavell. *in præfat. lib. 2. & lib. 3. theor. 15.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 61. n. 9.* qvæ etsi Tyrannidem seqvantur sæpissimè, ipsa tamen sola haut faciunt Tyrannum. † Eqvidem Pharao Rex Ægyptiorum peregrinos, 17

nos, jam longi temporis lapſu le-
gitimos cives effectos oppresſit,
qvæ actio tyrannica fuit, ſed ad
inferendam tyrannidem minus
ſufficiens. Ideoq; Moſes non pe-
tebat coronam Pharaonis, ſed
duntaxat dimisſionem populi &
18 fugam. † Et qvis proditoriam in
Subditos ſævitiam nō referret in-
ter tyrannidis notas? qvâ tamen
ad oppresſionē uſus Uriæ eſt Da-
vid, Tyrannus minimè dicendus.
Ac nonnè Rex Saul multa deliqvit
tyrannicè, qvi tamen unctꝰ Domi-
ni ſalutatur à Samuele & Davide.
19 † Nunqvam etenim uno impe-
tu degenerat Rex in Tyrannū, nec
jus & poteſtatem legitimam per-
dit, ſi non ex amusſi ad omnium
utilitatem præſit. Qvemadmodū
enim unica actio prava non facit
hominem abſolutè pravū ac vitio
ſum; ita nec actio una tyrannica
ſufficit ad notandam tyrannidē,
præſertim ſi vitium ſit privatum,
qvo Rex peccat non qvà Rex, ſed
qvà homo, ſcilicet non ad deſtru-
ctionem totius. Henn. Arniſ. *dict. cap.4.n.10.* † At licet Henricus IIX. 20
Rex Angliæ adulteriis & ſcortati-
onibus Regium ſplendorem im-
probè commacularet, licet etiam
in uxoribus abdicandis nimis fa-
cilis eſſet, ac libidini ſuæ magis,
qvàm dignitati conſuleret; non
tamen Tyrannus proclamari de-
buit; cùm de cætero benè Reipu-
blicæ præfuerit, Paul. Jovius *in Henr. IIX.* Secus atq; Caligula, qvi
unam cervicem optabat populo
Romano, qvo uno ictu poſſet am-
putari, Sveton. *in Calig. c.30.* † In 21
Tyranno itaq; nihil eſt legitimū,
nihil ordinatum à Deo, ſed omnia
Deo adverſa, ac Reipublicæ detri-
mentoſa; ut verè Ariſtoteles defi-
niverit tyrannidem, nullis ſubja-
centem legibus, incorrigibilem,
Principatum propter bonum ſu-
um, non propter bonum Subdi-
torum. *4. polit. 10.*

SECTIO IV.

De conditionatâ & limitatâ Magiſtratûs poteſtate ex præſtito juramento eſt dijudicandum: idq; triplex, & qvodnam poteſtatem attemperet?

SUMMARIA.

1. Conditionata Principum poteſtas ex præſtito ipſorum juramento apparet.
2. Pacto Principis poteſtas limitari poteſt, contra Cunerum.
3. Deus enim mixtæ Reipubl. autor exiſtit.
4. Non qvâvis promisſione juratâ Principis poteſtas attemperatur.

5. Triplex juramentum à Magistratibus præstari solitum.
6. Primum Juramenti genus.
7. Tale fuit jusjurandum Caroli Magni, n. 8.
9. Hoc Juramentum præstat quoq; Rex Hispaniarum.
10. Nec non Rex Galliarum.
11. Per Juramentum id nihil detrahitur Majestati.
12. Secundum genus juramenti. n. 13.
14. Neq; hoc juramentum ullam in Principem subditis tribuit Majestatem.
15. Hoc juramento promittit Princeps, ad qvod ratione officii est obligatus.
16. Haut tamen effectu caret juramenti præstatio.
17. Tertium genus juramentorum.
18. Præstitit hoc Stephanus Bator Rex Poloniæ.
19. Ut & Christiernus II. Rex Daniæ.
20. Nec non Uladislaus II. Ungariæ Rex.
21. Et Matthias Rex Ungariæ.
22. Leges Bojorum Principibus præscriptæ.
23. Hoc juramenti genere Magistratus potestas attemperatur & limitatur.

DIximus, Magistratui absoluto resistere, eumq; à gubernaculo removere haut fas esse Subditis, qvâcunq; etiam injuriâ oppres-
1 sis, *Supr. Sect. 1.* † Alia est conditio Regum ac Principum, qvibus Imperium non nisi certis conditionibus & pactis fuit concreditum, qvorumq; potestas certis limitibus est circumscripta: de qvibus priusqvàm certi qvid definiamus, præmittenda videtur disparitas juramentorum, qvibus obstringuntur Magistratus, & ex qvonam propriè conditionatum ac limitatum censeatur Imperi-
2 um, dispiciendum. Neq; † enim assentiendum Cunero *de offic. princip. Christ. c. 5. & 7.* neganti, pactū subsistere, per qvod limitetur Principis potestas, ceu sacris in literis fundata, qvibus haut pacta derogare qveant. † Nempe non 3
animadvertit *Cuner.* ipsum Deum non minus Reipublicæ mixtæ, qvàm absolutæ Monarchiæ autorem existere; qvippe à qvo jus Regium certis conditionibus videmus limitatum, *Deut. 17. vers. 16.*

† Non tamen qvâvis promissi- 4
one aut obligatione, etiam juratâ, absolutum attemperari Magistratus Imperium existimmeus; cùm non rarò ea, ad qvæ jure divino pariter atq; naturali Princeps est obligatus, juramento inseri experiamur; qvibus si Majestatem vel potestatem Principis cer-

certis conditionibus limitatam dicamus, nunqvam Imperium Magistratui absolutum competere, fatendum erit, contra ea qvæ diximus *Sect.* 1. Ideoq; genera promissionum ac juramentum probè
5 erunt pensitanda. †Estq; apud Politicos triplex juramentum, qvo uno vel altero obstringuntur Magistratus.

6 PRIMUM est juramentum,† qvo Principes ac Reges non tàm Subditis universis, qvàm Ecclesiæ ob-
7 stringuntur: †qvale fuit jusjurandum Caroli Magni, præstitum Leoni Papæ in hunc modum: *In nomine Christi spondeo atq; polliceor Ego Carolus &c. Imperator coram DEO & B. Petro Apostolo, me protectorem ac defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, qvatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero poteroq; &c* Henning. Arnis. *de Majest. lib. 1. c.*
8 *5. n. 3.* † Hujusq; juramenti facit mentionem Pontifex Clemens V. in *Clem. Romani. de jurejur: Ego N. promitto, spondeo & polliceor, atq; juro coram DEO & B. Petro, me de cætero protectorem, procuratorem, defensorem fore summi Pontificis, & hujus S. Romanæ Ecclesiæ in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores, & jura ejus, qvantum divino suffultus fuero adjutorio, secundùm scire & posse meum rectâ & purâ fide, sic me DEUS adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelia.* † Simile est ju- 9
ramentum Regis Hispaniarum, qvo obligatur Ecclesiæ ad extirpandos Sarracenos, ex *canone Concilii Toletani 6. cap. 3.* in qvo hæc reperiuntur verba: *Ut qvisqvis deinceps Regni sortitus fuerit apicem, nõ ante conscendat Regiam Sedem, qvàm si inter reliqvas conditiones Sacramento fuerit pollicitus, qvod non sinet in Regno suo degere eum, qvi non sit catholicus.* † Pariter Rex Galli- 10
arum, priùsqvàm ad Coronationem admittitur, Archiepiscopo Remensi in hunc ferè modum jurat: *Ego N. DEI gratiâ, mox futurus Rex Francorum, in die Ordinationis meæ coram DEO & Sanctis ejus polliceor, qvod servabo privilegia canonica, justitiamq; & jus unicuiq; Prælato debitum, vosq; defendam, DEO juvante, qvantum potero, qvemadmodum Rex ex officio in suo Regno defendere debet unumqvemq; Episcopum & Ecclesiam, & administrabo populo justitiam & leges, uti jus postulat,* prout refert ex Masson. *libr. 3. Chron. gallicor.* Arnis. *dict. cap. 5. n. 3.*

Hocq; † juramentum duplicem 11
respicit finem sive scopum, puta: Obligationem ad veram & catholicam fidem; Et ad defensionem Ecclesiæ. Cumq; per id nil

novi contrahatur, utiq; nec Majestati qvidqvam inde detrahitur, nec Subditis ulla potestas in Magistratum tribuitur.

SECUNDUM juramentorum ge-
12 nus est, † qvo Magistratus ad ea se obligat, qvæ ipsi ratione officii incumbunt: veluti Carolus Calvus apud Carisiacum Palatium, hunc in modum juravit: *Ego, qvantum scivero & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumqvemq; vestrûm secundùm suum Ordinem & personam honorabo & salvabo, & honoratum ac salvatum absq; dolo malo ac damnatione conservabo: Unicuiq; competentem legem & justitiam conservabo, & qvi illam necesse habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare & salvare, & unicuiq; competentem legem & justitiam in unoqvoq; ordine conservare, & indigentibus ac rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, qvantum dimittit humana fragilitas, per studium aut malevolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, qvantum DEUS intellectum & possibilitatem donaverit. Et si per fragilitatem contra hoc mihi susceptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntariè illud e-*
13 *mendare curabo &c.* Estq; † id idem ferè juramentum, qvod proponit Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8. Juro ego per DEUM omnipotentem, ac promitto, me justè regnaturum, judicium, æqvitatem, ac misericordiam facturum.* Simile qvoqve fuit antiqvum istud Regum Burgundiorum juramentum: *Omnibus legem, justitiam, maniburgium, h. e. tutelam conservabo, Annal. Burgund.*

At neq; hoc juramentorum genus † Majestati Principis qvid- 14
qvam detrahit, nec ullam in Principem Subditis tribuit potestatem: cùm, etiamsi non jurent Magistratus, Ecclesiæ tamen patrocinari, legibusqve non minùs justis qvàm æqvis populum gubernare teneantur. De Ecclesiæ enim patrocinio ita loqvitur Isidorus: *Cognoscant Principes seculi, DEO debere se rationem reddere propter Ecclesiam, qvam à Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qvi eorum potestati suam Ecclesiam credidit, c. Principes. 23. q. 5. c. boni. dist. 69.* Et de administratione justitiæ Cicer. *lib. 2. offic. Justitiæ fruendæ causâ apud Majores nostros & in Asiâ, & in Europa, benè morati Reges olim sunt constituti.* † Qvid ergò opus jura- 15
mento, dixeris, si Princeps ratio-

ne

ne officii ad hoc ipsum obligatus sit, qvod juratô promisit: annè verba Principis in suspicionem vocabimus, qvasi promissa absq; juramenti vinculo haud sit servaturus; qvod certè Sacrilegii crimen esset, *l. disputare C. de crim. sacril.* & nudæ Principis assertioni fidem habere oportet, *c. cum à nobis.* ubi Felin. *de test.* Zas. *ad l. 2. ff. de orig. jur.* Sichard. *in l. ult. n. 13. vers. qvartus casus est. C. de edict. divi Hadr. toll.* Ex qvo Philippus, Archidux Austriæ, non juravit Cancellario Regis Galliæ, cum per eum investiretur de Comitatu Flandriæ, Artesiæ, & Carolino, *anno 1499.* sed solùm respondit: *Par ma foy: ain si le promets & ainsi le ferai,* Camerar. *cent. 2. hor. succis. cap. 59.*
16 † Sed nimirum jurant Principes, ut desiderio populi satisfaciant, cujus intentio procul dubio fuit, eos juramenti religione à peccando absterrere; juxta illud Cicer. *lib. 2. de lb. Plurima firmantur jurejurando, majoriq; saluti sunt fœdera Religionis, sanctiorq; hominum societas, inter ipsos, Diis immortalibus interpositis, tùm judicibus, tùm testibus, & qvos nulla alia res qvam divini supplicii metus à scelere revocavit.* It: *lib. 3. offic. Nullum vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt.* Et jurisjurandi contemta Religio Deo ultore nunqvam caret, *l. 2. C. de reb. cred.* Principes igitur ultrò ad id se demittunt, ad qvod aliàs cogi non possent. Qvis enim illos invitos ad juramenti præstationem cõstringere vellet, qvorum verba aliàs multorum instar sunt testium, *c. cum à nobis. de testib.* Mynsing. *cent. 5. observat. 34. n. 1.* Alber. Gentil. *in disp. de Princip. potest. absolut.*

Tertium deniq; genus est juramentorum, † qvibus Magistra- 17
tus & Principes se legibus subjiciunt, & potestati suæ certos limites ponunt, ac inde solium non nisi ex pacto conscendunt, Henning. Arnis. *de Majest. lib. 1. cap. 6. n. 11.* Ejusmodi præstitit juramen-
tum † Stephanus Bator Rex Po- 18
lon: *Ego N. spondeo, qvod omnia jura, libertates, securitates, Privilegia publica & privata, juri communi utriusq; gentis & libertatibus non contraria, Ecclesiasticis & Secularibus, Ecclesiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, incolis, & qvibuslibet personis cujuscunq; status & conditionis existentibus per divos Prædecessores meos, & qvoscunq; Principes Dominos Regni Poloniæ, & Magni Ducatûs Lituaniæ à Casimiro M. ad Henricum, justè & legitimè datas & concessas, emanatas & donatas Leges, ab omnibus Ordinibus tempore interregni statutas atq;*

ſancitas, aut oblatas, & pacta ac conventa Oratorum meorum nomine meo cum Ordinibus tenebo, obſervabo, cuſtodiam, tuebor, & adimplebo in omnibus conditionibus, articulis & punctis, in eisdem expreſſis, pacemq́; & tranqvillitatem inter diſſidentes de Religione tuebor, manutenebo, nec ullo modo vel jurisdictione noſtrâ, vel Officiorum noſtrorum, Statuumq́; qvorumvis autoritate qvoscunq; affici, opprimiq́; causâ Religionis permittam, nec ipſe afficiam, nec opprimam &c. juſtitiam omnibus incolis Regni noſtri, jura publica in omnibus dominiis conſtituta absq́; omnibus dilationibus & prærogationibus adminiſtrabo, nullo qvorumvis reſpectu habito &c. *Sic me DEUS adjuvet*, Chytr. *lib. 23. Saxon.* † Ejusq; farinæ conditiones habentur in juramento Chriſtierni II. Regis Daniæ: *Sicut tenemur unũqvemq́; juvare, ut jus ſuum conſeqvatur; ita nos ipſi qvoq́; obnoxii eſſe debemus unicuiq́;, coram Senatu Regni nos accuſanti comparere, & ad ipſius poſtulata uſitato judiciorum more reſpondere, & qvicqvid à Senatu Regni ſuper eâ re decretum & pronunciatum fuerit, idipſum exeqvi, neq́; hujusmodi legitimas accuſationes aut poſtulationes iniqvo animo ferre: Nullum etiam bellum incipere, aut externum militem in Regnum introducere debemus, communi Senatu Regni non præſciente & conſentiente. Literis qvoq́; & diplomatis, vel noſtro, vel etiam Patris noſtri, Regis Johannis, ſigno confirmatis, plenam & inviolatam fidem & autoritatem relinqvere; ejusq́; æs alienum, qvod liqvidum eſt, diſſolvere debemus*, Libell. Ordin. Dan. de juſt. Chriſtiern. II. abdicat.

19 (margin number beside "næ conditiones habentur")

† Similiter qvoq; Uladislaus II. ab Ungaris ad Regnum vocatus, iſtud ſub hisce conditionibus, juramẽto confirmatis, accepit: *Ut privilegia omnia ſervet: nihil novi in cujusvis perſona detrimentum, uti Matthias Rex facere plerumq́; conſveverat, decernat: unius nummi aurei vectigal, qvod is viritim exigebat, abroget: omnia ejus decreta & donationes, qvæ præter morem & Regni jura injuſtè tulit, ſanxitvè, reſcindat: Tributa præter morem ne imponat: Coronam duobus Regni Optimatibus, Pontifici & Regulo cuſtodiendam tradat: Pecuniam ex redemptione trium provinciarum, Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ in Regni ærarium referat: nec ſine Procerum conſenſu tractare poſſit: amicitiam & fœdus cum Cæſareâ Majeſtate citra Senatus autoritatem non ineat: in Ungariâ reſideat: qvicqvid Antiſtites Reguli & Optimates pro Regni libertate & commodo ante coronandi tempus ex antiqvorum more ſancire voluerint,* 20

ratum

ratum habeat : nihilq; ex divorum Regum legibus abroget, immutetvè, Bonfin. *decad.* 4. *lib.* 9. *in fin.* & *lib.*
21 *10. in pr.* Pariter juravit † Matthias in Legum observantiam, aliaqve capita specialia, qvod nempe sine Prælatorum ac Regni Baronum consilio, neminem ex Regnicolis crimine infidelitatis damnare; qvod factum suum Regium ordine juris proseqvi; qvodq; coronam Proceribus custodiendam tradere vellet &c. Bonfin. *de reb.*
22 *Ungar. decad.* 3. *lib.* 6. † Bojorum etiam Principibus qvondam hæ leges erant præscriptæ: *Leges Bojorum ubiq; observato; ne qva fraus ipsis fiat, caveto; pauperum & inopum qverimonias ipse audito & cognoscito*, Aventin. *lib.* 3. *annal.*

Hoc juramenti genere † pote- 23 statem Magistratus ita attemperari, ut absolutum ei haut competat Imperium, nemo negaverit, conditiones & leges præscriptas probè perpendens, qvibus Ordines & Proceres Imperii in consortium qvasi Majestatis videntur recepti, ita ut absq; horum consensu contra leges fundamentales præscriptas Magistratus nihil attentare valeat.

SECTIO V.

In Regnis conditionatis, Ordinibus Imperii jus resistendi & abdicandi Magistratum haut est denegandum.

SUMMARIA.

1. Non qvodvis Magistratûs juramentum ejusdem limitat potestatem.
2. In Regnis conditionatis num Proceribus sive Ordinibus resistere liceat Principi, contra leges præscriptas agenti?
3. Plebi enim vel Subditis potestas hæc deneganda.
4. Affirm tiva opinio placet Politicis.
5. Ut & Theologis.
6. Referuntur eorundem argumenta. n. 10. 13. 15.
7. Magistratus subditos contra injuriam etiam armis defendere debet.
8. Encomia boni Magistratus.
9. In Regnis conditionatis Proceres in consortium potestatis recipiuntur.
11. In conditionato Regno inter Principem & Proceres Imperii certis modis contrahitur.
12. Qvi Regem constituit, eundem destituere potest.

14. Prin-

14. Princeps instar Vasalli feloniam committit, violans fidem juratam.
16. Fidem non servanti Domino, fides impunè non servatur.
17. Marobodiuus Rex Bohemia Regno depositus.
18. Dani Christiernum II. Regem privârunt Regno.
19. Sveci Sigismundum Regem expulerunt.
20. Subditis qvandoq; Principi promissionem violanti, resistere expressâ clausulâ juramenti permissum.
21. Qvalis reperitur clausula in juramento Christierni II. Daniæ Regis.
22. Ut & in juramento Andreæ Regis Ungariæ.
23. Nec non in juramentis Regum Sveciæ.
24. Eademq; clausula tacitè semper subintelligitur.
25. Difficilis fuit Casimirus III. in præstando juramento.
26. Admonitio Cancellarii Zamoscii ad Sigismundum III. Regem Poloniæ.

1 VIdimus nunc † tria juramentorum genera, à Magistratu vel Principe præstari solita: qvorum duo priora absolutæ potestati nihil omninò præjudicant: Sed posterius ita comparatum est, ut certis legibus ac conditionibus Princeps obligetur, ac per id absolutum attemperetur Imperium, in cujus consortium Ordines & Proceres Regni censentur recepti.
2 † Qvibus num competat jus resistendi & abdicandi Principem, si fortasse immemor juramenti præstiti, contra leges præscriptas qvicqvam fecerit, ex ipso conditionum ac legum fundamentalium tenore & qvalitate non difficulter decidere licebit.
3 † Nimirum populo vel Subditis universis, ne qvidem in Regno conditionato indulgendum, ut de facto Principis judicare præsumant, sed de Ordinibus duntaxat Imperii qvæstio est; qvippe qvi in partem & consortium potestatis sunt recepti, nec precibus, supplicationibus, intercessionibus, ullisve aliis remediis (qvæ omninò præcedere oportet) injusta Magistratus attentata corrigere valent.

4 Hisce † in conditionatis Imperiis Magistratui, contra leges & conditiones præscriptas agenti, licentiam resistendi, eumq; incorrigibilem abdicandi haud denegandam arbitrantur Politici, Stephan. Jun. Brut. *in vindic. contra Tyrann.* Peregr. Rossæ. *de just. Reipubl. in Princ. potest.* Bucher. *de abdicat. Henr. III.* Hottom. *in Francogall.* Henn. Arnis. *de autor. Princ. in popul. inviolab. cap. 1. & de Majest. lib. 1. cap. 6.* Theodor. Reinking *lib. 1. de Regim. secul. & eccles. class. 1. cap. 5. & libr. 2. class. 1.*

cap.

cap. 2. Christ. Besold. *in dissert. de*
Majest. cap. 8. Joh. Jessen à Jessen
in Orat. de vindic. contra Tyrann.
5 † A qvâ sententiâ non est alienus
D. Lutherus *in lib. de secul. potest.*
quat. ei obtemp. sit, eamq; disertè
probat Dn. Joh. Gerhard. *in con-*
silio hâc de re peculiariter scripto, a-
pud Domin. Arum. de jur. publ. vol.
4. discurs. 18. Qvorum argumenta
si summatim examinaverimus,
nervum eorundem eò collimare
animadvertemus:

6 (1) † Qvod omnis Magistratus
à Deo ad id sit constitutus, qvò se-
se ac Subditos contra vim & inju-
riam, etiam armis, si hoc aliter ne-
qveat fieri, defendat. Jam verò
Proceres ac Ordines Regni con-
ditionati sive pactionati, (de qvo
saltem hîc qvæstio est) verè sunt
Magistratus. Qvidni ergò subdi-
tos contra injuriam injusti Princi-
pis tueri possent, nedum hoc face-
re deberent? Majoris propositio-
7 nis fundamentum † ponit Dn.
Gerhard. non solùm in manife-
stis Scripturæ dictis, *1. Timoth. 2.*
vers. 1. Jerem. 29. vers. 7. Baruch. 1.
vers. 11. sed & ejusdem veritatem
probat ex elogiis & encomiis Ma-
8 gistratui attributis. † Vocantur
siqvidem Dii, *Exod. 21. vers. 6. &*
27. Psalm. 82. vers. 1. Parentes, *Gen.*
41. vers. 43. 1. Sam. 12. vers. 12. cap.
24. vers. 12. Clypei terræ, *Psalm. 47.*
vers. 9. Portæ Civitatis, *Psalm. 24.*
vers. 7. Psalm. 143. vers. 13. Montes,
Mich. 6. vers. 2. Auxiliatores &
Salvatores, *Jud. 3. vers. 9. 2. Reg. 13.*
vers. 5. Pastores, *Esai. 44. vers. 28.*
Jerem. 49. vers. 19. De veritate
qvoq; assumtionis dubitandum
non est, † postqvam Ordines Re- 9
gni, certas conditiones & leges
Principi præscribentes, eúq; jura-
méto ad observantiam illarú con-
stringentes, hoc ipso partem pote-
statis Imperii & autoritatis sibi
reservant: ac propterea nec Prin-
cipi absolutum competit Imperi-
um, nec Ordines & Proceres sim-
pliciter & absolutè sunt subditi,
sed unà cum Principe Imperium
ac potestatem summam tenent,
& per consequens, perinde ac ipse-
met Princeps consortium Magi-
stratus ingrediuntur; prout mul-
tis demonstravimus *Supr. cap. 1.*
sect. 12. & cap. 13. sect. 6. qvæ hîc re-
petere nolumus.

(2) † Negari vix poterit, condi- 10
tionibus ac legibus præscriptis, in
qvas jurat Princeps, inter ipsum
& Ordines Regni mutuum iniri
contractum: ac proinde secun-
dùm jura contractuum de hâc
conventione judicandum erit,
juxta responsum Alciati *in Resp.*
167. vers. circa 3. dubium. n. 10. At-
qvi ea est contractuum lex & na-
tura, ut si alterutra pars recesserit,

nec altera sit obligata, *l. si qvis ma-*
11 *jor. C. de transact.* † Unde Nobilitas Danica *in libell. Ordin. Dan. de just. Christ. II. abdicatione.* Regi demonstrare nititur, qvod veniendo contra Juramentum, Contractum violârit, ex qvo compulsi essent, ut sua juramenta, homagia, auxiliaq; militaria per literas
12 ipsi renunciarent. † Qvò & facit, qvod Zacharias Papa scribit ad Francos, an Childericum justè deponere possent, cogitantes: *Regem plebs constituit, eundem & destituere potest*, Aventin. *libr. 3. annal. Bojor.* Et qvod Glossa dicit *in c. cum ex injuncto. in verb: tàm institutio. de haret: Ad qvem pertinet institutio, ad eundem qvoq; spectat destitutio.*

13 (3) † Princeps ad conditiones & leges ex juratâ promissione obligatus, adeò videtur astrictus, ut nullius Vasalli tanta esse possit erga Dominum obligatio, Steph. Jun. Brut. *in vindic. contr. Tyrann. qvæst. 1.* Sicuti ergò Vasallus contra fidem juratam qvicqvam faciens, feloniam committit, & feu-
14 di privationem incurrit; † ita & Princeps, qvi à juramento recedit. Ex qvo Magdeburgenses *in libell. de offic. Magistr.* expressè scribunt: *Reges ac Imperatores Vasallos esse primarios Regni atq; Imperii, & proinde si feloniam contra Imperium aut Regnum committant, feudo privari, perindè atq; alios Vasallos.* † Qvo etiam inclinat Jun. 15
Brut. *dict. qvæst. 1.* Reges committere Regnum ipso jure, si jusjurandum non servent, DEUM negligant, & ad hostes illius se recipiant. Et Pereg. Rossæ. *in lib. de just. Reip. in Princ. autor.* Subditis in Reges non minus juris competere disputat, si fortè à juramẽtis discedant, qvàm Regibus in Subditos: qvia scilicet mutuo juramento & contractu invicem obligantur. Subintelligitur verò in qvovis juramento clausula & conditio: *Si fides servetur*, gloss. *in cap. qvemadmodum, verb: Conditio. de jurejur.* † Unde fidem non servanti 16
Domino, fides impunè non servatur, Alciat. *in Resp. 167. n. 10.* qvæ & ipsa contractuum natura & ratio est, *l. qvaro 54. §. inter locat.* ubi Gothofred. *ff. locat. l. Julianus. §. offerri. ff. de act. emt. l. 96. l. 132. ff. de V. O.* Non enim ex pacto sive contractu commoda percipere debet, qvi adversus illud sibi veniendum putavit, *l. si qvis major. 41.* ubi Bartol. Jason. & Dd. *C. de transact.* Ergò si Princeps malè tractando Subditos contractum rescindat, nec Subditi ad ejus observantiam ulteriùs sunt obligati; qvia qvi fidem non servat, nec

eam

eam sperare debet, Bald. *in cap. un. §. ult. de form. fidelit.*

17 (4) † Nec desunt hujus rei exempla. Etenim Maroboduus Rex Bohemiæ propter suspicionem affectatæ dominationis, in familiâ suâ stabiliendæ, fœdusq; cum Romanis initum, contra qvos erat in Imperatorem electus (qvâ de re vid. Paterculus *lib. 2. histor. Roman. de Maroboduo*, & Aventin. *lib. 2. in Octav. Augusto*) invisus esse Germanis cœpit, ab eisq; pedetentim deseri, donec Harminio Cherusco, qvem in ejus locum suffecerant, prævalente, Imperio pariter Germanico & Regno Bohemiæ exutus est, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 1. cap. 5. n. 6.*

18 † Pariter qvoq; Dani Christiernum II. Regem, Caroli V. Imperat. & Ferdinandi I. Cæsaris Sororium, Regno privârunt, ob causas, qvas Ordines Daniæ prolixè in scriptis ediderunt apud Petersenum *in Chron. Holsat.*

19 † Et Sveci Regem Sigismundum expulerunt, non leves propter causas, à Johan. Skytten Consiliario Regio *in orat. ad Regem Magnæ Britanniæ* commemoratas, Goldast. *dict. loc. pag. 46.*

20 Provenit hinc † clausula Principum juramentis apponi solita: *Ut nempe si Princeps contra leges & conditiones agat præscriptas, Subditi ad obedientiam ulterius obligati non sint, nec Principi resistendo, contra sua juramenta, obligationes, & homagia peccasse, censeri debeant.* Qvæ clausula juramento Regis Polon. Stephani Bator. hisce formalibus adjecta fuit: *Et si, qvod absit, juramentum in aliqvibus violavero, nullam mihi Incolæ Regni, omniumq; Dominorum uniuscujusq; gentis obedientiam præstare debebunt: Imo ipso facto eos ab omni fide & obedientia, Regi debitâ, liberos facio, absolutionem nullam ab hoc juramento meo à qvoqvam petam, neq; ultrò oblatam suscipiam; Sic me Deus adjuvet.* David Chytr. *lib. 23. Saxon.*

† Eademq; reperitur juramento Christierni II. Daniæ Regis, hisce verbis inserta: *Si verò, qvod DEUS avertat, contra istos articulos agendo delinqveremus, & Senatorum Regni admonitionibus nullo modo locum dare instituerem us, tùm omnes Regni Incolæ ratione honoris & juramenti sui, conjunctis viribus fideliter in hoc incumbere debent, ut hoc avertant; Id faciendo, contra sua juramenta, obligationes, homagia, qvibus astricti nobis sunt, neqvaqvam fecisse censeri debebunt*, Libell. Ordin. Dan. *de just. Christ. II. abdicat.* 21

Simili planè modò † Leges suas conclusit Andreas Rex Ungariæ: *Si nos, vel Successorum nostrorum aliqvis huic dispositioni nostræ contraire* 22

voluerit, liberam habeant harum autoritate, sine notâ alicujus infidelitatis tàm Episcopi, qvàm alii Nobiles Regni nostri universi ac singuli, præsentes & futuri, posteriq; resistendi & contradicendi nobis & nostris Successoribus facultatem, Arnis. *de Majest. lib. 1. cap. 6. n. 11.*
23 † Et qvod magis, in juramentis Regum Sveciæ ad id obligantur universus Regni Senatus, Episcopi, Prælati, Eqvites, Nobiles, Cives, & Vulgus: *Ut si Rex qvicqvam contra articulos pacti committere, vel per alios designare ausus fuerit, sub ipsorum bonore & juramento teneantur ipsi adversari*, David Chytr. *lib. 2. Saxon.*

Qvantumvis verò non semper Principum juramentis hæc clausula verbis expressis apponatur;
24 † tacitè tamen subintelligitur. Qvid enim aliud est in leges & immunitates jurare, qvàm iis Imperium concedere? At, si leges dominantur, juxta Aristot. *3. polit. 11. & 12.* verus & absolutus Rex non est, qvi, si in aliqvibus saltem violet fidem, pœnam Legum incurrit, qvâ Subditi ab obedientiâ eximuntur jure contractus reciproci, de qvo diximus *suprà n. 10.* Ut mirum non sit, † si Casimiro 25
III. difficulter persvaderi potuerit, qvo juramentum præstaret, Cromer. *lib. 22. rer. Polon.* Atqve hinc † Sigismundum III. Cancel- 26
larius Zamoscius in hunc modū fertur allocutus: *Qvandoqvidem viderent Ordines, Majestatem Regiam nolle pactis conventis stare, non debere ipsius Majestatem in malam partem interpretari, si Ordines obedientiam ipsius Majestati renuncient*, David Chytr. *lib. 28. Saxon.*

SECTIO VI.

Qvibus ex causis Impp. Henricus VI. Adolphus Nassoviensis, & Wenceslaus Imperio fuerint dejecti: qvisnam Judex competens in causa depositionis? de qvâ nemini privato, sed solis Electoribus & Ordinibus Imperii judicium sibi sumere licet.

SUMMARIA.

1. Num Proceribus Imperii nostri competat jus abdicandi Imperatorem.
2. Impp. Romanis sub certis conditionibus Sceptra deferuntur.
3. Ex mente Electoris Moguntini, jus abdicandi est penes Electores.
4. Qvò & inclinant pleriq; Theologi & Politici.
5. Eademq; fuit mens Procerum Imperii tempore Henrici IV.
6. Paradigmata rejectorum Imperatorum.

7. Ludo-

7. Ludovicus Pius depositus, Imperio fuit restitutus.
8. Henricus IV. Imp. Regno privatus. n. 10.
9. Causæ privationis.
11. Adolphus Nassoviensis Imp. de fastigio deturbatus.
12. Causa exauctorationis Adolphi.
13. Wenceslaus Imp. Imperio dejectus. n. 17.
14. Dejectionis causæ à Cuspiniano relatæ. n. 15.
16. Wenceslaus Imp. custodiæ traditus.
18. Qvisnam Judex competens in causâ depositionis?
19. Elector Palatinus judex Imperatoris. n. 20.
21. Totum Electorale Collegium judicat super depositione Imperatoris. n. 22.
23. In causis saltem civilibus & pecuniariis Palatinus est Judex Imperatoris.
24. Est tamen Elector Palatinus Præses & Director in judicio exauctorationis.
25. Comes Palatinus ad judicium contra Regem Albertum vocatus.
26. Goldastus parum fidei tribuit exemplis rejectorum Imperatorum.
27. Largitur tamen Goldastus jus abdicandi Imp. Ordinibus Imperii.
28. Autor hanc litem componere sibi licentiam non sumit.
29. Non cuiqvam privato hâc de re judicare licet.
30. Protestatio Autoris super hoc tractatu.

HUcusq; de Regnis conditionatis in genere, ubi Proceribus Imperii licentiam resistendi & abdicandi Magistratum haud
1 denegandam diximus. † Qvid verò de nostro Imperio Romanogermanico habendum? Accommodare ad id si velimus, qvæ *Sect. præced.* de pactionatis Regnis generaliter tradita fuêre, forsan non
2 difficilis erit decisio. † Neq; enim simpliciter & absolutè, sed certis conditionibus & capitulis præscriptis Scepτra cuiqvam deferri, nec ad gubernacula Imperatores admitti, priusqvã in conditiones juraverint, atq; ita in consortium potestatis Proceres & Ordines Imperii admiserint, nemo inficias ibit, qvi tenorem Capitulationis sive Regiæ Legis probè perspectum habet. Annùm ergò pari modo Electoribus ac Proceribus Imperii jus abdicandi competere existimabimus? † Ita eqvidem 3
sensit Episcopus Moguntinus, cùm de abdicatione Henrici IV. ageretur. *Qvem meritum*, inqvit, *investivimus, qvare immeritum non devestiamus*, Helmold *in Chron. Sclavon.* à juramento nimirum & obedientiâ solutos putavit

Ordines, si Cæsar contra Legem Regiam & conditiones præscriptas qvicqvam fecerit; ex qvo subjectionis vinculo dissoluto, nulla contra superiorem rebellio sit
4 metuenda. † Qvô & inclinasse videmus D. Lutherum & Philippum Melanchthonem apud Frider. Hortleder. *de bello german.* Johan. Gerhard. *in consilio super hâc qvæst. apud Dom. Arum. de jur. publ. vol. 4. disc. 18.* Reinhard. König *in theat. polit. part. 1. cap. 33.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Aur. Bull. concl. 81.* Aventin. *libr. 7. Annal.* Domin. Arum. *in discurs. 3. ad Aur. Bull. concl. 45.* Herm. Vultej. *in l. 1. n. 6. & seq. C. ubi Senat. vel Clariss.* Lambert. Dan. *in polit. christ. lib. 3. cap. 6. circa fin.*

Nec tùm aliam fuisse mentem † Archiepiscoporum, Episcopo-
5 rum, Ducum & Comitum Saxoniæ, vel inde apparet, qvod per Legatos ad Imperatorem Henricum IV. Sacramento se ei fidem promisisse inqviunt, sed si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei Rex esse vellet; Si justè, si legitimè, si more majorum rebus moderaretur; si suum cuiq; Ordinem, suam dignitatem, suas Leges, tutas inviolatasq; manere pateretur. Sin ista prior ipse temerasset, se jam Sacramenti hujus religione non teneri; sed qvasi cum barbaro hoste, Christiani nominis oppressore justum deinceps bellũ gesturos, & qvoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesiâ Dei, pro fide Christianâ, pro libertate etiã suâ dimicaturos, *apud Lamb. Schafnaburg.*

Neq; desunt † paradigmata re- 6
jectorum Imperatorum: Nam de Ludovico Pio extat Decretum exauctorationis apud Mel. Goldast. *tom. 2. Constit. Imper. anno 833. fol. 16.* † Sed à majori parte Principum 7
in Comitiis generalibus id fuit rescissum, & Imperator honorificentissimè Imperio restitutus, ut referunt Cardin. Baron. *annal. ecclesiast. tom. 9. anno 833.* Joh. Barclaius *in vindic. pro Regib. ac Princ.* Franc. Hottom. *in fulm. brut.* Flodoard. Rhemens. *in histor. eccles. Rhem.* Joh. Bedæus de la Gormandiere *in tract. de jur. Regum*, &c.

Missâ itaq; depositione Ludovici Pii, † revertimur ad exemplũ 8
Henrici IV. Imper. qvem pleriq; Principes Regno privare studuerunt, pleriqve vitâ, pleriq; apud Summum Pontificẽ maximis accusationibus & gravissimis qverelis onerârunt, & tandem ceu incorrigibile Schismatum caput deposuerunt, Cuspin. *in vita Henrici IV. pag. mihi 282.* Goldast. *tom. un. Const. Imper. pag. 250.* Joh. Limn. *de jur. publ. 2. cap. 11. n. 27.* † Causas 9
hu-

hujus depositionis commemorat Cuspinianus, ita inqviens: *Adolescentiæ usus libertate Henricus Saxoniam incolere cœpit, venationi operam dare & luxui, Principes alios contemnere, Nobiles opprimere, ignobiles efferre, filias illustrium obscurioribus conjugare, præsidia non iis, qvibus debuit, committere, licentius omnia agere, ex sinu matris abstractus permissu illorum, qvi Regi non ministrabant, sed potius imperabant. Qvem volebant, exaltavit aut deposuit, rebus suis magis, qvàm Regni consulentes, & in omnibus qvæstum curantes. Unde omnium in se traxit odia, in tantum, ut cum ad conventum Principum, qvi tum temporis Moguntiæ habebatur, adventaret, eo fine, ut sese Principibus purgaret, à qvibusdam prohibitus, ne qvid sibi adversi accideret, in Ingelheym substitit.* Hactenus Cuspinian. *in vitâ Henrici IV. pag. 282.* Otto Frising.
10 *lib. 7.* Abb. Ursperg. *in annal.* † Demùm verò à Principibus persvasus, ut vitam redimeret, Regalia insignia, Crucem, Lanceam, Sceptrum, ac Coronam filio misit, prospera illi imprecatus cum fletu Primatibus Regni ipsum commendans, Cuspin. *dict. loc. pag. 287.* Hieronym. Megiser. *in vitâ Henrici IV.*

Aliud depositionis exemplum
11 habemus † in Adolpho Nassoviensi Imperatore, qvi propter tyrannidem & avaritiam omnibus exosus, de fastigio deturbatus fuit, suffecto in ipsius locum Alberto I. Imperatore, *anno 1299.* Megis. *in vitâ Adolph.* Avent. *lib. 7. annal.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 2. cap. 11. n. 26.* Ab initio enim Gerlacus Moguntinus Archipræsul ejus consangvineus (cujus solius operâ Romanorum Rex erat creatus) inutilem Imperio palàm asserebat: † Principes namq; Imperii 12
neglexerat; indignos extulerat; publicè adulteria patraverat; virgines, moniales, viduas vi constupraverat; fidem & literis & sigillo roboratam violaverat; & id genus multa scelera admiserat. Unde Principes Germaniæ eum ceu indignum à culmine Imperialis dignitatis dejicere laborârunt. Convenerunt itaq; in Moguntiâ, ibiq; abrogato Adolpho, Albertum elegerunt Imperatorem, fidelitatisq; juramenta præstiterunt, multis auxiliis promissis, ut Adolphum sterneret, qvi cum Imperio cedere nollet, bello ab ipso propè Wormatiam victus occubuit, Aventin. *dict. lib. 7. annal.* Cuspinian. *in vitâ Adolphi Nassoviensis, pag. 357.*

Pariter qvoqve † Wenceslaus 13
Imperator, filius Caroli IV. Imp. *anno 1400.* Electorum suffragiis

Impe-

Imperio fuit dejectus, Avent, *lib.*
7. annal. Megiser. *in vitâ Wenceslai*
pag. 327. Melch. Gold:ʳ., *tom. 1.*
Const. Imper. pag. 379. Joh. Limn.
dict. cap. 11. n. 27. Arnis. *de jur. Ma-*
jest. lib. 1. cap. 5. n. 5. Causas deje-
ctionis exprimit Cuspinianus his-
14 ce verbis: † *Fuit Wenceslaus tàm*
corpore, qvàm animo deformis atq;
ineptus, corpore qvidem distortus, a-
nimo effœminato ac segni; degene-
rans à patre atq; avo, nihil unqam
memoriâ dignum aut cogitavit, aut
fecit. Norimbergæ natus anno 1361.
Sept. 28. Matrem suam partu inter-
ficiens, & baptisma primo ingressu
fœdans ac coinqvinans; ut prover-
bium inde fieret: Futurum malum
Virum, qvia puer baptisma fœdasset.
Qvod & reipsâ, cum adolevisset, com-
probavit: non solùm enim Sacrâ-
mentum Baptismatis, sed universam
Christianam Religionem coinqvinari
homo otiosus, somno Veneriq; dedi-
15 *tus passus est.* † Et posteà: *Cum*
enim hic insanus Wenceslaus esset
à pueritia in Bohemiæ ac Romano-
rum Regem sublimatus, statim luxui
deditus, ac desidiâ corruptus, volu-
ptates omnes seqvebatur, ventri tan-
tùm studuit, majorem curam vini ac
gulæ habens qvàm Regni. In u-
tramvis enim aurem securus dormi-
ens errores, qvi suboriebantur, mi-
nimè emendavit, laboresq; omnes fu-
giebat, nesciens, difficilius nihil esse
qvàm benè regnare. Et in summâ
dignus, qvi non diadema in capite,
sed laqveum in collo gestaret; Nec
inter Reges vel Romanos, vel Bohe-
mos, sed inter histriones, ac potiùs
porcos enumerandus. Cuspinian. *in*
vitâ Wenceslai pag. 388. & 389.
† Idcircò à Baronibus Regni pri- 16
mùm captus, qvatuor mensibus
& diebus septem custodiæ tradi-
tus fuit: posteà à fratre Johanne
Marchione, Duce Lusatiæ, & Pro-
copio, Moraviæ Marchione libe-
ratus, nihilq; melior factus, cùm
suâ tyrannide, socordiâ, luxuq; o-
mnia fœdaret, à fratre Sigismun-
do Rege Hungarorum denuò ca-
ptus, qvo securius custodiretur,
Alberto Duci Austriæ traditus fu-
it, qvi Viennæ in ædibus Danubio
adjacentibus, qvibus hodiè no-
men est Praga (eò qvod Pragen-
sium Rex ibidem captus) custo-
diendum præcepit; sed cum ne-
gligenter custodiretur, fugâ ela-
psus Regnum repetiit. Deniq; in
antiqvam transiens sylvam, vino,
ventri, Veneri dies noctesq; inser-
viens, & veluti porcus Epicuri,
domi tanqvam in stabulo clausus
ac saginatus, neq; Regni negotia
solerter ordinans, neq; Ecclesiæ
Schisma extirpans, neq; Imperii
coronam acceptans, † ab Electo- 17
ribus Imperii crebrò admonitus,
cum nil curaret, Imperio est de-

tur-

